




UNIVERSITY OF GENT





Med. 23.

Feb. 23.

IO. GORRAEI

PARISIENSIS,
Bibliothecae Lenamensis 1799

Definitionum Medicarum

LIBRI XXIII.

litteris Graecis distincti.

35




LVTETIAE PARISIORVM,
APVD ANDREAM WEHELVM, SVB
PEGASO, IN VICO BELLOVACO.

M. D. LXIII.

Cum Priuilegio Regis.







FRANCISCO

MOMMORANCIO EQVI-

TI TORQVATO, GALLIÆ

MARESCHALLO, INSVLÆQVE

Francica præfecto, Ioan. Gorraius

S. P. D.



V T S A N I T A T E M - nulli magis tueri cupiunt laudantque, aut medicinam maiore in pretio habent quam qui periculose diuque ægotarunt, sic tantis bellorum periculis nuper defuncti, & recenti adhuc memoria miseriarum in quibus versati sumus, nemo est, opinor, cui pacis ista qua fruimur tranquillitas non sit periucunda. Bellum quidem illud per initia plurimis dulce videri potuit, aliis pro religione puroque Dei cultu digladiari maximè pium esse iudicantibus, aliis indè furandi, latrocinandis, & in miserorum fortunas atque possessiones inuolandi occasionem nactis, multis verò, quòd minimo negotio ipsum confici posse existimarent, ante victoriam triumphantibus. Verùm vbi compertum est nulla re minùs quam eo bello controuersias de religione exortas dirimi, sed totum potiùs quorundam ambitione conflatum fuisse, vbi vtrò & citrò omnia agi, rapi, cædesque fieri quisque sensit, atque ita acie dimicatum est, vt adhuc incertum sit vtri victoriam reportarint, tantum omnes cepit eius fastidium, vt nihil iam sit tam miserum, tetrum, detestabile, nihil maiori contentione velis, vt ita dicam, remisque fugiatur. Mirum quidem dictu est quàm sit in eo ab omnibus tumultuatum, non plebeiis modò & imperitorum vulgo, sed potissimùm ab iis quorum officium erat temerarios insanæ multitudinis motus autoritate, sapientia rationeque componere, nec illos etiam qui ad beneuolentiæ charitatem cæteros erudire & inuitare debebant, continere se potuisse, quin ad ista tam nepharia faces admouerent, classicum apud plebem & principes canerent, atque in modum luctificæ Alectûs plurimorum sinus anguibus & viperis reple-

* ij

rent. Sed nunc clament seditiosi homines & turbulenti, querantur, vociferentur omnia pessum ire, religionem non modò pace quam colimus corrumpi, verùm ex animis etiam excidere & aboleri, non tamen efficiant ut bellum pro aris, focus & penetibus de integro adornetur. Ineunda alia instaurandæ religionis ratio, quæ Christianos magis deceat quàm bellum, quos præceptis filij Dei institutos pacem & amicitiam potius amplecti oportuit. Sicut enim ferro religio bona doceri, inque animis & sensibus nostris imprimi non potest, ita neque deprauata ex iis tolli aut corrigi. Imò verò cum sola in nobis inferendæ confirmandæque religionis ratio verbi diuini & Euangelij prædicatione constet, eaque gemina existat, vna subtilis, ambitiosa, spinosa, quam plerique ante hæc tempora in suggestis scholasticisque inanissimè coluerunt: altera pacatior atque inelaborata, qua Christus eiusque Apostoli lumen rebus diuinis atque humanis adhibuerunt, prius illud dicendi genus altum & magnificum, ab his neglectum, parum admodum ad eam rem efficax & accommodatum videtur, quod simplex & humilis oratio demonstratioque veritatis esse debeat. Hæc magis quàm ferrum aciem animorum nostrorum veritatis splendore perstringit, reluctantes Deo pertrahit, & fide deuincit sanctissima. Hac freti duce Apostoli totum orbem peruagati incredibili omnium assensu & approbatione salutem per Christum nuntiarunt atque persuaferunt. Valeant igitur seditiosa hominum consilia qui nisi bellum nil in ore habent, & nata de religione dissidia acerbioribus dissidiis componi posse putant. Pugnandum pro illa quidem acriter ab omnibus est totisque viribus in id certamen incumbendum, quod tamen non armis sed lenitate atque simplicitate prædicationis iniri oportet. *Ἀγάθῃ δ' ἐπέμψεν ἡμεῖς βροτοῖσιν,* ut poeta quidam non obscurus dixit, in qua vis locum non habet, sed omnia administrantur sapientia. Itaque mentem longè optimam Deus Opt. Maxim. iniecit reginæ prudentissimæ & nobilissimis Gallici regni principibus, qui tantos bellorum tumultus execrati omne studium, industriam & conatus ad pacem conuerterunt. Ac primùm quidem decretis edictisque pacificatoriis ita omnium animos ad concordiam & mutuam beneuolentiam reuocarunt, deindè verò tantam adhibuerunt diligentiam ut ea vbique rata, sancta inuiolataque essent, ut non tam citò quisque arma sumpsisse quàm deposuisse, nullaque iam amicitiarum dissociatio præcessisse, sed pax perpetua tota Gallia fuisse videatur. Cum enim sanctissimè Deum colere permulti cuperent, neque vana cæremonia & superstitione, quæ fusa per Christianos oppressit omnium ferè animos, atque hominum imbecillitatem occupauit, astringi se villo modo patebantur, mortemque sceleri & flagitio anteponendam censerent, facta edicto potestate ut deinceps maiorum more & ritu quem optimum iudicarunt, Deum colere liceat, æquissimum certè fuit ab armis quæ pro tutanda vita & libertate sumpta prædicabant, discedere. Iustum quidem vix quicquam esse potest, multoque minùs ab omnibus probari, quod tanta vis

ta vis bellorum tàmque dura necessitas expresserit, attamen quoniam pax vel iniusta vtilior est quàm iustissimum bellum in ciuibus, ferendum est æquis animis, atque in eo acquiescendum donec Deus pietate & sanctitate nostra placatus quid maximè probandum sit ostenderit, & docuerit religionem à superstitione distinguere. Laudanda igitur reginæ & principum virorum virtus quæ in eo decreto ferendo enituit egregia, & magnitudo animi tanta, vt reuera supra sexum & homines putanda sit Deoque tribuenda. Cuius quidem gloriæ clarissime Mommoranci illi te consortem & socium habent, partemque non minimam tibi vindicas, qui & ante pacis huius faciendæ consiliarius atque administer extitisti, & nunc te propugnatorem factæ & vindicem habeamus. Incredibile quidem est & valdè gloriosum inter ciues, quorum opiniones tam variæ tàmque inter se dissidentes erant, eam primùm conciliare & coagmentare potuisse, verùm ex quo ea facta constitutâque est tam firmam & constantem perseuerasse, vt nulli ad hunc vsque diem tumultus, nulla temeritas aut seditiosæ conciones eam labefactarint, omnem fidem laudemque excedit. Ac cùm multi quidem sint & domi & militiæ præclari viri, qui vnà sedulò in id incumbant, ne vlla perditorum hominum iniuria violari possit, tu certè, quod bona aliorum venia dixerim, maximè, qui eam prouinciam obtines atque administras, in qua vrbs vnica multarum instar est prouinciarum. Quid enim cum Parisiorum Lutetia comparandum, siue hominum turbam, siue plurimorum opes, dignitates, & summos quos gerunt magistratus æstimemus? Hinc quidem maxima tantæ vrbs in pace continendæ difficultas, quòd alij propter imperitiam indociles, rerùmque nouarum cupidi, alij diuitiis audaciores vt plurimùm reddantur, multos autem dignitates atque magistratus arrogantiores, atque ad detrectanda aliorum imperia ferociores efficere soleant. Veruntamen in eius administratione tu eam adhibuisti moderationem, feroces animos comprimendo, exulceratos superiorum bellorum iniuriis deliniendo, seditiones motusque vrbi nephariè molientes deterrendo, deque religione diuersa sentientes meliorum temporum, quibus mès vna, sensus cultusque Dei omnibus vnus futurus sit, expectatione consolando, vt in te viri illius Virgiliani imago verissimè reluceat, qui pietate grauis & meritis, coorta magno in populo seditione conspectus dictis animos regit & pectora demulcet. Qua in re mihi videris nobilissimo monumento consecraste memoriam nominis tui, qui antea militiæ forisque nobilis, istud domi pacisque studiis comparatum decus atque ornamentum amplissimo laudum tuarum cumulo adiunxeris. Perspecta quidem iam pridem fuerat Henrico regi mirifica ingenij tui & virtutis indoles, cùm te illius ergò sibi assumpsit & cooptauit generum, nunc verò tot rebus egregiè factis atque pacatissima prouincia vrbeque, in cuius salute vniuersæ Galliæ salus continetur, spem omnem de te conceptam opinionemque superasti. Quamobrem tibi quidem Rex totaque Gallia per-

EPISTOLA.

multū, singuli autem omnia tibi debemus, quòd tuo consilio, prudentia & æquitate nō modò domi suæ, vndè haud ita pridem plurimi exulabant, quisque pacatus viuit, & bonis quibus erat spoliatus, fruitur, sed otio etiam securi abundamus. Quo tanto beneficio obligati, cū certatim pro eo referre sibi gratias & publicè & priuatim debeamus, ego quidem, etsi me tantum tibi debere existimo quantum persolvere difficile est, pacis tamē, tràquillitatis & otij mei, quod Dei primū benignitate, deinde tua vigilantia nactus sum & teneo, fructū nisi tibi dedicem, valdè ingratum esse mihi videar. Is autem liber iste est, quē à multis annis inchoatum, ad finem nouissimis perduximus. Cū enim ita medicinæ operam ab ipsis studiorum meorum primordiis dederim, vt omnium quæ legebam commentarios conscriberem, & quæ sparsim de re quacumque probabantur simul colligerem, tandem consilium cepi, ne mihi soli labor ille profuisset, omnia in hoc volumen componere, in quo omnium quæ ad artem medicam pertinent naturæ, differentiæ, proprietates ita explicantur, vt ipsum non dubitauerim Definitiones medicas inscribere. Rarum quidem istud in medicina scribendi genus, & à paucissimis, idque negligenter, excultum fuit, & propterea apud multos, vt opinor, gratiosius, aut etiam fructuosius futurum. Quod munus illustrissimo tuo nomini nuncupatum ita habeto, vt non ipsum modò, verum eius etiam auctorem, & si quid in eo industriæ, officij, fideique est, tibi consecratum deuotumque esse existimes. Vale. Parisiis. 1564. Cal. Aug.



*Indefinitum ne quid libro esset in isto,
Illum etiam pingi placuit qui cetera pinxit.*

A. WICHELVS TYPOGR.



I O. G O R R A E I

PARISIENSIS

Definitionum medicarum

TO A.



ἀβάτισος simpliciter, vel *ἀλάτισος* *ἰονία*. Est terebra chirurgica supra cuius mucronem circulus quidā latus parum ex-
tans circumcurrit. Hic prohibet ne terebra, dum agitur, al-
tius descendat quā par sit, & subiectas partes violet.
Nam quod mergi nō possit, hoc est, tota in cavitationem sub-
iectam descēdere, ab argumēto *ἀβάτισος* dicitur, quasi im-
mersibilis, per metaphoram. Eam Chirurgi, quō minus
usquam aberrant, rupto potissimum pericranio adhibent,
eoque non admodum quidē perrupto & imbecillo, sed fir-
miore, ut terebra ipsius circumactum & appressione fer-
re possit. Quamobrem complures id genus preparatas habent ad omnem calvariæ
crassitudinem, sicut declarat Galenus extremo libro sexto de morbis curandis.

Ἀβρότονον ἦ

Ἀβρότονον. herba est duorum generum. Fœmina, quæ montanum abrotonum est, quadā
arboris specie fruticat, foliis albicantibus, & circū ramulos absynthij Seriphij modo
minutim incisis. floribus referta est; in fastigio comantibus auri fulgore corymbis.
Si astate nata est, suaviter olet, cum gravitate quadam & amaro gustu. Alterum
mas vocatur, quod campestre abrotonum est, sarmentosum, gracilibus ramulis ut
absynthium. Vtrumque immortalī coma viret, atque ut frigore, sic sole nimio, pro-
pter infirmitatem suam, læditur. Tertio ordine talescit & siccatur, digerit etiam &
incidit, sed *καρσιόμαλον* est. Nicandri interpretes scripsit *ἀβρότονον* sic dictū esse, quod
conspēctu tenerum molle ac delicatum habeatur: aut quod difficilem halitum
prospiret.

Ἀβρότονος οἶνος: id est, vinum ex abrotono factitium, in musti amphoram iniectis ab-
rotoni tusi cribratiquē unciis centum, linteo colligatis authore Dioscoride. Colu-
mella autem lib. 12. cap. 35. Abrotoni pondo libram in musti sextariis quatuor deco-
quit usque ad quartas, reliquum quod erit id frigidū addit in musti Amineī urnā.

A

DEFINIT. MEDIC.

Ἀγαθός. sic dici à nonnullis ἢ σαμφοροῦ Dioscorides auctor est.

Ἀγαθόν. significat apud Hippocratem idem quod idoneum, certum, stabile, verum & perpetuum, ut auctor est Galenus comment. 2. in lib. de fracturis. Idē verò etiam testatū reliquit in comment. lib. 2. de articulis ἀγαθόν apud veteres id omne dici solere, quod in suo genere primum est.

Ἀγαλλίς. ἰάκινθος, ἢ θρυαλλίς, ἢ ἀναγαλλίς authore Hesychio.

Ἀγάμοζον. est lignū nostro orbi tantū nomine cognitum, quā, ut scribit Dioscorides, ex Arabia atque India aduehatur, thya ligno simile, varium punctis & maculosum, odoratum, adstringens & subamarum. Cute veriùs quàm cortice vestitur, aliquantulum versicolore. Colorem aloes videtur emulari: unde, ut arbitror, Aëtius ἐνλαδόν appellauit, quem sequuta officinarum turba lignū aloes nunc vocat. Māditur, aut decocto os colluitur, commēdandi halitus gratia: Verūm nunquam odoratius est, quàm ubi marcidum computruit. Sūt autem eius genera quatuor, ἰνδικόν, σαπφικόν ex urbe Sappho, αἰθιον, ἰγρόν. Omnia excalfaciunt, ventrem sistunt, & θυσόμαχα sunt.

Ἀγαρίκον Agaricum. Est fungus albus, odoratus, antidotis efficax, in summis arboribus praesertim glandiferis nascens, nocte relucens: hoc enim signo in tenebris decerpitur. Dioscorides scripsit in arborū caudicibus nasci quadā putrilagine, sed esse qui putent esse radicem stirpis cuiusdam similem la serpitiō, textu raro ac soluto, & superficie minùs compacta. Duo sunt eius genera: fœmina, quæ praefertur, recto venarum discursu & pectinum modo diuisiones habens, mas rotundus est, undique compactior & spissior. utrique gustus in initio dulcis, mox cum diffundi per os cœperit, amarus. Costat substantia aërea & terrestri calore extenuata. Vim autem habet digerendi, excalfaciendi, crassa incidendi, & soluendi iecinoris obstructions. Purgat pituitam & bilem sed non acutè, ut ait Aëtius. Verūm stomacho incommodū est, eo quòd leue sit & in ipso supernatet. Gignitur in Sarmatiæ regione quæ Agaria dicitur, indeque nomen accepit. Ex ipso Agarico emplāstrum fit egregium occultos abscessus & omnem humiditatem resorbens, cuius descriptio habetur apud Aëtium lib. 15. cap. 19.

Ἀγασίνδης. est frutex cum radice sua, è quo succus distillat quem Ammoniacum seu guttam appellant.

Ἀγασιολογία. est vasorum in temporibus vel fronte dissectio. Raduntur primūm pili si qui officiant, mox aqua calida fouetur locus, vel ceruix modicè deligatur, ut sursum feratur sanguis & vasa intumescant, quæ ubi iam oculis patent, id atramento notatur quod dissectandum est, cutisque ab utraque ritè parte tum sinistra manus chirurgi digitis, tum ministri leuatur, deinde superficialia sectio in ipsam notam secundum longitudinem vasis inducitur, rursumq; paulatim subiacentes cuti membranae dissectantur, donec vas ipsum nudum apparuerit. Tunc hamulis eleuatum & à membranis vicinis separatum duplici filo, aut lino crudo, aut alio quodam valido per acum transmissio diductoque suspenditur, postea vas medio inter utrumque filum spatio in rectum scalpello diuiditur. Cūmque sanguinis quantūm satis est ex eo manarit, utroque extremo, filis iam antè transmissis, arctè deligatur, ipsumq; mediū exciditur: postea verò linamenta iniicere, hapsum lanae ex aqua frigida imponere, & deligare conuenit, sequenti die vino & oleo irrigare, tertia verò soluere, &

mo-

moderata perfusione facta linamenta ex aqua mulsâ indere, donec & fila & quod ex ipso vase excisum fuerat, deciderint. Adhibetur hæc dissecandi ratio hemicranicis & iis quibus oculi perpetuò illacrymant, aut quorum oculos longus aut etiam acutus dolor ex calida acrique fluxione infestat. In his enim omnes medici τὴν ἀγρολογίαν commendarunt.

ἄγρλιθις. dicuntur apud Hippocratem partes capitæ allij. vulgò spicas vocant.

ἄγρος. conceptaculum. Habetur hoc nomen apud Hippocratem lib. 6. τῆν ἐπιθυμίαν, & significat uterum, quamquam, ut inquit Galenus, eo nomine uterum designare non sapit Hippocratis phrasim.

ἄγραιος ἄρτος. gregarius & cibarius panis. Vide ἄρτος.

ἄγρις. ἦ. vide in dictione ἀγαστις.

ἄγριον. herba est fruticosa, palmi longitudine, simplex & humilis, umbellam gerens in qua flos aureus in modum ampullæ emicat minor helicryso. Origano similis est, nec adhuc in seculi nostri notitiam peruenit. Sic dicta est, quod flos eius diutissimè in sua coloris specie conferuetur, nec senescat.

ἄγριος. est lapidis species adstringente & discussoria facultate præditi, sutoribus olim noti Galeni tempore, quo illi, ut ait lib. 6. τῆν κατὰ τὸ πους, ad expolienda muliebria calciamenta utebantur.

ἄγροειά. barbarum nomen est & ab Aëtio primùm usurpatum in libello de alimentorum facultatibus quem ad Michaëlem Regem conscripsit, quo ille τὴν σικύαν, id est, cucumerem appellat.

ἄγκυρες. pars colli, ut ait Hesychius, per quam facillimè quis suffocatur. Dicuntur etiā ἀγκυρες hamuli seu fibulæ quibus vulnerum labra longè à se disita coniunguntur: quod opus ἀκτυευσμός appellatur.

ἄγκυλι. est in poplite, cubito, digitis, aut aliis etiam partibus articuli contractio & curvatura, ab humoribus infarctis & neruorum quadam tensione proueniens. Nam & Cornelius Celsus lib. 5. cap. 18: in malagmate Euryclei cicatrice contractos articulos τὰς ἀγκύλας interpretatur: & Aëtius lib. 12. cap. 42. describēs varia πρὸς ἀγκύλας μαλαγµατα, ἀγκύλας exponit τὰς τῆν ἄρθρων κατὰ τοὺς, id est, articulos stupore occupatos contractosque. Dicitur & ἀγκύλωσις Paulo Aeginetæ. Huic contraria affectio ὀρθόκλωσις nominatur. Sunt etiam quibus placet ἀγκύλωσις poplitem significare, qui & καμπή & ἰγύσι seu ἰγύσι appellatur.

ἄγκυλιδωτόν. significat apud Hippocratem ἀγκύλωσις ἔσθρ, hoc est ansulatum, sive ansulā vel anulum habens: dictum est autem de curtu.

ἄγκυλοβλεφαρόν. est vitium in oculis in quo palpebra vel inter se, vel cum alba aut nigra oculi parte concresecunt & coherent. In causa ulcus est negligenter & imperitè curatū. Sanescendo enim, quod diduci potuit & debuit, agglutinatur. Sed quod unica dictione dixit Cornelius Celsus, duabus explicari potest, ἀγκύλωσις τῆς βλεφαρόν, ut vocauit Aëtius, qui & πρὸς φουσις τῆς βλεφαρόν id vitij appellauit lib. 7. cap. 66. quo loco eius curationem persequitur.

ἄγκυλόγλωσσον. est vitium linguæ, aut congenitum, membranæ inferioribus qui linguā vinciunt duriusculis & breuioribus à natura productis, aut agnatum, id est accidentarium, cum ulcus sub lingua cicatricem duriores contractit. Hi magna cum difficultate loqui possunt, atque ob id à quibusdam μεγίλαλοι cognominati sunt, sed ma-

DEFINIT. MEDIC.

ximè quibus à natura id vitij inest, qui primùm quidem tardè verba exerunt, sed ubi loqui cœperint, sine offendiculo & festinanter loquuntur. Impingunt tamen in difficultium vocabulorum pronuntiatione, ut in quibus r aut l aut c occurrunt. Hi sola manu curari possunt, sicut explicat Aëtius lib. 8. cap. 38. Malum hoc filum vulgari-ter nuncupatur, eoque vinciri linguam putant, & præter naturam id adnatum sub lingua esse, quod tamen falsò existimant. Neque enim morbus hic in incommoderatione numeri partium positus est, sed vel in membranarum naturali breuitate, vel in sicca earundem intemperie, vel in obstructione, qua, perinde ac in nervorum distentionibus, membranas ipsas contrahunt, & linguam prohibent explicari.

ἀγκύλωσις. est instrumentum chirurgicum quo tollitur ἢ ἀγκύλωσις ἢ γλῶττις, & membrana quæ linguam vinciunt & contrahunt rescinduntur.

ἀγκύλωσις. idem quod ἀγκύλη: de quo supra.

ἄγκυρα. significat hominis pudendum apud Epicharmum, ut scribit Hesychius.

ἄγκυροειδής. est in scoptulo utroque, & inferiore eius parte ἀπόφυσις exigua & acuta. Sic dicta est quòd ad similitudinem anchoræ facta esse videatur. Eadem verò & πορραποδής & σιγμαβόδής ab Anatomicis appellatur, quòd eius pars extrema velut cornicis rostrum foras promineat, quòdque ἴσ Cantiquæ Græcorum literæ similitudinem gerat.

ἄγκυρομήλη. significat apud Hippocratem idem quod ἄγκυρῶν, hoc est, specium siue specillum hamatum, quo medici vulnera & ulcera pertentant.

ἄγκυρ. Latinis cubitus vel cubitum dicitur. Est autem locus ubi brachij ossa coniunguntur. Alij definiunt ἄγκυρῶνα esse ἀπόφυσιν maioris ossis quod πῆχυς appellatur. Galenus comment. primo ἐπὶ τῷ ἀγκυρῶν scribit cubiti eminentiam ἄγκυρῶνα à Græcis dici & alio nomine ὠλέκρωτον vocari. Idem quoque ait Hippocratem definire ἄγκυρῶνα id esse cui innitimur. Gaza apud Aristotelem lib. 1. cap. 15. de histo. animal. ἄγκυρῶνα lacertū vertit: quo loco Aristoteles ἄγκυρῶνα intelligit eam totius brachij partem quæ ab humero est ad cubitum, quam partem Galenus aliquando βραχίονα vocavit, eodem cum toto membro nomine. Celsus autem humerum. vide χεῖρ.

ἄγκυρ ἄγκυρῶν. dicitur ἀβρόπιου teste Dioscoride, fortasse quòd cubiti modo in terram se inflectit, ut scribit Virg. Marcellus.

ἀγκυρία. nullius medicamenti nomen est authore Galeno lib. 1. de Antidotis theriacis compositionem ab Andromacho descriptam interpretanti, sed illi thuris epitheton videtur esse. Verùm si diligentius Andromachi senioris theriace expendatur, & conferatur cum theriace descripta ab Andromacho iuniore, cum hic piper album addat, quod in illo disertè non exprimitur, atque in reliquis tamen omnibus consentiant, meritò aliquis existimauerit eo nomine piper album ab Andromacho seniore significari, atque ab eo fortasse sic dictum fuisse, à splendore & nitore quo præditum est. Id enim ἀγκυρία propriè significat. Quam etiam rationem sequutus Philo in sui Philonij descriptione piper album περιδής ἀγκυρῶν, hoc est igneum splendēs anigmaticè appellavit, sicut ipse Galenus lib. 9. τῶν κῆρα τῶν πόνων interpretatur.

ἀγκυρία κῆρα

ἀγκυρία. dicuntur grana quibus allij caput compactum est.

ἄγκυρα. idē est quod κῆρα γῆρα apud Hippocrate, qui tamē raro ἄγκυρα, sæpe κῆρα γῆρα dicit.

ἄγκυρος. vitex. frutex est sic dictus, quòd castitate cōseruet iis quibus estur, aut bibitur, aut subster-

substernitur. Quamobrē in Thesmophoriis mulieres quibus sua castitas curā erat, foliis eius cubitus sibi sternebant, ut author est Dioscorides. Idem alio nomine λύγος dicitur propter virgatum eius inuictam ferē flexibilitatem ad vincendum aptissimam. Latini viticem ob id appellant, alij salicem Amerinam, vel piper agreste, ut prodidit Dioscorides. ἀπὸ τῆς ἀγνοῦ Ἐσκαλαπίου ἀγρίτω dictum ferunt, quod, ut scribit Calius, simulacrum eius ex vitice excisum conformatumque esset. Quid sit vide in dictione vitex. Est & quibusdam ἀγὸς rhamni cognomen, nimirum à virtutis similitudine, quod venerem coherceat ut vitex.

ἀγνος. idem quod ἀγνοῦ, hoc est vitex, de quo supra. Causa est quod ἀγνος veneri aduersetur & genituram extinguat, quæ γονὶ vel γῶος dicitur. Nam & ἀγνοῦ à castitate sic dictus est.

ἀγοραῖος ἄρτος. forensis & vanalitiis panis: vide ἀγτος.

ἀγὸς. significat volam manus & cubitum. sed propriè ἀγος cubitum, ὃ δὲ ἀγος volam significare author est Hesychius: verum non totus cubitus sic dicitur, sed pars eius inferior, sicut superior ἐπίπικτυ νῦν cupatur. Ratio nominis est ἀπὸ τῆς ἀγασθῆς, ὡς ἀπὸ ἐφ' ἡμᾶς αὐτῶν ἐπαγόμεθα π.

ἀγρία. species est scabiei quæ citò serpit & exulcerationem prurientem concitat, certoque anni tempore reuertitur, asperior omnibus aliis & curatu difficilior, quamobrē ἀγρία, id est, fera appellari meruit.

ἀγρία. sic dicta fuit à quibusdam ἰατρῶν, ut habetur apud Dioscoridem.

ἀγρία. siue αἰεία apud Theophrastum arbor est sempiternæ frondis, inter robur & ilicem media, quam Theodorus Gaza latinè aquifolium reddidit.

ἀγρίαινα. spina sylvestris, quæ densis sæuit aculeis.

ἀγρίαιμπελος. siue diuisis nominibus ἀγρία ἀμπελος, vitis sylvestris; Latini labruscā dicunt, propterea quod in marginibus terræ ceu labris quibusdam nascatur: diuim est generum. unum, quod uuas ad maturitatem non perducit, sed ad florem tantum qui Græcis οἰνῶν δὴ dicitur, promouet. Alterum, quod uuas perficit paruis acinis, duorum etiam generum, albi & nigri. Folia, caules, & clauicula quibus repunt, vim habent cultæ viti similem.

ἀγρίαιμπε. dicitur ἰ βενωρία ut ait Hesychius.

ἀγρίαινα. oleaster. Est sylvestris olea, cui materies perpetua, spissa, crispā, teredinem nō sentiens. Hanc alio nomine Græci ἰόνιον appellant, alij Æthiopicam oleam. Eius folia adstringunt, sed præsertim earum succus affuso vino exceptus siccatusque.

ἀγρίαινα. idem quod ἰ βυεῖς βοτάνη, quam & λωπίδιον appellant, ut habetur apud Paulum lib. 3. cap. 77.

ἀγροκίναρα. dicitur à quibusdam ἰ αἰγῶν λαβὴν, ut habetur apud Dioscoridem.

ἀγροκίνα. mala sylvestria. Hæc vernis similia esse & adstringere Dioscorides prodidit.

ἀγροκίνα. dicitur ἰ ἄπος herba, quæ alio nomine ἰγὸς nuncupatur.

ἀγροκίνα. origanum sylvestre, alij πῆτακος ἰράκλειος: alij ἰόνιον appellant. Foliis est origani, ramis tenuibus, semipedalibus, in quibus umbellæ anethi insunt, flores candidi. radix tenuis & inutilis. folia floresque eius cum vino poti valent contra venenatorum morsus.

ἀγροκίνα. Est genus quoddam oleæ sylvestris, ut scribit Hesychius.

DEFINIT. MEDIC.

Ἄγροφος. significat apud Hippocratem montanum & sylvestre.

Ἄγρωσις. gramen. Est herba quæ geniculatis ramulis per terram serpit, radicisque ab iis geniculatas dulcesque emittit. folia habet dura, & ut arundinis parua, lata. atque in tenuitatem cacuminata, bubus iumentisque pabularium, unde αἰγῶσι quidam appellauere. Gramen in officinis nomen seruaui: rura & olitores dentem canis appellant. Radix eius decocta in uino torminibus, urinae difficultatibus, ulceribus uesicae medetur. calculos frangit. Semen uehementius urinam mouet, aluum uomitionesque sistit. Est & arundinaceum gramen priore multo maius, quod καλαμάγρωσις dicitur. Est etiam gramen aculeatum, quod κρωσιόπους & δίκτυλος, à Latinis crus galli uocatur: de quibus uide suis locis.

ἄγρωσις à quibusdam dicitur ἢ ἀμυγδαλίνη, ut habetur apud Dioscoridem.

Ἄγχα. significat apud Hippocratem τὴν ἀδενείαν, sicut Galenus annotauit in explicacione uocum Hippocratis.

Ἄγχιλωψ. est abscessus & collectio humoris lenti, & melli aut pulticulae similis, inter maiorem oculi angulum & nares. Hic tunica ut plurimum continetur, nec infert dolorem, subito autem accipit incrementum. Idem abscessus si rumpatur exulcereturque non amplius ἄγχιλωψ dicitur, sed mutat nomen, & uocatur αἰγλωψ auctore Paulo.

Ἄγχομενος. idem quod πνιτόμενος apud Hippocratem, id est, qui suffocatur.

Ἄγχουσα. anchusa. herba est cuius quatuor sunt species & nomina: prima ὀνοκλέα, altera ὀνοχειλὸς ἢ ἀλκυιάδιθ, tertia λυκοφύς ἢ λυκοφός, quarta quæ proprio nomine caret, sed generis sui nomine ἄγχουσα dicitur. Habet ὀνοκλέα folia lactucae similia, in acumen fastigiata, hirsuta, aspera, nigricantia, numerosa, circum radicem quoquo uersus per terram sparsa, spinosaque; radicem crassitudine digitali, & colore per aetatem sanguineo, quo non alius fucus melior, adeo ut ἀπὸ τῆς ἄγχουσις uerbum Graecis ἀγχουσιζέσαι fucari significet. dicitur etiam ἢ ὀνοκλέα alio nomine καλὸν auctore Dioscoride. Radix eius adstringendi uim habet, & desiccandi: proinde ualet ad alui profluuium. ὀνοχειλὸς autem siue ἀλκυιάδιθ solo folio differt à præcedente, quod ei breuius est & minus amplum, ceterò similis & scabritia foliorum & tenuitate cauli, quibus in summis florem purpureum ad puniceum uergentem gestat. Radices habet oblongas, rubras & per messem sanguineas. λυκοφός uerò longioribus est quàm lactuca foliis, asperioribus, latioribusque, à capite ad radicem recidentibus, caule longo recto, hirsuto, in quo multa adnascuntur hirsuta, & magnitudine ferè cubitali, in quibus flos paruus purpureusque est. radicem habet rubentem. Adstringit efficacius quàm reliqua, & erysipelatis conuenit. Quarta uerò anchusæ species aliis breuior, simillima est secunda, nisi quòd minus & puniceum semen habet, estque tota amarior, & ob id lumbricis dicata.

Ἄγχα, apud Hippocratem lib. 1. τῆν ὑπὸ δαίμωνι significat aëris ambientis constitutionem, ut annotauit Galenus.

Ἄγχιον. Hyoscyamus, auctore Hesychio.

Ἄγχιονικὸν ὕδωρ. frigidissima aqua, ut interpretatur Paulus Aegineta lib. 2. cap. 30.

Aëtius lib. 5. loquens πρὸς τὴν ἐπισημοσύνην τῶν ἄγχιονικῶν qua circum viscera sunt, scribit in morbi ipsius uigore utendum esse frigida ἄγχιονικῶς, sic autem, inquit, dicere solemus, cum simul & frigidissimam & plurimam aquam in potu damus. Idem

ait

ait Galenus lib. πὸ δὲ μαρμαροῦ. Tractum id videtur ab athleticis, qui post exercitationem aquam & affatim & frigidissimam bibere solebant.

Ἄδαμας. est gemma pellucida, candidi coloris, genita ex succo non multum dissimili ei ex quo fit crystallus, sed validius frigore densato minusque claro, atque ob id iride & crystallo obscurior & durior. Sic dicitur quod nec ferro nec igni domari possit, sed contra cuncta ferè atterat. Nam & adamantis rupti fragmentis in ferrum inclusis sculptores durissimam quamque gemmā perfacile excavaat. Attamen tam singularis tamque indomita huius lapidis duritia calido hirci leonisve cruore ita mollescit, ut rumpi queat, & liquido plūbo in ardentibus fornacibus ita incalescit, ut dissolvatur. Idem verò vim magnetis hebetat, adeo ut iuxta ferrum positus id magnetem ad se trahere non patiatur, aut si iam traxerit ipse contra retrahat. Dicitur adamas venena deprehendere & irrita facere, & lymphationes etiam, si credimus, abigere. Quinetiam pavitantium animos, ut aiunt, a vano metu liberat, eamque ob causam anachitem à quibusdam vocatum volunt.

Ἄδαξιδου. significat apud Hippocratem morderi cum pruritu.

Ἄδαξεν. est falsilago quaedam seu spuma falsuginosa concreta & velut gelata, in humidis & palustribus locis per siccitates proveniens, atque ipsis arundinibus & cremiis adherescens. Colorem habet qualem flos Asij lapidis. Tota verò forma similis est halcyonio molli & foraminibus pleno, ut palustre halcyonium videri possit. Nasctur in Cappadocia ut scribit Dioscorides. Acerrimum est & calidissimum medicamentum, adeo ut nullius per se usus in medicina sit, sed cum aliis permistum quæ vim eius frangunt, extrinsecus corpori admoueri potest. Variè scribitur, ut video, ἄδαξενος Dioscoridi, ἄδαξενου & ἄδαξενος Galeno. Dicitur alio nomine καλάμοχος, id est, calami seu arundinis lanugo, propterea quod in arundinibus concreta lanuginis modo inueniatur. Aëtius lib. 3. cap. 180. πὸ δὲ δὲ πακος, λιμνῆς, inquit, ἢ καλῶν ῥῶν ἄδαξεν: nec dubium est sic dictam quod ἐν λιμνῆς, id est, in lacubus nascatur. Sunt autem qui ἄδαξενω ab Hippocrate lib. de ulceribus δεχουδῆσιον dici putet, quod ea plurima in lacu Orchomenio nasci dicatur. Quàm male πὸ δὲ ἄδαξενος senserit Plinius lib. 16. cap. 36. multi ante nos deprehenderunt.

Ἄδαξιδου. Hippocrates usurpare consuevit, ut lib. πὸ δὲ ἀγμῶν, de iis quæ inter se similia sunt & communicant & cognationem habent, vel eodem tendunt & commiscantur, maximam rerum similitudinem & cognationem eo nomine designas. Nihil enim similius, nihil cognatius quàm fratres inter se videntur.

Ἄδαξιδου. fraternitas, cognatio, cõmunitas, similitudo apud Hippocratem lib. πὸ δὲ ἀρθερω. Ἄδακτα. sunt medicamenta mordacitatis & acrimoniæ expertia, quæ alio nomine etiam ἀπαλά vocantur. Sic autem dicuntur non modò quod non mordeant partes quibus admouentur, sed etiã quod eas à morsu & acrimonia vindicent, quomodo etiã ἀφουσα & ἀφλέγματα intelliguntur. Illa Celsus Latine lenia appellauit. Est autem ab huiusmodi facultate collyriorum genus unum ἄδακτου vocatum, duorum apud veteres generum. Aliud enim totum emplasticum est, terrea substantia constans, calidi & frigidi medium, vel modicè in alterum inclinans, ut quod constat Samia terra, pompholyge & eius cinere lotis, spodio, plumbo vsto ac loto, amylo, cerussa lota, oui candido, lacte, gummi, tragacantha. Alterum verò exigua mordacitatis est particeps quod mista habeat quaedã modicè adstringentia, ut rosas, thus, (quorum illæ parum

DEFINIT. MEDIC.

adstringunt, hoc parum exterget, concoquit & dolores mitigat) crocum, & myrrhā.
Sunt autem collyriorum τῆν ἀδύκτων permultæ & differētiae: λιθουαία, κύκνοι, siue κυκνά-
εια, πέφελις, ποδοδακτύλιος: de quibus suo loco dicetur.

Ἀδύλα πῶσιμα. dicuntur ab Empiricis, quæ sensibus quidem usurpārī & cognoscī
possunt, sed nondum tamen apparuerunt, ut ait Galenus lib. de sectis.

Ἀδύμειος. glandula. Est pars corporis simplex, spongiæ modo mollis, rara, & friabilis. A-
lij definiunt ἀδύμειον esse carnem in se conuolutam, & ut interpretatur Hesychius, συ-
στροφῶν σαρκώδην. Est autem glandularū genus geminū, sicut & usus. Quædam enim
densiores sunt & sicciore, carētque sensū & motu, & mediis sublimium vasorum
diuisionibus interseruntur, veluti stabilimenta quædam, ne illa per amplas capaci-
tates delata, suisque solis membranis munita, motibus violentis, tanquam rami à
truncis diuellerentur: Huius generis sunt conarium, thymus, & quæ in collo, axillis,
omento, mesaræo & inguinibus sunt. Aliæ verò raræ sunt & humidæ, & humore
quodam albo viscosoque plenæ, quo vicinas partes humectant & irrigant: ut quæ
sunt in mesenterio, intestina, quæ in faucibus & sub larynge, fauces & asperam ar-
teriam. Hæ venas, arterias, & nervos habēt, suntque aliis primi generis robustiores,
nec tam facile, ut illæ fluxionibus tentantur. In earum numero etiam testes à Galeno
censentur, ut & à nonnullis renes, ab aliis cerebrum ipsū, quia molle sit & friabile.

Ἀδύμειος. hoc est ἀφοριστικός negligēt & sine cura. δύνει enim ἑσάλω & βάλωμα significat.

Ἀδύμειος παραστάτης. est glandulosum corpus ad vesicæ ceruicem situm, in quod vasa
semen deferentia inferuntur, priusquam semen in meatum penis emittant. Hic au-
tem παραστάτης unicus est, & paulo supra ceruicem vesicæ positus totam ipsam am-
pletitur, nonnunquam testibus ipsis grandior, sed non perfectè rotundus. usum hūc
eò loci habet ut & vasa omnia quæ feruntur in vesicæ corpus fulciat, & urinæ se-
minisque meatum humiditate sua lubricū efficiat. Nomen hoc illi primū ab He-
rophilo inditum fuisse Galenus auctor est lib. 14. de usu partium.

Ἀδύκτων. herba est ferè pedalis, folia habens mollissima, parua, in summo incisuris diuisa
sicut coriandri, effigie filicis, & cauliculos ex quibus ea prodeunt admodum tenues,
nigricātes, palmum altos, radicem autem superuaciā & tam paruam, ut possit nulla
existimari, nec caulem nec florem nec semen ferentē. Perpetuò viret, nec folia in eo
moriuntur. Nomen ab euentu duxit, quòd folium eius perfusum aqua non made-
scat, sicco semper simile. Nam δύνειν madescere est. Siccat & extenuat, in calore
autem & frigore temperatū est. Diuersas habet appellationes tum græcas tum lati-
nas: Gaza capillū Veneris interpretatus est: aliis cincinnalis, aliis terra capillus, a-
liis superciliū terræ vocatur. Hallucinātur officinæ quæ diuersum longè ab adianto
capillum Veneris ostendunt: cum idem esse bonarum literarum studiosis euidentius
sit quàm ut debeat demonstrari. Duo eius genera Theophrastus statuit, candidius
& nigrum: quorum hoc, quia valet ad frangendum calculum, potius quàm quòd in
saxis nasceretur, à Latinis saxifragum appellari credidit Plinius.

Ἀδύμειος. symptoma est ex densitate spiramētorum natum, cum minùs quàm iustum
sit excrementi per cutem effluit. Eius meminit Galenus lib. 11. methodi medendi.

Ἀδύμειος. colici medicamenti nomen est, quod Galenus lib. 9. τῆν ἰατρὰν τὸ πρῶτον dicit
constare his. Sisonis, seminis hyoseyami, piperis albi singulorum drach. xl. succi pa-
paueris drach. xx. croci drach. vj. opobalsami drach. iij. melle exceptis. Nomen
id habere

id habere videtur, quòd ad omnem inflammationem efficax sit.

ἄδιον. sic dicitur à quibusdam ἰ αὐτὸ λύφον, id est urtica, ut habetur apud Dioscoridem: non dubium quin à noxa & dolore, quem tangentibus excitat.

ἄδιον οἶνος. vinum non defæcatum, vel per saccum non percolatum. Id quod fieri solet in vinis conditis ad saporem, vel in aliis ad reprimendam eorum vehementiam.

ἄδια. dicuntur medicamenta quæ sitim obrepere prohibent, quæque sitim sedant siue bibantur, siue delingantur, siue ore contineantur. sicut ἄλιμα quæ famem. quæquam etiam simpliciter quæ sitim non inferunt, ἄδια dici possunt. Ac quoniam præcipua sitis causa siccitas est, patet ea quæ sitim compefcunt humida esse oportere, quibus si præterea frigiditas accedat, longè efficacius sitim extinguere valeant. Illa enim humiditatem diutius conseruat, nec eam, sicuti calor, absumit. Pleraque tamen etiam calida ad sitim sedandam faciunt, ut glycyrrhiza, & piper in quibusdam, si ore contineantur, illa quòd humidi lentique succi sit, hoc quia pituitam ex capite in os & fauces prolicat. Idem possunt etiam potiones frigida & eclegmata, quæ plurima describuntur à Galeno lib. τῆ κ τὸ πρῶτον, ex quibus unum mox inferemus à facultate eiusmodi ἄδιον appellatum.

ἄδιαπρον. Plinius scribit fruticem esse spinosum in Nisyrio & Rhodiorum insulis, quæ alij ἐρυσίον κερρον, alij διαπρον, alij διαχρον appellant.

ἄδιον. palma Ægyptia. Est arbor magna, non recta, sed contorta, viridis, odore mali cotonei, folio simili myrto, fructu capparis, ad mandendum quidem inutili, sed grato odore, nullo intus ligno. Huius fructus qui paulò ante maturitatem collectus est, μυροβάλανος dicitur: qui verò maturus est & nigricans φοινικεβάλανος. Theophrastus arborem hanc à fructu βάλανον, quasi glandem appellauit. Vocatur autem ἄδιον, quòd fructus eius ante maturitatem decerptus, si gustetur, sitim arceat: vel quòd ex huius fructu humidior acerbo & adstringente expresso potus sit sitim extinguens, ut Solinus author est, qualis nobis ex pyris, pomis, & sorbis conficitur.

ἄδιον. dicitur à quibusdam ἰ ἄλυκὸν ἔριον, authoribus Theophrasto, Dioscoride & Plinio, quòd dulcis radicis succo sitis famésque sedetur. Vnde & hydropicis eam multi dedere, ne sitirent.

ἄδιον. catapotij nomen ab Asclepiade compositi hunc in modum. Seminis cucumeris satiui drach. viij. seminis portulacæ drach. viij. tragacanthæ drach. iij. dissolue tragacantham ouorum crudorum recentium cādido, & adde aliis optimè tritis, omnibúsque mistis catapotia forma, quæ in umbra sicces. unum sub lingua teneri iube, & liquorem indè solutum delingi. Refert Galenus lib. 8. τῆ κ τὸ πρῶτον.

ἄδιαχον. arbor est syluestris non procera, similis unedoni, folio tantum minore, cortice nec scabro, nec squaroso, sed qui circumruptus videri possit, tam tristis est aspectu. fert fructum arbuto non dissimilem, viret perpetuo cacumine, cum tamen inferiora folia decidant: in montibus frequens nascitur.

ἄδιον οὐ ἀτλιδον. describitur ab Aëtio lib. 13. facit ad colicos, stomachicos, hæmoptoicos & dysentericos, pluribúsque aliis dotibus insignita est, quas eo loco Aëtius recēset.

ἄδιοβάλανον. sic dicitur bdellij arboris lacryma, non Arabica quidem quæ præstantissima est, sed Indica, quæ inquinata est, nigra, grandioribus glebis & conuoluta in offas unde illi τῆ α ἄδιοβάλανον nomen.

ἄδιον σφυραϊον. amplius pulsus. Est qui secundum arteria latitudinem & profunditatem

DEFINIT. MEDIC.

auctus est. Differentia est pulsus sumpta à sola distantia. Est autem ei contrarius ἰχνός, id est gracilis pulsus.

ἀδύναμος. vini factitij genus est. In musti sextarios viginti additur. aquæ dimidium. Feruet donec excoquatur aquæ mensura. Datur aegris quibus vini noxa timetur. Est enim inualidum ac sine viribus, unde & illi nomen. Verùm Dioscorides parent musti & aquæ mensuram miscet, tum lento igni leuiter decoquit donec aqua tota consumatur. cùmque refrixerit, id in picatum dolium fundit.

ἀδύμιον. est abrotoni genus quod in turbinibus cadorum aut testa viuiradice comprehendit: in quem modum Adonidis hortos pangebāt. Eius flos ἀνύμιον dicitur, quòd is non nisi spirante vento vel concutiente panditur.

ἀεζωός. dulcis vini genus est, sic dictum quasi semper mustum sit. Apparatur hunc in modum. Musto in dolia còdito protinus è lacu mergunt in aqua cados donec bruma transeat, ut musto consuetudo quaedam fiat algendi. Musti nanque solus feruor è musto vinum facit.

ἀείζωον. semperuiuum, sedum. Herba est, cuius tres habentur apud Dioscoridem differentiae. Maius, minus, & tertium, quod Græcis ἀειζωὸν ἄγρην, Latinis illecebram dici idem Dioscorides author est. Maius describitur caule cubiti altitudinem excedente, crassitudine pollicis, pingui, virenti, vallaris lactariæ (quæ χερσαίως πιδύμαλλος dicitur) modo insecto, foliis pinguibus, carnosis, pollicis magnitudine, lingua similibus in cacumine, aliis in terram conuexis, aliis in capite stantibus, ita ut inuicem compacta suo ambitu cinctūque effigiem oculi imitètur, unde & ῥωφθαλμός & βοῦφθαλμός Latinis oculus dictus est. Minus autem caules habet ab una radice multos, exilia folia, rotunda, pinguia, mucronata, caulem in medio emicantem palmi altitudine, ferentem umbellam & florem herbaceū atque tenuem. Hac duo sedi genera refrigerant tertio ordine, siccant etiam & modicè adstringunt. Tertium autè sedi, genus foliis est pusillis, crassioribus, hirsutis, portulacæ proximis. Vim habet excalfactoriam, acrem, & exulcerantem.

ἄεθάλις. dicitur à quibusdā ἢ ἀείζωον, siue sedū maius, quòd perpetuò virenti fròde sit. ἄεζωον. dicitur à quibusdam ἢ ἀείζωον siue sedum maius ab aureo perpetuòque seminis colore.

ἀείπις. dicitur à quibusdam ἢ ἀειζωόντι authore Dioseoride: fortè ea quæ caruleum florem gerit.

ἀερόμελι. mel aërium, quod nunc manna dicitur, de quo vide in dictione δροσμέλι.

ἀεπίτις. est lapis interdum candidus, aliàs gallæ colore, aliquando subrutilus, magnitudine ferè mali Persici vel Punici, in utero quasi prægnās, arenam aut lapidem continens sonantem dum quatitur. Aiunt quidam etiam terram nonnunquam in eo contineri, eumque τωόςτι dici. in qua sententia est Plinius qui gæoden in aëtitis ponit. Nam quum materia & reliquis omnibus inter se similes existant, hoc solo discrimine differunt. Dicitur ἀεπίτις à colore aquilæ candicante cauda, ut refert Plinius, vel quòd in earum nidis reperiatur. Dicitur grauidis continere partus cùm lubrica sunt vuluæ & partum tenaces, sinistro brachio adalligatus, idem verò facilem partum efficere, si fæminibus alligetur. quam tamen vim solis nido direptis inesse Plinius scribit. Omnes aëtis exsiccant, quidam insuper adstringunt. τωόςτις eā purgat quæ obscurant oculos.

ἀετώμας.

ῥέτωμα. dicitur apud Hippocratem pars tecti in sublime erecta.

Ἄζυγος ὄσσω. dicitur à Galeno os quod à cunei forma alio nomine σφλωδὸς appellatur, de quo vide suo loco.

Ἄζυγος ἦ

Ἄζυγος φλέβς. est propago una ex venæ cavæ superioris trunco exoriens parte dextra, & octo costis inferioribus inserta. Eam sub corde oriri semper à se observatū fuisse Galenus prodidit, cap. 2. lib. 5. de locis affectis, & ter initio lib. 2. τῶν δυνάμεων ὀξείων, & extremo lib. 3. de usu partium, in iis videlicet corporibus in quibus thorax longior erat. Nostro verò seculo propter thoracis brevitatē supra cor & pericardion exoritur, ad quintam plerunque thoracis vertebram. Capiunt ex ea nutrimentum tum costæ octo inferiores, tum earum spatia, iisque propinqua dorsi medulla, & thoracis mēbrana, & qui spinæ eo loco inseruiunt muscoli, eiusque rei gratia in octo pluresue ramulos finditur. Ac cum natura omnēs venas geminas creauerit, unam dextram, alteram sinistram, hæc dextra tantum est, eamque ob causam ἄζυγος à Græcis, & vulgò ab anatomicis vena sine pari dicta est. Verum natura ne sinistrum lato alimento suo defraudaret, in id interdum insignem ramum mittit, qui perinde in sinistrum, atque ipsa azygos in dextrum, sese explicat.

Ἄζυγος ἀέρος. vide ἀέρος.

Ἄερ. aër. Est corpus simplex calidum & humidum. Vnum est ex mundi elementis, ex quo non modo omnia componuntur, verum etiam conseruantur. Siquidē non modo corpori nostro circumfusum, sed inspiratus etiam magnam vim habet ad tuendā vel corrupendam sanitatem. Optimus enim eam conseruat, vitiosus corrumpit. Is autem optimus est qui prorsus sit purus, cuiusmodi est qui neque stagnorum, neque paludum halitu, neque maligna profundi cuiusdam specus exhalatione infectus est. Malus autem, qui ex cloaca in quam magnæ urbis aut exercitus sordes conuehuntur, vitium contraxit. Malus quoque, qui ex animalium aut olerum putredine, aut fimo coinquinatus est, quique ob stagnum aut flumen vicinum nebulosus redditur, quique etiam celsis undique montibus cauo in loco conclusus nullis flatibus agitatur. Hic enim suffocans putrisque est, ei nimirum similis qui in domibus quibusdam clausus est, in quibus ob putredinem, quia non diffantur, plurimus situs colligitur. Est autem omnis eiusmodi aër omnibus atatibus noxius, ut contra, qui omnino purus est, omnibus atatibus salubris. Reliquæ verò aëris differentia, quæ ex calore, frigore, siccitate, atque humiditate habentur, non eodem modo in omnibus hominibus se habent, sed corporibus quæ optimo temperamento sunt, etiam aër optimè temperatus saluberrimus est: in quibus verò aliqua qualitas exuperat, iis utilissimus ille censendus in quo maximè contraria qualitas excedit, ut frigidus calidæ, calidus frigidæ, humidiori siccus, sicciori verò quam par sit, tanto humidior, quanto siccitas modum excedit. Eas omnes qualitates aër admittit pro aquarum, regionum, & aliarum rerum, quæ ipsum circumstant, differentiis, à quibus plerunque in contrarias naturæ suæ qualitates alteratur. Per se enim calidus humidusque est, humidus quidem simpliciter & ἄρ' ἰσοχλω, siue absolute, calidus verò non item, quòd ea qualitas in igne prepolleat.

Ἄδοναοία. est Antidotus quam describit Galenus lib. 8. τῆν ἰατρικῶν τοῦ πνεύματος, hepaticis comoda, nephriticis & ictericis. Recipit hæc. Croci drach. ij. cinamomi drach. j. nat-

DEFINIT. MEDIC.

di drach. ij. cassia, myrrha, iunci odorati singulorum drach. j. Excipiuntur melle Attico. Mouet sudorem copiosum data fabae Graecae magnitudine.

Est & eiusdem nominis Antidotus alia quam Paulus lib. 7. ad Oribasium refert, praecedentem quidem omnem materiam sed pondere inaequali complectens & praeterea opium, quam ille scribit dolorem lenire & pleuriticis conuenire, & veluti Philonium exhiberi.

Est etiam ἀθανασία collyrium ἀσκηθῶν quod describitur ab Aëtio lib. 7. cap. πδδ' τῆ ἀσκήτων καὶ λαικῶν καλοειῶν.

ἀδίλκτου. idem quod παρήτου καὶ διακλήτου, id est, remittitur & resoluitur, apud Hippocratem,

ἀδέρωμα est tumor concolor, doloris expers, in quo aliquid pulciculae, quae ἀδέρα vocatur, simile tunica quadam membranosa concluditur, cum quo simul aliquando lapidosa quadam duraque corpuscula & alia instar sulphuris tamenta reperiuntur. Interdum vero veluti mansa gallinarum ossicula. Aliquando vero quasi pilos crassissimo humori implicitos inuenisse se Leonidas prodidit: Philoxenus vero reperta à se animalia intra humorem condita, culicibus aut exiguis muscis similia. Est autem ἀδέρωμα oblongum, emineus, durumque, quod ut digitis non facile cedit propter humoris crassitiam, sic ubi cesserit, haud promptè reuertitur, quibus quidem notis distinguitur ἀπὸ τῆς μελικυαίδος, quae rotundior, humilior, latior, molliorque est, & facilius ut digitis cedit, sic postea recurrit.

ἀδίνα. est emplastrum laudatum ab Asclepiade, descriptum ab Oribasio, Aëtio, & Paulo. Recipit autem Cadmiae drach. xx. aris vsti, malicorij, gallarum, aristolochiae longae, & rotundae, salis ammoniaci, squamae aris, nitri, aluminis scissi, aluminis rotundi, iridis, misyos, atramenti sutorij, chalcitidis, aeruginis, aloës, myrrhae, thuris, ammoniaci thymiamatis, galbani, singulorum drach. xxx. cerae, picis, singulorum drach. c. vel ut alij habent cc. colophoniam drach. cccc. olei sexuncē. Hoc quidem modo apud Oribasium habetur. Asclepiades autem habet aloës drach. xii. myrrhae drach. xii. & ammoniaci thymiamatis drach. xvi. Arida ad solē aestiuū aliquot diebus teruntur. deinde ea quae liquari possunt liquefacta adiiciuntur & uniuertur. Magna vi pollet in capitis & neruorum vulneribus: & à Paulo lib. 4. inter ἑμμοτὰ φάρμακα censetur.

ἀδίε. ut inquit Galenus, significat apud Hippocratem & quod in hordeo acutum est, ut in lib. 2. de morbis, & eius partis summum quae in cuspide sagittae πῶτων, hoc est, barba appellatur, ut lib. 5. τῆ ἰδιουμῶν.

ἀδίνατων. nomen est collyrij ad multa oculorum vitia perutilis apud Scribonium Largum, cuius compositio sic habet. Pompholygis lota * p. viii. aris vsti * p. viii. croci * p. iiii. myrrhae * p. iiii. nardi * p. vi. semis & victoriati. (vel ut Marcellus habet lib. 8. nardi spicae * p. i. & pondus victoriati) lapidis hamatitidis * p. ii. & victoriati. piperis albi grana decem. opij * p. i. aut victoriati (vel ut Marcellus habet eodem loco) opij * p. i. & pondus unius victoriati. commis * p. x. Teritur vino Chio.

ἀδίνατων παράχρηστος. est collyrium apud Galenum lib. 4. τῆ κατὰ τὸν οὖρον, sed à praecedenti omnino diuersum. Ex quo apparet τὴν ἀδίνατων nomen plerisque collyriis commune fuisse, sicut & ἀσκληπιου.

ἀδίρα. athera, vel ashara, ut legitur apud Plinium lib. 22. cap. 25. Est pulcicula liquidi-
dior

dior & sorbillis ex tritico zeâue molitis inque tenuissimum pollinem reductis confecta, infantibus conueniens. Vox quidem hæc Græcis recepta, quam tamen Plinius Ægyptiam esse dixit. Ab ea ἀθροισμα nomen videtur accepisse, propterea quod in his quiddam pulicula huic simile contineatur.

ἀθλητικὴ ἔξις. *athletica habitudo.* Dicebatur olim carnosâ, plena & robusta. Talis enim erat athletarū. Eam autē non natura, sed summo studio comparabāt & arte, quam γυμνασικὴν appellarūt. Huius enim finis fuit, ita curare corpora, ut multa solidaque carne & sanguinis tenacis atque optimi copia abundarent. Neque enim vires tantum, sed etiam molem pondusque corpori adicere conabantur, ut hac etiam ratione aduersarium prosternerent: id quod fiebat multo tum cibo tum exercitio. Cibus autem erat qui non facile difflueret & dissiparetur, sed valentis prorsus materia, hoc est, crassus & viscosus, ut bubulæ & suillæ carnes, panis ex caseo, & illa, ut ait Galenus, publicè laudata similago, & quæ ex ea fiunt bellaria, quæ ille lib. 5. saniti. tuēdæ scripsit ab athleticis studio præparari, his ad ea quæ moliuntur apta. Panis eorum, peculiari vocabulo coliphii olim dictus est, ἀπὸ τῆς κώλου καὶ ἰού, hoc est, à membrorū firmitudine. Sumebatur autē ab illis cibis nullo ordine, nullaque lege, ut sic facilius assuescerent omnia aduersa ferre. Itaque & crapula & somno intempestivè indulgebant, in puluere & cæno volutabantur, & ad omnia honesta natura munia inutilis, Epeo Homericò quàm similimi euadere nitebatur. Qui his artibus talem corporis habitum comparauerant, athletæ præstantissimi habebatur, ipsaque habitudo corporis ἀθλητικὴ ἔξις dicebatur. Factū tamen est postea, ut eo quoque nomine omnis corpulenta & firma habitudo vocaretur, etiam in iis qui athleticam non exercerent. Inde apud Plautum pugilicè, pancraticè, atque athleticè valere, pro optimè & firmissimè, & apud Celsum lib. 4. cap. 6. *athleticus victus* pro valido & ad vires firmandas accommodato usurpatur, quemadmodum Budæus in Pandect. anno notauit. Ceterùm athleticam illam habitudinem Hippocrates censet non esse secundum naturam, & ea meliorem esse salubrem. Namque propter vasorum plenitudinem proxima periculo est. Itaque neutra potiùs quam simpliciter salubris dici debet, propter imminens periculum, nisi κληρονομία protinus soluatur, aliàs, ut scribit Galenus comment. in aphor. 3. lib. 1. inculpabilis est, quod athletæ & bonis abundēt humoribus, & vires habeant robustas. Eorum quoque sanguinem optimum esse, idem lib. de atra bile prodidit.

Ἄθροισμα. vocabulum est empiricæ sectæ proprium, de quo vide in dictione ἐμπειρικὴ: ἀθροισμα. ὁ μὴ μεθύωρ, apud Hippocratem:

λίγλενον. unguētum populneum, quod ex uua, quæ fructus eius est & βεῖον dicitur,verno tempore conficitur, cum plurimum grauis est prægnansque resina. Est & nomen τῆς ἀγροῦ φαρμάκου, cuius descriptionem explicat Paulus lib. 7. cap. 19.

Αἴγυγος. *populus.* Arbor est duum generum. unum αἴγυγος λεβικὴ, alterum αἴγυγος simpliciter dicitur. Vtrumque procerum, sine flore, ligno æquè candido, folio bicolore, crepitante, in iuuenta quidem circinata rotunditatis, in senecta verò anguloso, infernè herbaceo, superne candicante, pleno lanugine, quæ ut iulus euolat. Discrimen hoc est, quod nigrae populi caudex procerior leuiorque sit, alba leuis & carnosus, nigra etiam magis scaber, foliūque angustius quàm alba. Ad hæc nigra sterilis prorsus est. alba fert uuas, quas βεῖον vocant, unguentis aptas. b

DEFINIT. MEDIC.

αἰγίδιον. est nomen collyrii quo fluxiones commodè sisti possunt, quod genus σκεπνὸν appellant. Descriptio habetur apud Aëtium.

αἰγινὸν. à quibusdam dicitur ἰ ἀγρῶσις authore Dioscor. quòd capris grata sit pabulo.

αἰγίλας. est apostema inter maiorem oculi angulum & nares ruptum atque exulceratum (antequam enim disruptū exulceretur, ἀγίλας vocatur authore Paulo) quod aliquando neglectum parvam fistulam aperit per quam pituita assiduè distillat, idque assiduè malè habet oculum. nonnunquam etiā exeso osse usque ad nares penetrat, atque interdum naturam carcinomatis induit. Intentæ in eo venæ & recurvatae sunt, color pallet, cutis dura est & leni tactu irritatur, inflammationemque in eas partes quæ coniunctæ sunt euocat, ipsique oculo propter viciniam frequenter damnum accersit per naturale paruum foramen quod in angulo habetur, ut scripto prodidit Aëtius. Ex his eos qui quasi carcinoma habent curare periculosum est, eos verò quibus ad nares tendit, superuacuum, neque enim sanescunt: at quibus id in angulo est, potest adhiberi curatio, quæ quantò angulo propius id foramen est, tantò difficilior est, quoniam perangustum est in quo versari manus possit. Dicitur & abscessus is αἰγίλας πη.

Est & αἰγίλας auenæ genus unum quod specialiter Latini festucam appellant: ea autem herba est quæ non nisi post annum ex semine suo gignitur. folio est tritici, sed molliore, summo in capite semina bina ternæue rubra habet, ex quibus ariste capillamenti modo prætenues prodeunt. Spica illi ante messem decidit, ita ut spicilegij tempore spica ipsa inanis & orba grano, vane scensq; culmus, quasi festuca reperitur: unde inditum illi à Latinis festucæ nomen fuisse verisimile est: eamque ob id Virgilius Poëta sterilem auenã appellasse videtur frugū pestes enumerās hoc versu, Infelix lolium & sterile dominantur auenæ.

Sic autem fortasse dicta est Græcis quòd illita cum farina herba τὸ αἰγίλας πη oculorum vitio medeatur. vide βρόμος.

Est & αἰγίλας, authore Plinio, arboris glandifera species quæ fert panos arentes, muscoso villo canos, non in cortice modo sed & è ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos.

αἰγίλη. dicitur apud Hippocratem in oculis albicans cicatrix, ut in Prothetico: & albescentes humores concreti, ut in Coacis prædictionibus.

αἰγίλας. sic dictum est antiquis fœnū Græcum quod propriè πῆλις appellatur. scilicet à siliquarum figura quas similes habet corniculis caprinis vel etiam bubulis. unde & βούκλας quoque à Theophrasto cognominatur. Idem & Galenus annotauit in explicatione vocum Hippocratis.

αἰγοπέσωτερ. genus collyrii. vide αἰγίδιον.

αἰγύπτιον ἔλαιον. Ægyptium oleum. dicitur apud Hippocratem id quod veteres cicinū vocant: at verò αἰγύπτιον ἔλαιον λευκόν, hoc est, ægyptium oleum album significat id quod ex liliis compositum est, atque alio nomine κρινιον καὶ σούσιον, id est, liliaceum & susinum appellatur.

αἰγύπτιον μῦρον λευκόν. Ægyptium unguentum album. dicitur apud Hippocratem unguentum quod & μωδιόσιον appellatum est, compositū ex liliis & aromatibus, quamobrem unguentum non oleum nuncupatur. Idem verò & κρινόμιτρον & σούσιον μῦρον vocatur. Eo antiquitus mulieres utebantur, nimium cutis candorem oculere volentes

- lenses. Appellabant autem & alio nomine πωδίσια, ut author est Pausanias.*
- αἰχόπιον μύρον. dicitur apud Hippocratem unguentum quod ex floribus Ægyptiæ spine constabat. appellatum est & ματώπιον.*
- αἰχόπιον. nomen est medicamenti stomatici, quod habetur apud Paulum lib. 7. cap. 14. Est & pessis nomen, cuius compositionem Paulus explicat lib. 7. cap. 24. Est etiam emplastrum cephalicum Andromachi, quod describitur ab Aëtio lib. 15.*
- αἰχόπιον συππεία. Ægyptium alumen, quod & χαλόν & τελαχόν appellatur.*
- αἰχόπιον. dictum est ἠλιδοσπερμον authore Dioscoride, forte à feminis soliditate & duritia.*
- αἰδίον. penis, membrum virile, quod alio nomine etiam κωλός dicitur, ut scribit Galenus. Est pars viri exerta ex ossium pubis ligamenti nata, primum concubitus organum. Fit ex duobus ligamentis, raris, sanguine crasso & nigro plenis, tactu exquisito præditis, ex ossium pubis commissura propè totis prædeuntibus, supernè unitis, infernè distantibus quantum poro uretico perficiendo, cum cute & membrana carnes sufficiat, donec in glandem, penis finem, desinant. Venas habet atque arterias tum magnas tum multas ab illis prædeuntes, quæ os sacrum præteruehuntur, nervos autem tum à sexta coniugationis ramis qui ad costarum radices descendunt, tum ab infima spinali medulla.*
- αἰδία. significat apud Hippocratem aliquando εἶος, id est donec, sicut & apud plerisque veterum.*
- αἰδαλικός. sunt, authore Galeno, in summa cute circuli quidam rubentes, iis similes qui ab igne excitantur. sic dicti sunt ἀπὸ τοῦ αἶδαρ. Sunt qui scribunt per u αἰδύλικός quibus suffragatur author explanationis vocum Hippocratis.*
- αἰδαλικώδεια. Galenus ἐν τοῖς γλωσσῶσι αἰμαλωπεῖα interpretatur.*
- αἰδαλία. apud Hippocratem dicitur λιγνός, hoc est, fumus & fuligo.*
- αἰδιοπικὴ ἔλαια. à quibusdam dicta est ἰ ἀγεῖλαια; id est, oleaster, sicut habetur apud Dioscoridem.*
- αἰδιοπικόν. aliquando dicitur absolute apud Hippocratem. Tunc autem debet subintelligi κύμιον.*
- αἰδιοπία. herba est foliis verbasco similibus, perquam hirsutis densisque, in orbem circum imam radicem sparsis, caule quadrangulo, aspero, crasso, arctio aut apiastro simili, multis alis concauo. Fert semen erui magnitudine, in singulis cõceptaculis geminum. Radices habet ab eodem cespite numerosas, longas, crassas, & gustu glutinosas, quæ sicca nigrescunt, itaque durantur, ut cornu possint videri.*
- αἰδύλικός. vide paulò antè αἰδαλικός.*
- αἰμαλωπία. est sugillatio in oculis, ex plaga aut ictu effuso sub contusum locum sanguine. Sic quidem Archigenes definiuit, qui etiam idem malum ἑπὸσφαγμα appellavit. Sic dicitur quasi αἷμα ἐν ὀπί, etiam si in omni alia corporis parte nasci dici que possit. Siquidem Dioscorides etiam cruorem per adipem sparsum αἰμαλωπεῖα nuncupavit; scribens, τείβει κατ' ὀλίγον ὕδαρ ὑδιχίωρ, ἀρχὴς αἰ μίτη αἰμαλωπία ἐκκρίνεται. Galenus etiam ἐν τοῖς γλωσσῶσι annotavit αἰμαλωπεῖας vocari rubentes quosdam in cute circulos, qui alio nomine αἰδαλικός dicuntur.*
- αἷμα. sanguis. Duobus modis intelligitur: interdum sincerus & solus, ab aliisque humoribus secretus, interdum verò, & quidè frequentius, ceteros humores secum com-*

DEFINIT. MEDIC.

plexus, qualis ferè aperta vena vel arteria excernitur, & dicitur omnes corporis partes gignere & nutrire, sanguineas scilicet nullius interuētū, sed primò & per se, spermatikas verò intercedente semine. Inest in eo sanguine pituita dulcis & semicocta, quæ postea concoctione in sanguinem transit: inest & bilis pallidæ aut flauæ, sed naturalis & benignæ portio, ac etiam humoris melancholici, ut constet partibus omnibus temperamento maxime variis & quantitate. Sanguinis enim sinceri portio plurima, deinde pituita & succi melancholici, bilis paucissima. Ex hoc sanguine, tãquam è penu, singulæ partes trahunt alimentum familiare, hoc est, aliæ magis sanguineum, aliæ pituitosius, aliæ biliosius, aliæ magis terreum & melancholicum. Est autem sanguinis quidem materia chylus à ventriculo concoctus, causa autem effectrix tum natiuus calor, tum ipsa propria iecinoris caro quam παχύρρυμα veteres medici appellarunt. Quem enim chylum vëtricus & venæ mesaraicæ præpararunt, iecur postea in sinum suum admittit, & in substantiam suam conuertere enititur, sibi que prorsus similem reddere (hic enim unus est omnium actionum naturalium scopus) non modo colore, sed etiam substantia. Quæ quidem ubi ad mediocritatem est consequutus, tunc sanguis verè est, inter chylū & ipsum iecinoris parenchyma medius. Est igitur sanguinis verè effectrix causa iecinoris caro, sicut seminis testes, & lactis glandulæ in mammis reconditæ: sed non ea quidem nuda & sola, omnique ope destituta, verum calore natiuo prædita, quem omnium actionum naturalium authorem esse Hippocrates asseuerat. Hic autem cum temperatus sit & modicè humidus, plerique putauerunt sanguinem quoque ab eo genitum, calidū humidūque esse oportere. Hippocrates tamen sanguinem calidum naturā non esse existimauit, quod in mortuo animali calorem non retineat, cum tamen alij humores temperamentum proprium etiam post mortem retineant. Est enim pituita semper frigida humida, bilis utraque calida sicca, humor melancholicus frigidus fccus. Ex quo apparet in viuo animali mistum aliquid esse sanguini, cuius occasione calidus sit. Est autem id spiritus triplex, naturalis, vitalis, & animalis, & in eo spiritu ceu vehiculo & pabulo calor. Quamobrem sanguis, spiritus, calorque natiuus simul moueri solēt, nunc foris intrò, ut initio accessionum, verecūdiæ, per somnum, metum, mœrorem, nunc intus foras, in augmento & statu accessionum, verecūdiæ, vigiliis, gaudio, æstu, balneo & id genus aliis: unde fit ut animalia sanguinea exanguibus sint calidiora, & partes corporis nostri quanto plus habent sanguinis, tanto plus habeant & caloris. Hæc quidem cum sit præcipua sanguinis generandi causa, permulta tamen alia concurrunt, à quibus copiosior, purior, faciliusque, vel contra prouenit: in primis quidem partium à quibus gignitur puritas aut impuritas, alimenti natura & quantitas, & naturarum proprietas quædam. Ceterum sanguis optimus & pulcherrimus, multum rubet, præsertim in venis. Nam ab arteriis fluens flauior est, uti & calidior, cum in in venis sit temperatior. Dulcis præterea est, ut qui fiat à calore temperato, & crassus ac tenuis medius. Est autem fibrarum plenus, iuos vocant, à quarum frigiditate ipsum coagulari scribunt Hippocrates lib. de carnibus, & Aristoteles lib. de histor. animal. vel hoc argumento, quod cui sanguini sunt hæc fibræ vel ademptæ, vel à natura negatæ (ut damarum, ceruorum & camelorum sanguini) sanguis ille nunquam à frigido concrescet, cum tamen hepatis carni sanguinis fonti, uti & pulmonum, lienis, atque renum fibræ nullæ sint, nec ullus è cæteris humoribus extra corpus concre-

scat,

scat, quo uno maxime indicio excretiones melancholici humoris à sanguine crasso & nigro discernuntur.

Αἱματοφλεβοσίσις. Eo nomine, inquit Galenus in interpretatione vocum Hippocratis, Dioscorides existimavit significari suppressiones supertumescens sanguinis. Alij verò intelligunt eo nomine plenas sanguine & tumescentes venas.

Αἱματηρὰ ἢ αἱματοῦς δυσεντερία. Sanguinea siue cruenta dysenteria. Vna est dysenteria differentia, in qua sanguis multus syncerúsque excernitur, qua in re à reliquis differt, in quibus varia excrementa, biliosa, melancholica, & saniosa vacuantur. Galenus comment. 4. ἐν τῷ ὁδοῦ ἀφ' ἑσῶν annotavit eam non proprie dysenteriam esse, ut quae saepe citra intestinorum exulcerationem accidat ob iecinoris imbecillitatem, aut intestinorum venis praesanguinis copia fatiscensibus.

Αἱματίτης. lapis est saturato colore niger & cinnabarin referens, glebae ferè semper figura, sed aliquando uatum modo efformatus, ex ramentis saxi rubri terrae, sicut & schistus lapis, concretus. Fit enim ex sedimine quod aqua abrasit à saxi terrisque rubris, vel hoc argumento, quod ubicunque αἱματίτης aut χαρδὸς reperiuntur, ibidem sint saxa rubra & terra eiusdem coloris, quomodo in Sinopide rubrica hematitem reperiri Dioscorides scribit. atque ideo vel affricus ad cotem, vel in pila tritus succum remittit, ut & lapides omnes qui eandem habent originis rationem. Quia verò is sanguineus ab hematite redditur, sic propterea dictum plerique volunt, inter quos est Aëtius lib. 2. At Galenus, quod lapis ipse sanguinei coloris sit, ita rectè dictum putat Theophrastum sequutus: alij verò à propria vi nomen accepisse, quod sanguinem profluentem sistat. Adstringit enim & exsiccat, simulque calefacit atque extenuat, quibus facultatibus praeditus multorum morborum praestantissimum remedium est, siue succus eius cote exprimatur, siue ipse ustus in puluerem vertatur. Vrendi autem rationem Dioscorides lib. 5. prodidit. Fit ex eo collyrium quod αἱματιανου appellatur, conueniens aspretudini oculorum. describitur autem à Galeno lib. 4. τῆν κ' τόπος.

Αἱματικὸν ἐχνοῦν. significat apud Hippocratem quicquid in sanguinis profluvio inducit eam tussendi cupiditatem quam medici κ' ἐχνοῦν appellant. Est autem morsus quidam subasper irritans in aspera arteria.

Αἱμορραγία. sanguinis profluuium. Est sanguinis è vena vel arteria vacuatio, interdum critica, ut plurimum verò symptomatica. Ea autem tribus de causis contingere potest, tunica earum diuisa, aut reserato earum ore per ἀνασφύμιον, aut transcolatus siue transmissus per σφύμιον. Diuiditur tunica vulnere, contusione, ruptione, erosione: ἀνασφύμιον accidit propter tum vasis imbecillitatem, tum sanguinis qui ad os eius impetu ruat copiam, adhuc acrem quampiam quae illi extrinsecus incidat qualitatem. σφύμιον ex tunica quidem ipsa rarefacta, sanguine verò tenuato oritur: accidere praeterea interim potest & ex gracilium vasorum ore adaperto. Caterum à partibus ferè omnibus profluere sanguis potest, naribus, ore, thorace, pulmone, ventriculo, iecinore, intestinis, & haemorrhoidibus, atque earum partium ἢ αἱμορραγία dicitur à quibus ille profluit. Verum apud Hippocratem cum simpliciter αἱμορραγία dicitur, non addito partis nomine quae sanguinem fundit, id modo sanguinis profluuium intelligitur quod è naribus manat, ut annotavit Galenus comment. 1. τῆν ἰδὶ σφύμιον. Cum autem τῆς αἱμορραγίας nomine omne sanguinis profluuium intelligi possit, eo τὰ

DEFINIT. MEDIC.

men proprie dicitur quod confertim fit, ἀπὸ τοῦ ἐκτῆναι. quod apud Hippocr. significat ἀθροῦς ὀσμῆς, ut Galenus ἐν τοῖς ἁλωσῶν explicauit.

αἰμορροῖς. duo significat. scilicet ipsum sanguinis effluuium per venas quæ in ano sunt, ut scribit Galenus lib. de atra bile, ubi ait symptomati hæmorrhoidis nomen impositum: tum venam ipsam quæ in ano est dilatata sanguinè que fundentem atra bili mixtum. Sunt autem huius duæ summae differentiæ. Alia cæca est, alia aperta. Cæca dicitur tum quæ intra latet nec videri potest, tum quæ conuiuet nec sanguinem ullū remittit, ut licet ex Paulo intelligere lib. 3. cap. 59. Similiter aperta duobus modis dici potest, vel quæ visu conspicua est, & tumet extra sedem, vel quæ sanguinè certis circuitibus fundit, quantum in alto posita sit & oculis non subiecta. Cæca ingētes dolores excitat. Aperta ut, si moderatè quidem fluat, pleròsq; morbos curat & imminentes arcet, sic nimium sanguinem excernens cachexiam, hydropem, aliòsque graues morbos parit. Sunt verò & aliæ ἁπλῆς αἰμορροῖδῶν differentiæ, quas definitionum medicarum author recenset. Differunt enim inter se magnitudine, numero, figura, quòd basim vel angustam vel latam habeant, loco, quòd aliæ in ano, aliæ in sphinctere consistant: ad hæc more, quòd aliæ mites, aliæ verò malignæ sint. Vnde autem hæ venæ prodeant, an à caua vena, an ab altera quam portam appellant, video apud anatomie professores controuersum esse, eorum tamen melior pars in eam sententiã inclinãt, ut venæ portæ rami sint, nec ad cauam pertineãt. Ac quantum eæ solæ venæ quæ in ano sunt sanguinem effundentes αἰμορροῖδῶν proprie appellentur, attamen ad earum similitudinem etiam venæ quædam circa uteros mulierum sanguinem profundentes eodem nomine à medicis dicuntur. Easdem enim ferè habent quas & aliæ differentiãs, & paria symptomata inducere solent. Consistunt autem illæ aut in osculo uteri, aut in collo, aut in ipso utero, aut, quòd rarò accidit, in pudendo: eãsque si non tactu, certè per dioptram licet intueri. Et illæ quoque sua incommoda, sicut & superiores, habent.

αἰμοδία. dentium stupor. Sunt autem qui non simpliciter stuporem dentium, sed stuporem dentium à visu aut auditu excitatū interpretentur. cum videlicet ea, à quibus hi duo sensus abhorrent, percipiuntur: veluti cum limarum aut ferræ attritus exauditur. Verum Galenus definit αἰμοδία esse affectum ori soli, nec tamen toti, sed dentibus gingiuisque accidentem ab acidis & acerbis cibus: eum oratione quidem explicare impossibile est, sed cum quis eiusmodi cibos māducavit ut iis dentes & gingiue malè afficiãtur, affectum hūc in eo & omnibus similem esse credimus, qualem in nobis ipsis experimur. Sunt autem qui τῆς αἰμοδίας nomine omnem simpliciter dolorem dentium intelligant.

αἰμάτις. dicitur apud Hippocratem qui est ab Aenea ciuitate Thraciæ. eundem verò & αἰματινὸν aliquando vocat.

αἰολᾶδαι. significat apud Hippocratem τὸ εἶναι πλανῆσαι καὶ πλανᾶσαι, hoc est, quasi vagari & errare.

αἰόλα. lolium. herba est hordei effigie, folio angusto, pingui, & hispido, semine exili, in cortice aculeato, flore subpurpureo. Nascitur ex tritico & hordeo, corruptis uligine seminibus, aut imbre nimio dilutis. Calfacit & siccatur tertio ferè ordine. Fecit ex eo emplastrum nigrum Heras, valens ad fistulas, & alarum inguinumque abscessus: refertur ab Aëtio lib. 15. cap. de emplastris emollientibus & discussoriis.

αἰορομυδιῶν.

αἰσθητικῶν. significat apud Hippocratē τὸ πρὸς τῶν ἐπιδημιῶν, αἰσθητικῶν καὶ ἀσλητῶν περὶ γυμνασίου μνημονώδης, id est, turpium impiarumq; rerum meminisse, sicut interpretatur Galenus comment. ἐπὶ τὸ πρὸς ἐπιδημίας.

Αἴτια ἢ

αἰτίου. *Causa. Multiplex semper habita est apud philosophos & in varias species digesta. De quibus tamen omnibus non est hic agendum nisi quatenus earum cognitio distinctioque medicina conducit. Maximè quidem communis & ab omnibus recepta causarum divisio est secundum quatuor hæc genera, materiam, formam, efficiēs, & finem: à quibus causa omnis materialis, formalis, efficiēs, & finalis dicitur. Materia quidem siue subiectum (neque enim refert utro modo appelles, sola enim ratione distinguuntur, re ipsa eadem sunt) humanum corpus est: forma, quãdiu quidem homo sanus est, probum temperamētum, cum verò agrotat, ipsa morbi species in materiam siue subiectum impressa, ut calor præter naturam, formalis causa febris est: Efficiēs autem, humor à quo morbus excitatur, aut intemperies aut aliqua omnino incommodationis solutæve continuitatis efficiens causa: finis verò, in morbis, actio læsa. Interrogantibus enim nobis quanam sint febris tertiana causa, responderi potest, hepar quidem causam esse, tanquam subiectum, vel calorem acriorem, ut formam, vel bilis putredinem ut efficientem, vel hominis ægri interitum, tanquam finem, ad quem morbi omnes, nisi curentur, spectant. Verumtamen duæ potissimùm considerantur, non à medicis modò, sed etiam à vulgo, efficiens & finis, sed maximè quidem efficiens à medicis, apud quos tam latè patet, ut reliquas generali quadam significatione cõplectatur, & quæ de causis scripserunt omnia propemodum ad eam referantur. Ea nanque sola videtur corpus immutare, & ex sano ægrum reddere. Definitur esse à qua aliquid fit, vel, ut scribit Aristot. quæ primùm mouet. Nos latius usurpantes causam efficientem esse dicimus, non solum à qua primò fit motus, sed simpliciter omnem quæ rei efficiendæ præbet operam, siue primò & per se, siue secundò & per accidens, siue ut instrumentum, sicut videtur sentire Galenus lib. x. loc. affec. Verbi gratia: iecinoris facultas causa est effectrix sanguinis, similiter & calor natiuus causa est eiusdem efficiens, quamuis natura eo videatur uti tãquam instrumento in omnibus muniis obeundis. Ceterùm huius generis causarum materiam, inquit Galenus, iuniorum medicorum probatissimi quatuor generibus complexi sunt, eamq; distinxerunt in sumenda, facienda, educenda, & foris incidentia. His enim causarum generibus non modò custodia sanitatis perficitur, verùm morbi etiam omnes generationem acceptam ferunt. Ac sumendorum quidem nomine cibus, potio, & si quid medicamentorum inerò sumitur, atque ipse etiam aër inspiratus intelligitur: faciendorum verò, frictio, ambulatio, vectio, equitatio, denique motus omnis, præterea somnus, vigilia, & Venus: educendorum verò, omnia quæ in corpore continentur, quacunque ex parte ferantur. Ex foris incidentibus primus est circumdatus nobis aër, deinde quacunque lauantium unguetiumq; cuti propinquat. His enim omnibus alteratur immutaturque corpus vel ad bonam vel ad aduersam valetudinem. Verùm eadem causarum genera dilucidius mihi videntur distinxisse qui omnes in externas aut internas diuiserunt. Est autem externa, quæ extra corpus posita ipsum bene malève afficit. Hanc & euidentem appellant, quòd omnis propè oculis conspicua sit, aut alio aliquo sensu pateat: Græci νεοτερὰ ἐξ ἔνδω siue*

DEFINIT. MEDIC.

περὶ τὰ ἐξωθεν ἔχοντα, aliquando περὶ τὰ ἐξωθεν appellant. *Eas medici in duo genera partiuntur, necessarias & non necessarias. Necessariae quidem sunt, quae extrinsecus occurrentes necessario nobis ferendae sunt, quod nec eas fugere & declinare, nec sine iis vivere liceat, ut in uniuersum aër, cibus, potus, motus, quies, quae excernuntur, quae retinentur, & plurimae animi affectiones. Non necessariae verò quas vitare possumus & sine quibus vita potest seruari, ut hic aër, hic cibus, hic potus, equitatio, ambulatio, somnus post meridiem, hic vel ille animi affectus, ad haec omnia quae casu aut fortuna contingunt. Interna verò causa dicitur quae intra corpus posita ipsum benè vel malè afficit. Abdita & in obscuro posita, & morbos continens, causa dicitur, à graecis autem περὶ τὸν ἴδιον.* Huius generis est humor redūdans vel deficiens, probus aut vitiosus, qualitates similiter modum seruantes vel excedentes. ad haec robur aut imbecillitas singularum partium. Sūt autem earum causarum duo genera. Vna est generis sui nomine dicta περὶ τὸν ἴδιον, altera verò continens & proxima, quā Galenus indifferēter vel συνῆχῃ, vel περὶ σῆχῃ, vel συνῆχῃ scribit appellari posse. Est autē περὶ τὸν ἴδιον quae cum sit intra corpus, non tamen primò per se, siue immediatè alicuius causa est, sed alia causa intercedente. Continens verò causa est ex qua primò & immediatè aliquid fit. Sunt tamen qui hanc postremam internae causa diuisionem in antecedentem & continentem nugae esse putent, dicentes omnem internam causam simplicem esse, neque ullam continentem propriamq; dici debere. In quo tamen, pace eorum bonaq; venia dixerim, errare mihi videntur. Nam quemadmodum in rebus externis vnus eiusdemque operis possunt esse plures causa sese mutuò consequētes, sic & in interno corpore. Id quod exemplo plurium calculorum quorum primus ab homine motus mouet secūndum, secundus tertium, atque ita deinceps, Galenus in lib. de sympt. differ. apertè declarauit, & multis aliis ex rebus iudicare licet. Ignis enim rarior intra tormentum bellicum accensū pilam aeneam summa violentia impellit, haec muros & arcem prosternit, quorum ruina melior firmiorq; praesidij pars opprimitur, proinde reliqui arcem hosti dedunt. Obsessionis quidem finis (quem & effectum dicere possumus) deditio est. Huius proxima continensque causa (licet mihi, arbitror, hanc hypothesein fingere) militum qui arcem tueantur paucitas, paucitatis autem, ruina arcis quae maximam militū partem oppressit, ruina verò, ictus quo pila aenea arcem verberauit, ictus autem causa fuit ignis intra tormentum spaciis nimium angustis cōclusus. Haec quidem deditiois causae fuerunt, nec tamen omnes primò & per se, sed, ut ita dicam, mediatae. Sic intra corpus res habet. Exempli gratia: crassus & viscosus humor obstructionem inducit, obstructio perspirationem cohibet, cohibita transpiratio putredinem excitat, putredo calorem praeter naturam, hoc est, febrem accendit. Ex hac hypothese sunt febris causae quatuor ordine sese consequentes, è quibus proxima & coniuncta febris causa putredo est, prima autem & maximè remota, crassus & viscosus humor. omnes tamen internae sunt. Itaque ut inter eas discrimen esset, veteres medici proximam causam continentem vocarunt, reliquas verò antecedentes, internas tamen & ipsas. Magna enim reuera inter eas differentia est. Non est igitur insectandus Auicennas si coniunctam continentemq; causam à reliquis antecedentibus distinxerit. In hoc enim & rationem & Galenum auctorem sequutus est, qui similiter eas distinxit cap. 5. lib. 1. de sympt. causis agens de iis quae in sensu tactus consistunt. Torporis, inquit,

quit, causa est vita deses, & succorū crassorū vel lentorum abundantia, quam internā esse non est dubium: continēs verò, siue aliter eā appellare placet, est talis quāsi in neruo affectus cuius occasione à principio ad ipsum virtus transmitti prohibetur. Idem explicans aphor. 30. lib. 7. fiunt, inquit, alii excrementa spumosa spirituoso humore ex capite ad ventriculum defluente: fiunt & vasis, quæ ad ipsum perueniunt, illum effundentibus: fieri potest aliquādò & id ab ipso ventriculo, unā habens causam continentem, quomodo cūque excernatur aut fiat, antecedentes verò plures. Est autem huius pituitæ cōtinens causa statuosus spiritus, dum humori commiscetur, vehementem habens motum & inæqualem, ita ut & ipse distumpatur, & pituitam frangat in multas ac paruas partes. Talis verò motus ipsius causa est, & propria natura, & caloris nonnunquam multitudo. Verum nullibi euidentiùs quàm in libris de causis pulsuum, quas cum statuatur triplices, externas, internas, & continentes, externas quidem hyemem, æstatem, cibum, potum, motum, quietem, & similes: internas verò humorum crassitiem, copiam, acrimoniam: continentes verò, facultatem vitalem, usum, & instrumentum, manifestò continentes causas siue coniunctas siue coherentes ab internis differre demonstrauit. Ex his ergò apparet triplices esse causas, euidentes, antecedentes, & continentes, quæ & ipsæ in antecedētium genere continentur. Nec est tamen necesse omnes in omnibus rebus haberi, cum sæpe unius rei unā vel gemina tantum causa sit. Galenus in arte parua omnes causas in tria genera partitus est, salubres, insalubres, & neutras. salubres rursus diuidens in conseruatrices atq; in effectrices sanitatis. Insalubres sunt morborum causæ & ex eorum numero quæ præter naturam habentur. Diuiduntur & causæ aliter in duas differentias, ut alia per se, alia per accidens dicatur. per se quidem cū propria & insita facultate, nulliusque interuentu aliquid efficit. per accidens verò quando non propria & ingenita vi, sed alio interueniente. ut aqua frigida corpori affusa per se & proximè refrigerat, per accidens autem calefacit, densata scilicet cute, & intus cohercito calore natiuo, & vires maiores colligere. Similiter scammonium per se corpus calefacit, sed quia bilem calidam expurgat, per accidens refrigerat. Est & alia causarum diuisio in tria genera, in eam per quam res est, in eam sine qua non est, in eam per quam meliùs est. Ea per quam res est primaria & principalis dicitur, atque eadem cum ipsa rei forma videtur esse, per quam, ut ait Aristoteles, unumquodq; est id quod est, & agit id quod agit. Præcipua quidem ignis actio est ea quæ sunt eiusdem generis congregare, & separare quæ sunt genere diuersa: cuius actionis triplices sunt, de quibus nunc dicimus, causæ. Ac primaria quidē per quam id ipsum agit, eius calor est à quo, ut à præcipua vi, ignis simpliciter calidus dicitur: secunda verò causa, sine qua congregatio similium & separatio dissimilium non fieret, est ignis & eorum corporum contactus ad omnem actionem necessarius: tertia verò per quam meliùs actio illa perficitur est ignis siccitas, raritas, & tenuitas. Sic enim & quæ cōgregantur & quæ separantur, meliùs suis finibus terminantur, ipseque ignis altius penetrans & in minimas portiones diuisus, in mixtionis intima subit, & omnia quæ congreganda segregandaue sunt, contingit. Sic quidem se habent omnes ferè causarum differentia. qui plures desyderat, legat Aristotelem lib. 2. physic. Non est autem prætermittendum omnem causam ad aliquid dici, ut ait Galenus, scilicet ad effectum suum comparatam. Siquidem idem potest & causa & effectus dici, diuet-

DEFINIT. MEDIC.

sis tantum rationibus. Prohibita transpiratio effectus est obstructionis: eadem vero causa est putredinis. Ex quo patet omnem causam in comparatione ad suum effectum dici. *Αἰτιολογικῆ*. Pars est medicina quae causarum differentias & vires expendit. Cum autem cause duplices sint, ut docuit Galenus, salubres & insalubres, quarum illae ad tuendam sanitatem, haec ad morbum gignendum plurimum habent momenti, non est dubium ambarum cognitionem ad eam medicinae partem spectare, sed earum maxime à quibus morbi prodeunt, quam ob causam etiam à quibusdam *παιδολογικῆ* pars eadem dicta fuit. Eam in totum neglexerunt olim methodici, sed maximi semper fecere dogmatici Hippocratis vestigiis insistentes.

Αἰτωλίον. sic quondam apud Euboenses dictum est granum Gnidium.

Αἰώρ. ὁ βίος apud Hippocratem.

Αἰώνιον. sic dictum est à quibusdam ἡ ἀείρον, hoc est, sedum maius, quod fronde semper eternum sit, & perpetuo vireat.

Αἰώρεα. gestatio. Est corporis exercitatio ex motu statūque composita. Nam cum aliae omnes exercitationes corporis motione obeantur, sola gestatio ex motu & quiete mista videtur esse, quod permulta corporis partes nullo per eam videantur motu exagitari, cum tamen totum corpus ab eo manifeste moveatur à quo gestatur. Quò sit ut hoc exercitationis genus utilissimum lenissimumque sit, nullam corpori lassitudinem inducens, nec tamen minus commouens magnis exercitiis. Ea calor nativus, ut & reliquis, ventilatur & excitatur, dissipatur superflua, corporis habitus robustior euadit, omnisque ad obeundas actiones stupor excutitur. Cum autem multis modis gestari corpus possit, hi praecipui sunt: primus in lecto, eoque vel pensili, vel rotis subnixo: secundus in lectica, siue in ea homo desideat, siue decumbat: tertius in curru: quartus in naui, qui omnium vehementissimus est, & mutationes plurimas maximasque inducit. Est etiā equitatio quaedam species gestationis verum minus propria, quoniam equitantes non equi modo, sed suo etiam motu manifesto exercitari videntur. Ceterum quibus corporibus affectionibusque singulae gestationis species conueniant, Aëtius lib. 3. cap. 6. explicauit.

Αἰκαιοὶ πόνοι. dicuntur ab Hippocrate dolores quos praesens eo temporis corporis dispositio non potest ferre, ut annotat Galenus comment. ἐς τὸ πρῶτον διαίτης ὀξείων.

Αἰκαλις. semen est fruticis in Aegypto nascentis, fructui tamaricis simile. nomē habere dicitur à nymphea Acacali. Ut autem scribit Hesychius *αἰκαλις* est flos narcissi.

Αἰκία. est spina fruticosa, magnitudine arboris, non recta, florem gerens candidum, & semē lupino simile in folliculis. tota excepto caudice aculeata est. Nascitur in Aegypto triplex, alba, nigra, & viridis. Acaciae fructum Galenus lib. 1. τῆν κ' τὸ πρῶτον, καὶ ἐὰν αἰκίαν appellari scribit, hoc est, siliquas spinae, ad differentiam opinor siliquarum arboris ceratoniae, quae simpliciter καὶ ἐὰν appellatur. Ex semine succus cum sponte, tum vi & compressu manat, qui siccatur in umbra, & ex maturo semine niger, ex viridi subruffus euadit: optimus est prorsus leuis & modice rubens. Dicitur & ille *αἰκία*, arboris suae nomine. Est autem testibus Oribasio & Aëtio *αἰκία* arbor eadem cum spina Aegyptia, nisi quod acacia etiam alibi quam in Aegypto nascitur. Acacia adstringit, acerbata & frigida est secundo gradu, sicca autem tertio. Verum quae in officinis hodie acacia ostenditur, non est illa veterum, sed ex bacculis prunorum agrestium coctis succus expressus tessellatim confectus insolatusque, quem

pro

pro vera acacia minimo errore usurpamus.

ἄκν. λίνου. urtica, herba est genere duplex. Una sylvestris, quam feminam vocant, asperior, latioribus nigrioribusq; foliis, semine lini sed minore. Altera non aequè aspera, minuto semine: utriusque semen copiosum est & nigrum. Sylvestris rursus plures sunt differentia. Quae cania dicitur acrior est & caule mordaci & simbratis foliis: quae verò odorem fundit, Herculana nominatur: quae innoxia est morsu carens, anonium vocatur. Omnes tenuium partium sunt, & sine morsu desiccant.

ἄκν. ἰδα ἢ ἄκν. ἰδος. herba est foliis lactuca, multò latioribus & longioribus, eruca modo diuisis, pinguibus, laeuis, nigricantibus. Caulem habet binum cubitorum, digitali crassitudine, laeuem, prope verticem ex interuallis circumdatum foliolis, ceterum nuda-menta quaedam oblonga referentibus, spinosis, è quibus flos prodit albus, semen oblongum, luteum, caput thyrsi specie: radices glutinosas, longas, rubentes, muscosas. Nascitur in hortis petrosis & riguis. Non esset in aculeatarum censu, nisi foliorum extrema per caulem in spinulas occallesceret. Hunc alij παιδερωτα, alij μελάμφυλλον vocant. Ea videtur esse quae in officinis brancha ursina dicitur. Vim habet discutiendi & siccandi.

Ceterum ab acanthi similitudine tota etià vertebrarum spinalis medullae compages ἄκν. ἰδα dicta est, nec modò ipsa tota, sed singuli etiam vertebrarum processus in corporis posteriora exerti, & aculeo spinæq; non dissimiles. Est & ἄκν. ἰδα peculiari nomine dicta pars ea τῆς κνήμης, quam proprie ἀρκυμίου appellant, anterior scilicet tibiae angulus, quia multum acutus fit.

ἄκν. ἰδα ἀγρία. ἢ ἄκν. ἰδος ἀγrios. Acanthus sylvestris. Est planta scolymo similis, eiusdem cum superiore generis (hæc enim sylvestris, illa satiuæ est) sed breuior & magis aculeata. Vires satiuæ consimiles habet.

ἄκν. ἰδα λευκή. spina alba. Est frutex aculeatus, pruni magnitudine, cortice ligni candido, molli folio & chameleonis albi simili, angustiore candidioreque, subhirsuto, spinis infesto, flore albo, odorato, acinis cum pubescunt viridibus, deinde per maturitatem rubris, myrti specie, ligneo intus nucleolo. hos vulgo senellas vocat, deturbando calculo efficaces. Radix eius siccatur & modicè adstringit: semen tenue est & calidum.

ἄκν. ἰδα λιγυρήσια sive ἀραβική. frutex est, qui, ut ait Dioscorides, spina alba similis esse creditur. valdè siccatur & adstringit. unde & sanguinè & alias defluxiones retinet.

ἄκν. ἰδακί. dicitur lacryma helxines herbae iucundi saporis, quae in huius summo vertice continetur. hanc non simpliciter ἀκν. ἰδακίω, sed μασιχρῶ ἀκν. ἰδακίω Plinius appellat lib. 21. cap. 16.

ἄκν. ἰδορ. herba est similis albæ spinæ, foliis minoribus, per ambitum aculeatis & lanugine araneosa obductis, qua collecta depexaque vestes bombicinis similes texuntur. Diminutionis forma dicitur quasi spinula. Est enim albæ quidem spinae proxima, sed, ut dictum est, minoribus multò foliis.

ἄκν. ἰδός. dicitur à quibusdam ἢ ἄκν. ἰδα λιγυρήσια, ut habetur apud Dioscoridem.

ἄκν. ἰδορ. terrestris erinaceus dictus est à Sorano, ut scribit Galenus lib. 1. τῶν κτ' τοῦ ποῦς. propterea quòd ἀκν. ἰδορ, id est, spinis armatus sit.

ἄκν. ἰδος. idem quòd ἢ ἄκν. ἰδα, de qua supra.

ἄκν. ἰνος. herba est spinosa, breuis, latioribus quàm eryngij aculeis, capite magno, chama-

DEFINIT. MEDIC.

leoni albo simili, eadem ferè cū acino herba, nisi quod acinos ocymastrum est, id est, sylvestris ocymi genus. ἄκνυος eryngio quibusdam, inter quos Aëtius est, contribuitur. Proximè accedit ad eam quæ vulgò gallorum calcatrepa nominatur.

ἄκνυος πικρὰ. à quibusdam dicitur ὅτι σαμύρα, ut habetur apud Dioscoridem.

ἄκνυος. herba est cui spina est pro folio, ut inquit Theophrastus, cneco similis urbano, colore tantum rufo, pingui succo. videtur genus quoddam esse atractylidis.

ἄκνυος ἀστατος. inconstans. contrarium τῆς κνύσεως. dicitur de anno ἔς eius temporibus: Hippo.

ἄκνυος ἀστατος πυρετός. dicitur ab Hippocrate febris in qua nihil est κνύσεως, id est, firmi certumq; nec unam exquisitè formam seruat, sicut interpretatur Galenus comment. 4. ἐς τὸ πᾶσι διακρίσθαι ὁξέωρι.

ἄκνυος. dicuntur ab Hippocrate τὰ ἰατὰ, hoc est, curabilia: ἄκνυος enim medicamentum significat.

ἄκνυος. dicitur à medicis, ut scribit Plinius, ea species chrysocollæ quæ medicina vrbibus inferuit, factitia nimirum ex pueri vrina. vide χρυσοκόλλα.

ἄκνυος. emplastri nomen est à Galeno compositi, quod describitur à Paulo Aegineta lib. 7. cap. 17. ἔς ab ipso Galeno ad finem lib. 4. τῆς κνύσεως. valet ad vlcera maligna ἔς vix sanabilia.

ἄκνυοςία. dicitur in pulsibus media quies, quam aliis etiam nominibus ἰσοχρῆσις ἔς ἰσχυρία medici appellant, ut ait Galenus lib. 1. de diff. pulsuum.

ἄκνυος. herba est tenuibus siccisq; surculis, ocymo similis, odorata, sed hirsutior, à quibusdā sylvestre basilicū dicitur, à Latinis ocymastrū, quod planè ocymū imitetur. Mediocres adstringendi vires habet, ideò ἔς alui profluuiis, ἔς ignibus sacris medetur.

ἄκνυος. vocatur ab Hippocrate ferrum sagittæ.

ἄκνυοςία πυρετός. species est febris σπυροχρῆσις, id est, continentis, genita ex humorum in caua vena putredine, ut ait Gal. lib. 2. de diff. februum. Seruat autem perpetuò simile tenorem, neque crescens neque decrescēs, sed in eodem semper vigore consistit: quam obrem alio etiā nomine ὁμόπνοος Græci appellauère, ut scripsit Gal. lib. 9. meth. med.

ἄκνυος. flos ipse ætatis, ætas integra ἔς præcipuus corporis vigor. Translata indè vox est cū ad alia omnia, tūm ad morbos. Sic enim medicis appellatur tempus morbi ordine tertium, in quo ille viget, summamque habet vehementiam. Duobus autem modis, ut ἔς principium ἔς incrementum, definiri potest, humoris concoctione ἔς symptomatis. Priore quidem modo dicitur tempus id in quo victrix natura materiam morbificam perfectè concoxit: altero autem, quæ magis frequens apud Galenum ἔς medicos omneis definitio est, tempus totius morbi vehementissimum, in quo pleraque accessiones in statu eodem consistere videntur inter se prorsus similes, ipsaque pariter symptomata nec imminui nec crescere. ut non immerito tempus id à multis status latinè appelletur. Est autem definitio hæc πᾶσι τῆς ἀκνύσεως communis: illa his modò conuenit, eorūque morborum est, in quibus certa spes est salutis.

ἄκνυος. est tuberculum paruum atque durū in facie, quod alio etiam nomine Græci ἰόνδου, Latini autem varum appellat. Sic appellatur quòd nō pruriat nec ægrum ad se scabendum stimulet. Aëtius lib. 8. cap. 13. ἰόνδου atque ἀκνύσεως idem esse scripto prodidit.

ἄκνυος. spina dorsi. Hunc in modum dicta fuit quòd animal eam κνύσειν, hoc est, scalpere non possit. Propriè quidē in solis quadrupedibus est, ut tradit Iulius Pollux. Ho-

merus

merus tamen etiam in homine partem mediam illam quæ inter metaphyrenum & lumbos est, ἀκνισιν dicitur vocasse. Est & herba nomen apud Nicandrum in Theriacis, quæ valet suffitu ad abigendos serpentes. Græcus Nicædri scholiastes ambiguum id nomen esse dicit, quod aliqui interpretentur κνίδου, alij σκύλλαρι aut ἀκνάλωφι, Tyrannio quidem σκύλλαρι: Apollonius vero Memphites κνίωρον, quod alij κνίωριω appellat. Ego urticam in eo opere interpretatus sum, ut dicta sit ἀκνισιν per contrarium sensum quasi πολὺκνισιν, quemadmodum & ἄξυλος ὕλη, ἢ πολὺξυλος appellatur, & ἄλωχος uxor dicta est.

ἀκούω. auditus. Est sensus aëris ab auribus perceptus. Est enim proprium auditus sensibile sonus & vox, siue aër percussus, siue aëris quædam percussio, instar undæ progrediens & in cerebrum ascendens secundum nervi auditorij ductum. Hic enim unâ cum dura cerebri membrana in auditus foramen incidit, cumque ea in latitudinem sese explicans, meatum sublinat. Est autem præcipuum audiendi instrumentum spiritus auditorius, pars ipsius animæ, ut & reliqui quibus sensus & reliquæ facultates constant: secundarium autem auris, & ea quibus ipsa componitur.

ἀκόνιον. apud Hippocratem in adiunctis libello de ratione victus, significat πῶς θύειν, hoc est, mortarium, similiter & apud Theophrastum lib. de stirpibus octavo.

ἀκόνιον. corticula, medicamenti genus, cum quis attrito ad cotem medicamento aliquo duro & solidiore, ut gemmis multis atque ebena, collyria effingit, quibus vel in oculorum morbis vel in aliis affectibus utatur.

ἀκόνιον. herba est, genere duplex. Vnum est quod habet folia tria vel quatuor cyclamini, vel cucumeris specie, minora tamē & subhirsuta, caulem palmi altitudine, radicem incurvam & scorpionum caudæ similem, atque alabastri modo resplendescētem. Dicitur hoc peculiari nomine aliis παραλαλαγγίς, aliis κνίωρον, aliis θηλοφόριον, aliis, μυοκτόνον, aliis θηλοφόριον. Alterius autem tria sunt genera. Vno ferarum venatores utuntur, quod κνωκτόνον atque λυκοκτόνον appellant: duobus reliquis medici. E quibus tertium quod Ponticum nominatur, folia habet platani; sed magis incisa, longiora, nigrioraque, caulem autem pediculo filicis similem, nudum, cubiti amplitudine, vel etiam maiore, semen in siliquis quadantenus oblongis. Caterum cuiusnam temperamenti sit aconitū, nondū à medicis definitum est. Veruntamen si, quæ ab eo excitantur, symptomata considerentur, ut capitis quam inducit grauitas, & vertigines, quodque humorem in oculis copiosum prolicet, & flatu plurimos excitat qui hypochondria distendunt, & ructus crepitūsque multos pariunt, quodque authore Dioscoride miscetur oculorum medicamentis ἀλωδύοις, nemo dubitabit frigidū humidūque esse: quibus tamen qualitatibus non tam deleterium est, quam vi totius suæ substantiæ. Nomen habet quod vel Aconis, qui Periandynorum pagus est in Ponto, vel in cautibus quas Græci ἀκόνια dicunt, plurimum proueniat. Pādectarum author unum aconiti genus idem facit cum napello apud Arabas celebri, sed falso, cum potius videatur hellebort nigri species esse: vide de eo suo loco.

ἀκόνιον. idem quod ἀκόνιατον, id est, nulla calce oblitum, & non picatum. Nam Dioscorides de fuligine resinæ agens, ἀκόνιατον, τὸν πῆστιν, ἀπίστωτον, exponit. & quod habetur apud eundem lib. 2. de Cantharidibus, ἄς βαλὼν ἐς ἀκόνιον ἀγγεῖον, Plinius sic vertit, Conduntur in vase fictili non picato: etiam si ῥοία calcem, non picem significet.

ἀκόνιος. dicitur à quibusdam ἀκνίος, ut habetur apud Dioscoridem.

DEFINIT. MEDIC.

Ἄκωπις. est gemma guttis aureis stellata, nigro similis, pumicosa, ita dicta quod cum ea oleum subferuefactum perunctis lassitudinem, si credimus, inquit Plinius, soluat.

Ἄκωπυ. dicitur proprie medicamentum quod omnem lassitudinem ex multo & vehementi corporis motu exortam illitu leuat. Hac prima fuit τῆ ἀκώπυ significatio. Sed vsus paulatim nomen id extendit etiam ad medicamenta similem sortita compositionem, quamuis aliis, quam tollenda lassitudini, commodis inseruiant. Neq; enim ad eam tantum sed ad dolorem etiam veterem in alto corpore delitescentem, vel ad motum sensumque difficilem, vel ad tensionem scirrhusque componuntur. Adhibentur & iis, inquit Oribasus, qui cum pinguedinem corpori inducere moliantur, nihil tamen cibis, potibus, perfusionibus, balneis, aliisque id genus remediis proficiunt. Quae omnia ut ἀκωπα recte dici possint, satis est si humida sint consistentia, & τῶς ἀκώπυ simili. Ea autem media est inter συγχροματα & liquida cerata, tanto illi scraffior, quanto his liquidior est. Sunt autem τὰ ἀκωπα ferè omnia facultate duplicia, alia calefacientia, alia emollientia. Quae calefaciunt pipere, pyrethro, semine rorismarini, & similibus constant, valentque ad neruorum vitia, & perfrictiones magnas quae vix ullo calore superari possunt. Quae emolliunt durities, scirrhus, & infarctos articulorum sinus discutiunt, atque morbis abhibentur diutinis. Additur verò ab Oribasio tertia τῆ ἀκώπυ differentia, eorum videlicet quae cutim scarificanc. Caterum miscentur aliquando calefacientia emollientibus, illinunturque commodissime diuturnis affectibus, quique agrè elidi possunt, & quibus sinapismus congruit. Miscentur & unguenta quaedam ad solam odoris suauitatem, & μυρόκωπα appellatur, eiusdem tamen eum acopis generis & facultatis, & nihilo illis praestantiora, praeter odoris gratiam.

Ἄκωπος. à quibusdam ἢ ἀκώγυς dicitur authore Plinio.

Ἄκωρα. herba est caule & foliis & lanugine spinosa, mordax & cui spina pro folio est authore Theophrasto, similis cneco urbano, colore flauo, succo pingui, simillima τῆ ἀκωρατυλίδι, si candidior esset, & decerpta cute sanguineum cruorem funderet.

Ἄκωροϋ vel ἢ ἀκωρος. herba est iridis folio sed angustiore, & radicibus non dissimilibus, verum implicatis, nec in rectum tendentibus, sed summo cespite obliquis, geniculis distinctis, albicantibus, gustu acribus, & odore non ingratis. Calfacit & siccat ordine tertio. Hic verè est doctissimorum iudicio κα' λαμψος ὁ ἀρωμαλευς, aliis verò potius galanga maior est siue crassior: cum tamen illa eiusdem planè generis cum minori videatur.

Ἄκωσα. apud Hippocratem πικραλωμένη, hoc est, repleta.

Ἄκωπαλα. dicuntur quae ebrietatem fieri vetant, vel iam factam discutiunt, alio nomine ἀμέδυστα appellantur, de quibus antè dictum est.

Ἄκωρα. apud Hippocratem, τὰ ἀκωρα, hoc est, summa & extrema.

Ἄκωρατα. Ἀκωρηματα καὶ ἔμετοι. dicuntur apud Hippocratem deiectiones & vomitus, vnius tantum vacuati humoris speciem habentes & aliis humoribus impermixti, sicut Galenus interpretatur comment. ἔς τὸ πρῶτον. Maximè tamen ea quae exquisitè & syncerè biliosa sunt, hoc nomine vocare solet, sicut annotauit idem Galenus commēt. in librum primum τῆ ἐπιδημιῶν. Cum verò apud Hippocratem ἀκωρατος σωξίς legitur, nequaquam de rubente sanguine distillante, sed de nigro semper intelligitur, ut scribit etiā Galenus comment. 1. & 3. τῆ ἐπιδημιῶν.

Ἄκωρατα

ἄκρατα. est imbecillitas cuiusque partis, sed proprie dicitur vitium stomachi non continentis quæ sumpserit.

ἄκρατόμελι. idem quod **δ' οἰνόμελι.** Latine *mulsum*.

ἄκρασπερον. hoc est, ἄκρας ἐσπερας, καὶ ἀρχουλις. *Summa vespera, id est, prima & incipiente: apud Hippocratem & Nicandrum.*

ἄκρατον. idem quod ἄκρατον.

ἄκριβις. dicitur à Galeno quicquid in suo genere legitimum est & exquisitum, numerisque omnibus absolutum, ut ἄκριβις τελευτός, febris tertiana: quæ veræ exquisitæque tertiana notas omnes habet. quod tale non est, νόσον Galenus appellat.

ἄκρισία. duo significat apud Hippocratem & medicos, στένησι τῆς κρίσεως, hoc est, nullam omnino crīsim, aut δυσκρίσιον ἢ μαλθακὸν κρίσιον, id est, difficilem malamque crīsim: ut annotat Galenus comment. 2. in lib. 1. τῆν ἰδιότητα.

ἄκρητον πᾶσι. dicitur apud Hippocratem lib. de hebdomade, quasi ἀδιάκρητον, hoc est, imensum infinitumque spatium. loquitur autem de eo quod est extra mundum, vel infinito vel inani, quod cogitatione informari non potest.

ἄκροβυσία. idem quod ἄκροπόδια.

ἄκρόβρυα. dicuntur fructus omnes arborei, sed proprie quæ lignosum putamen habent, ut malum Punicum, castanea, pistacia, auellana, iuglandes, quod genus appellatione nucum apud Latinos continetur, eoque ἀπὸ τῆν ὀπώρου differre dicuntur, quod hæc exterius lignosi nihil habeant, ut pyra, mala, Damascena, pruna.

ἄκρομφάλιον. sic dicitur pars media umbilici.

ἄκρόπλοα. significant apud Hippocr. ea, quæ supernè & tanquã in summo navigant.

ἄκροπόδια. præputium. cutis quæ glandem integit: dicitur & simplici vocabulo πῶδιον. Verùm ut habetur apud Iulium Pollucem ἄκροπόδια, siue ἄκροπῶδιον, non totum præputium significat, sed eam modò præputij cuticulæ partem quæ prominet. Cui etiam astipulatur Rufus, definiens ἄκροπῶδιον, τὸ ἔξωτον τῆς πῶδης.

ἄκροσπίς. dicitur apud Hippocratem quod in superficie mutatum est.

ἄκρόσπελος. dicitur à quibusdam βρόμος herba, siue auena.

ἄκρόχειρ. dicitur ab Hippocrate totū id quod à cubito ad extremam usque digitorum aciem est: χεὶρ enim ab eodem nuncupatur quicquid à scapulis ad extremos usque digitos habetur, quod in brachium, cubitum, & extremam manum diuiditur.

ἄκροχλιαρόν, τὸν πειρ, ἄκρας χλιαρόν. id est, summè tepidū, apud Hippocratem πῶδι διαίτης ὀξίωρ. Est autè summè tepidū quod inter frigidum calidumque exquisite mediū est.

ἄκροχρόδον. est verruca dolens quæ sub cute coit durior & paulo asperior, callosa & platurumque teres, coloris eiusdem, infra tenuis, ad cutem latior, fabæ ferè magnitudine, pueros maxime infestans. Vix una tantùm eodem tempore nascitur, sed ferè plures, easque nonnunquam subito desinunt, nonnunquã mediocrem inflammationem concitant: sunt quæ etiam in pus vertantur. Dicitur hoc nomine propterea quòd, ut ait Aëtius, similis sit vertice suo resectæ chordæ secundum extremitatem, vel sicut existimat Celsus, quòd in imò usque adeò sit angusta; ut pendere videatur. Totà enim foras prominet, adeò ut excisa nullam radiculam relinquat. Vnde & verruca pensilis à nonnullis latine vertitur, quòd basi angustiore prædita videatur pendere, summæ chordæ similis. In eo differt ἀπὸ τῆς μυρμηκίας, quòd cum utrumque vitium cutis excrescentia sit, in tuberculi modum, hæc tamen præterquã quòd similem

DEFINIT. MEDIC.

formicæ mordentis sensum inducit, basim etiã habeat latiore, & nigro colore prædita sit, atque, ubi à chirurgo tollitur, sanguinem fundat copiosiore, quàm eius magnitudo ferre videatur.

Ἀκρόφυλον. significat apud Hippocratem nudum, quasi ἢ ὠδὶ τῆ ἀκρον φλόρον.

Ἀκρόμοιον. Est omoplatæ in superiori eius sine in rectum tendens ἀπόφυσις, per quam scapula ipsa claviculæ copulatur. In hunc usum à natura producta est, quò & firmior ea copula esset, quam veluti vallum quoddam sic ἀπόφυσις illa contegit, simulq; prohiberet ne sursum brachij caput excideret. Definitur etiam à Galeno in libro πῶδι ἀρθερω, spina in dorso omoplatæ (quæ ipsam omnium maxime facit inæqualem & gibbam) elata, progressa, dilatataq;. Item omoplatæ ἀκρόμοιον vocatur, quâ ipsa clavi committitur. Aliis ἀκρόμοιον dicitur os cartilagineum clauem cum omoplata connectens, ligamentis membranosis ab ipso exortis. Quod quidem plerique hominis proprium esse asserunt, inque hominibus solis deprehēdi, aliòque nomine κερτακλαῖδα appellant. Id primis annis cartilago est, deinde verò ætatis aut temperamenti siccioris occasione in os degenerat. quò fit ut acromium ipsum Hippocrati os, Galeno cartilago dicatur. Quidam anatomes periti definiunt ἀκρόμοιον esse τὸν σῶμα ξίρι summi humeri cum clavicula, ut memoria prodidit Galenus in lib. de ossibus.

Ἀκρότις. dicitur lingua ab Hippocrate lib. 7. τῆ ὠδὶ δαμῶν, tanquam sua ipsius extrema non informans, hoc est inarticulata propter motus difficultatem, ut annotat Galenus in explicatione vocum Hippocratis.

Ἀκρότηρια. dicuntur propriè maiores & extremæ corporis partes. Eo nomine Aristoteles appellat extremam partem digitorum sub unguibus latètem, & extremam partem ossium.

Ἀκρωτηριασμός. est extremarum corporis partium videlicet manuum, aut pedum, vel putrescentium, vel quarum ossa perierunt per ferram dissectio. Namque ubi summæ partes, ut manus, aut pes, computruerunt, vel earum ossa contabuerunt siue ab externa causa disrupta, siue ab interno affectu putrescentia, quoniam inutilia redduntur, & noxam vicinis primùm partibus, deinde uniuerso corpori inferunt, necesse est eas serrula præcidere. Verùm prius necesse est corpora ossibus circumdata diuidere. Qua in re si quando metus est ab immodico sanguinis profluuiò, rectè consulit Leonides non omnia primùm corpora secanda, nisi ex toto putredine contabuerint, sed eam solùm partem ubi nec plures neque grãdiores esse venas aut arterias existimamus, quas tunc deuitare oportet, deinde os protinus ferra præscindendũ, & panniculus lineus partibus sectis circumponendus, ne ferra per ipsa tracta dolores excitet. Atq; tunc reliqua parte vasisque excisis ferramenta candentia vasis iniicienda, sanguinisque profluuiò suppresso, linamentis insertis & conuenienti deligatura adhibita, medicamentis utendum quæ pus moueant.

Ἀκτρία. legitur apud Plinium, & describitur ab eo graui foliorum odore, caulibus anisgeniculatis, semine nigro ut hedera, baccis mollibus. Sic dicta videtur quasi sambucea, id est τῆ ἀκτῆ similis. Potest ea esse quæ gallis dicitur hyeblum, quod est logè humilius sambuco, magisque herbaceo generi assignandum.

Ἀκτὴ. sambucus. frutex est duorum generum. Vnum arborefcit, surculos habens arundini similes, rotundos, cauos, albescentes, proceros, & fere sine nodis. folia autem inglandis tria vel quatuor ex interuallis circa ramos exenuntia, odore graui, incisuris pluribus.

pluribus. In ramis siue caulibus umbellas fert floris albi, mox acinos terebintho si-
miles, ex nigro purpureos, racemosos, succo plenos vinososque. Radices agit tellure
summa, nec multas nec grandes. Alterum autem genus est herba quàm arbori si-
milis, & breuius, humi iacens, caule quadrangulo, geniculato, densis articulis, fo-
liis amygdala, per ambitum sectis, longioribus tamen & graueolētibus, quæ per in-
terualla ex singulis geniculis pennata exeunt. Umbellam in summo fert sambuco si-
milem, floresque similiter & fructum: Græci vocant χαμαιάκτιω, & Latini pecu-
liari nomine ebulum. Vtrumque genus refrigerantis est & siccantis facultatis.

ἄκτιω. dicitur à quibusdam ὁ βούπιον, ut habetur apud Dioscoridem.

ἄκτιον. acinus siue fructus sambuci.

ἄκλιος. glans ilicis, ὁ τῆς κελύφης, ut ait Hesychius. nam βάλανος siue glans proprie
robori apud Græcos & Latinos tribuitur.

ἄκτιον. dicitur à quibusdam ὁ ἄκτιον, ut habetur apud Dioscoridem.

ἄλαβαστρον. est vasculum ex leui & lubrica materia efformatū, seruandis odoribus ma-
ximè conueniens, quòd ut plurimum ex solidissimo & frigidissimo lapide conficere-
tur. Id quia propter leuorem suam non facile posset teneri manibus sed dilaberetur,
hoc nomen sortitum est ἀπὸ τῆς ἀσπερικῆς μαστοῦ ἢ τῆς λαβῆς.

ἄλαβαστρις. est species marmoris, sic dicti quòd ex eo ἄλαβαστρα vascula maximè confi-
cerentur. neque enim lapidis quem alabastrum vocant id primum nomen fuit, sed
quoniam ex eo alabastra fierent, inde vocari cœptus est: cum prius, ut scribit Dio-
scorides, ὄνυξ diceretur. Vim habet in medicina: namque ustus alabastrites si resina
vel pice excipitur duritias discutit, si cera, ventriculi dolores mitigat, sine his gingi-
uas reprimat, cum sale fossili grauitates oris & dentium extenuat.

ἄλαβαστρὸς λίθος, ἢ ἄλαβαστρινός. Est lapis subniger & flauus, ut inquit Aëtius, sed qui
tamen magis ad purpureum inclinēt. Pellucet quasi segmentis quibusdam aut fissu-
ris discriminatus. Tritus pilos nigros efficit.

ἄλαβια φθίσις. dicitur apud Hippocratem lib. de locis in homine corruptio tanquam cæca
& inuisibilis.

ἄλαος. τυφλός. id est, cæcus, apud Hippocratem.

ἄλαπαθον. dicitur à Theocrito ὁ ἄλαπαθον ab effectu, quoniā aluum exinaniat. Atti-
ci enim ἄλαπαθα inanitiones appellant.

ἄλαπῆς. significat apud Hippocratem eum qui sit ex Alaptis. Sunt autem Alaptæ op-
pidum Thraciæ.

ἄλαστορες. dicuntur apud Hippocratem tum facinorosi homines, qui talia perpetrāt ob
quæ cruciari mereantur. tum demones ipsi eorum vindices.

ἄλαπρον. medicamentum ex sale confectum purgandi vim habens. Constat ut pluri-
mum magna salis portione, semine apij, spica nardi, aniso, silphio, pulegio, petroseli-
lino, pipere, cumino, zingibere, ad hæc scammonia, vel epithymo, vel lathyridibus
pro specie vacuandi humoris. Vsus eius est aut cum eibis, sicut salis, aut manè etiam
aliquo liquore dilutus ieiunis certa mensura exhibeti potest. Huius cōfectionis for-
mulas aliquot habent Paulus lib. 7. cap. 5. Et Aëtius lib. 3. cap. 108.

ἄλαματα. dicuntur sæpe apud Hippocratem τὰ νοσήματα, hoc est morbi: & ἀλαμῆν simi-
liter ægotare, & ex morbo pati.

ἄλαξερ. significat apud Hippocratem idem quod θερμότητα, id est, calefacere.

DEFINIT. MEDIC.

- Ἄλαμα. unguenti nomen est sic temperati, ut in oleo liquores tantum aliqui aut etiam adipēs vel medulla remista sint, & inde exactam olei spissitudinem acquirat. Id genus etiam simplici vocabulo μῦρον appellatur. Si vero cera aut resina aut aliquid eiusmodi addatur, ut medicamentum ipsum crassitudine τῷ ἀλώπῳ simile euadat, composito nomine μυροκόπων nuncupatur.
- Ἀλείον ὕδωρ. dicitur apud Hippocratem aqua cōferto imbre collecta. ἀλείον enim idem quod confertum & congregatum.
- Ἀλείον. apud Hippocratem oleum vel adeps.
- Ἀλεκτορία. lapis est qui in ventriculo & iecinore galli gallinacei aliquando reperitur. Habet ut plurimum figuram lupini, magnitudinem eiusdem aut fabae. colorem modò in cinereo candidum, modò fuscum, sed dilutum: interdum verò crystallina specie est, sed coloris obscuri, fibrāsque interdum habet subrubras.
- Ἀλεξερόλοφος. crista. Herba est folio gallinae cristae simili, caule tenui, & semine nigro in siliquis. A solo Plinio sic describitur, à reliquis veteribus silentio pratermissa.
- Ἀλεξαιφόνικι ἔμπλαστρος. Alexandrinum emplastrum viride ad extrahendum. Recipit aluminis scissilis P. * V I I I. salis ammoniaci. P. * V I I I. squamae aris P. * X V I. myrrhae, thuris, singulorum P. * X V I I I. cera P. * C L. resinae Colophoniae aut pineae P. * C C. olei heminam, aceti sextarium. Refertur à Cor. Celso lib. 5. cap. 19.
- Ἀλεξάνθου βασιλέως κολυρίον. est siccum collyrium magnae aduersus cicatrices atque albugines utilitatis. Constat croco, specie Celtica, & terra ampelotide. Refertur ab Aëtio lib. 7.
- Ἀλεξιπύριον. est antidotus & amuletum fascinationum & veneni cuiuscunque siue intrò sumpti, siue morsu infusi. Placuit tamen quibusdam, ut ait Galenus, ea tantum ἀλεξιπύρια nūcupari quae venenatarum bestiarum ictibus medentur. eoque differre ἀπὸ τῆν ἀλεξιφάρμακων. Sed hoc discrimē nihili Gal. aestimat. Ego potius id inter ea, si quid differant, interesse crediderim, quòd δ' ἀλεξιφάρμακον intrò sumitur, ἀλεξιπύριον foris imponitur, non veneni modò causa, verum etiam depellendae fascinationis, ut quae collo appenduntur. Verum apud Hippocratem ἀλεξιπύριον simpliciter significat δ' βοιάθημα, id est, remedium. ἀλέξασθαι enim idem quod βοηθεῖν.
- Ἀλεξιφάρμακον. propriè dicitur medicamentum quod deleteriis pharmacis medetur, non extrinsecus quidem corpori impositū, ut quod ἀλεξιπύριον nominatur, sed intrò sumptum. Quae tamen duo vocabula sunt qui confundant, nec putent differre. Dicuntur ἀπὸ τῶ ἀλέξαι, quòd à veneni noxa vendicent, quomodò & amuleta Latinis ab amoliendo.
- Ἀλώπης. apud Hippocratem ἄθροισις, id est, collectio & congregatio: unde ὕδωρ ἀλείον aqua dicitur ab eodem conferto imbre collecta.
- Ἀλίονισμ, ἀθροίσουσμ, apud Hippocratem.
- Ἀλίως, ἄθροως. apud Hippocr. confertim & cumulativim.
- Ἄλμ. idem quod ἀλίον, de qua postea.
- Ἄλιον ἔλαιον. idem est quod δ' ἀμυγδαλίον ἔλαιον, ut scribit Aëtius lib. 7. cap. 69.
- Ἀλιθέωσι. παλαιῶσι. hoc est, decipiant, apud Hippocratem.
- Ἀλθαία. ibiscus. Genus est sylvestris maluae, habet folia grandiora, & ut cyclaminus, rotunda, lanuginosa, florem rosaceum, caulem binum cubitorum, radicem lentam, viscosam & intus candidam. Vis eius discutit, laxat, inflammationem abigit, lenit

ϕυματὰ concoquit. Radix autem, & semen reliqua quidem intensa habet, verum exterit etiam vitiligines abstergitque. præcipue autem semen calculos confringit. In summa valet ad plurima, sicut Dioscorides prodidit, estque eius usus in medicina tantus, ut inde nomen habuerit, quod inter primas sit utilis & pluribus polleat remediis, ob quæ à quibusdam etiam ἀριστὰ δαία dicitur. ἄλδος enim remediū, & ἀλδωρ mederi significat. Ex ea emplastrū Poletes faciebat eximij usus, quod refertur ab Aëtio lib. 15. capite de emplastris emollientibus & discussoriis.

ἄλδωρ, ἰγιάζω. id est curare & sanare, apud Hippocratem. dicitur & ἀλδισκωρ.

ἄλδεις, ἰασις. sanatio, apud Hippocratem.

ἄλδωκωρ. est emplastri nomen, quod duplex habetur apud Aëtium lib. 15. cap. de emplastris discussoriis & attractoriis.

ἄλικακας. est solani genus hoc priuatim nomine donatum, quod est frutex surculosus veriùs quam herba, foliis solano satiuo similibus sed latioribus, caule, postquam increuit, prono & inclinato in terram. semine in folliculis rotundis ad speciem vesicarium (unde & φουκίς siue vesicaria nominatur, etiam si Plinius scripserit sic dictam quoniam ad vesicæ calculos valeat) orbiculato, singulari quale cerasium, rubenti & leni, & acinis uuarum simili flore hederaceo, sanguineo, radice cum siccescit, albicante. Officina alcaquengi vocant. Scripsit etiam Dioscorides halicacabi nomine alterum solanum ῥμανωρ nuncupari. Verum halicacabus & vesicaria vera est quæ à nobis descripta est, ut inquit Galenus. Vim habet hortensis solani, sed cibus inutilis est, regium morbum purgat semine potu, & urinam pellit. Fit ex eo pastillus ad omnem eminentiam, rimas pudendi, condylomata, verrucas, & alia multa perutilis, quem describit Aëtius lib. 14. cap. 3.

ἄλιμος. est frutex similis thamno, sine spinis, foliis oleæ, sed latioribus, sepimento vallari idoneus. Duobus modis scribitur, modo nudè, mirabili, ut ait Solinus, effectu, quod admorsa ea fames interdum nulla sentiatur, ab α priuatiua particula ἔλιμος, quasi famem arceat: eius enim folia decocta in cibos admittuntur: modo cum aspirationis nota, quoniam maritimum olus sit, & eam ob causam ἄλιμος à falsugine dicatur Aëtio. Valet radix eius ad conuulsa, rupta, tormina, drachmæ pōdere in aqua mulsâ pota & lactis similiter ubertatem facit.

ἄλιμος etiam à quibusdam vocari ἔαρωρ Dioscorides author est, forte quod ῥἄρωρ & foliis & radice edendo sit, & famem cohibeat.

ἄλιμωρ. est succi cuiusdā cōcreti species, acris subamari, salsi, rari, tenuis, leuis, & aërei, qui facillimè in puluerem solui potest, & ignem concipere, inque flammam mutari. Ex eo tormentarius puluis ad excutiendos globos ferreos apparatus. Conficitur vel ex terra quadam, qualis est in Saxonia campis, in acervos cōdita & sarmentis connecta quò faciliùs putrescat: vel ex eo veluti flore & polline, quæ tum in cellis vinaris, tum in locis opacis gypsati maximè parietes exudant. Vbique ferè salpetrū appellatur. Abstergit & vires non valdè à nitro dissidentes possidet, etiam si ab amaro & vero illo nitro multum differat.

ἄλιπαια. Sunt medicamenta, ut ait Celsus, quæ cruentis protinus vulneribus iniiciuntur, quæ ῥαιμα Græcis vocantur. Hæc enim reprimunt inflammationem, nisi magna vis eam cogit, atque illius quoque impetum minuunt, tum glutinant vulnera quæ id patiuntur, & cicatricem iisdem inducunt. Constant autem ex medicamen-

DEFINIT. MEDIC.

tis non pinguibus, ideóque ἀλιπυία nominantur ἀπὸ τῆς λιπαίνης καὶ τῆς αἰμαίου σφαι-
πυῖ. Dicuntur ab Aëtio ἀλιπυία ab eadem origine lib. 13. cap. 126.

Ἄλις. significat ἀθρόον. hoc est, uniuersim & cumulatae. sicut Galenus interpretatur com-
ment. εἰς τὸ περὶ ῥηλικῶν.

Ἄλιμα. est herba cui folia sunt plantaginis, sed angustiora, & in terram reflexa, caulis
tenuis, simplex, & rudis fistulae instar, cubito maior, capitibus thyrsi, flos albus, te-
nuis, & aliquatenus pallidus, radices tenues, ut veratri nigri, acres, odoratae, mo-
dicè pingues. A quibusdam σαμασίου, ab omnibus plantago aquatica vocatur. Si-
stet aluum & tormina: tumores illita mitigat, estque optimum leporis marini, rana-
rum rubetarum, & opij alexipharmacum.

Ἄλιπς. sic à quibusdam dictam fuisse τὴν ἐλελίω Dioscorides author est.

Ἄλιφλοιός. arbor est glandifera, cortice & caudice crassissimo, & plerūque canato fun-
goφό; Sola corde carere dicitur. nec alia putrescit in eo genere, etiā cum uiuit. Pes-
sima carboni & materia. breui putrescit, iccirco adificiis damnatur. Sic dicitur quasi
salsicortex: amara enim esse perhibetur.

Ἄλιφαρ. βοήθημα, id est, remedium: apud Hippocratem.

Ἄλιφα. est species syluestris malua, cuius folia verbenaca similia sunt, eoque modo quo
illa diuisa, caules autem terni aut quaterni, cortice canabino uestiti, flos paruus, rosa
similis. radices albae, obliquae, quinque aut sex, cubitales. vulgò bismalua syluestris di-
citur. usus radicis alcea ex uino uel ex aqua dysentericis, aluo citae, ruptis, cōuulsis.
Ἄλιφα etiam dicitur à quibusdam τὸ ἄλιμα, ut habetur apud Dioscoridem capite
πρὸς τὸ ἄλιματος.

Ἄλικιὰ δὲ. est secūda species anchusa, quae & alio nomine ὀνοχιδὲς dicitur. Sic voca-
tam putant quòd ea Alcibiades ad formae uenustatem uti solitus esset. Vide in di-
ctione ἀγαυόν.

Ἄλικισίον. idē quod ἔλεον auctore Nicandro in Theriacis. sic autem dictū est ab Alcibio
eius inuentore, qui cum à uipera ictus fuisset, eius herbae succo remediū adeptus est.

Ἄλιμόρον. est spuma maris concreta, admistis sordibus tenuissimis. Id ex auibus, quas
Graeci ἀλιμόρον, Latini Halcedonas uocāt, hac de causa nomen inuenit, quòd ex eo
mari innatante nidos fingunt & construunt. Eius, ut Dioscoridi & Galeno pla-
cuit, quinque sunt genera. Primum est figura spongiae simile, sed spissum & graue,
quod putidos olet pisces, & copiosum in littoribus inuenitur: alterū figura logiūscu-
la, foraminibus plenum, laeue, odore algae simile: tertium ad uermiculi figuram pro-
pius accedit, & ad purpurae colorem, sed est molle: id Milesium nominant: quartum
lanis pinguitudine sordidis est simile, foraminibus plenum, laeue: quintum quia laeue,
simile fungi uidetur esse, intus quia asperū, pumicis: quod acre est, sed odore caret.
Plurimum ut Dioscorides scribit, in Besbico Propontidis insula nascitur, atque id
patrio nomine ἀλὸς ἄλιω, id est, maris spumam appellant. Hoc nomen nunc omne
halcyonium obtinet, excepto subrotundo, quod ex figura pilam marinam solemus no-
minare. Vltimum genus non modò ut reliqua abstergit, & per halitum digerit, sed,
quoniam calidissimum, cutem corrodit & pilos absumit. Theophrastus halcyonium
pumicem esse scribit. Primum & secundum quia exterunt & inducunt leuorem, iis
mulieres contra lentigines, impetigines, lepras, vitiligines, nigredines, uultusque &
reliqui corporis maculas utuntur: tertium utile urinae angustis, & arenis in uesica
concrescen-

concreſcentibus, & renum doloribus, & aquis cutem ſubeuntibus. Crematur in fornace cum ſale cōiectum in fictile crudum, donec fictile coctum fuerit: lauatur autem Cadmia modo.

Ἄλλαντοϊδης. Est tunica fœtus, inter chorion & amnion media, tenuis, infirma, & anguſta, fœtum tantum medium ambiens. Vna eſt e tribus illis mēbranis fœtum inuoluentibus, ſed tenuis & infirma, ut quæ gignatur ex ſeroſiore & muliebri ſemine, imbecillo & pauco. Anguſta autem eſt, faſciæq; modo infantem cingit: neq; enim eum totum comprehendit, ſed à mucronata cartilagine ad ilia uſque tantum extenditur, & ab uno uteri cornu ad alterum uſque porrigitur. Duabus autem tunicis conſtat, quarum una chorio, altera amnio adheret. Inter eas urina fœtus continetur: vrachus enim à veſicæ fundo in partem eius ampliorem inferitur, urinamque ibi effundit, ipſe poſtea per allantoidem tunicam diffuſus, inque eam degenerans. Commodum enim naturæ uisum eſt urinam illam tam acrem ut nares allantoidem ſecantium feriat, eiſque horrorem inducat, longius à fœtu in huius membranæ ſpatium abducere. Sic dicta eſt quòd ἄλλαν, hoc eſt, farcimini ſimilis ſit. Quòd non ita intelligendum eſt, quaſi re aliqua plena ſit concisus carnibus ſimili, quibus inteſtina farciri ſolent (eſt enim allantoides inanis potiùs quàm plena, præſertim quæ amnio inheret, niſi ſiquando magna urina copia ſit, quæ cornibus allantoidis iam repletis in partem eius ampliorem regurgitet) ſed quòd inteſtino cuidam ſimilis uideatur, ex quo farcimina fieri cōſueuere. Eſt enim figura longa, anguſta, rotunda, extremis partibus in uteri cornua ſubeuntibus, paulatim gracileſcens, donec in mucronem deſinat.

Ἄλλογιώρ. περιφρονώρ, hoc eſt, deſipiens apud Hippocr. quaſi ἄλλα γνώσκωρ περιὰ τὰ ὄντα. id eſt, alia percipiens quàm quæ ſunt. Idem etiam ab Hippocr. δῆλοφρονήους dicitur.

Ἄλλοιοτροπία. τρεπεταί τινος, hoc eſt, uertitur variè: apud Hippocratem.

Ἄλλοιωσις. alteratio. Eſt immutatio eius quæ præfuit qualitatis in cōtrariam qualitatem: ut, cum aliquid ex frigido calidum, aut ex aſtero dulce ſit. Quòd ſi alteratio motus eſt, motus autem omnis in ipſo fieri eſſe ſuum obtinet, patet interea dum noua qualitas inducitur alterationem eſſe, poſteaquam uerò inducta eſt, & in ſubiecto corpore remanet, non ampliùs alterationem, ſed διὰ δειν, hoc eſt, affectum ſiue affectionem nuncupari. Alteratur enim is qui nigreſcit, uel qui caleſcit: alteratus uerò eſt qui iam nigrefactus eſt, uel incaluit. Itaque alteratio, generatio eſt qualitatis. Nec uerò ſi deſiſtionem uel mutationem eius, quod priùs fuit, dicas, id pugnet cum eo quod nunc dixi, alterationem generationem eſſe qualitatis, cum ambo in idem recidunt. Nam & quæ prior in corpore qualitas fuit, mutatur, & nunc noua gignitur. Verum quoties cuiuſpiam, quod ſubſtantia non ſit, generationem eſſe dicimus, non idem eo ſermone ſignificamus, ſicut cum abſolutè generationem proferimus. Nam quæ abſolutè generatio nominatur, uia eſt in ſubſtantiam: quæ uerò huius uel illius generatio dicitur, uia eſt in illius (ut ita loquar) entiam ſiue ſubſiſtentiã. Neque enim aliud eſt alteratio, quàm rei affectæ aſſimilatio ad efficiẽtem. Nam quicquid agit, nititur id in quod agit ſibi aſſimilare, ſiue à primis qualitatibus ſiue à ſecundis ipſe motus fiat. Siquidem ab his qualitatibus differentiis duplices in genere alterationes Gal. conſtituit, alias ſpecificas, quæ propriè & primariò dicuntur alterationes, alias uerò quæ contrahunt, uel contendunt, uel quomodo libet aliter afficiunt corporis noſtri particulas, quæ ſanè potiùs per abuſionem quàm propriè & primariò

DEFINIT. MEDIC.

alterationes nuncupantur. Ac specificæ quidem alterationes dicuntur, quæ ex specie aliam speciem inducunt, ut cum ex pane, ptisana, lente, sanguis, pituita, bilis flava, & atra, atque ex his postea adeps, os, nervus, caro, arteria, vena, generantur, nutriuntur, & augentur. Siquidem dum in ventre venisque cibis concoquitur, easque quas exposui mutationes perpetitur, tota sua substantia alteratur, veteremque naturam exiit, in aliam transiens speciem. Itaque non modo cibi concoctio, siue in ventriculo siue in venis & iecinore fiat, sed & assimilatio & nutritio species sunt alterationis, non etiam generatio, quam verius constare ex alteratione formationeque, quam alterationem esse dixerimus. At verò omnes eiusmodi in aliam essentia speciem alterationes mutationesque non aliunde quam à caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate proficiuntur, citra quas nihil potest ex specie in speciem commutari. Atque hac ratione & primæ & elementariæ & specificæ qualitates appellantur. Quæ autem ab aliis contingunt alterationes, veluti quæ secundo, aut contundendo, aut segregata coarctando perficiuntur, nihil prorsus ex propria natura in aliam conuertunt, propterea quòd à secundis qualitatibus multò infirmioribus proficiuntur.

Ἀλλοιωτικὴ δύναμις. *Alteratrix facultas.* Est facultas naturalis, attractum alimentum parti quæ alitur assimilans. Siquidem demonstravit Gal. in qualibet parte quatuor generatim esse facultates, quarum prima attractrix est, quæ peculiare parti succos & appetit & attrahit: alteram deinde esse alteratricem eius alimenti quod attractum est, eoque in opere alimentum mox futurum apponi, agglutinari, assimilari: atque huic alias duas postea deferuire, unã quæ alimentum retineat donec concoctio nutritioque perfecta sit, alteram verò quæ expellat quod per concoctionem tanquam inutile secretum est. Itaque alteratrices facultates in omni animalis genere tot membratim erunt, quot habet in se elementares particulas, alterandi facultate præditas. Habet enim unaquæque particula similis suam vim alteratricem, quæ ex menstruo matris sanguine eam particulam generavit. Dicitur autem ea generaliter quidem alteratrix, siue concoctrix, membratim verò assimilatrix & nutritoria, qua quidem vigete valenteque nutritio cuiusque partis optimè procedit, infirma verò atque afflictæ in atrophiam necessario incurritur. Porro alteratrix facultas ab insito cuiuslibet parti temperamento opus suum peragit: ac calida quidem humorem biliosum atque melancholicum gignit, frigida vero aquosum & pituitosum.

Ἀλλοιωτικὸν ἄσαφές καὶ ἄγνωστον. *obscurum & incognitum, apud Hippocratem.*

Ἀλλοφάσιον. *verbum est non admodum usitatum, sed tamè usurpatum ab Hippocrate. Significat autem vel παραφρονεῖν, id est, delirare, vel μεταεἰπήμῃ ἰαωτῶν καὶ ἄσαφαι: id est, corporis inquietudine vexari: dicitur ἐκ τῆς ἄλλοτε φάσιον ἄλλα, nam qui delirant, varia & aliena, nec inter se coherentia loquuntur, vel, ut plerique volunt, ἀπὸ τῆς μεταβάλλειν ἄλλοτε εἰς ἄλλο γῆμα τὰ φάσιον. Id est, quòd oculos in alias subinde figuras conuertant, id quod etiam delirantium proprium est. Annotavit Galenus comment. in Prognosticum.*

Ἀλλοφάσιοντες. παραπαιόντες. παραφρονοῦντες. *hoc est, delirantes, apud Hippocratem. dicitur & ab eodem ἀλλοφρονίζοντες, & ἀλλογνοῶντες.*

Ἄλμαδες. *dicuntur proprie oliuæ muria conditæ, sicut ἰαλίμιαδες quæ in oleo suo pure innatant, quæ tamen nomina Græci persæpe confundunt.*

Ἄλμη

- Ἄλμυρια.** nō aliud est quā aqua salsa. Diuersis tamē modis tēperari potest, ex qua varietate tres summę eius differentiæ emergūt. Prima est muria multū diluta et ut in quam caseus etiam mollior demergitur, et in quam sal coniectus adhuc liquefit. ea dicitur ἄμωτην et ἄλωκτα, et latine cruda, ut habetur apud Columellam. Secunda est sic temperata, ut nec sal iniectus amplius liquefieri, nec caseus aut ouum demergi possint: hæc vocatur ἄλμυ δίκρατος, et muria matura à Columella. Tertia est tam salsa, ut salis permultū, aquæ minimum in ea sit. vocatur à Græcis δεινὸς ἄλμυρὶ καὶ ἀκραῖος. Videtur esse ea quam Celsus aliquot locis muriam duram appellat. Omnis muria effectus salis præbet, abstergit, siccatur, dysentericis infunditur, atq; ad fotus aquæ marinæ usum præstat.
- Ἄλμυρῶξ. αργός.** est nitri species quæ sua sponte ex terra efflorescit, et extra terram reperitur, vel in conuallibus et campis, vel in lacu. Eo per æstatem canescunt conualles apud Medos, ut Plinius scribit. Sic autem dicitur partim ex sapore quem habet subsalsum, partim ex eo quod à terra erumpit. Vide νίτρον.
- Ἄλμυεις.** dicitur ab Aëtio ἄλμυος, quia salsum holus sit et maritimum, de quo vide suo loco. Est et ἄλμυεις cuiusdam generis brassicæ nomen, ut tradit Athenæus, quæ Ganeæ nata primatum sibi vendicauit.
- Ἄλμυρῶδης πυρετός.** salsa siue salsuginosa febris. Est differentia febris apud Hippocr. lib. 6. τῆν ἕδιδνημῶν. unde autē hæc sumpta sit, non liquidò apparet. Potest quidem ita dici à sapore humorum in quibus febris accenditur, accidente propinquissimo, salsaq; vocari febris quæ à salsa pituita nascitur, qualis est causus hybernus Hippocrati lib. 3. τῶν δὲ διαίτης ὀξέων. Sed cum Galenus locū hunc enarrans dicat ab Hippocrate tactus notas, non gustus differentias explicari, debet, eo quidem authore, salsa febris vocari, quæ salis modo cutem ægri, aut manum medici pruritu magno mordeat. Id quod accidit dum fuliginosa et multū vsta excrementa per corporis habitum et cutem feruntur, ut in pruritus causis docetur à Galeno.
- Ἄλῶν.** herba est foliis scillæ similibus, pinguibus, crassis, modicè latis, rotundis et retrorsus repandis. Illa utrinq; sunt ex obliquo spinosa, et longioribus interuallis striata, breuia, curta, atque in spinulas retusas truncasque desinunt. Caulem habet non dissimilem antherico, in quo flos albus, et semen asphodelo simile. Radix ei una est, ceu palus in terram adactus. Odorem emittit grauem, gustūque amarissimam est. Succum fundit qui eodem cum planta sua nomine ἄλῶν dicitur. Vnum arenosum, qui purissimi fex est, et ab officinis caballinum dicitur, fortè quia veterinariis medicamentis conuenit: alterum verò iecinoris modo coactum, quem succotrinum illæ appellant.
- Aloë** modicè calfacit, spissat, desat, aluum soluit, et bilem detrahit. Efficaciorem esse, si pota ea sumatur cibus, Plinius affirmat. Paulus mane tradendam præcipit, noxa taxans eos qui vespere propinant, aut secundum cibum.
- Ἄλῶν γαλλικὴ.** sic à quibusdam dicitur ἰ γερμανία, ut habetur apud Dioscoridē. fortè propter radicis amaritudinem, propter quam etiam ἄλῶν ab aliis vocata est.
- Ἄλῶν ἁλιεῖον.** est medicina ad ventrem soluendum, aloëm habens, nec eam quidem solam, sed pluribus aliis medicamentis admistam. Eiusmodi compositiones multas describit Aëtius ex Orbasio et Philagrion lib. 3. cap. 101. et sequentibus usq; ad caput. 107. Est autem hoc nomen à recentioribus medicis usurpatum.
- Ἄλῶς ἁλῶος.** flos salis, quid sit non satis certum est. Dioscorides scribit eum flumine Nilo

DEFINIT. MEDIC.

defluere, & lacubus tamen quibusdam innatare: crocei coloris esse, & odore ingrato, ceu gari: interdum longè magis virus olere, gustuque mordaciorem & pinguius lentum esse. Verùm Georgius Agricola hunc non florem salis, sed florem maris appellat, & hunc quidem humidum, pinguem, croceum, nihilque aliud quàm semen balenarum esse dicit, illum verò tanquam fauillam tenuissimum, leuissimum, & candidissimum esse. Quid tamen utrumque sit, non definit.

ἄλς ἄχμ. salis spuma. Est spumosi maris lanugo siue rametum, in exilibus petris inuentum, ut scribit Dioscorides. Nam cum mare feruet aestu, spumas agit, easque ad littora & scopulos appellit: hæ autem abscissæ & in illis depositæ atque exsiccatae, nonnullis in locis in salem conuertuntur, quem Plinius spumam vocat. Nec tamen verè spuma dici potest, sed vel sicca maris spuma, vel etiam rectius sal è marina spuma genitus dicitur. est autem natiui salis species ad mare geniti, quomodo etiã in fontibus vel in fluuiis quibusdam sponte natura nascitur.

Dicitur & ἄλς ἄχμ patrio nomine in Propontide genus unum Alcyonij, ut ait Dioscorides. Id quia leue est, simile fungi videtur esse, intus, quia asperum, pumicis. acre est, sed odore vacat. Nunc tamen hoc nomine omne alcyonium indifferenter appellatur, excepto subrotundo, quod ex figura pilam marinã mercatores vocant.

ἄλς, ἄλς. sal. quid sit notum est. Omnis aut natura gignitur, aut factitijs est. Qui per se nascitur reperitur in terra, vel extra terram. Ille vel caditur in montibus, vel è terra effoditur, vel sub arenis inuenitur: hic aut in fonte, aut in fluuio, aut in lacu nascitur, summa aqua calore solis siccata & in salem conuersa. Sed & in mari sal quidam sponte prouenit tenuis, circum scopulos concrescens, quem ἄλς ἄχμ nominant, de quo proximè diximus. Qui autem factitijs est, vel ex aquis marinis, vel ex falsis fontanis aut putealibus excoquitur, vel conficitur ex sui generis lixiuio. Caterum sales omnes adstringunt, exterunt, repurgant, reprimunt, extenuant, siccant, & crustas urendo inducunt, alij magis, alij minus: fossilis nanque magis adstringit, quòd partes habeat crassiores, ut quæ affusa aqua minimè liquefcãt. Omnes præterea exedentia atque excrescentia compefcunt. Clysteribus utiliter miscentur, virèque multas & maximas possident, quas scripto Dioscorides explicauit. Cùm autem plures sint salis differentiæ præter supradictas, eas consequenter exponam quæ frequentius legentibus occurrunt, & habentur in vsu.

ἄμμωνιακός. arenarius. Sub arenis, inter Ægyptum & Arabiam, in regione Cyrenaica, in sitientibus Aphrica locis inuenitur, ut author est Plinius, qui omnis cùm ἄμμωνιακός dici possit, Cyrenaicus tamen id nomen pro suo vindicauit. Species est salis sponte nascētis, qui inter omnes maximè laudatur, si modò findi facile possit, & in recta segmenta diduci.

ἄδριεῖ. nomen est salis mixti & cõpositi ex hyssopi triente, pulegij quadrante, cumini sextante, ammiij uncia una, salis torrefacti uncijs triginta contusis & cribratis. quidam origani sextantem adiiciunt. Aëtius spicæ nardi unciã unam semper addidit, & hyeme præterea piperis unciã unam. Valet ad concoctionem alimenti, soluit obstructions venarum mesaraicarum, pituitam è thorace expurgat, visum acuit, sed maximè facit ad capitis leuitatem, siquis eo assidue utatur. ἰδουομῆος. condimentarius. fiebat mistis sali quibusdam aromatis, & seminibus odoriferis, siue ad sanitatis vsu, siue ad voluptatem, quò magis cibus saperet.

θεριακός. theriacus. Salis compositio est ex viperis, quæ ad hunc modum fiebat. In vas fictile luto etiam extrinsecus oblitum viperæ quatuor viuæ coniiciuntur. super eas iniicitur salis ammoniaci, vel communis modum Italicus, hoc est, libra viginti: postea superadduntur pastilli hoc modo apparatusi. Radicis gentianæ libra una semis, aristolochiæ rotundæ libra una semis, comæ centaurij minoris, seminis cardamomi, marubij, singulorum uncia sex, scordij mōtani, apij, chamædryos, seminis ruta hortensis, singulorum libra una: hæc modicè contusa melle Attico uniuntur, & in pastillos efformantur. Eorum selibra in ollam vacuam unà cum viperis iniicitur, reliquum sali superadditur unà cum quinque scillis teneris & recentibus minutim concisis: ac tandem fictili ignis subiicitur. Sic autem debet obturari, ut tribus quatuorue foraminibus operculum ipsius pertusum sit, per quos ubi vapor non iam crassus & turbidus, sed tenuis potius flammula efferri videbitur, certum erit indicium perfectæ ustionis. Martianus præter pastillos alterum etiam salis modum Italicum, hoc est, alteras salis libras viginti addit. Olla ab igne exempta, eam tota die nocteque refrigerato. deinde apertos exemptosque carbones diligenter tundito, & cum hisce misturis incernito. Seminis ruta sylvestris, hyssopi, singulorum uncia nouem. seminis fœniculi, nardi Gallicæ, stachyos, singulorum uncia sex. petroselini Macedonici uncia quatuor. summitatum origani, summitatum thymi, singulorum uncia nouem. uia amomi, hormini seminis torrefacti, singulorum uncia tres. baccarum iuniperi, piperis albi, piperis nigri, fœniculi, singulorum libra dua. radicis laferpitij uncia decem. seminis coriandri, zinziberis, seminis vel radicis satyrj, pulegij, seselis, seminis torchylj mōtani, mentha, singulorum uncia sex. castiæ fistulæ unc. II. cinamoni unc. una. Hæc omnia cōtusa cribrantur, & miscerentur, deinde vitreis vasculis reponuntur loco sicco, quibus uti ante diem quadragesimum non oportet. Ego vero, inquit Gal. lib. ad Pisonem, vipers non vro, sed pastillos theriacos sumo qui quatuor vipers capiant, hoc est, ut ait Martianus, pastillorum ficcorum sextantem ferè & uncia dimidium, atq; iis ammisceo quæ cum viperis cremantur, ut ustione, quam habent, amarulentiam deponant. atq; hoc modo longè præstatisimos sales theriacos conficio. Valèt maxime ad curandos affectus qui summa in cute oriuntur, leucas, lepras, impetigines, phthiriasin. mouent namque sudorem copiosum, quo omnia excrementa sub cute latentia expelluntur. *ἰαμβλικός. Iamblichii.* Est salis compositi genus, hunc in modum. Salis ammoniaci libra una, salis Cappadocici unc. VI. piperis unc. III. Zinziberis unc. III. seminis enici scrupuli X V I I I. seminis erucæ scrupuli X V I. ammij scrupuli X V I I I. hyssopi scrupuli X V I I I. silphij scrup. unus. cacuminum thymi, phylli, seminis apij, petroselini, singulorum scrupuli X V I I I. origani unc. una. contunduntur atque cribrantur. Dimidium cochlearium ieiunis cum ouis sorbilibus aut cum aliquo liquore exhiberi potest: nec est hoc salis genere quicquam efficacius ad concoquendos crudos humores. ventrem etiam citra molestiam parum mouet.

ἰνδικός. Indicus. Definitur à Paulo Aegineta, *ἡσίοις μὲν καὶ δισάβησι ὁμοίως τῷ κρινοῦ ἀλλ, καὶ ὡς δὲ μάλιστ' ἴσθης.* Hic ergo non aliud est quam saccharum, quod etiam Dioscorides sali comparauit. Neque enim concretionem modo sali similis est, sed & candorem, & friabilitatem, & eliquationem, si humido diluatur.

καθαγρός. purgatorius. Hic sal non unus est, sed multiplex, alius enim purgandæ bili, alius pituitæ conuenit, alius denique ad alios morbos præparatur. Aliquot eius

DEFINIT. MEDIC.

descriptions habentur apud Aëtium libri tertij cap. 108.

πολίτου. Poletis. Est salis confectio, quæ recipit salis splendidiſſimi drach. CXLIII. floris chamæmeli aridi & contuſi, conyzæ tenuis, calaminthæ montanæ, radicis eryngij montani, origani, ſilphij, pipetis, ſingulorum unc. IIII. omnia contunduntur & cribrantur. Hoc ſalis genus ventrem emollit, pituitam à capite diſſoluit, & nervorum diſtentionibus per commodum eſt.

Ex ſale emplaſtrū fit quod δὲ ἀλῶν appellatur à Scribonio Largo: idque duplex, album & nigrum. Hoc recipit ſalis marini, ceruſſæ, olei veteris paria pondera: coquitur cum oleo ceruſſa, donec coëat, poſtea ſal admiſcetur: illud ſalis marini & ceruſſæ recipit pōdo libram: olei autem veteris triplex adiicitur. Facit ad omnem duritiem, & diutinum dolorem, & ducit ſudores. idem ulcera vetera & calloſa renouat, & facilius aliis medicamentis, quæ hoc pollicentur, cogit cicatricem ducere.

ἄλωνα. herba eſt minoribus quàm helxine foliis, nec tantum hirsutis, ſimilibus muſculorum auribus (unde Græci μὲν ὠτα, Itali muris auriculam vocant) cauliculis teretibus, articuloſis, è quorum geniculis exiles ramuli procedunt, flore paruo, candido, fortis herbaceo. Naſcitur in lucis, unde illi nomen: ἀλωῶς enim lucum ſignificat. Refrigerat & humectat, ideoque ad feruentes inflammationes conuenit.

ἄλωνα dicitur ab Hippocr. quam plerique alij ἀλῶν appellant. Eſt autem anxietas quædam, non ægris modo, verum etiam ſanis accidens: his quidem nulla unquam in re conqueſcentibus, ſed ſubinde res novas agentibus, ut quos protinus cuiuſque rei faſtidium capiat: illis verò nullum accubitum perferentibus, ſed modo hoc, interdum illo habitu variè iacentibus, & cunctis aliis in rebus anxiiſ & moroſis. Prouenit hoc ab ore ventriculi certo quodam humoris vitio infeſtato, qui multus quidem non eſt, nec in ipſo vetriculi ſpatio innatat, ſed ipſius tunicis impactus eſt. Dicitur ἰ ἀλῶν κὶ ἀπὸ τῆς ἀλῶν, quod ſignificat languere præ conſilij inopia, & errabunda atque incerta mente affici, angique animo, interdum etiam oberrare, & temerè expatiari, & apud Galenum δυσαρεſτεῖδαι, ut annotauit Budæus.

ἄλωνα ſalſum. Eſt terreum, graue, & calidum, amaro proximum, ſed minus quàm hoc ſiccatum extenuatūque. hinc digerit, extenuat, deterget: illinc adstringit & denſat: utroque ſiccatur, & corpora à putrilagine vindicat. Ac quia alia aliis magis ſunt ſalſa, patet vires etiam iis inæquales eſſe, atque in genere etiã ſalis eum qui durior, denſior, terreſtriorque ſit, qualis fere eſt uniuerſus foſſilis, minus calidum eſſe, minusque tenuiū partium: qui verò facile rumpatur laxuſque ſit, tenuiorem ſimul & calidiorem eſſe: in quo genere eſt & ſubamarus, mediam quodammodo naturam inter ſalem durum & aphronitrum obtinens.

ἄλωνα eſt turbith candidum, ſecundum Actuarium. alterum enim turpeton, ſiue turbith, eſt piryſæ radix, quæ officinis dicitur eſula. Aëtius lib. 12. cap. de medicamentis purgãtibus ad arthritidem accommodatis, ἀλωνα interpretatur chamælam. Non eſt autem dubium quin Actuarius ſic ἀλωνα appellet: de quo mox.

ἄλωνα herba eſt ſurculoſa, ſubrübēs, gracilibus ramulis, foliis tenuibus, flore molli, leui, & copioſo, radice ſimili betæ, tenui, referta acri ſucco, ſemine epithymi. Radix eius linguam vehementer mordet, & accendit caput. Actuarius ἀλωνα vocat, hoc eſt turbith cãdidū. Semē eius atrã bilē expurgat, quæ vacuata quoniã mæror animi diſcutitur, herba ipſa nomē inde videtur accepiffe. verū in teſtina leuiter exulcerat.

ἄλωνα.

ἄλυσος. inquietudo summa, cum aeger nullo loco consistere & quiescere potest, sed subinde decubitum mutat, ut scribit Galenus comment. ας ε̄ π̄ρωσιϋμ. idem est quod ἄλυκ. de qua supra.

ἄλυσος. herba est fruticosa, uniuersa, subaspera, foliis rotundis, fructu duplicium scutorum effigie, in quo est semen quadamtenus latum. Sic dicta censetur, quod demorsos à cane rabido minimè in furorem agi patitur in edulio contusa, ut scripto prodidit Aëtius in curatione morsus canis rabidi, quā eodem etiam loco σιδαῑ π̄σα atque ἰερέκλας dicit appellari. Plinius ἄλυσος esse putat quam officinae rubiam minorem appellant: Ruellius arbitratur propius accedere ad eam quam rusticam cannabim vocant herbarij. Siccandi, discutiendi, abstergendique vires habet, renum meatus aperit, & ephelidem exterit.

ἄλυσος. non solum sic dicuntur apud Hippocr. ex hordeis farinae, sed & ex aliis leguminibus. Siquidem lib. 1. de morbis mulierum ἄλυσος π̄εινῶ, hoc est, farinae triticeae dicuntur, & lib. 2. de morbis maiore mentio fit lentium & eruorum siccatorum. Omnis ergo grani mediocri magnitudine moliti fragmenta, ἄλυσος vocatur. Nam maiora fragmenta κρημῶ, hoc est, crassiores farinae, minora autem ἄλυσος, hoc est, tenuiores farinae nominantur. Ac quoniam ex iis farinis polenta efficitur, eam Graeci eodem nomine ἄλυσος appellarunt. Fiebat autem ut scribit Gal. lib. 1. de aliment. laudatissima ex recenti hordeo mediocriter frixo, quanquam & ex aliis etiam pararetur. Eam quidam, ut idem refert, sapa & vino dulci mulsoque mistis, nonnunquam sola etiam aqua conspersam, aestate duabus tribusue ante balneum horis per sanitatem olim bibebant, sentiebantque sitim eo potu leuari. Sed tamen cum vino austero pota ventrem desiccabat. Quaedam etiam gentes pro pane ea utebantur, & mediocre quidem alimentum corporibus praestabat.

ἄλυσος κρημῶ. differentia est fracturae ossis in multas tenues partes comminuti; farinae instar, à qua similitudine nomen illi inditum est. Vide κρημῶ.

ἄλυσος. quanquam Graecorum vulgo quamlibet farinam significat, Hippocrates tamen & medici proprie sic appellant hordei tosti siue fricti farinam, quae Latinis polenta dicitur, quae si liquore quopiā subacta est, ab eodem Hippocrate μάζα appellatur.

ἄλυσος. vitiligo. Est vitiosa macula & foeda in corporis cute apparens, & ex malo corporis habitu excitata, sed sine manifesta cutis asperitate, sine squamis, sine exulceratione. His enim notis à psora, lichene, & lepra, ceterisque huius generis tumoribus distinguitur. Dicitur ex eo quod colorem cutis immutat: immutare enim apud veteres ἄλυσος dicebatur. Est autem ἄλυσος non totius quidem carnis affectio, sicut cancer & elephas, sed summæ modò carnis cutisque ab improbo sanguine, aliàs pituitoso, aliàs autem melancholico proueniens, qui cum probe adhaereat affectae parti, non tamen illi assimilari potest. Eius tres species sunt: ἄλυσος, μέλας, λευκὴ. ἄλυσος, quod generis sui nomen retinet, vocatur ubi color albus est, ferè subasper, & non continuus, ut quaedam quasi guttae dispersae esse videantur: interdum verò latius, & cum quibusdam intermissionibus serpit, summam tantum cutem afficit, eaque veluti squamis quibusdam respersa est: oritur ex pituitoso sanguine. μέλας colore ab hoc differt, quia niger est & umbræ similis, ut qui ab atro humore excitetur. λευκὴ habet quiddam simile alphi, sed magis albida est & altius descendit, ut maximam etiam partem subiectae carnis occupet. Prouenit à pituita lenta & viscosa, quae cum

DEFINIT. MEDIC.

propter naturam suam, tum ob imbecillitatem partis affectæ nequit carni assimilari & rubra euadere: itaque & qui in ea pili sunt, albi euadunt, & lanugini similes. Omnia hæc serpunt, sed in aliis celerius, in aliis tardius. ἄλλοθ' & μέλας in quibusdam variis temporibus & oriuntur & desinunt, & curationem non difficilimã recipiunt: λευκὸν quem occupauit, non facile dimittit, præsertim si locus ante pilosus, glaber euaserit: tunc enim vix unquam sanescit, ac si quid ei vitio demptum est, tamen non ex toto sanus color redditur. Verùm autem aliquod horum sanabile sit, an non sit, experimento facili colligitur: Incidi enim cutis debet, aut acu pungi: si sanguis exit, quod ferè fit in duobus prioribus, remedio locus est: si humor albidus, sanari non potest.

Ἄλωπικος. dicuntur muscoli dorsi inferiores, dorsum mouentes, ad lumbos siti, qui aliis etiam nominibus φόμα & ἰδιομήτραι appellantur.

Ἄλωπικία. est capitis affectus, quo capilli toto capite primùm extenuantur, deinde decidunt propter redūdantis humoris malignitatem. Sola figura differt ab ophiaxi: utriusque enim malum à vitioso humore excitatur, à quo capilli faciliè corrumpuntur: hic autem vel pituitosus, vel biliosus, vel ater esse potest, id quod capillis nudata cutis ostendit. Dicunt simile quiddam vulpibus accidere, atque inde ἄλωπικίαν ἀπὸ τῆς ἄλωπικου dictã esse. Sunt tamen qui à proprietate urinae animalis hoc nomen sumptum velint: namque ubi vulpis lotium affusum fuerit, dicunt è vestigio infructuosum effici locum, arescentibus herbis, nec succrescentibus nouis. Celsus morbum hũc aream appellat.

Ἄλωπίουρος. herba est tota specie similis tritico, sed folio, ut vult Theophrastus, latiore. spinosa ut plantago, verùm hirsutior & lanuginosior, florem non, ut illa, particulatim edens, sed per totam spicam frumenti modo sparsum. Nomen inde habet, quod non dissimilis sit vulpium caudis. Sunt qui vulgò virgam pastoris appellari contendunt: alij, id esse quod rura caudatum frumentum dicunt.

Ἄλφος. sic dicitur iridis circulus, oculi candido proximus: limbus pupillæ, nebuloso circa solem aut lunam circulo persimilis.

Ἄμαζόνιος, siue

Ἄμαζόνιον τριόχσκος. est nomen pastilli qui recipit feminis ἀπὸ ἀνίσου, anisi, singulorum drach. V I. comæ absynthij drach. I I I I. myrrhæ, piperis, ὀπὴ, castorei, singulorum drach. I I. cinamomi drach. V I. aqua subiguntur, & rediguntur in pastillos, quorum ad summum drachma una exhibetur. facit ad vehementes stomachi subuersiones & vomitus, ubi serosi humores in ventriculi tunicas recepti sunt. Scribit autem Galenus se myrrham non miscere, propter vim eius medicamentosam, eiusque loco piperis duplum adiicere, ut in vniuersum piperis drach. I I I I. sint. Datur ex vino diluto aut ex aqua.

Ἄμαλδύνειον. verbum est Hippocrati familiare, significans idem quod ἀφαίρειναι καὶ ἀμαυροῦναι, hoc est, offuscatur & obscuratur, velut in secundo de morbis mulierum.

Ἄμαλφος. apud Hippocratem idem quod ἀπαλφος, id est, molliter, vel moderatè. significat & faciliè apud eundem, ut lib. 1. & 2. de morbis.

Ἄμαμυλός. est mespilli genus authore Galeno apud Hippocr. plurimùm nascētis in Italia, idemque dicit esse cum eo quod Dioscoridi ἰδιόμυλός dicitur, quãuis sunt, inquit, qui ἀμαμυλός & ἀμμυλός dicant poma esse syluestria atque exigua. Verùm Pãphilus

philus ἀρμηλίδα pyri genus arbitratur, quod ἀμαμλίδα quidam vocant, alij ἀμμηλίδα, frequentem in Ionia & biferam, fructu pyri, sed sui generis prædulci, & sine nucleis, ac prælato pyris.

Ἀμάμωξ. dicitur vitis, aut vinea genus: authore Hesychio.

Ἀματίπης. species fungi, si rectè coquatur, innocentis, ut ait Gal. Huic inter fungos secundum bonitatis locum Paulus assignat.

Ἀμαξίπης. sic dicitur à quibusdam ἰ ἀρπασίς, hoc est, gramen, quòd iugo carpentisque feruentia iumenta eo passim vescantur, sicut habetur apud Dioscoridem.

Ἀμῆρακος. idem quod δ σαμψύχου authoribus Dioscoride & Plinio. Verùm secundum Gal. & Aërium παρθέσιον est, quod etiam Dioscorides ἀμῆρακος scribit appellari. Ex quo patet geminam esse ἢ ἀμῆρακος significationem, & interdum δ σαμψύχου, interdum παρθέσιον dici.

Ἀμαράκινον μύρον. Amaratium unguentum. Id fiebat olim in Cyzico longè præstantissimum ex omphacino & balanino oleo, spissamentis è xylobalsamo, iūco odorato, & calamo factis, conditisque amaraci, costi, amomi, nardi, casie, carpobalsami, & myrrhæ odoribus. Aliqui, quòd preciosius esset, cinamomum addebāt. Mel autem & vinum etiam adhibebatur, hoc in vasorum illitionem, illud ad cogendas tusorum aromatum offas. Non est dubium sic dictum esse ab amaraco, quod idem prorsus cum sampsocho est, etiam si sampsucinum ab amaracino distinxerit Dioscorides. Id enim non ob id factum est quòd diuersas esse herbas iudicaret, sed propter varietatem regionum hoc unguentum temperantium. Num sampsucinū dicebatur quod ubique ferè ex sampsocho apparabatur, amaracinū verò propriè quod in Cyzico fiebat, ubi δ σαμψύχου vernacula lingua ἀμῆρακος vocatum fuisse Dioscorides author est. Itaque quamuis etiam id sampsuchinum rectè vocari posset, patriam tamen illi nomenclaturam Dioscorides tribuit. Præter odoris gratiã vim quoque habet rarefaciendi & discutiendi, & cæcas hæmorrhoidas aperiendi, ut à Gal. scriptum est.

Ἀμάραντος. Amarantus. herba est radice fulua, bulbosa, ferulaceo caule, pedali altitudine, foliis ocymo longioribus, spica purpurea verius quàm flore, inodora. Sic dicitur quia non marcescit. decerptus enim asseruatur, & cum defecere cuncti flores, madefactum aqua reuiviscit, & collectum furnique tepore siccatum reconditur ad coronarios hyemis usus, nec nitorem gratiãque coloris amittit. Siluit de eo priuatim Dioscorides. Gal. heliochrysi nomine exprimit. Dicitur etiã à quibusdam hoc nomine ἰ χρυσοκόμη, ut author est Dioscorides: Sic dicitur etiã δ ἐλίχρυσον, quod alij χρυσοκόμη appellant, ut idem scripto testatus est.

Ἀμαρυγὰ. hoc nomine quidam oculos, quidam supercilia intelligunt.

Ἀμάρωσις. est absolutum visus impedimentum nullo manifesto affectu in oculo apparente, sed pupilla planè pura atque incolumi. Quibusdam vitiū hoc paulatim conflatur, aliis confertim accidit, ut minimum aut nihil prorsus videant. Si paulatim ἀμάρωσις conflata est, causas habet easdem quas etiam ἰ ἀμβλυωπία: si verò repente ὑπόque impetu incidit, in causa est nerui visui obstructio; à crassiss & viscosis humoribus subito illapsis, aut eiusdē nerui resolutio. habet & plures alias latentes & internas causas, habet etiam externas: ut frequentes cruditates, crapulas, insolationem, capitis inustionem atque ardorem, aut refrigerationem, aut multam lectionem à cibo, aut balnei usum post cibum, vomitiones, & concubitus immoderatos intem-

DEFINIT. MEDIC.

pestiuósque, spiritus violentam cohibitionem, à quibus omnibus caput valdè repletur. Hæc quidem atque his similia si minora imbecillioraque sint ἀμβλυωπία, si vero & magnitudo & vehemētia ipsis accesserit, ἀμώρωσι efficiūt. Sunt enim hi duo affectus ab iisdem causis, & sola maioris minorisque ratione ab inuicem differunt.

ἄμβρα. Ambarum. nomen est barbarum, sed tamen à quibusdam recentioribus Græcis usurpatum. Est odoramenti genus de quo varia sunt sentētia. Alij tradunt in maris profundo, veluti fungum, concrefcere, & procellis in littus eici, aut deuorari à pisce quodam, in cuius corpore postea reperitur. Alij putant ipsum è fontibus quibusdam scaturire, bituminis modo aut sulphuris. Tria eius produntur genera, fuluum, subalbidum, atrum. Calfacit & siccac. Cerebrum & cor olfactu roborat: senibus & natura frigidis opem mirificè præstat.

ἄμβρα. dicitur à Galeno in comment. 1. ἐς τὸ πρὸς ἀρθρῶν totum id lignum quod ab Hippocra. eodem loco describitur, quinos vel quaternos digitos latum, crassum verò binos aut minùs, longum cubitos duos vel paulò breuius, quod ab altero extremo rotundum sit, angustum & tenue, in summo autem capitulum habeat rotundum ac modicè cauum quod parum ab una parte extet. Quo tamen loco Hippocr. non totum quidem id lignum, sicut Gal. sed eius extremo superimpositum capitulum rotundum ac leuiter cauum ἄμβρα appellat, videlicet quia simile sit labro, quod Græci ἄμβρα nuncupant. Vitur ea spatha siue ligno Hippocra. ad reponēdum humeri caput quod exciderit. Sunt qui crepidinē interpretentur. Idem Gale. in interpretatione vocū Hippoc. ἄμβρα explicat ὀφθαλμὸν ἐπιπλάσσειν, hoc est, altiorē eminentiā.

ἄμβλυωπία. Est hebetudo visus, sine manifesto oculi affectu. Siquidem nullo in tunica oculi vitio apparēte, nec pupilla ampliore aut adstrictiore aut aliud quicquā, quod videri queat, perpeffa, visio tamen obscurior fit. Ex quo patet vitium internum esse & altius reconditum, aut in alteratione quadam spirituum, humorum, tunicarumve consistere. Id quod pluribus de causis, modisque fieri potest: ut, crassitie, penuria & imbecillitate spiritus visui, corrugatione & densitate tunica, obstructione à crasso & viscoso humore alicubi impacto, cuiusmodi saepe contingunt ex longo morbo, mærore magno, & senectute, aliisque præterea causis omnibus à quibus τὴν ἀμώρωσι oriri annotauimus. Sunt enim communes utriusque affectionis causa, eò tantum differentes, quòd τῆς ἀμβλυωπίας causa imbecilliores quàm alterius habeantur.

ἄμβλυωσις. significat apud Hippocr. tum abortum, παρὰ τὴν ἀμβλώσειν, tum affectum oculi, quem ἀμβλυωπία diximus appellari.

ἄμβλυωπία. dicuntur apud Hippocr. obtusius siue obscurius videntia.

ἄμβλωμα ἢ

ἄμβλωσις. Abortus. Est immatura & violenta fætus excretio. Siquidem uterus vel humorum pondere quos supra vires continet, oppressus, vel demorsus humore in eum effuso, ruptis iis in quibus continebatur membranis, vel propter fætum putrem & saniosum irritatus, aut alia de causa extra ipsum posita vexatus, ut febre vehemēti, alui profluuiio, sanguinis immodica vacuatione, saltu, clamore, ira, tristitia, timore, victu parcioze, aut medicamentis abortum prouocantibus, fætum immaturum, ante legitimum patiendi tempus, cogitur emittere, & corrumpere. Ex quo quidem Hippocr. usitato vocabulo ἀβρῶσις solet appellare, ut annotat Galenus.

ἄμβλωπία. dicuntur medicamenta quæ abortum mouent, quæ & φθόρα.

ἄμβρωσία.

ἄμβροσια. frutex est tenuis & pusillus, ramosus, trium ferè palmorum, foliis paruis circa imum caulem, rutæ similibus. In ramulis semina quasi racemuli dependent, qui nunquam florem pariunt, odore suavi & vinoso, qua de causa Βότρυς à quibusdam dicta est, & à rusticis vinosa herba appellatur. dicitur etiam ab aliis ἀμπροσία. Sed & ἀμβροσία dici à quibusdam ὁ ἀείζωον siue sedum maius Dioscorides author est, à foliorum immortalitate, quòd semper vireat. Quibusdam etiam ἡ ἀμβροσία dicitur alterum genus τῆς ἀμπροσίας, ut ait Ruellius.

ἄμβροσία etiã nomen est malagmatis cōtra febres efficacis, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 18. à quo nō dissimilis multum est ἡ ἀμβροσία ἡ πλάστος apud Aërium lib. 14. cap. 2. Est & antidoti nomē quam Zopyrus Ptolemæo regi composuit, cuius descriptio habetur apud Corn. Celsum lib. 5. cap. 23. Est & potionis nomen qua se uti ad phthisicos Galenus scribit cap. 3. lib. 7. τῆν κτὲ τὸ πῶς. & lib. 4. de locis affectis.

ἄμειδυσά. sunt medicamenta quibus cauetur vel discutitur ebrietas. Id quod agunt vel siccando ventriculum, vel os ipsius adstringendo & corroborando, vel sublato è vino vapores repellendo, refrigerando, densando, vel eos cerebrum iam occupantes digerendo & per cranij suturas euocando. Ideòque ex iis alia ante potum præsumuntur, alia iam contracta ebrietate conueniunt. Ventriculum siccant, adstringit, & cōfirmat absynthij potus ante cibum: item myrti floris, & myrrhæ, & rutæ tritorum ex aqua, ut refert Galen. ex Archigene lib. 2. τῆν κτὲ τὸ πῶς. Ad hæc amara amygdala, quibus senis quinisue ante cibum deuoratis, quidam medicus, ut refert Plutarchus, apud Drusum Tiberij Cæsaris filium, nemini concessit in bibendi certamine. Fumos vini repellunt, restinguunt, & densant frigida post epulas epota, uti & cruda brassica & lactuca: eos autem è capite euocant atque digerunt florum amethysti herba odor, corona è croco, vel ex ramulis aiugæ, aliisque permulta quæ vapores calefaciunt, extenuant & desiccant, & prætereà calorem natiuum languentem & vino propemodum obrutum sepultumque excitant. Hic enim reuocatus illam temulentæ mentis caliginem, quam cruditas inuexit, facillimè discutit.

ἄμειδυσός. herba nomen est & gemmæ, quas ita appellatas esse quidam volunt, quòd aduersus ebrietatem pollere & temulentie aduersari arbitrètur. Quod ut verum quidem sit, utraque tamè à colore id nomen sibi potuit ascuiisse. Ac de gemma quidem satis conuenit: est enim purpurei coloris: Amethysti autem herba folium metacioris vini colorem æmularur.

ἄμελίτη. sic dicta est à quibusdam ἡ ἐλίτη: ut habetur apud Dioscoridem.

ἄμειλωρ. hoc est, imbecillum & infirmum: apud Hippocratem.

ἄμειμωρ. dicitur à nonnullis ὁ ἀείζωον, siue sedum maius.

ἄμειρῶν. apud Hippocratem ἀφαιρῶν & λαμβάνων, hoc est, auferens & accipiens.

ἄμει. dicitur ab Hippocrate ἀπὸ τῆς κατὰ πῶς ἡ ἄμειρος, ἕκ πῶς μείρος, μετρίως. hoc est, quodammodo, aliqua ex parte, mediocriter.

ἄμειωτος. est lapis fossilis, plarumque albus, sed interdū cinereus, vel ruffus, vel ferreus, pexis mulierum crinibus assimilis, qui eo scisso intus apparent. Is in ignem coniectus nec absumitur, nec inquinatur, sed splendidior etiam euadit, eamque ob causam ἀμειωτος dictum esse quidam volunt. fiunt ex eo thryallides, quæ lucernis inditæ nō extinguuntur, quamdiu aliquid olei superest, undè ipsum ἀσβεστον quidam appel-

DEFINIT. MEDIC.

larunt. Manibus netur, pectitur, texitur, ut linum, ideóque à quibusdã Græcorum λινον ἀσβέστινον, à Plinio linum viuum vocatur, & ex eo tela fiunt, quæ ignibus iniectæ ardent quidem, sed flâmis inuictæ splendent in de magis exeunt quàm possent aquis. Non valdè differt ab alumine scisso, nisi quòd hoc adstringit, ille parum pungit linguam, minimè verò adstringit.

Ἀμιναιῶ οἶνος. Aminæum vinum, quod in Aminæo Italia oppido in Campania nascitur. Id duplex apud Gal. legitur fuisse lib. 12. methodi medèdi, videlicet Aminæum Neapolitanũ, & Aminæum Siculum: illud sic dictum quòd in locis Neapoli vicinis gigneretur (erat autem aquosa substãtia) hoc verò quòd ea Campaniæ ora, quæ Siciliam respicit, proveniret, austerum quidem illud & mediocriter album crassumque, & ob id ad digestionem per corpus minimè idoneum, sed cum inueterasset stomacho vitile. Id vini genus Virgilius in Georgicis firmissimum appellavit. In eius inopia factitium Aminæum apparabatur, sicut ex Didymo refert Constantinus Casar lib. de agricultura 8. cap. 21.

Ἄμια. Est nodus fasciarum, cum ambo capita implicata inter se vinciuntur, vel alterum scinditur, vel tertio, cum extrinsecus ad continendum adiicitur id quod κητὰ λυμια appellatur. Annotat Gal. comment. 2. ἐς τὸ κητὸν ἰατρῶν.

Ἄμια ἠρακλεῶν. nodus Herculeus. laquei genus est, valens ubi equaliter partes aliquas intendere consilium est. Describitur ab Oribasio lib. de laqueis.

Ἄμμ. notum est etiam officinis, semen exile, multò minùs cumino, origanum respiciens. A Romanis cuminũ Alexandrinum dicitur, à quibusdam Æthiopicum, ab aliis ut Hippocr. regium. vis ei excalfactoria, feruens & exsiccans.

Ἄμμοχυσία. remediũ genus exsiccando corpori idoneum, eo super arenam decumbente, & arena desuper aggesta. Oportet autem eam calentissimam esse, & marinam, si eius copia adsit. Fluvialilis enim humectior est. Est autem & sal ad eam rem quàm arena efficacior, præstatque in eo tenui substrato decumbere. Oportet autem eum non minùs tribus palmis altum esse, alioqui vis eius facili diffatur. Potest eadem quæ & ἡλέωσις, id est, insolatio, de qua suo loco. Vide Oribasiũ lib. 10. cap. 8. collect. medi.

Ἄμμωνιακὸν. succus est ferula (quam cum radice sua ἀράσινθη Dioscorides tradit appellari) in Lybia nascentis, qui resina aut gummi modo in arenas distillat, & concretus inter eas inuenitur. Eius genera duo sunt. Vnum maximè coloratum, ligni & arenarum expers, thuri simile, minutis glebis, densum, sine sordibus, odore castorei, gustu amaro: id à fragmentis in quæ diuiditur nuncupatur θρασπὴρ siue θρασπια quasi frustum aut friatura: alterum autem est lapidosius & terrosius plenumque calculis, quod φύραμα, quasi commixtionem nominat. Ἄμμωνιακὸν Latinis gutta appellatur. sunt qui Ἄμμωνιακὸν θυμιαμα vocare malint, quòd inter odoramenta sit, atque ad odorem vaporetur. Nec verò τὸ Ἄμμωνιακὸν nomine succus hic siue gutta sola intelligitur, verum salis etiam species eodem designatur nomine. Sed sal quidem hæmoniacus dicitur quòd sub arenis concreseat & inueniatur: succus autè hic, quia in arenosa Libya ad tèplum Iouis Hæmonis reperiatur. quo tamè nomine nõ modò succus ille dicitur qui in Libya ad Hammonè distillat, verum is etiã qui in Libya ad Cyrenè nascitur. Huic enim duplex naturale solũ Dioscorides tribuit. Est autè hæmoniacũ præditũ maxima emollièdi facultate, adeò ut scirrhos tophòsq; discutiat. Prætereà calfacit & attrahit, lienèq; drachmę pòdere haustũ absumere dicitur.

Ἄμμωνιον.

Ἀμμόνιον κολύειον. est collyrium maximæ commoditatis in multis oculorū morbis, quod alio nomine ὑχιδιον appellatur. Refertur ab Aëtio lib. 7. inter τὰ νάρθηνα καὶ τὰ δευδύνα κολύεια.

Ἀμνιόν. est membrana fœtui proxima, ipsum totum à vertice ad imos pedes inuoluens. Inter eam fœtūque excrementi utrumque genus, quod ex singulis partibus per concoctionem secedit, sudor videlicet, & quæ proprio nomine caret veluti sordes colligitur, inque ea apparet sub aquæ specie, quod in aquam eiusmodi excrementa frigida membranæ contactu facile resoluantur. Est autem is humor, siue sudor sit, siue urina, siue aliud quippiam urinae affine, albus & sine fœtore, atque tam mitis & innoxius, ut fœtus cutem, quam continenter tangit, nullo modo violet. Multus autem, toto quo geritur fœtus tempore, colligitur, triplò scilicet quàm urina copiosior, eamque membranam propterea permultum distendit. Quamobrem ne rumpetur, simulque perferre posset fœtus validiores motus artuumque iactationes, facta est à natura tenuis quidem, sed crassior & robustior τῆ ἀλλοιωτέῃ. Sicut autem ea totum fœtum inuoluit, ita undique à chorio comprehenditur, totaque illi annexa est, nisi qua parte allantoides, longa & angusta membrana, intercedit. Sic quidem τὸ δὲ τῆ ἀμνίου Galeno visum est.

Ἀμνίον legitur à quibusdam apud Hippocratem ἐν τῷ 19. τῆ ἰν-τῆσθον, comment. 3. & significat, sicut Dioscorides aliquando interpretatus est, idem quod mediocria. verum Galenus eo loco non ἀμνίον, sed ἀλλοίον legit.

Ἀμύργα. amurca. Est expressæ oliuæ sidens recrementum. Calfacit & siccit secundo ordine, eoque intenso: hac enim ratione ulcera in siccis quidem corporibus curat, in aliis autem intendit irritatque. Transtulit autem Hippocrates etiam τὸ ἀμύργης nomen ad iecinoris vitiosos humores, aphor. 45. lib. 7. eo significans crudam iecinoris putrilaginem, ut eo loco Galenus annotauit.

Ἀμπέλινος γῆ. est terra duriuscula, nigra, picea longos carbones referens, assulatim scissilis, æquabili splendore, quæ detrita accepto oleo statim eliquescit. Ea autem non videtur aliud esse quàm bitumen fossile, seu carbo fossilis. Plinius eam bitumini simillimam scribit, Posidonius bituminosam appellat. Quia verò talis est, accenditur & ardet. Galenus eam non tam terram esse dicit, quàm ad lapidis naturam accedere. Dioscorides inter terræ species recenset, nec dubium quin hic molliorem, ille duriorē viderit. Dicitur alio nomine φαρμακίτις. Vtrūque autem ab eadem fortè causa inditum est. Valet enim contra innascentes vitibus vermes, quos κλίπας vocant, gemmāsque earum erodentes. Vim dissipandi, siccandi, & refrigerandi habet: ad κημιβλέφαρα additur, estque tingendis capillis idonea.

Ἀμπέλοβίον. vitis alba. Est vitis species radicem habens prægrandem, raphani similitudine, ex qua caules asparago similes exeunt, longi & exilibus internodiis geniculati, in altum scandentes, seque fruticibus capreolis suis innectentes. folia habet pampinosa, fructum rubentem dependentem in racemis. Tota sativæ viti similis est foliis, sarmentis, pampinis, nisi hirsutiora essent. Alio nomine à Grecis βεραύλα dicitur, quo etiam omnes officinæ & herbarij appellāt. Vulgus colubrinam vocat. Eius germina urinam mouent, radix abstergit, tenuis natura & mediocriter calida, unde fit ut lienes etiam potu consumat.

Ἀμπλόπεσσον. est herba caulem habens bicubitalem, folia porracea, sed angustiora, flo-

DEFINIT. MEDIC.

*rem candidum, radicem bulbosam. Prouenit in uinetis, unde à natalibus ἀμπελο-
πορρ, quasi vitigineum porrum nominatur. Gal. agreste porrum esse prodidit. Sto-
macho inimicum est, acerrimum calidissimumque in summo ordine, quamobrem
etiam exulcerat, inciditque, & uiscerum meatus recludit.*

*Ἀμπελος. vitis, quæ & ἄμπελος οἰνοφόρος, hoc est, vitis uinifera appellatur. Est frutex
multiplici cortice cinctus, qui radice speciem gerat, caudice contorto, flagellis longè
latèque uagantibus, sarmentis lata fronde lasciuientibus, longis pediculis pendente,
neruosa corticosaque. Flos fructu ambit lanugineus, uua cum pluribus acinis acer-
uata, seminibus tunica clausis. carnosam ei medulla, frequètes pampini, quibus suo pte
ingenio caduca colligetur. Plura eius esse genera, & totidem quot soli affirmantur.
Vitis racemi & germina. abstergendi facultate pollent & non nihil adstringens ha-
bent: folia refrigerant & adstringunt, ideòque stomachi ardori, dysenteria, & san-
guinis excreationi medentur.*

*Ἀμπελος ἀγρία. duplicem habet apud Græcos significationem. Nunc enim uitam sylue-
strem significat, uiti satiuæ congenerem, habitu tantum diuersam, ut quæ sola con-
sitionis priuatione à reliquo uitium genere differat. Hæc peculiari nomine à Lati-
nis labrusca dicitur, quòd in marginibus terræ ceu labris quibusdam nascatur. Sūt
autem duo eius genera. Alterum quod uuas ad maturitatem non perducit, sed ad
florem tantum, quem οἰνὸν θύρον uocant, promouet: alterum quod uuas perficit paruis
acinis, duorum etiam generum, albi & nigri. Significat uerò ἄμπελος ἀγρία & her-
bam palmites longos ex se mittentem, lignosos, asperos, rimoso cortice, folia autem
solano hortensi similia, sed latiora longioraque, florem uerò crinitum, muscosum, &
fructum exiguis uuis similem (à quo uitis nomen accepit, licet alterius à uite gene-
ris sit, sola uiticularum & racemosi fructus, quem profert, similitudine inter uites
numerata) qui ubi maturus est, rubet, rotunda acinorum facie. Eius radici uis ex-
calfactoria & acris est, ut ad usum philothri ueniat.*

*Ἀμπελος μέλαινα. vitis nigra. Est uitis species caules habens & folia hederæ, (in quo à
uite cādida, quæ ἀμπελοδάκη dicitur, discrepat) uel uerius smilaci similia, maiora
tamen, fructum racemosum in uuis dependentem, qui per initia uiridis est, postea
nigricat, eòque à uitis albæ fructu differt: radicem uerò foris atram, intus buxei co-
loris. Propinquas arbores clauiculis suis comprehendit & scandit. Hanc alio nomi-
ne græci βρυωνία, sicut & uitem albam, Latini autem uiam taminiam appellant
authore Dioscoride. Potest eadem quæ & ἡ ἀμπελοδάκη, sed inefficaciùs.*

*Ἀμπελος χειρῶνα. eadem est quæ & ἡ ἀμπελος μέλαινα. Sic autem dicta est, quòd Chironiis
ulceribus & in gangranam trāsseuntibus remedio sit. quæ ratione non ἡ μέλαινα mo-
dò, uerum ἡ λυκὴ ἀμπελος etiam dici χειρῶνα potest, quòd authoribus Dioscoride
& Galeno utrique eadem sit facultas.*

*Ἄμπεως. uerbum est ab Hippocr. usurpatum, significans idem quod ἡ ἐνὶ ὄψεσι. Propriè
quidem est reciprocatio aquæ cum post exundationem aqua ad mare reuertitur &
littora destituit, ita ut mare eam quodammodò rebibere uideatur: Latini æstus re-
cessum, uel maris reciprocationem dicere possunt. Hippocra. autem eam uocem ad
corporis humores transtulit, itaque appellauit πλὴ ἐς βάθος μετὰ σασιν τῆι ὑγρῶν, hoc
est, humoris reuocationem ab externis partibus ad internas.*

*Ἀμυγδαλί. amygdalus. Arbor est singulari radice, prægrandi & altè defixa, caudice pro-
cero,*

cero, summatim compluribus ramis brachiato, foliis salici similibus, prælongis, flore foliato, candido, & in quibusdam subrufo, succo pingui turgens, & lachrymam plorans, quæ statim concrefcit in gummi. fert nuces quæ à multis amygdalæ nuces, & Græca nuces dicuntur, gemino protectas operimento, puluinati primùm calycis, mox lignei putaminis, cui solidus subest nucleus, acriore etiam obductus callo. Harum duo sunt genera, unum amarum, alterum dulce. Vocatam à Græcis ἀμυγδαλίη Herodianus Alexandrinus prodidit, quod post viride putamen, alterum quod subest multis scateat rimosis scarificationibus, quas Græci ἀμυγδαλῆς appellat. Est enim ἀμυγδαλίη ἰδιὸς ὀλίγου, ut interpretatur Hesychius. Habent autem amygdala quæ amara sunt, extenuandi vim, viscosos crassosque humores altius hærentes euellunt, & cutis vitia abstergunt, & ipsa similiter arbor: dulcia verò moderato calore prædita sunt.

ἀμυγδαλίη. dicitur à quibusdam primum genus tithymalli qui proprie χερσαίης dicitur, ut habetur apud Dioscoridem.

ἀμυγδαλίη σφυγμῶς. languidus pulsus. Est, ut ait Paulus, pulsus differentia sumpta à robore vitalis virtutis, cum pulsus languidè & debiliter digitos tangentis ferit, & à tactu potius euertitur: cuius causa est pulsifica facultas valdè imbecilla. Vide σφυγμῶς.

ἀμυγδαλίη φάρμακον. nomen est medicamento compositi, quod Paulus inter emplastra, Aëtius inter malagmata recenset. Describitur autem ab iis impari quidem simplicium tum numero tum pondere, ita tamen ut unum illud ἀμυγδαλίη φάρμακον ab illis descriptum esse videatur, valens ad præcordiorum tensionem, articulos contractos conuulsosque ad digerendum, discutiendum, & extrahendum. Sed & eo Paulus utitur lib. 4. cap. 32. ad scirrhus aliosque duros tumores emolliendos.

ἀμυγδαλίη. nomen est medicamento compositi ex omni quidem tritico ac filigine, sed potissimum trimestri. Compositionis autem ratio hæc est. Purgatur trimestre triticum & madescit aqua dulci quinquies in die mutata, & si quidem fieri potest, nocte. Cum tenerescere incæperit, aqua sensim & sine agitatione effunditur; ne quid simul cum ea cremoris effluat. Vbi verò mollissimum euasisse videbitur, mutata aqua pedibus calcari debet, atque rursus infusa tertium demum enatantes ibi surfures excimendi, reliquumque percolandum, & quamprimùm in tegulis nouis sub ardentissimo sole siccandum, ne si paulisper madidum relinquatur, a corem contrahat. Vim habet refrigerandi mediocriter & siccandi. Valet ad sanguinis excreationes, lenitque faucium vitia. Fit verò & ex χερσαίη ἀμυγδαλίη, uno alteroue die macerata & elota, & manibus, ut in confectioe panis fit, subacta pressaque, & feruentissimo in sole, ut antè retulimus, exsiccata. Verùm id ut in reliqua vita utilissimum fuerit, nullius tamè est in medicina usus. Dicitur ἀμυγδαλίη quòd χερσαίη μύλον, id est, sine mola paratur. Officinis hodie amygdum dicitur.

ἀμυγδαλίη. significat apud Hippocratem ἀδελφῶς, hoc est, confertim & simul, quasi ἀδελφῶς μύλον ὅτι χερσαίη.

ἀμυγδαλίη ἰδιὸς ὀλίγου, ut interpretatur Hesychius:

ἀμυγδαλίη πυρετός. quotidiana febris. Est febris à pituita putrescente excitata, quotidie nouas cum refrigeratione accessiones habes. Putrescit autè illa per hanc febrem cum in minoribus venis & reliquo corporis habitu, tum maxime in ventriculo, qui

DEFINIT. MEDIC.

ferè semper in eo febris genere afficitur. Ac quia frigidus is humor est, non rigorem, nõ horrorem, sed refrigerationem inducit, qui in naturis plus æquo pituitosis, hyeme, & hyemi similibus constitutionibus atque senibus ægre admodum à calore superatur. Sed nec ubi ille incaluit, valde exurit aut acris est, neque respirationem crebriorem efficit, aut sitim molestant accersit. Est enim hac febris minimè siticulosa. Scattered namque per eam ut plurimum venter pituitoso humore, frigidus, pallidus, crudus & aquosus, qui partim vomitu, partim alui deiectionibus reiicitur. Quæ de causa etiam accidit ut pulsus non multum inæquales, veloces atque vehementes in ægris hac febre laborantibus deprehendantur. Sudor nullus ferè primis diebus est, sed progressu febris, humore magis incalcescente & attenuato, exoritur. Huius autem febris quotidie accessiones fiunt, quod ita ferat humoris natura, & horas ut plurimum decem & octo detinent. Eam ob rem ἀμφιμετρὸς dicta fuit, est enim amborum, diei noctisque particeps. Rarò autem inter duas accessiones integritas, quam ἀπερίστω appellat, deprehenditur.

ἀμφισιου. à quibusdam dicitur ἰ ἀλόν, ut habetur apud Dioscoridem.

ἀμφιβλαστροδὴς. Est tunica oculi semicircularis, in posteriore eius parte sita, non membrana quidem, uti cætera, sed mollis & mucori narium similis, producta ex ipsa nervi optici substantia dilatata, molliorèque reddita quæ oculum pertingit. Eam si totam exemptam coacerues & colligas, cerebrum tibi apparebit, vel aliquid etiam cerebro mollius. Quidam tunica nomine ob id eam non dignantur. Gal. tamen lib. 7. placit. Hippocr. & Plat. tunicam appellavit. Non est autem integra, nec totum oculum involuit, sed vitreum humorem, cui contigua est, à posteriori tantum parte circumdat, nec ultra mediam oculi partem progreditur. Sic dicta est à retis similitudine, quod Græcis ἀμφιβλαστρον dicitur, non quod plexum eius referat, cum undique sibi continua sit, sed quoniã eius formam, quæ dimidiati globi tantum est, gerat, quodque, ut illud ab uno baculo dependet, ita hac ab optico nervo, à quo originem ducit, tãquam à suo manubrio pedere videatur, multis venis & arteriis intertexta.

ἀμφιβραχία. apud Hippocr. τὰ ὀδὴ τὰ παρὰ τὸ μὲν καὶ τὸ ἄλλο. hoc est, consilla, & partes iis vicina.

ἀμφιδέξιον. vocatur ab Hippocr. mulier quæ utraque manu tanquam dextra utitur, quasi utrinque dextra. talis est & apud Poëtam ἀμφιδέξιον. Sic & Hipponax dixit: ἀμφιδέξιον γὰρ ἔμει καὶ οὐκ ἀμαρτάνω. Huic opponitur ἀμφοτέρωθεν. Errant qui interpretantur ἀμφιδέξιον eam quæ in dextra uteri parte cõcepta gestatãque fuerit.

ἀμφιδου. apud Hippocr. extremitas oris vulvæ rotunda & labris cucurbitæ similis, sic dicta per metaphoram à mulierum armillis, quæ etiam ἀμφιδία vocantur à circulari figura.

ἀμφικουσιον. montanum hordeum, quod etiam δισιον dicitur.

ἀμφικτερον σημεϊον. Dicitur ab Hippocrate signum quod affectionum vulvæ significativum est, lib. 2. τὴν ἐπιδημιῶν.

ἀμφορέϊς. amphora. Est liquoris tantum mensura, apud Romanos quidem urnas duas capiens, siue sextarios octo & quadraginta (quæ alio nomine dicta est quadrantal à figura quadrata, erat enim pedis quadrati & cubica) apud Atticos verò capacior, ut quæ præterea urnam cõtineret. Dicta est ab Atticis peculiari nomine ἀμφορέϊς: quod nomen si quando sine adiuncto occurrit apud Græcos authores, Atticam amphoram

phoram intelligere oportet. Cum enim de Italica siue Romana agitur, quæ nõ paulo minor est, ἰταλικὴ adiungunt. Quæmadmodum Latini contra μετεωρὶὸν ἀηκὴν dicunt, ut à Romana distinguant, quam simplici amphora vocabulo designant. Dicitur & ab aliis pari modo vsuq; καράμορ, à Latinis autem cadus. Vide μετεωρὶσ.

Ἄμωμος. frutex est idem ferè cum amomo, nisi ea minus venosa, durior, & flore origani esset, sine odore & sine fructu. Ex ea adulteratur amomum.

Ἄρωμος. frutex est pusillus, palmi ferè altitudine, vite quidem alba minor, sed foliis illi similis, venosus, odoratus, ramulis duriusculis, colore sufflauo, baccis inter se racematim coherentibus in modum uuae, flore purpureo & amulo candidæ violæ. Indicæ viticula genus est è ligno se conuoluens in uua modum. Calfacit & siccatur perinde atque acorus.

Ἀύλασις. significat idem quod ἀδιδόσις siue ἀύξις; id est, augmentum siue incrementum tam morbi totius quam singularum accessionum: vide ἀύξις.

Ἀύλασις etiam dicitur caucum, & ab aliis hippuris siue equisetum, authore Plinio.

Ἀναβατικὸς πυρετός, qui & ἐποκυματικὸς dicitur, est secunda febris synochæ differentia, quæ à principio vsque ad finem crisiq; paulatim augetur, & veluti assurgit, ut ait Gal. lib. 2. de differentiis febrium.

Ἀναβροχαιός. est genus curationis chirurgicæ conueniens pilis palpebrarum vel reflexis oculum versus, vel longitudine sua oculum infestantibus. Fit autem ad hunc modum. Acus ab interna palpebræ parte transmittitur ad externam, immisso prius in acus foramen utroque extremo tenuissimi alicuius fili, tum demum palpebræ pilo infestante & noxio immisso in reliquam mediàmque fili partem quæ hiat diductaque est, veluti laqueus quidam infestum palpebræ pilum comprehendat: apprehenso autem eo traicienda penitus est acus per palpebram, simulque palpebræ pilus adducendus, ut per extimam palpebræ superficiem exeat, ulcerèque postea cõsolidato non amplius in oculum feratur. Id genus curationis latinè dici potest insibulatio per acum vel illaqueatio. Dicitur enim ἀπὸ τοῦ βρόχου, id est, à laqueo. Qui Paulū verterunt malè interpretati sunt euulsionē, cum tali curandi genere pilus non euellatur.

Ἀνάβρωσις. erosio, quæ & διάβρωσις dicitur.

Ἀνάχαλις. Est frutex paruus non altior palmo, tener, foliis in quadrangulo caule pusillis, subrotundis, in terra iacentibus, ad helxina folia accedentibus, semine rotundo, flore aliàs phæniceo, aliàs cæruleo. Duo eius genera statuuntur, flore tantum distantia. Nam quæ cæruleo flore est, fœmina dicitur, mas quæ phæniceo. Vulgò morsus gallinæ appellatur. Vtraq; valdè abstergit, subcalida est & attrahit. Succus naribus instillatus caput purgat.

Ἀνάχως. frutex est arboreus, perquam graui odore si commoueatur, foliis virgisque viticis, flore brassicæ. semen gerit in corniculis oblongis, simile renibus, varium, subrotundum, solidum, quod durefcit uua maturefcere. Humi iacet anagyris malua modo, unde & malua terrestris à quibusdam nuncupatur. Calfacit & discutit semen, tenuius est, & vomitum ciet.

Ἀναδισπὰς. vitis arbustiuæ, quæ & ἀνδῆσις appellatur.

Ἀναδιδρομαλάχη. vocatur à Gal. ἡ ἀλδαια, quasi arborea siue arboreus malua.

Ἀναδιπλωσις. reduplicatio. Est in accessione febrili horroris per longiora interualla ingeminatio. dicitur & ἐπιανάληψις. fit hoc symptoma in febribus præsertim semitercia-

DEFINIT. MEDIC.

- nis, in quibus ter ut plurimum vel quater etiam repetit. In causa est humoris inaequalitas, qui cum partim παρῳχῶδης acrisque sit, partim verò φλαγματώδης, putrescēs inaequales etiam motus habet. Sunt autem eius interualla, ut dictum est, longiora. Nam qui breuioribus interuallis excitatur, non dicitur propriè ἀναστῳδῶδης, sed ἀνάμαλῶδης τε καὶ φεικῶδης κίτῳ: cuiusmodi accidit per febres quas Hippocrates lib. 1. τῆν ἰδιόδημιῶν φεικῶδης appellat, ut comment. 1. Galenus annotauit.*
- ἀμῶς. quodammodo, aliqua ex parte, mediocriter, dicitur & apud Hippocratem ἀμῶς ἀναγῶναι. significat apud Hippocratem μεταπῆσαι καὶ μεταδιδάξαι, hoc est, sententiam mutare, & vetera dediscentem noua discere.*
- ἀνάδοσις. digestio seu distributio alimenti, cum à ventriculo in venas transit. dicitur & διάδοσις, nisi quod hanc quidam interpretantur translationem alimenti à venis maioribus in simplicia & penè inuisibilia vasa, quasi traditionē vel porrectionē dicas.*
- ἀναδερμαϊνόμοιοι. dicuntur apud Hippocratem οἱ ἀναπυρέτῳρας, id est, febricitantes: sicut interpretatur Gal. comment. 6. 3. πύρετον.*
- ἀνακαθῆα. dicitur ἰ λαῶσις Graecorum vulgo, ut Aëtius author est.*
- ἀνακαθάρσις. dici solet ab Hippocrate humorum qui pleuritidem excitarunt per sputa euacuatio, ut annotauit Galenus in aphorif. 8. lib. 5.*
- ἀνακαθαζέον φάρμακον. repurgans medicamentum. Vide ἐνακαθαζέον.*
- ἀνακαλουμένη. id est, ἀναμνησκόμενη, reminiscenti, apud Hippocratem lib. 1. Epidemion, ut annotauit Galenus.*
- ἀνακαμφορῶς. herbae nomen, quae à terra etiam euulsa uiuit, ut ait Hesychius meminit & eius Plinius lib. 24. cap. 17.*
- ἀνάκαρ. significat apud Hippocratem ἐς τὸ ἄνω μέρος, hoc est, in superiorem partem: ut ἐπίκαρ in inferiorem.*
- ἀνακαρδιον ἰ*
- ἀνάκαρδος. arbor est Indica, fructu auiculae corculo non dissimili (unde nomen putatur inditum) rubente intus cruore, quo veluti sanguine scatet. Tertia classe excaesfacit & resiccet. Dicitur ad memoriam quam maximè conferre. Duplex habetur apud Paulum δι' ἀνακαρδιῶν cōfectio, quarum utramque Διοδώρον dicit appellari, numerosiore quidem materia & ponderibus valdè differentibus ab ea quam Mesues describit, sed viribus non multum distat.*
- ἀνακικιῶσιον. hoc est, resiliunt apud Hippocratem.*
- ἀνακαρχυλιάζει. idem quod δ' ἀκαρχυλιάζει, ut saepe apud Galenum legitur. dicitur etiam ἀνακαρχυλιάζει. quae verba factitia quibusdā videntur esse à sono qui fit inter gargarizandum. Paulus lib. 3. cap. 5. ἰσῆας, σίσις, μέξας, οἱ ἰσῆας ἀκαρχυλιάζει. Idem cap. 18. eiusdem libri ὠφέλιον δὲ καὶ ἀκαρχυλισμὸς εἶναι τῆν δειμίον.*
- ἀνακαλλήματα. agglutinamenta. Sunt medicamenta quae in affectibus oculorum fronti agglutinantur, ex iis composita quae obstruendi, opplendi, glutinandi, adstringendi, refrigerandi, aut siccandi facultatem possident. cuiusmodi sunt farina pollen, manna, terra Samia, myrtha, cochlea, acacia, opium cum candido oui liquore. Adhibentur cum fluxio per exteriora fertur. Cum enim per venas arteriasque intrā caluariā conditas decurrit humor, ea nullo usu applicantur. Author Paulus lib. 7. cap. 16.*
- ἀνακαρῆ. intermissio, dilatio, apud Hippocratem.*
- ἀνακαθειον. à quibusdā dicitur ἰ ἄρημῶσι authorē Dios. qui etiā δ' ἐπιφῶν sic dici prodidit.*

ἀνακῶς.

Ἀτακός. φυλακτικός, hoc est, cautè vel aptè ad custodiendum: apud Hippocratem.

Ἀναλθής. significat apud Hippocratem quod non alitur nec augetur.

Ἀναληθική καὶ

Ἀνάληψις. renutritio. Est pars artis medicinae in naturalem habitum restituens eos qui è morbo conualescunt. Ea quodammodo media est inter tuendam sanitatis rationem, & curandi methodum. Siquidem conualescentibus nec ulla praeter naturam causa aut affectio superest, nec tamè tā firma adhuc constansque sanitas, quin multa quotidie incidant, de quibus merito querantur, quaeq; dubiam adhuc & quasi vacillātem valetudinem facillimè euertāt. Itaque in illis non modò praesentem statum conseruare oportet propriis τῆς ὑγιανῆς praecipis, verùm vitia etiam quae leuissimam ob causam emergunt, emendare, quod opus est τῆς διαπειλικῆς, à qua hoc uno tantum videtur differre, quod haec magnis excessibus à naturali habitu medeatur, ἀναληθική verò parua vitia corrigat. Eius autem duae maximè sunt partes, ut ait Galenus, Alimenta & Exercitatio: illa quidem quae robur quod deest suppleāt, quodque vacuatum est atque dissipatum resarciant: haec verò ut euacuet purgētque humorem & concoquat excrementa. Quibus addi etiam debet eorum abstinentia quae sanitatem offendunt, algor, astus, lassitudo, cruditas, ebrietas, vigilia, tristitia, ira, & reliqui animi affectus.

Ἀνάληψις. significat etiam apud Hippocratem membri alicuius suspensionem, veluti brachij, quod, si laesum est, ubi deligatum erit, collocatur in mitella, quae à cubito ad manum excipiens ipsum sustineat. Quod autè in brachio ἀνάληψις est, id in crure Σίσις apud eundem dicitur, ut annotauit Galenus comment. 3. εἰς τὸ κατ' ἰντζῆρον.

Ἀνάλημνον. insulsum, non salsum, apud Hippocratem.

Ἀναλογισμός. est ratio quae ab euidenti rei obscura cognitionem adfert. Ea fit ex comparatione & perceptione causarum inuuantium per similitudines. Sic namque quod inuare solet ἀναλογισμῶ colligitur, quando causa quidem occulta est, nec ulla eius habetur observatio, sed affectus quam similitimus ex casibus est. Quia enim causa ignoratur, nec potest propterea colligi per indicationem quod remedium possit conducere, nullaque adhuc facta est observatio, cogimur ad simile intuentes, transgredi ad simile. Itaque ἀναλογισμός per transitum ad simile fit. Eo namque utentes, à similibus ad similia trāsimus, aliter tamen quàm Empirici, qui à simili transitum ab auxiliis ad auxilia, aut ab affectibus ad affectus fieri affirmant, ut docet Galenus in lib. ad Thrasymbulum. Est autem ἀναλογισμός ratiocinatio Dogmaticorum propria, sicut ὑδηλογισμός Empiricorum. Hi namque euidentiibus, illi ratione magis nituntur. Atque ut illi inter se, sic eorum etiam rationes differunt. Est enim Empirica ratio euidentiū rerum, Dogmatica verò occultarum.

Ἀναλημνον. idem apud Hippocratem, quod ἀνάλημνον, hoc est, salis experts.

Ἀναξαρής. quartum genus rumicis, quod & ὄξυλις dicitur.

Ἀνάπαλις. è contrario. ut, ἀνάπαλις αἰμωρῶν λέγεται dicitur is cui in magno liene malèque affecto sanguis è nare dextra profluit. Namque & ἀνάπαλις Hippocrates opponit τῷ κατ' ἴξιν, ut author est Galenus comment. εἰς τὸ πρῶτον σιῶρον.

Ἀναπινάθει. significat apud Hippocratem prus aliqua in parte collectū digeri atque discuti, sicut annotauit Galenus comment. 2. εἰς τὸ πρῶτον ἀρθρῶρον.

Ἀναπνοή. respirationis. Est aëris inspiratio atque expiratio. Motus est ex duobus motibus

DEFINIT. MEDIC.

contrariis compositus, & gemina inter eos quiete, ad eundem profus modum quo & pulsus. Eorum uno aër in pulmonem trahitur, thorace dilatato: altero ex pulmone redit, eodem subsidente & compresso. ille τὴν Ἀρσολῆν, hic τὴν συσολῆν proportione responderet, non aliter quàm tota respiratio cum ipso pulsù magna similitudine conuenit. Cui enim unius eiusdemque usus causa respiratio & pulsus dati sint animantibus, æquum fuit similibus utrumque perfici partibus, paribusque instrumentis partes similesque actiones absolui. Sunt autem in eum finem usumq; à natura comparata, ut calor cordis perpetuo aëris attractu ventiletur, purusque conseruetur. Id quòd pulsus quidem arteriarum dilatatione compressionèque facillè præstat, quæ, cum se expandunt, omni ex parte per corporis spiracula aërem ambientem attrahunt, cum verò confidunt, fumida & halitiosa excrementa ex humorum & spirituum uisione nata expellunt: respiratio verò, aëris inspiratu expiratuque. Nam quia maior est cordis flamma quàm ut possit arteriarum pulsù temperari, aliam præstadi refrigerij rationem natura per respirationem machinata est, ut flagrante & aestuante corde animalis facultas thoracem & diaphragma vicissim attolleret atque deprimeret. Sic enim fit, ut dilatato thorace pulmones unà attollantur diducanturque, & aërem proximum follis instar intra se pertrahant, depresso autem iidem simul summittantur, aëremque antea attractum cumque eo fuliginem omnem exprimant. His igitur alternis motibus duobus, inspiratione expirationèque respiratio peragitur. Inspiratio totum pulmonem aëre implet, qui cordi nõ tantum refrigerium, verum etiam nutrimentum præbet, in pulmone primùm elaboratus, deindè in sinistram cordis ventriculum transmissus, mistusque sanguinis vapor qui ex dextro ventriculo suggeritur, & demum vi cordis insita conuersus in vitalem spiritum. Ac quoniam, ut in cibis & potibus, sic etiam in spiritibus nihil tam simile est nutriendo corpori quod nõ multa in se contineat superflua & ad alendum inepta, quicquid fumosi excrementi post eiusmodi spiritus concoctionem genitum est, id omne è sinistro cordis ventriculo per eius systolen in asperas arterias depulsum eadem expiratione reicitur. Hic quidem respirationis usus est, à pulsus usu nulla in re differens, nisi quòd illa ab animali facultate, hic à vitali manat: hic uno tenore cõtinuus perseuerat, neque arbitrij nostri est, illa verò cum homini libet, cessat, & in nostra potestate posita videtur, siue eam crebriorem aut rariorem, velociorem aut tardiolem, maiorem aut minorem facere volumus. Verumtamen eam in totum cohibere nõ possumus, sed omnes ad eam perinde atque ad urinæ & stercoris excretionem necessitate quadam naturæ impellimur. Quò fit ut libera & voluntaria absolutè dici non possit, sicut ambulatio & locutio, quòd nobis inuitis facultas animalis ad respirationem compellatur, & necessitati potius quàm voluntati obtemperare cogatur. Nec tamen propterea inter voluntarios motus referenda non est. Est enim solius facultatis animalis opus, idque musculorum beneficio, unde & à voluntate arbitrioque nostro fieri rectè dici potest, non eo quidem profus libero, sed si dicere licet, coacto. Mouens enim illa & voluntaria facultas ardoris & aestus in corde accensi magnitudine percita atque stimulata, per musculos thoracem, simulque consequutione quadam pulmones distendit, quò aëre impleantur, rursusq; contrahit, quò eundem postea excludat. Ac si parua quidem liberaque respiratio fieri debet, solum diaphragma sufficit, sin autem maior fieri, præter ipsum thoracis etiam musculi concurrunt, quorum alij inspirationem, alij expirationem

expirationem adiuvant, sicut suis locis dicitur. Quòd si maxima respiratione opus est, accedunt etiam qui in epigastrio siti sunt muscoli, estque ille summus in edenda respiratione naturæ conatus.

ἀναρρίνον. Idem quod δ' ἐντρίβνον.

ἀναρρίνον per nares rediēs, apud Hippocratem. Sunt tamen qui diuidant, scribentes ἀνα ἔνον, hoc est, per cutem.

ἀνασείρη. vel diuisis nominibus δ' ἀνα σείρη. species est hydropis, in quo aqua per uniuersam carnem diffusa est. vide ὕδρωψ.

ἀνασπείρασις. resolutio corporis in sua elementa. Gal. lib. de sympt. causis videtur ἀνασπείρασις, ἀλάλυσις, Ἐσώτησις idem existimare.

ἀναστροφώσις. Est osculi venæ aut arteriæ apertio, ex qua sequitur sanguinis profluuium. Ab eiusmodi causa plerumque per nares & anum, aliquando verò à pulmonibus & ventriculo sanguis reicitur. Sunt autem τῆς ἀναστροφώσεως tres in uniuersum cause. Vna vasis imbecillitas, præ qua ne minimum quidem sanguinis ad ipsum tuentis impetum potest sustinere: altera sanguinis, qui eius osculum impetit, copia: tertia acris aut quomodolibet maligna, quæ vasis ori extrinsecus incidit, qualitas, sicut docuit Gal. lib. 5. meth. med.

ἀναστροφώτης. est medicamentum quod ora venarum & arteriarum aperiendi vim habet, calidum, acre, mordax, crassarum partium & terrenum. ut cyclaminus, allium, porrum. huic oppositum est δ' σενωπώτης.

ἀναστέφωσις. apud Medicos usurpatur in iis quæ coquuntur & à liquidis crassiora euadunt: & significat densare inspissareque. dicitur & συστέφωσις. unde συστέφωσις ab Hippoc. appellatur φύματι ἢ σκληραίαι, ut Gal. ἐν τῇ τ' γλωττῶν ἰζηγίωσι interpretatur.

ἀνατομία. Est corporis præcipuè humani dissectio, per quam cuiusque partis substantia, magnitudo, figura, situs, conuexio, & usus intelliguntur.

ἀνάτησις. significat frictionem, non eam tantum, sicut nonnulli existimarunt, quæ ab inferiori parte sursum procedit, quòd τέλισις frictionē, ἀνά sursum significet, sed uniuersum frictionis genus, Id quod ex multis Hippocr. locis perspicuum esse potest, ut annotauit Gal. comment. 1. ἐν τῷ πρῶτῳ ἀρθρῶν. & comment. 3. ἐν δ' κτ' ἰκτῆριον. Neque enim refert ἀνάτησις dicas ἀνά τέλισις, etiā si τῆς ἀνατέλισεως nomen apud veteres usitatius sit quàm τῆς τέλισεως, ut scripsit Gal. lib. 2. sanitatis tuendæ. vide τέλισις.

ἀναυδία. sine voce. sunt tamen qui apud Hippocr. interpretati sint ἀλάγσις, id est, temerè, ut annotat Gal. comment. ἐν δ' πρῶτῳ πηκῶν. Idem in explicatione uocum Hippocra. scribit ἀναυδία ab eo dici τῷ ἀλάγειν ἀδύνατον, hoc est, qui bene & apud verba facere nequit. ἀφωσις autem qui omnino uocem emittere non potest. In tertio τῷ ἰδιόδημῶν utrumque deinceps de Pythione dictum est.

ἀναφλαττίασις. sic dicitur defluuium pilorum in superciliis, sicut φλακρότης in capite. Gaza salitium uocat, sed tantisper, inquit, dum melius uocabulum inuenierit.

ἀναφροσύνη. dicuntur apud medicos οἱ αἰμαπτόντες, id est, qui sanguinem ex infernis partibus sublatum per os reiciunt, quasi eum ἀνω φέροντες. Frequens hæc dictio est apud Gal. Dioscoridem, & Aëtium. Idem Gal. ἐν τῇ β' γλωττῶν scribit ἀναφροσύνη apud Hippocr. significare interdum subsingultire respirationem, ut in primo de morbis minore. dicitur ἀναφροσύνη & de pueris, qui postquam flere desierunt in nares retrahunt spiritum; & tunc significat idem quod spiritum duplici respiratione intro ferri.

DEFINIT: MEDIC.

ἄναφορῆς. vociferatio. Est vehementior exclamatio, pectus & vocis organa exercens, inq; iis calorē natiuū excitans, corporis solidas partes corroborans, excrementa attenuans & repurgans. Hac ferē ei succedunt commoda. Itaque anhelosis, recta ceruice spirantibus, tabidis, purulentisq; conuenientissima est, ac veteribus pectoris & dorsi doloribus, raucitatique, quam humiditas excitauit, medetur. adhuc febribus quartanis: lentum enim & concretum humorem dissipat, & ventriculi humiditatem, quam priuatim quartana solet inducere, expellit. Caterum qui eo exercitatio- nis genere uti cupit, aluum prius exonerare, deinde infernas partes sensim fricare, postea deambulare & moderatē primū loqui, mox paulatim vocem intendere; postremò vociferari & exclamare debet. Sic plurimo aëre inspirato pectus distenditur, corporis meatus aperiuntur, totaque corporis moles intēditur, inde sputa multa prodeunt, pituitosa vacuantur, calor accenditur. Verūm diligenter cauere oportet ne crudi aut corrupti humores in corpore redundent, neue caput infirmum sit, aut malē affectum, ne tanta vocis contentione repleatur vaporibus & offendatur. Ea quidem ex Antyllo omnes ferē posteriores medici decerpserunt: permulta verò etiā alia Oribasius lib. 6. collectorum medicinalium.

ἄνα χελύζεου. Ructare apud Hippoc. hoc est, ἀνα τῆς χελύζου, ὅτι πᾶσι τῶν σῶντος, τῶν ἀναφορῆς τῶν ὀρυμμάτων ποιῆσαι. Annotat Nicandri interpres in Alexipharmaca.

ἄνα χυρῆν apud Hippocr. significat nudare, & vinculum fractæ alicui particula detrahere, ut annotat Gal. comment. 2. εἰς τὸ πᾶσι ἀγυρῶν.

ἄνα χειρῶν. dicitur à nonnullis τὸ σῶδος χειρῶν. hoc est, ea pars manus quæ post cauam eius paritē ante metacarpium iacet.

ἄναράχι. portulaca. herba est duūm generū. Vna in hortis emicat, cauliculis teretibus, in altum erectis, lentē uergentibus in puniceum, foliis pinguibus, à tergo candidis, gustu subsulso, semine nigro, in herbaceis calycibus collecto: altera sua sponte in vitibus nascitur, & ternis quaternisue coliculis in terra sessilibus serpit, cultaque latius euagatur folio carnosio, verūm turbinariore, cetera priori consimilis. Vulgus gallicum has tum porcellinam tū porpierum appellat. Refrigerat tertio abscessu, humectat secundo. quamobrem causo laborantes ventriculo imposita inuat, & fluxiones repellit. lentore suo stuporem ex acidis contractum corrigit, ob adstrictionem uerò & intestinorum torminibus & alui profluuiis medetur. Est autem & alia quædam ascitiria portulacæ species quam ἀναράχιον ἀγρῶν appellāt, sed eiusdem cum τῷ ἀναράχῳ, id est sedo, generis: est enim tertia eius species. Dicitur & hoc nomine à quibusdam ἢ πέπλις siue πέπλιον, ut uocauit Hippocrates.

ἄναδουμου. frutex est hyperico similis, gracilibus festucis, rubentibus ramis, foliis effigie quidem rutæ, sed duplo triplōue maioribus, & cum teruntur, succo sanguineo manantibus. complures alas habet in cacumine, utrinque expansas pinnatasque, circa quas flores pusilli, lutei, & in calyculis semē uelut nigri papaueris, lineis distinctum. Eius semen purgat, folia desiccant. Gal. τὸ ἀναδουμου duplex statuit, unum ἀστυρον siue ἀστυροδῆς (nam reuera τὸ ἀναδουμου differt ἀπὸ τῷ ἀστυρον, etiam si multa habeat τῷ ἀστυρῳ simillima) alterum διονυσίως est, quorum tamē utrique pares vires tribuit. Dicitur ἀναδουμου quòd eius folia confricata digitis similem humano sanguini liquorem remittant.

ἄναδουμου etiam à quibusdā dicta est ἢ ἀτρακτυλῆς, authore Dioscoride, quòd ubi adoleuit,

adoleuit, si ramulus vel folium ab ea auellatur, profluit è vulnere cruentus humor. eamque ob causam etiam φόνος à Theophrasto dicta est.

Ἄνδρωνα. dicitur apud Hippocratem per viros successio generis.

Ἄνδρωνα. est herba alba, amara, sine foliis, folliculos in capitulis continens, & in iis semen. Nascitur in maritimis Histriae. Acris est, discutit, exsiccat, & suo semine urinã hydropicis mouet. Podagrũ utiliter illinitur. Viris remedia suo nomine pollicetur, quasi ἄνδρῶνος φέρουσα.

Ἄνδρωνα sive ἄνδρῶνος πόνος. nomẽ est pastilli ab Androne medico compositi, quem Paulus inter vehementia medicamenta recenset, & τῶν ἄνδρῶνων imponit lib. 4. cap. 25. Eodem etiam utitur & ad herpetem eiusdem lib. cap. 20. Constat his, ut ipse scribit, Squamæ aris drach. XII. aris vsti, salis ammoniaci, aluminis rotundi, aeruginis rasæ, thuris, singulorum drach. VIII. Excipienda sunt vino sufficienti. Describitur & à Corn. Celso ἄνδρῶνων, pari quidem facultate, sed diuersa paulò materia. Ait enim ex his constare, Alumine scissili, squama aris rubri, atramento sutorio, galla, myrrha, misy, quæ per se contrita mistaque, rursus paulatim adiecto vino austero teruntur, donec his mellis crassitudo sit. Aëtius ἄνδρῶνων pastillum describit lib. 14. multum ab his differentem, & materia & ponderibus.

Ἄνδρῶνα. tuſſiẽdo expuit, apud Hippocratem.

Ἄνδρῶνα. οἱ στρόφοι, hoc est, tormina apud Hippocratem.

Ἄνδρῶνα. id est, sursum verterint & conuoluerint, apud Hippocratem.

Ἄνδρῶνα. euulsi fuerint, apud Hippocratem.

Ἄνδρῶνα. dicitur à quibusdam ἄνδρῶνων, ut habetur apud Dioscoridem.

Ἄνδρῶνα. πνεύματι, hoc est, inflatur, apud Hippocratem.

Ἄνδρῶνα. herba est duplex: una syluestris, altera in cultis nascitur. Sed & huius plures species, aut enim phœniceum florem habet, aut candidum, aut lacteum, folia coriandro similia, sed tenuioribus propè terram incisuris. Cauliculi exiles & lanuginosi, super quos flores exeunt ut papaueris, & in medio capitula coloris nigri aut cærulei. Radix oleæ magnitudine est, aut paulò etiam grandior, & geniculis quibusdam distinguitur. Syluestri verò amplitudo per omnia maior est, folia latiora durioraq; caput oblongius, flos puniceus, tenuia & multa radicum capillamenta. flos nūquam se aperit nisi vento spirante, unde & nomen accepit. Ob eandem etiam causam flos adonij herba, quæ abrotoni genus est, ἄνδρῶνα dicitur. Vim habet acrem, absterforiam, attractoriam, anastomoticam, pituitam euocat, lepras tollit apposita, & lac in mammas prolicat. Ex ea emplastrum fit quod δὲ ἄνδρῶνων dicitur, emolliens, discutiens, contrahens, siccans, ac dolorem mitigans. Describitur ab Aëtio lib. 15. cap. de emplastris cruentorum vulnere glutinatoriis.

Ἄνδρῶνα. significat apud Hippocratem tum mutum, tum mente percussum.

Ἄνδρῶνα. ἀσπείστων, hoc est, inconcussorum, apud Hippocratem.

Ἄνδρῶνα. remissio. idem quod ἡ παρακμῆ.

Ἄνδρῶνα. hoc est, perturbata, apud Hippocratem. dicitur autem de urinis.

Ἄνδρῶνα. est tumor tactu blandus, cedensque digitis, à sanguine & spiritu ab arteria aut vena profusis excitatus. Profunditur autem sanguis ille duobus modis, ab interna quidem causa, vase per ἀνάστομον adaptato, ab externa verò, vase intus rupto, cute integra manente, id quod accidit in gutture (unde βρογχοίλη oritur) in

DEFINIT. MEDIC.

pectore, in inguinibus, in articulis, tum propter vehementem spiritus compressionem, quo distenta vasa disrumpuntur, tum propter fortiorē motū, vel vase unā cum superposita cute diuiso, siue casu, siue chirurgi venā secantis imperitia, ubi pro vena arteriā vulnerarit. Nam si, antequā arteria coalescat, aut cicatrice admittat, vel carne contegatur, exterior cutis cicatricem duxerit, ἀνδιείσμα vitari non potest. Sanguis enim & spiritus paulatim excreti sub cute colliguntur, tumoremque illic excitant interdum magnum, aliās paruum, pro spatij in quod exciderint amplitudine, sed eiusdem cum reliqua cute coloris, & nullo cum dolore. Mollis ille est, & spōgia instar laxus, ceditque digitis, quorum appressione facile intrō se recipit, maximē in mento, atq; ubi sine vulnere ἀνδιείσμα constitit. Nam quod vulnere, & cute postea coalescente factum est, non perinde molle est, quoniam plus in eo sanguinis quā spiritus affusum sit, qui in grumos coiens tumorem digito minus cedentem reddit: qui tamen si intrā vas etiam videatur reuerti, nec strepitū nec sonum edit, quemadmodum illud quod per arteriæ anastomosi prodiit, in quo plurimum spirituosi sanguinis inest. Hoc enim discrimine duæ illæ ἀνδιείσματος causæ distinguuntur. Cui & alia accedit differentia, quod natum ex anastomosi prolixius profundiusq; sit: quod autem à vulnerato vase est, magis rotundum sit, & minus altè descendat. Caterum quum ἀνδιείσμα omne nō nisi difficillimam curationem admittat, nullam prorsus recipere dicuntur quæ gutturi & capiti obuenerint. Siquidem per sectionem sanguis affatim erumpit, & unā vitalis spiritus, ut æger sæpe in medicorū manibus deficiat. Dicitur ἀνδιείσμα ἀπὸ τῆς ἀνδρείας καὶ διείσματος, non autem ἀπὸ τῆς ἰδιότητος & α priuatiua particula sicut quidam malè existimarunt, vertentes latinè eneruationem.

Ἄνδιον ἔλαιον. anethinum oleum. Est oleum ex anetho confectum, quod in duplici vase coquendum esse Galenus consulit lib. 4. sanitatis tuendæ. Tale autem calidum est in primo gradu & verè anodynum, rarefaciens, discuties, dissolues & euacuās.

Ἄνδιος οἶνος. vinum anethinum siue ex anetho factitium, anethi maturi, recentis, cribratiquē drach. nouem in linteolo colligatis, & in musti amphoram demersis. Somnificum hoc est, mouet urinam, & cibos concoquit.

Ἄνδιον. anethū. frutex est sesquicubitali proceritate, multicaulis, ramosus, exilitate folij in staminis propè modum extenuata, luteolo flosculo, semine lato & quasi foliato, radice lignosa, neque adeò prolixa, neque multis subnixa fibris, umbella fœniculi, cui cognatum genus videri potest. Calfacit secundo ordine intenso, siccatur initio secundi ordinis. somnum conciliat.

Ἄνδιον. ἀνδύς. illesus & carens molestia, apud Hippocratem.

Ἄνδιον. nō diuiso in minuta, sed ex farina crassioribus partibus cōposito, apud Hipp.

Ἄνδιον. pars auriculæ opposita τῆς ἑλίκου. Cum ergo ἑλίξ in auriculā dicatur extrema eius ora, ἀνδιείξ erit ea auriculæ portio media, quæ extat, & cavitatem eius attollit. Est autem in medio τῆς ἀνδιείξου καυμ, quod κώχην vocant.

Ἄνδιον. dicitur à nonnullis ὁ ἀμάρων, authore Hesychio.

Ἄνδιον. herba est topiaria, trium generum, palmi altitudine, surculosa, cauliculis exilibus, folijs angustis & minutis, luteo semine, capitellis primū virētib, mox luteis, quæ per ambitum circundantur flosculis vel melinis, vel candidis, vel purpureis. Nā solo flore tria eius genera distinguuntur, tamen si eum qui colosinus est, foliorum fruticisq; amplitudine maiusculum esse volunt, atque propriè ὀδύνην appellari.

Vulgò

Vulgò camomilla dicitur. Calfacit & siccatur primo ordine: præterea facultate tenui, discussoria, laxanti & odorata constat.

Ἄνθεμις à quibusdam dicitur ἰ ἀργυροῦνι, ut habetur apud Dioscoridem.

Ἄνθεμιον ἦ

Ἄνθεμιον. apud Theophrastum appellatur ἰ ἄνθεμις.

Ἄνθεμιον. pars est faciei in qua barba nascitur & quasi efflorescit. potest dici mandibula inferior. Suidas dicit eam esse partem quæ mento subest, carnosam videlicet & quæ λθικία dicitur alio nomine. Idem verò etiam interpretatur πλὴν λάρυγγα.

Ἄνθεικος. dicitur caulis siue scapus asphodeli, qui cubitalis & sæpe binum cubitorum est, à Latinis albucum vocatur. Sunt qui dicant ἄνθεικον herbam esse, quam manibus velli ut linum necesse sit, quòd meti non queat, deque ea factum esse proverbum ἄνθεικον δεξιῶν. Hesychius non ἄνθεικον, sed ἄνθεικον dicit.

Ἄνθεϊξ. arista: pars scilicet in spica prima summæque summum, ut vertit Erasmus, spicarum fastigium.

Ἄνθηλα. est flos cannæ quæ calamus phragmites dicitur, qui in lanuginem pappum vocatam euadit. Hunc maximè vitandum esse monet Gale. quòd si in aures fortè incidat, adeò tenaciter adhaereat, ut auelli non possit, & sæpe surditatem inuehat.

Ἄνθηρα. est genus aridi medicamenti ex metallicis præsertim compositi quæ & florido colore sunt, & eundem medicamento magna ex parte inducunt. Eiusmodi multa medicamèta à Scribonio Largo ad gingiuarum fluorem, à Gal. ad dentiū dolorem & oris ulcera, à Celso etiam lib. 6. cap. II. & à Paulo Aegineta describuntur. In quibus etsi pleræque præter metallica continentur, metallica tamen eorum pars maxima sunt, ut chalcitis, alumen scissile, & præcipuè sandarach, quæ in omnibus Antheris admistam inuenies. Et ab ea fortè ἄνθηρα dici potuit. siquidem δ ἄνθηρον Hesychius πλὴν ἑνδεκάχην interpretatur. Itaque putare πλὴν ἄνθηρον à floribus rosarum dictam esse, sicut putauit Manardus, vanum est. Plerasque enim eiusmodi compositiones videre licet, in quibus nihil rosarum habetur, neque à quoquam partem ullam rosæ ἄνθηρα dictam esse reperies. Sunt autem omnes αἰ ἄνθηρα, aridæ & instar pulueris ulceribus siccandis olim aspergebantur, non iis modò quæ in ore essent, sed aliarum etiā partium, & dentiū doloribus, & oculorum fluxionibus. Aliquādo verò melle, vel vino, vel mulso excipiebantur, miscebantur, & illinebantur, ut docet Gal. lib. 5. methodi medendi, de ulcerum oris curatione differens. Nec tamen indè colligi potest structuram earum non siccam fuisse. Geminus enim erat τῆν ἄνθηρα usus, modò siccarum, modò cum aliquo liquore mistarum, cum tamen sicca semper specie construerentur & sicca reponerentur.

Ἄνθηρος. ἰζέουθε. hoc est, valdè rubens apud Hippocr. in Prothet. Gal. interprete. & apud eundem lib. 6. τῆν ἰδιον. ἄνθηρα πύσματα, spuma rubra & subcruenta dicuntur.

Ἄνθηρος οἶνος. Dicitur ab Hippocr. vinum vel quod propiè ἄνθηριον, hoc est, floruletum dicitur, vel quod ex floribus ad suauitatem conditum est, quomodo & ipse πικρῶν ἄνθηρον dixit lib. 2 de morbis.

Ἄνθηρον ἔλαιον. oleum liliaceum apud Hippocr. quod & susinum vocatur.

Ἄνθηρον μύρον. Vnguentum apud Hippocr. quod & susinum & liliaceum vocatur, differtq; ab oleo liliaceo varia aromatum mistura.

Ἄνθος χαλιῶν. vide χαλιῶν ἄνθος.

DEFINIT. MEDIC.

Ἄνθραξις. lapis ἄσθς, sic dictus quòd extincti carbonis speciem referat.

Ἄνθρακωσις. apud Paulum sic dicitur ὁ ἄνθραξ τῆς ὀφθαλμοῦ, qui aliàs oculi bulbo, aliàs palpebræ accidit. Alij simpliciter ἄνθρακωσις vocant.

Ἄνθραξ. carbunculus. Est ulcus crustosum à sanguine in atram bilem conuerso & inferuescente excitatum, & à pustula ambustis consimili, vel sine hac etiam incipiens. Inter initia qui hoc malo laborant particulam omnino scabunt, unde pustula nunc plures nunc una erumpunt, milij seminis modo exiles, quibus ruptis crusta superinducitur, velut à candenti ferro, modò cinerea, interdum nigra, simulque cum ima radice adhærens & quodammodò affixa, non sine rosione: reliqua autem caro circumposita magno feruore prædita est & nigrescit, atque instar bituminis & picis resplendet: id quod exquisitè atræ bilis indicium est. febris longè vehementior quàm ab igne sacro excitatur. Cæterùm qui ἄνθρακωσις iuxta carnem cōsistunt, citò abolentur, qui verò membranas neruósque occupant, diutius permanent, luémque subiectis corporibus impertiunt. Nam qui in capite cōsistunt, collum, ceruicem, pectus, brachia aut alas in consensum adducunt: qui verò sunt in pudendis, crura inguináque simul afficiunt: aliqua verò partes etiam suppurantur, & dolorem sentiunt maiorem quàm pro ratione exigui affectus.

Ἄνθραξ. dicitur minij vena, siue gleba ex qua minij conficitur, ferreo vel magis sub-rufo colore, habens circa se rubrū puluerē. Cùm foditur, ut ait Vitruuius, ex plagis ferramētōrū crebras emittit lacrymas argēti viui, quæ à fossoribus statim colliguntur. Significat etiam ἄνθραξ gemmæ genus nobilissimæ, quam Plinius carbūculū, vulgus à rubore & fulgore præstati Rubinū vocat, ut scribit Georg. Agricola.

Ἄνθραξ λιθώδης ἢ ὀρυκτῆς. carbo lapideus siue fossilis. nō videtur aliud esse quàm γὰ ἀμπελίης, siue φαρμακίης, siue fossille bitumen. eruitur enim è terra niger & exiguis piceæ carbonibus similis, quales se ex Cœlesyria plurimos asportasse Galenus memoriæ prodidit.

Ἄνθρακωσις. herba. Eadem erat, inquit Plinius, quæ & scandix, si tenuiora folia & odoratiora haberet.

Ἄνθρακωσις. sic dictus est à Pythagora mandragoras, cuius radicem hominis effigiem representare falsò creditum est.

Ἄνθρακωσις. homo. Quid sit notum ex philosophis, qui accuratissimè eum sunt contemplati. Nominis ratio multiplex traditur. alij λέγουσιν ἔναρθρον ἔχει φωνῶν, quòd articulata voce utatur: alij ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου, ἔντις τῆς λογιστικῆς ἀπὸ ὀφθαλμοῦ. quòd alia animalia nihil animaduvertant nec considerent. Alij ἀπὸ τῆς ἀνωθεν, ἔντις τῆς ὀφθαλμοῦ. alij ἀπὸ τῆς ἀνωθεν, quòd speculo significat, quasi ἀδελφῶν ἢ ἀνθρώπων. alij verò ἀπὸ τῆς ἀνωθεν, quòd vultus ad sydera erectos tollat.

Ἄνθρακωσις. nomē est cerati quòd ulcera vetera & maligna oborta in tibiis solū per se adhibitum ad cicatricem perducit. Recipit autem sandycis lib. i. olei dulcis lib. ii. coquuntur donec non ampliùs inquinent. Refertur ab Aëtio lib. 15.

Ἄνθρακωσις ἢ

Ἄνθρακωσις. herba est duūm generum, una foliis & ramis lenticulæ similis, palmi altitudine, ramis rectis, foliis mollibus, radice tenui, oblonga, salsuginosis & apricis nascente, gustu subsalso. Altera est chamæpyti similis ramos & folia, sed asperior, hirsutior, breuior: flore purpureo, odoris admodū grauis, radice erratici intybi. Vtraque ulcera

ulcera persiccat, sed hæc quàm illa efficacius abstergit, & tenuior est, quate etiam comitialibus competit.

ἀνδύλλιον. dicitur à quibusdam ἰ ἀλσίνῃ, auctore Dioscoride.

ἀνύκτωρ. est nomē emplastri quod ad Critonem auctorem refertur. Describitur à Gal. lib. 1. τὴν κῆ. τὸ πῶς, & ab Aëtio lib. 15. diuersis modis sic dictum est quasi inexuperabile, & à curatione nunquam aberrans.

ἀνύκτωρ etiam à quibusdam dicitur ἰ ἀνύκτωρ, ut habetur apud Dioscor. communi omnibus aliis, ut ait Virg. Marcellus, quæ cibi appetentiam faciunt, appellatione.

ἀνισοπίπτος οἶνος. vinum ex aniso factitium, quo modo & ex anetho conficitur, ut supra retulimus. sedat dysuriam, & visceribus commodum putatur, ut refert Constantinus Cæsar lib. 8. cap. 4.

ἀνισοφ. herba est Græcis, Latinis, & Gallis anisi nomine cognita, caule, folio, flore, muscario fœniculo par, nisi quòd multò minor est. Calfacit & siccac tertio ordine: hinc urinam mouet & flatu discutit.

ἀνισοταχὺς σφυγμὸς. Est pulsus inæqualis in vna arteria pulsatione vnâque arteriæ parte, qui continuus manet, neque transit à celeritate in tarditatem nec contrâ.

ἀνοια. amentia. ἀφροσύνη. Est ratiocinatricis functionis abolitio & veluti paralyssis. Fit à causis omnibus cerebrum impensè refrigerantibus, & ab ipsa etiam naturali conformatione cerebri imbecilliore. Differt ἀπὸ τῆς μωροσύνης, quòd hæc diminutio tantum sit illius facultatis, nec causas habeat tam vehementes. Differt quoque ἀπὸ τῆς παραφροσύνης, quæ non abolitio quidem est & deperditio ratiocinatricis potentie, sed deprauata tantum motio.

ἀνομοιομερῆ. partes dissimilares, siue dissimiles. Desiniuntur ab Aristotele esse partes, quæ cum ex simplicibus componantur, in alias partes dissimiles, non in similes diuiduntur. Veluti manus in manus non potest diuidi, neque facies in facies, sed manus in ea quæ ab ipsa diuersa sunt nature & nominis. Dicuntur autem aliis nominibus ἐτερομερῆ ἢ ἑτερομερῆ, id est, alterius generis & instrumentales, de quibus vide suo loco.

ἀνομοιομερῆ. significat apud Hippocr. remollitum. ut explicat Gal. ἐν τῷ 5 κληθῆναι.

ἀνορεξία. inappetentia, σιτίων ἀρεξιοφί, ut ait Paulus lib. 3. cap. 37. fit à contrariis causis à quibus appetitus excitatur, quòd vel perierit sensus suctionis venarum, vel quòd nulla amplius fiat exuctio, vel quòd corpori nulla accidat vacuatio. Fit etiam sæpe vel ab immodico ventris & intestinorum profluuiio, vel ob biliosi humoris, tenacis, acris, & porracei delationem in ventriculum, vel pharmaci potionem, vel immodicâ sanguinis detractionem, vel, quæ maxima inappetentiæ causa est, propter caliditatem, quæ solidas corporis partes laxando exoluit, & ad attractionem imbecilliores reddit,

ἀπταχεύς. est succinum, vel lapis alterius coloris bituminosus, qui cum uritur myrrham redolet, ut scribit Georgius Agricola.

ἀρπεγος. lapis qui proprio nomine ἀρπεγος appellatur.

ἀρτιάδες. sunt glandulæ duæ valde fungosæ & spongiosæ, paulò supra laryngem sitæ, & utroque in latere singulæ, saliuam copiosam continentem qua & aspera arteria & stomachus & tota ipsa oris amplitudo humectatur. Eadem alio nomine παρὰ δὲ μὴ appellatur. multi tonsillas, & fauces verterunt: multi quatuor enumerant, binas quidem ad linguæ radicem, utrinque singulas, binas vero penitiores, quas Pollux μάλα vocari tradit. vulgus amygdalas nuncupat. Significant autem ἀρτιάδες non

DEFINIT. MEDIC.

modò glandulas ipsas sed etiam earum morbum. Nam sicut oi àδvies indurati λαιε-
 des nuncupantur, sic etiam τὰ παειδμια, hoc est, consilla vel inflammata, vel supra
 naturalem modum aucta, vel quasi desiccata, cibi potúsque & spiritus iter impe-
 dientes, è regione utrinque sibi inuicem oppositæ (unde nomen habent) ἀντιδεις di-
 cuntur, ut scribit Paulus lib. 6. cap. 30. Sunt autem qui distinguant inter ἀντιδεις &
 παειδμια, vocantes propriè ἀντιδεις inflammationem ipsarum tonsillarum, παειδμια
 verò inflammationem earum, quæ prope tonsillas sunt, partium. At Celsus ἀντιδεις
 tonsillas quæ post inflammationes induruerè à Græcis vocari scribit.

ἀντιδοτα. dicta sunt à veteribus medicamenta, quæ non extrinsecus quidem imposita,
 sed intrà corpus assumpta affectibus medentur & grauissimis casibus auxilio sunt,
 ut quæ, sicut ait Cor. Celsus, rectè quidem dentur collisis corporibus vel per ictus,
 vel ubi ex alto deciderunt, vel in viscerum, laterum, faucium, interiorumque par-
 tium doloribus, sed maximè aduersus venena, vel per morsus, vel per cibos, vel per
 potiones nostris corporibus inserta. Est enim triplex ista eorum differentia à Gal.
 prodita, quòd alia lethalium medicamentorum gratia offeruntur, alia valent aduer-
 sus bestias virus eiaculantes: alia verò morbis ex prauo victu contractis opitulàn-
 tur. Sunt autem nonnulla ad hos omnes vsus accommodata, inter quæ theriace primas
 tenet. Cæterùm hæc est communis omnium antidotón forma, primùm medicamen-
 ta teruntur, deinde cum melle subiguntur, donec in unitatem coeant.

ἀντικειθιον. sic dicitur cauum illud quod sub pectore est, carneum mollèque ad os ven-
 tris. Vocatur etiam σφαγι. Rufus cauitatem eam pectoris, quæ est ad clauiculas, tra-
 dit ab Homero dici λουκυλλω, à medicis verò ἀντικειθιον καὶ σφαγι.

ἀντικνήμιον. dicitur ab anatomicis anterior & nuda tibiæ portio & sola ferè cute conte-
 cta, in quam musculorum tibiæ mouentium tendines inseruntur. Gal. comment.
 2. ès τὸ πρὸ ἀγμῶν scribit ἀντικνήμιον esse tibiæ mediam & anteriorem partem, quæ
 minimè carnosæ est, & per uniuersam tibiæ à summo ad imum in longitudinem
 fertur, atque in his qui graciles sunt, conspicitur. Sic autem dicta est, ut plerique
 volunt, quòd cõtraria sit parti tibiæ insigniori, quam Gal. γαστροκνήμιον, Latini sura
 appellant: vel, ut ego iudico, quòd sit veluti frons τῆς κνήμης. Eadem verò pars quia
 multùm acuta est, etiam à quibusdam ἀκνήμιον vocatur. Gaza apud Aristot. ἀντικ-
 νήμιον cream vertit. Celsus tibiæ appellat.

ἀντιώντασις. significat apud Hippocrat. τὸ ὑπὸ τῷ κόιντου ἀντέρεσι. hoc est, renixū eum qui
 conto fit aut remo.

ἀντικυειθιον. dicitur à quibusdam ὁ ἐλλέβορος, quòd in Anticyra gignatur: à quibusdã ve-
 τὸ σπουμοιδες τὸ μέγα, ut habetur apud Dioscoridem.

ἀντιλόσιον ἢ

ἀντιλόσις. Dicitur pars illa exigua in auricula, quæ infimæ auriculæ, quam λῶβον appel-
 lant, superposita est. Rufus scribit τὸ ὑπὸ λῶβου vocari τὸ τῆς ἑλικος τέλος τὸ ἐπιβραχίον.
 Vt autem nomen ipsum indicat, ἀντιλόσιον oppositum est τῷ λῶβῳ.

ἀντιμυχοιον. sic à quibusdam dictus est ὁ μαυροσφαιροειδης.

ἀντιπαδεις. Est species corallij nigri, secundùm Dioscoridem, arboris figura, magis que ra-
 mosi, & vires easdem quas & corallium habentis. Adstringit enim & refrigerat
 mediocriter. Georgius Agricola scribit non aliud videri quam hematitem nigrum.

ἀντιέριον. herba est caule & folijs anagallidi similis, ideòque syluestris anagallis vo-
 cata.

tata. Semen habet vituli narium simile, unde & nomen inditum fuit. Alij ἀνάγγινον appellant. Vires habet mixtas: discutit enim & refrigerat. Gal. ἐν τοῖς ἁλωσάσις scribit ab Hippocr. eo nomine appellari herbam quæ βούκραιον & λυχίς ἀγρία vocatur. Dictum est & eo nomine ἡ ἰσσοῦ ἁλωσού, sicut habetur apud Dioscoridem.

ἀνασκόροδον. dicitur allium prægrande, quod & allium ulpicum appellatur.

ἀντίσπασις. reuulsio. Est humoris fluentis attractio in partem contrariam. Adhibetur proprie humori fluenti, ut eius cursum in oppositum reuocet. Qui enim parti ægræ iam impactus est, is deriuari, non reuelli dicitur, quod non nisi per propinquas affectæ sedi partes vacuari possit. Reuulsio autem in partem fit contrariam, & longè ab affecta distantem, ut ab inferiori ad superiorem, a dextra ad sinistram, ab anteriore ad posteriorem, ab interna ad externam, & e contratio. Tot enim sunt positionum contrariæ differentiæ, à quibus solis reuellendi indicatio peti debet. Quamquã prætereà alia quædam ea in respectare oportet, non quod reuulsionis substantiam cõstituant, sed faciliorem certè & tutiorem reuulsionem efficiant. Ea sunt meatum ductuumque aptitudo per quos ab una parte in aliam humor transferri possit, & partium nobilitas vel ignobilitas, sensibilitas aut insensibilitas, robur aut imbecillitas. Siquidè à parte nobili ad ignobilem, à sensibili ad insensibilem, non autem e contrario, transferendus humor est: aut si de iis partes ambigant, ab imbecilla perpetuò in robustam. Sũt autem reuulsoria præsidia quamplurima, ut vincula quidem artuum, cum humores in thoracem & ventrem feruntur: vomitus, ubi inferiora petunt: acres clysteres si vomitus infestent: urinæ, sudores aliuque deiectiones, siue ad superiora, siue ad inferiora humorum impetus feratur. Item cucurbitula mammis apposta, si menstrua immoderatè profluant, eademque affixa hypochondriis, si sanguinis e naribus effluuium sistendum est. Ad hæc acria medicamenta artubus illita, si humores ad caput & viscera decumbant, sicut se factitasse Oribasius prodidit, qui cruri, in quod humor confluxerat, adhibito repellente medicamento, eoque ita deligato ut ab infima eius parte cœpta deligatio perpetuò arctior ad inguina usq; procederet, alteri medicamentum calidum & attrahens illeuit, itaque fluxionem commutauit, & in alterum crus transtulit, Timocratis cuiusdam exemplum sequutus, qui, cum iuuenis quidam non mediocre pondus ex agro in urbem dextra manu tulisset, & ingentem in ea tumorem ob id concitasset, suasisse fertur, ut pari pondere sinistra gestato, tantundem itineris conficeret, ita enim fore, ut, quemadmodum euentus demonstrauit, dextra manus tumor euanesceret.

ἀντίσποδα. dicuntur medicamenta quæ eadem cum τὸ ἀσπιδίον, quod & ἀσπίδος dicitur, facultate pollent, quæq; in spodij penuria in eius locum substitui possunt. de quibus Dioscorides lib. 5. agens de pompholyge, cuius species spodium est.

ἀντίσπασιον. dorsum, quod tamen proprio nomine ὠσπρον vocant. de quo vide suo loco. sic autem à quibusdam dictum est, quod τὸ σπασιον, hoc est, pectori oppositum sit.

ἀντίσπασιον. est pars crassior τῆς ἀνδελικῆς, opposita τὸ πλάγιον. Sic quidem eam definit Rufus. Ergo cum πλάγιον dicatur eminentia auriculæ vergens ad tempora, & posita ex aduerso τῆς ὠχίης, patet ἀντίσπασιον dici eam partem τῆς ἀνδελικῆς quæ crassior est, & e regione τῆς πλάγιου, aduersa in parte posita est.

ἀντίχειρ. pollex. Est digitus primus à carpo siue brachiali incipiens, eique per diarthrosin insertus, reliquis quatuor digitis multò inferior, & illis non rectè, sed ex obliquo

f

DEFINIT. MEDIC.

oppositus. Sic à Græcis videtur dictus, ut scribit Galenus, quòd solus ipse tantum valeat polleatque quantum reliqui quatuor. Latine promanus dici possit. Siquidem manus actiones omnes per eum habet firmiores, eo solo tantum roboris præbente, quantum reliqui digiti simul iuncti: easque omnes aequè cessare & aboleri necesse est, siue ipse solus, siue alij desint. itaque à pollendo etiam pollicem Latini appellauerunt. Sunt autem qui ἀντίχειρα dictum velint quòd cæteris digitis oppositus sit, & ex aduerso situs. Dicitur & μίγας propter magnitudinem seu præstantiam.

ἀντίλιον. nomen est malagmatis valde adstringētis, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7.

ἀνώδωρον. Est medicamentum mediocriter calidum, dolorē deliniens. Eiusmodi quidem est quod propriè ἀνώδωρον dicitur, calore scilicet ita temperatum, ut calori nostro nativo quàm simillimus sit, vel saltem intra primum ordinem exalfaciat. Tale namq; esse oportet, ut demulceat deliniatque quodammodo exasperatas corporis nostri partes, dulcique sensu, quem mouet, earum veluti tristitiam molestumque sensum aboleat. Itaque proximè ad naturam τῆς γλυκῆς & accedit, de quo suo loco dicemus. Sed & tenuium partium esse conuenit, nihilque habere adstrictionis, ut una pariter euacuet, digerat, rarefaciat, extenuet, concoquat, atque æquabile reddat quicquid in partibus dolore vexatis humorum est acrimm, aut lentorum, aut crassorum, aut multorum tenuibus spiramentis infarctorum, vel quicquid vaporosi, aut crassi, aut admodum frigidi spiritus particula dolenti inhaesit, impactumque est. Aliud ab eo est τῆς ἀνώδωρον genus, quod reuera eiusmodi non est, sed dicitur tantum, contrario temperamento præditum, ut quod refrigerando & obstupesciendo doloris sensum tollat. Dicitur etiam id ἀνώδωρον, sed improprie, quod affectum sanat, medeturque morbo à quo dolor excitatus est: eo namque sublato protinus dolorem quoque sedari necesse est.

ἀνωμαλία. inæqualitas. Est sensus humoris pauci & minimè acris, per corporis habitum, ante febrem leuiter moti. Symptoma est ante accessionem febrilem exorietis, sicut rigor & horror. Pertinet quidem ad facultatem animalem motricem, estq; unum ex motibus voluntariis deprauatis, sensus tamen magis videtur esse quàm motus, quòd humor à quo gignitur, vel non moueri, quemadmodum in pruritu & lassitudine ulcerosa, vel minimùm moueri sentiat. Est autem sensus quidam profundus in tota corporis mole, ceu dispersa per eam cuiusdam rei à natura aliena. Id autem quod dispersum est, aliquando quidem veluti subcalidum esse videtur, aliquando mordax citra dolorem, aliquando utroque modo afficiens, aut sine iis leuiter omnes carnes distendens. Est autè humor qui eum sensum inuehit, excrementosus quidem, sed multò paucior, minusque mordax quàm in rigore aut horrore, & ad cuius vacuationē facultas expultrix non magnopere concitetur: in corporis habitu, sicut & is à quo rigor horrorque fiunt, continetur, & febrem ferè semper præcedit, quanquã, perinde atque rigor, ex praua victus ratione citra febrem accidere possit.

ἀνώμαλος σφυγμός. inæqualis pulsus. Est pulsus in quo vel nulla, vel nō omnes pulsuum differentia pares manent. Si nulla, simpliciter & absolute inæqualis est: si non omnes, idem quatenus quidem non omnes, secundum quid inæqualis, quatenus verò aliqua pares manent, æqualis secundum quid dici potest. Nam absolute æqualem pulsuum dicas & inæqualem, an aliquo in genere, multum refert. quòd absolute inæqualis

qualis neque magnitudinem, neque velocitatem, neque aliam ullam differentiam parem seruet: ille verò qui in una aut pluribus tantum inæqualis est atque in ceteris paritate seruat, non simpliciter, sed certa aliqua differentia aut pluribus inæqualis dicatur, cum in reliquis æqualitatem retineat. Fit autem pulsus simpliciter inæqualis duobus modis, uno quidem in pluribus pulsationibus imparibus & inæqualibus, altero verò in una pulsatione. Ille ουσμαππὸς dicitur, estque cognitu multò facilior, species autè habet σγλήπιοντα, παρεμπιπτότα, μύουρον, siue μουείζοντα. Qui verò in una pulsatione seu diastole inæqualis est, cognitu longè difficilior est, fitq; bifariam, in una arteriæ parte, aut diuersis eius partibus; sed illa quidem inæqualitas in duabus tantum pulsuum differentiis, velocitate scilicet & vehementia, earumque contrariis inuenitur, cum velocius aut vehemētius circa unum medici digitum moueri cœperit arteria, & in tarditatem aut languorem desinit, vel contrà. Eius species sunt δορεαδίζωρ & δικροτος. Quæ verò in diuersis arteriæ partibus est, per omnia pulsuum genera inuenitur, quanquam in quantitate, siue magnitudine diastoles manifestius percipiat. Sunt autem plures eius differentia, μύουρος & μίαρ, πλάγην, ἐπιαιθικώσπυ και παδεινοδιδίωσ, κυματώδης, σκολικίζωρ, μυρμηκίζωρ, ἐκπίωσ, ασιασιώδης, κλονώδης, η̄ ἐμπείωρ. De quibus omnibus suis locis videndum. Vide & tabulam in dictione σφυγμός.

Αἰώνιος. est planta fruticosa ramos gerens dodrante maiores, frequentibus geniculis cinctos, canis alarum multis, capitibus rotundis, foliis lenticula, pusillis, ad rura aut pratensis loci folia accedentibus, subhirsutis, odoratis, non iniucundè olentibus. Radix illi candida est vltro citroque vaga. Toto caule foliata est in modum coronæ. Censetur inter aculeatas plantas. Namque inter folia nocentes & mucronata cuspidis aculeos, quasi spicula in ramis habet. Muria conditur antequam spinosa fiat, estque cibis gratissima, illisque os mirum in modum commendat quibus anima fœtet. αἰώνιος Dioscoridi dicitur. Theophrastus & Galenus δῖωνιν appellare maluerunt. Est calida facultate & extenuate, præsertim eius radix, quæ tertio ferè gradu calefacere proditur. Cortex extergit & incidit. quamobrem urinam ducit, calculos conterit, crustas rumpit, & dentium dolores mitigat.

Αἰώνυμος. arbor quæ & δῖωνυμος dicitur, de qua vide suo loco.

Ἄξουγγιον. axungia. Est suillus adeps inueteratus, dictus Latinis axungia, quòd axibus rotarum inungendis accommodus sit. Receptum tamen est & à Græcis hoc nomen etiã tempore Galeni, ut scribit lib. 7. τῆν κῆριν, ubi enarrat emplastrum Mnasei.

Ἄξωρ. nomen fuit secundæ vertebræ colli apud veteres medicos, quòd super eam primâ vertebrâ, veluti super axem, vertatur, vnde ὑπὲρ ἄξωρῶσ etiam dicta est.

Ἄορτῆ. dicta est ab Aristotele lib. 3. de partibus animalium arteria magna, quæ à sinistro cordis sinu exoritur, quã ille minorem venam vocauit, eam cum vena caua comparans. Sic autem appellata fuit, quòd ἄορτῆ apud Græcos ἀγγῆον, hoc est, vas significet. Est enim, ut eodem loco Aristoteles scribit, sanguinis conceptaculum. Vide ἄρπεια.

Ἄορτερον. dicitur apud Hippocr. pars pulmonis utrinque suspensa, & separata, ut in lib. de morbis maio. Eandẽ tamen aliquãdo ἄορτερον vocatam fuisse scriptũ est à Diosc.

Ἄπαραγμα. vocatur à iunioribus, ut scribit Galenus comment. 3. εἰς τὸ κῆρτ' ἰντῆρον, quòd ab Hippocrate ἀπὸ κλασμα dicitur. Est autem fractura totius ossis secundum ipsius crassitiam, iuxta ipsum articulum, ita ut plurimum ossa ab inuicem disiungantur. Idem

DEFINIT. MEDIC.

Gal. lib. 6. meth. med. scribit τὸ ἀπὸ γυμνασίου nomen solis medicis proprium esse, & plebi inusitatum. solere autem ita nominari, quodies ofsis finis, qua parte maxime cum alio committitur, abruptus est.

Ἀπαλλάσσειν. significat proprie vacuare, deinde, quod ad vacationem consequitur, subsidere & mollius effici, ut annotat Gal. comment. 6. εἰς τὸ περὶ ἐπιπέδου.

Ἀπαλὸν φάρμακον. lene & mite medicamentū, quale ex omni luteo & rosaceo cerato confici potest, & oculorum inflammationibus adhibetur, aut sedādis aliarum partium doloribus.

Ἀπαλὸν κολύριον. Idem quod ἄδουρον. lene & mite collyrium. vide ἄδουρον.

Ἀπαράχτος οἶνος. dicitur vinum cui aqua marina admixta non est, ut ait Galen. lib. 12. methodi medendi. Id autem vinum generosum omnino erat, quoniam solis imbecillibus vinis marina solebat misceri, quae θαλάσσια & πικραλιστομένη propterea vocabantur. de quibus vide suo loco.

Ἀπὸ ἐξέσεως. Idem est apud Hippocratem quod ἀδιάρθρωσις, ut annotat Gal. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀρθρῶν.

Ἀπείνη. herba est ramosa, quadrangula, asperis foliis, in orbem per intervalla circumpositis, ut in rubia, flore candido, semine albo, duro, rotundo, concauo, umbilicū effigie, à qua ὀμφαλόειρα ποτὶ etiam dici putatur Dioscoridi. Alij ἐλάτρωπον appellant, quia, velut amici solent, commeantium laciniis obhaereat. Officinae aspergulam, rura Gallica grateronem vocant. Ἀπείνη quoque dicitur à quibusdam τὸ ἀπείνω, id est, personata, ut author est Dioscorides.

Ἀπέτη. apud Atticos & Hippocr. significat idem quod ἀπερισπίνος, id est, perfecte, exquisitè & absolute, ut interpretatur Gal. comment. 2. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξείων.

Ἀπερίως. idem quod ἀπέτη, apud Hippocr.

Ἀπερίωστο. extusivum. habetur hoc verbum apud Hippocr. lib. 5. τὴν ἀδιαιμίαν, sicut legebat Dioscorides, cum tamen eodem loco omnes ferè legant ἀπερίωστο, ut scribit Gal. εἰς τὸ περὶ ἰσχυροῦ τῆν γλωττῶν.

Ἀπερῶ. ἀίθρις, apud Hippocratem insuetus, ut interpretatur Galenus comment. 6. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξείων.

Ἀπὸ δίστατον ἕλιος. dicitur authore Gal. lib. 2. τὴν ἐν γένει, ulcus quod non est magnum, nec ulli grauiori noxa coniunctum. hoc est, quod nec vitiosi humoris influxu impetitur, nec sordidum, nec inflammatum est, nec in circumposita carne intemperiem ullam habet. Sic dicitur ἀπὸ τῆς ἀδυσίας, quia apud Graecos afflictionem, periculum & cladem significat.

Ἀπείθησιν. dicuntur alimenta quae minimum habent excrementi, ut sylvestrium animalium caro, & eorum quae siccioribus locis victitant. Eius generis & colla & cauda & ala animalium censentur. Opposita sunt βίς περὶ θωμάκοις.

Ἀπὸ ῥέω γ. ὀντισμὸς ἀπὸ λυτῶν, id est, perit, ut interpretatur Galenus comment. 4. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξείων.

Ἀπὸρ δῆ. ἀρκλαδῆ, apud Hippocratem, exclusus est.

Ἀπυθισμῶν ἰντῆρον. Rectum intestinum. Est intestinum crassum, ordine à ventriculo sextum, & ab ano primum, nullis gyris sed rectà in anum descendens. Eius ora inferior à musculis in orbē circumfusis σφιγγεται, hoc est, constringitur (unde & σφρυγίτηρ dicta est) ut intus detineat excrementū, vetetq; ne praepropere effluat. Postea verò

quàm

quàm plurimum congestum graue animali esse cœperit, tunc foras agi sinit, nec relucatur septo transuerso & musculis abdominis excrementa foras propellentibus. Id intestinum vulgus longanionem vocat, Hippocr. ἀεχόν, hoc est principium vel princeps appellauit, eiusque duas partes cōstituit, ἐσφριμένον, hoc est, adstrictum, qua parte musculus σφριγνίς collocatus est, & χαλαρόν, id est, laxum, quâ latius est; nec ullo musculo comprimitur.

Ἄπεια. Symptoma est alteratricis facultatis, quando cibum omnino nō concoquit. Proprie enim significat abolitam concoctionem, absolutamque cruditatē, alimento nulla sui parte in chylum mutato alteratōque. Id quod euenit ventriculi facultate cōctrice lesa, extremēque imbecilla, & planē victa, tūm propter insignem aliquam intemperiem actiuarum qualitatum, aut longiorem passiuarū (humida enim intemperies vētriculi ut in hydrope; & sicca, ut in senectute & tabe, non nisi longo tempore concoctionem abolent) tūm propter morbum aliquem ventriculi organicum, ut erysipelas, phlegmonen, & scirrhum, siue is simplex sit, siue cum intemperie coniunctus, tūm propter tantam alimenti copiam, ut eam vētriculus ferendo coquendoque non sit. Ac quanquam ἰάπεια sic proprie dicatur, aliquando tamen concoctionis deprauationem significat, per quam alimēta in alienam qualitatem mutantur. Sed maior quidem perspicuitas foret, si sola concoctionis priuatio abolitōque ἰάπεια vocaretur, διαπεία autem ea quæ deprauata est. Verūm ut Plato ait, multi res ipsas nō cognoscentes aliis nullum omnino nomen imposuerunt, aliis verò inepta nomina indiderunt.

Ἄπεις. blandum & mite apud Hippocr. quodque, cūm sumitur, nullam inducit molestiam. Contrarium est τὸ πρῶτον, sicut annotat Gal. commēt. ἐκ τῶν διαίτης ὀξέων.

Ἄπωμα. est species fracturæ cranij à recentioribus introducta, quam definiunt esse fracturam caluariae, in parte ei quæ percussa est contraria factam. Soranus enim, cuius scripta de vulneribus capitis adhuc extāt, voluit sicut in vitro, ita in caluaria ictu unius partis, non eam modò quæ icta est, sed etiam contrariam findi posse. Quam tamen sententiam Paulus non probat, existimans fieri non posse ut pars ictui opposita findatur, nec iudicans idem in hominis caluaria fieri, quod illi in vitreis vasculis euenire docēt. Illa siquidē, quia vacua sint, aduersa in parte frangi prodidit: caluariam autem hominis undique plenam & alioqui validam existere. Eorum autem errori causam hanc fuisse tradit, quod cūm pluribus locis caput percussum fuerit, & una tantūm parte plaga sese prodat ostendatq;, in contraria autem nullum plagæ vestigium relictum sit, in ea tamen paulò post abscessus oriatur, qui incisus rimam fracturamque patefaciat. Nos quidē Paulo faciliē subscribimus, praesertim cūm eidem Galenus fauere videatur, qui lib. 9. de usu partium prodidit caluariam non factam fuisse solidam & sine suturis, ne percussa una parte magna offis portio violaretur, quod omnino futurum esset, si solida fuisset. Efficiūt igitur suturae, ut ictus una in parte acceptus, alteram quæ ultra suturam est non violet, sed noxa terminetur ad ipsam suturā. Qui fracturæ istā speciē inuexerunt, ἀπωμα ἀπὸ τῆς ἰχθῆος nūcupauēre. Illa enim aëris, à quo sonus fit, repercussio, causa est cur in aduersa ictus parte vitrea vasa cōfringantur. Alicubi tamen ἀπωμα, alibi ἀπρόπωμα dici reperias, sed librariorū, ut iudico, errore. Neque enim ἀπρόπωμα aut ἀπρόπωμα id significat, sed est alia fracturæ ofsis species, de qua vide in dictione ἀπρόπωμα.

DEFINIT. MEDIC.

- ἀπλήρη. *Ἐπεκλείεται. conclusus est, apud Hippoc. ἰλλήρη namque claudere significat.*
- ἄπυρον. *proprie pyrum significat. Sed & hoc nomine herba quadā dicitur ramulos duos siue tres iunceos spargens, tenues, rubentes, qui paulū se attollunt, foliis rura longioribus atque angustioribus, semine paruo, radice hastulæ regiae, pyrorū specie turbinata, tantū rotūdiore, succosa. habet extrā cortices nigros, intrā cādidiū corpus. Dicitur ἄπυρον herba hæc à pyri similitudine quod in radícula extrema dependet.*
- ἄπυρον. *sic dicitur à quibusdam ἀπυροειδῶν & ἰγῆς.*
- ἄπυρον οἶνον. *vinum ex pyris factitium quæ ἀπυρον appellantur. Fit ad eundem modum, inquit Dioscorides, quo vinū cydonites. sed pyra non magnopere matura esse oportet. adstringendi facultatem habet.*
- ἄπυρον. *à quibusdam dicitur ἄπυρον, ut habetur apud Dioscoridem.*
- ἄπυρον. *Est resolutio instrumentorum quibus respiratio efficitur sic autem à symptomate dicta est, quod eam resolutionem spirandi priuatio consequatur. Quod tamē non ita accipi debet, quasi spiratio in totum abolita sit (neque enim manere posset vita) sed quod tam exigua sit, ut sensibus nulla deprehendatur, quemadmodum accidit in uteri strangulatu, apoplexia, & lethargo.*
- ἄπυρον. *dicitur fructus τῆς βάρου, qui ἔστι βάρου, siue βάρης appellatur, gallicè frāboscia.*
- ἄπυρον. *idem quod γλαυκώμα.*
- ἄπυρον. *fecunda apud Hippocr. quidam tamen ἀπυρον, hoc est, infœcunda interpretantur, ut scribit Galenus in linguis Hippocratis.*
- ἄπυρον. *sunt medicamenta lacrymas mouentia, & postea expresso vacuatoque oculorum humore superfluo, ipsas etiam suppressentia, & oculos exiccantia. Latine dici possunt delacrymatia. Nam & Columella & Plinius delacrymare & delacrymationem ea significatione dicunt.*
- ἄπυρον. *est ratio curandi corpora post exercitationem, humectando & emolliendo solidas partes, quæq; in meatibus continentur, euaporando. Peragitur ea potissimum per frictionem. Latine recuratoriam vocare licet.*
- ἄπυρον. *est finis perfectæ exercitationis. Est autē ea genere duplex. altera quidem exercitationis ceu pars, altera verò eius ceu species. Quæ ceu pars exercitationis est, definitur à Galeno, Postrema pars exercitationis probè peractæ. Ea duplici consilio suscipitur, tum ut excrementa quæcunque excalfacta & extenuata per exercitationem in corpore adhuc manent, prorsus eiiciantur. tum ut corpus à lassitudine tutum reddat. Porro excrementa eiiciuntur frictionibus cuique corpori conuenientibus, quæ per alios administrantur, simulque ipsarum quæ fricantur partium tensione & spiritus cohibitione. Lassitudo verò tollitur tum frictione, tum unctioe ex oleo. Sic enim & solidæ partes emolliuntur, & quæ in meatibus hæserunt resoluitur in vaporem. Tollitur verò aliquando & balneo, cuius vis ἐν τῇ ἀπυρον non est minima. Est autem frictio huius apotheraπiæ præcipua pars, eamque ob causam recentioribus gymnastarum, ut ait Galenus, vocatur apotheraπia ea frictionū portio, quæ post exercitationem adhibetur. Verūm apotheraπia quæ exercitationis ceu species est, vel in ipsa media exercitatione adhibetur, vel post absolutam exercitationem. In media quidem exercitatione, quò vitari possint obstructions. Siquidem inter ipsam exercitationem, spiritus cohibitionem interponunt optimi gymnastæ, atque etiam frictionem, simul hominem, cum lassitudo incipit, recreantes, simul cu-*

tis

tis meatus paulatim expurgantes, quò videlicet perspirabile, simulque purum corpus ad subsequentes labores sit, cum alioqui verendum sit, ne si nihil tale gymnasta prouiderit, obstruat potius meatus quam expurget. Peracta verò exercitatione, apotheraia etiam ceu species exercitationis adhiberi potest, in qua motus sint quantitate mediocres, & qualitate tardiores iis qui in ipsa exercitatione siebant, idque cum frequèti interposita quiete, qua utique fricare hominem oportet pluribus simul contrectantibus, quò nec refrigescat pars ulla, & ocysimè excrementa digerantur. In hoc igitur differre inter se videntur αἱ ἀποθεραπείαι, quòd ea quæ ceu pars exercitationis est, frictiones motusque alios moderatos habeat & remissos, qui in apotheraia exercitatione multò sunt vehementiores, adeò ut ipsa non tam exercitationis remediù, quam exercitatio esse videatur. Quàmquam autem τῆς ἀποθεραπείας nomen propriè dicatur de ea curandi ratione quæ post exercitationē adhibetur, conuenit tamen & omni quæ quamlibet lassitudinem tollit, viresque reparat quacunq; tandem ex causa dissolutas. Id quod patet ex Gal. in libris sanit. tuendæ, qui veneri non minùs quam exercitationi apotheraiam suam præscribit.

Ἄπ' ἄλιμμα. idem quod πίσμα sive ἐπιπίσμα. interdum quidem expressæ rei retrimētū, quod & μάγμα appellatur, aliquando verò succum ipsum ab aliqua re expressum, adeò ut in hac ambiguitate rei ipsius usum intueri oporteat.

Ἄποθερωσις. Est detractio partis ossis disrupta superficie, sic ut quod aufertur supernatet. Dicitur alio nomine ἀπρωπί. Differentia una est fracturæ ossis, quæ κατ' ἀποθερωσιν καὶ ταγμα dicitur, de qua vide καὶ ταγμα.

Ἄπρωπον. insipidum. Id dicitur quod nulla insigni qualitate præditū est. subfrigidum est & gustu aquosum. Nam & inter aquas ea maximè commendatur quæ ἀπρωπὸν est, & omnis qualitatis expers.

Ἄπρωκκριμὸν & κληροσμένον. separatus, apud Hippocratem.

Ἄπρωκλασμα. dicitur apud Hippocratem ossium abruptio, quæ propè articulum, per totam ossis crassitudinem fit, ita ut fracti ossis partes plurimum a se inuicem distet. Recentiores medici ἀπρωγμα nuncuparunt, authore Gal. comment. 3. εἰς τὸ κατ' ἰντερίον.

Ἄπρωκλάειν. significat apud Hippocr. præcipuè quidem abradere, aliquando verò corrumpere & extenuare.

Ἄπρωκοχύειν. concha excipere, aut in concham testamve reponere.

Ἄπρωκωπί. species est fracturæ ossis, quam supra ἀποθερωσιν diximus appellari.

Ἄπρωκόπημα. vide in dictione ἀπύχημα.

Ἄπρωκρατεῖν. coercere, retinere, ut apud Diosc. de symphyto: ἢ ὑπεροκίλας ἀπρωκρατεῖ καὶ ταπλοσοτόμλιον. & apud Aëtium lib. 9. cap. 35. ὁ ἄρωδες μὲν τὸν ἀθροισμὸν ἀπρωκρατούμλιον μερίως βλάπτει. Dicitur in eadem significatione ἠδικορατεῖν à Galeno.

Ἄπρωκρινὴ δύναμις. expultrix facultas. Est facultas naturalis qua singula partes supernacua excernunt. Nam cum cibo corpus ali reficique oporteat, nec talis prorsus haberi possit qui nihil omnino habeat dissimile nostræ substantiæ, ideò gigni excrementa necesse est, & vim aliquam nobis inesse, quæ ea à probo alimento secreta expellat. Ea inest singulis partibus, eiusque causa meatus cuique conuenientes natura molita est, per quos ea commodè deduci possint atque vacuari. Vitur autem natura in eam rem fibrarum seu villorum transuersorum ministerio. Per eos enim expellit, sicut per rectos attrahit. Est autē facultas hæc, in corpore benè habēte, ordine quarta, sūoque

DEFINIT. MEDIC.

munere post concoctricem fungitur. Primum enim attrahi alimentum oportet, deinde retineri, atque ita concoqui, tunc demum, si quid superfluum est, excerni. Est enim ea naturalis vacuatio quae concoctioni succedit, eoque distinguitur à symptomatica siue morbosa, per quam crudorum vacuatio fieri solet. Sed quoniam quoad concoctio fit, tandiu etiam retineri alimentum necesse est, & aequali omnino tempore retentricis concoctricisque actio durat, videtur saepenumero expultrix tam coniuncta esse retentrici, ut una alteri cedat. Quandiu enim retineri aliquid opus est, non excitatur ad actionem expellendi vis, & ubi retinendi facultas ab opere cessat, protinus mouetur expultrix, contraque ubi expultrix ad opus proritat, mox retentrix cedit, & ab opere desistit. Quae enim earum debilior est, alteri cedit robustiori. Quanquam autem ipse excrementorum proventus satis per se sit ad excitandam eam facultatem tanquam alienorum expultricem, saepe tamen etiam in sanis corporibus & secundum naturam se habentibus eorum copia aut acrimonia aut etiam dolore commouetur. Nam in eum usum bilem flauam natura excernit per intestina, ut ea inde irritata facilius stercora deiciat. Verum eam acrimonia in excretionibus naturalibus mediocrem omnino esse oportet. Vbi enim urget vehementius, symptomaticas potius excretiones concitat. Facultas ἀποκλειτικὴ dicitur etiā à Gal. περὶ οὐρανῶν lib. 3. facul. natur. Dicitur & ἀγαθὴ κλητικὴ, quod bonum à malo separare videatur, ut apparet ex eodem in lib. de symptomatum differentiis, ubi symptomata functionis naturalis persequitur. de qua tamen vide suo loco.

Ἀποκρουστικὰ φάρμακα. Repellentia siue repercutientia medicamenta. Sic dicuntur quae in altum occurrentes sibi humores repellunt. Contraria sunt attrahentibus, ut quae ex alto vehementius euocent. Itaque cum attrahentibus essentia sit calida & tenuium partium, repellentibus frigida est, & crassarum partium. Attrahit enim perpetuò calidum, & repellit frigidum. Verum quod cum caliditate coniunctam habet partium tenuitatem, attrahit vehementius, quod verò cum frigiditate partium crassitiam, cuiusmodi est adstringens, id maiorem vim propellendi habet. Est autem ab actionis vehementia ὄντος ἀποκρουστικῶς nomen impositum. Itaque proprie ea repellunt quae adstringunt, quanquam non ea quidem solum, sed etiam quae sine adstrictione refrigerant, ut scribit Gal. lib. 14. meth. med.

Ἀποκωρον. Est frutex virgis longis constans, graueolentibus, lentis vitilium modo, fractu ferè inuictis, folio hedera, molliore tamen & per extremum acutiore, lento, graui odore, luteo liquore pleno. Siliquas gerit, ceu fabarum, folliculari specie, digiti longitudine protensas, in quibus semen est album, durum, paruum. Folia eius cum adipe in panes coacta, canes, lupos, vulpes, pantheras enecat in cibo data, atque ab his animalibus peculiariter habet nomina, sed valde usitato apud Latinos nomine brassica canina appellatur, sicut à Galeno κωκράμβη. Dicitur sicca esse citra siccitatem, & propterea emplastri modo impositam discutiendi vim habere, verum non minus homini malefica & exitialis, quam reliquis animalibus est.

Ἀπολελαμψία κολίαι. id est, ἐπιχόμψια. alui suppressa apud Hippoc. dicuntur in prorrheticis. & eodē in libro ἀπολελαμψιοί σίτωρ, dicuntur οἱ ἀνορεκτοί, ut plerique interpretantur, quasi à cibo seclusi. Nonnulli verò eos intelligunt quibus aluus adstricta est, de quibus etiam eandem vocem usurpasse Hippocr. videtur ἐν τῷ πρῶτῳ διαίτης ὀξείῳ. Author Gal. comment. ἐς τὸ περὶ ὀξείῳ.

Ἀπόληψις

ἄπολις οὐρον dicitur ἰ τῆς οὐρῆς οὐρον, id est, urina suppressio, interprete Galeno in comment. de πῶδι οὐρῆς.

ἄπολις τῆς φλεβῶν. apud Hippocratem, venarum repletio & copia, ut interpretatur Galenus comment. 4. de πῶδι διαίτης οὐρῆς.

ἄπολιον. à Syris dicitur ὀκνίδι & ἰκνός, ut habetur apud Dioscoridem, sicut ab aliis λίον, cuius ipse rationem hanc adfert, quod frutex qui illum producit similis sit naturâ satiuo lino.

ἄπομελι. est potio dulcis, fauis multa aqua diluta incoctisque. Curam omnem eius conficiendi hâc breuiter esse dixit Galenus, ut nec fauis admodum sit viriosus, coquanturque benè in fontana aqua, quæ & pura sit, & dulcis. Oportet enim, inquit, expresso à fauis melle eatenus in aqua coquere, quoad nulla inde spuma existat. Verùm paulò exquisitiùs hunc in modum compositionem eius Aëtius explicauit. A fauis, inquit, candidis & pellucido melle plenis mel manibus exprimitur, optima fontis aqua permiscetur. Si mel quod districtum manauit, crassius apparebit, quaternâ aqua partes ad mellis singulas adiiciuntur: sin liquidius profuxit, ternâ. Paulus tamen sine discrimine ternas aqua partes & dimidiam miscet. Si aridiores sunt fauis, dissecantur, & manibus subacti distringuntur. Hæc in olla noua in qua priùs infuerit aqua, ut qualitas terrestris eluatur, igni lucido nec fumoso decoquuntur, deversa iugiter spuma vel cera quæ summam enatat. Vbi nihil ampliùs erit spuma, & octaua aut septima circiter pars modi totius absumpta fuerit, reliqua refrigerari perfectè finitur. Die sequenti tollitur quod supra innatat. Reliquum reponitur in vas testaceum, & reconditur in cella uinaria. Galenus annotauit commentario tertio de πῶδι ἀγμῶν, ab Hippocrate & plerisque aliis ἰ ἀπόμηλι alio nomine vocari δῆνδρον sine δῆνδρῶν, & fieri à quibusdam ex melle & aceto, ab aliis verò ex fauis & aceto simul incoctis. Huius enim duplicem facit differentiam. Alterū, inquit, dulce est, alterum magis acidum est. Atque id rursus geminum est, aut enim ex melle constat & aceto, aut ex fauis & aceto. Nos, inquit Galenus, ex fauis cōficimus, acetum melli adicientes, postea incoquentes, donec eorum qualitates in unitatem coierint, atque aceti vis frangatur. De apomelite hæc ferè medici prodiderunt, extergendi & incidendi vi praditum esse, biliosa per aluum ducere, urinam mouere, sed tamen calidis & siccis naturis aduersari, morbis etiam calidis & præcordiorum inflammationibus, si rim non sedare, imò verò augere, Dādum autem esse antè sorditiones, quod à cibo noceat. Medium autē apomeli esse inter mulsam & oxymeli Galenus lib. 8. meth. med. prodidit.

ἄπομηλις. idem quod ἀμαμηλις. de quo supra.

ἄπομυλλῶς. hoc est, protendens labra compressim, ut interpretatur Galenus in explanatione vocum Hippocratis.

ἄπονα. dicuntur medicamenta quæ dolorem & lassitudinem leuant, quæ propriis nominibus ἀνώδυνα & ἀνοπα appellantur, de quibus suis locis.

ἄπονημοβίος. ἀπεπρεπῆος, apud Hippocratem.

ἄπονηρωσις. est neruosum quid, tenue & latum, ex musculo exoriens. Nervus quidem non est, sed corpus inter ligamentum atque neruum naturâ medium, latum semper & aliquando tam tenue ut membrana videri posset, nisi fibris quibusdam intercurrentibus ab ea distingueretur. E musculo ducit originē, vel potius, ut quibusdam

DEFINIT. MEDIC.

anatomes peritis visum est, extremitas est musculi (in eam enim musculus desinit) alibi magis, alibi minus nervosa. Has enim duas differentias faciunt τὴν ἀποπληξίαν, hanc σαρκώδη, illam νεύρωδη ἀποπληξίαν appellantes. Dicit etiam eo nomine ab Hippocr. τὸν τένοντα, hoc est, tendinem scribit Gal. comment. 2. ἐς τὸ πᾶσι ἀρθροῖσι.

Ἄποψυξ. vocatur ab Hippocr. pars qualibet corporis quæ in extremitate tenuatur, sicut brachium iuxta brachiale, & crus iuxta pedem, ut annotat Galen. comment. ἐς τὸ κετ' ἰντρεῖον.

Ἄποψύματα. ramenta, quæ ab intestinis per δυσανκείας abraduntur humoris acrimonia, quæ strigmenta quidam appellant.

Ἄποπλάσσει. verbum est apud Hippocr. interdum quidem actiua significationis, ut lib. 1. de morbis mulierum, interdum passiva, ut in lib. de natura humana. significat autem expellere vel expelli.

Ἄποπλάσις. ἀπόπλοσις, id est, expulsio: apud Hippocr. ἀπὸ τῆς ἀποπλάσσει.

Ἄποπληξία. Est obstructio principij communis nervorum, sensum motumque omnibus corporis partibus repente adimens, & principes actiones offendens. Eius repentina quidem accessio significat humorem planè frigidum, crassum aut viscosum replere & obstruere præcipuos cerebri ventriculos, non autem propter totius eius substantia intemperiem excitari. Est enim vitiosus humor sola eius causa, in cerebro citra putredinem citraque febrem consistens, pituitosus præsertim, aliquando verò & melancholicus, de quo scripsit in aphorismis Hippocr. Apoplexias maximè excitari à quadragesimo anno usque ad sexagesimum. Hic humor non modò principes cerebri ventriculos affatim implet, sed cerebri etiam corpus imbuat, ut nullus vel perexiguus spiritus animalis in nervos subeat. Quæ quidem in re ἀπὸ τῆς ἰδιότητος differt, in qua non abolutus sed depravatus tantum facultatis animalis motus est, atque similiter ἀπὸ τῆς ἰμπεπληξίας, siue παραλύσεως, quæ non toto cerebro obstructo, sed altera tantum eius parte gignuntur. Caterum quamvis in apoplexia motum omnem perire dixerimus, servatur tamen necessario aliqua ex parte respiratio, in quam totis viribus natura enititur, omnesque suos conatus intendit, verum difficulter admodum procedit, tantoque difficilius, quanto obstructio maior existit. quo uno argumento periculi magnitudinem intelligimus, & à caro atque catalepsi discernimus, in quibus libera solet esse respiratio. Senes maximè tentantur apoplexia, idque per hyemem: sed & iuniores aliquando, qui cibo & vino immodicè indulgētes cerebrum assiduis cruditatibus frigidius & imbecillius reddiderunt. Nō facile servantur qui in hunc morbum inciderint, cum sit & natura magnus & valde acutus, aut si bona aliqua fortuna eos periculo subtraxerit, longis tamen morbis conflantur & languent, vel toto corpore vel aliqua omnino parte resoluti, aut etiam mente capti. Sed ferè fit ut sublata apoplexia dimidij corporis resolutio succedat, quæ Græci ἰμπεπληξία, siue παραλύσις vocauerunt. Sic quidem habet uniuersalis apoplexia, totum corpus sensu motumque priuans. Cui similis affectio si unam aliquam partem occupet, illius partis ἀποπληξία dicitur. Scripsit enim Hippocr. ἀποπληξίαν αὐτῶν τὸ σκέλεος ἰγίον, hoc est sensu motumque carens.

Ἄπορῆξις. πορῆξις, hoc est, porrigit: apud Hippocr. ἐν τῷ πᾶσι ἀγμῶν. quo tamen in loco vane ab interpretibus exponitur, ut ibi annotat Gal. comment. 1.

Ἄποσείξις. ἀποσείξις, id est, extinctus, apud Hippocratem.

Ἄποσῆξις.

ἄποσιτία. Fastidium ciborum & inappetentia, sed ut aliquid tamen assumatur. Gal. apud Hippocr. Aphor. 17. lib. 4. interpretatur ἀνορέξιον. Hæc in eo differt ἀπὸ τῆς ἀσιτίας, quod hæc abstinentia sit à cibo in totum, & voluntaria sit, non autem, ut illa, morbi alicuius symptoma.

ἄποσιτία. dicuntur apud Hippocr. ea quæ fastidium cibi & inappetentiam faciunt.

ἄποσιτοι. dicuntur ab Hippocr. αἱ ἀνορέξιοι, id est, inappetentes & qui oblatos cibos fastidiunt. Qui autem appetentia carentes eos non sumunt, ἀσιτίους Græci appellant, ut author est Gal. comment. in librum primum τὸ ἰδιόδημιον.

ἄποσιπαραρρηξιμός. est species una fracturæ cranij, quam tertiam constituit Galenus, cum ipsum finditur, osque rumpitur & à reliquo ossè discedit, sic ut in eo reli vestigium relinquatur. Hoc levi telo fit & acuto, quod interdum summam partem, interdum aliè os diuidit, nonnunquam ita ut restam resoluat, perinde ac si ascia ligni fragmentum abscindatur, præsertim si ictus à latere fuerit. Ideoque à quadam similitudine ἀποσιπαραρρηξιμόν iuniores appellant. siquidem σικίπαραρρηξίον asciam significat.

ἄποσιπαραρρηξιμός

ἄποσιπαραρρηξιμός. quid sit aperte Galenus declarat lib. 2. ad Glauconem, dicens sic vocari eum affectum, quando humores aliqui, qui prius in aliqua parte molesti erant, ea relicta in alteram transseunt.

ἄποσιπαραρρηξιμός. significat apud Hippocr. in acutum fingi siue in acutam figuram duci, ut annotat Gal. comment. 2. ἐς τὸ πρὸς ἀσθενεῖαν.

ἄποσιπαραρρηξιμός. dicitur omnis solutio continui quæ organicis partibus accidit. sic enim unico vocabulo appellatur, quod nullum in similaribus est, in quibus continui diuisiones diuersa nomina sortiuntur, ut scribit Galenus in lib. de constitut. artis medicæ. Idem autem initio lib. 4. meth. med. dicit ἀποσιπαραρρηξιμός significare continui solutionem quæ ligamenti accidit, ut ἔγχυμα & θλάσιμα, quæ in vasis musculisque ex violento ictu vel graui casu, vel alio quopiam valente motu excitatur. Hippocrates autem ἀποσιπαραρρηξιμός appellat cum abruptis iis quæ ossa inter se conectunt, ipsa, quæ prius iungebatur, plurimum ab inuicè dehiscunt sicut annotat Gal. comment. 3. ἐς τὸ ἰδιόδημιον.

ἄποσιπαραρρηξιμός. est spongia vel sicca, vel aqua perfusa admotio. Eam scripsit Archigenes adhiberi cum in reliquis corporis partibus, tum in facie, in illis quidem ad detergendum, vel sordes adherentes, vel saniem, vel sanguinem, vel pus, vel ipsa etiam medicamenta, vel ad sedandos dolores quos morsus aut pruritus excitarit: in hac autem ut renouemus & suscitemus languescentes spiritus, velut in animi defectibus contingit, quibus opitulamur æstate quidem affusa frigida, hyeme autem egelida, perinde atque per vigorem ingentis causi, in quo non modo faciem, verum etiam pectus per spongiam perfundendum esse Archigenes præcipit, secus ac in principio aut incremento atcessionis: in eo enim non per spongiam, sed per odoramenta ægri refo-cillari solent.

ἄποσιπαραρρηξιμός. abscessus. Idem quod τὸ ἀπόστημα. Verum quibusdam locis Hippocrates appellat ἀπόσιπαραρρηξιμός unius morbi in alterum μετασάσιον, id est, transitionem, quam etiam medici μετασάσιον vocant. Idem verò etiam τὸ ἰδιόδημιον, hoc est, vacationem quæ per effluxum fit, ut lib. 1. τὸ ἰδιόδημιον, sicut in comment. annotat Galenus.

ἄποσιπαραρρηξιμός. Latinis dicitur abscessus, ut ait Celsus. Est autem tumor omnis, qui digeri non potuit, in suppurationem conuersus, non tam perfecte quidem ut pus iam factum

DEFINIT. MEDIC.

fit, sed ut vitari non possit. Nanque ubi perfectum est, non simpliciter ἀπόστημα, sed πεπεμμιόρι ἀπόστημα appellatur à medicis. Dicitur δὲ ἀπόστημα, ut scribit Galenus ad Glauconem ἀπὸ τῆς ἀφίστασθαι, quod abscedere significat. Partes enim quæ humorem præter naturam in se recepere, resoluuntur à se inuicem, & quæ prius cõtigua erant, disparantur. Nascitur ferè omne ἀπόστημα ex phlegmone siue vera sit, siue ὀδυσταλάτωδης, vel ex erysipelate phlegmonode. Verumtamen, ut Gal. ait, aliquando etiã consistit nullo eiusmodi affectu præcedente. Nam statim, inquit, ab initio vel humor aliquis superuacuius, vel spiritus vaporosus aut ipsa in parte, quæ affecta est, genitus, aut alicunde decumbens, sicut accidit ἐν τοῖς ἀποσκημμασι, colligitur certo in loco, qui putrescens vicina tandem corpora excoriat atque ab inuicem dirimit, atq; ut alias specie alius est, sic aliquando variorum tum humorum tum solidorum corporum figuras exprimit. Atque inde duæ summa τῶν ἀποσμημάτων differentie desumuntur. Alia enim simpliciter ἀπόσματα sunt, & tunica carent: alia tunicam habent, in qua corporum quorundam species & formæ continentur, instar lapidum, arenarum, testarum, lignorum, carbonum, luti, fecis, amurcæ, & multorum aliorum, quæ in tres diduci species solent, ἀδερώματα, στατώματα, & μελικνείδας. Signa omnium cõmunia sunt igneus loci feruor, tumor eminent ruberq; magis solito & durus cum dolore punctorio, pulsu, & grauitate, ut aliquid ex ipsa parte pendere videatur. Paulus Aegineta libr. 4. diffinit ἀπόστημα esse carniū siue carnosarum partium, musculorum, venarum, & arteriarum corruptionem atque immutationem. Nec vero prætermittendum est, quòd, sicut τῆ φλεγμονῆ aut alio tumori δὲ ἀπόστημα, ita τῶν ἀποσμημάτων κὼλπος succedit. Quædiu enim humor in medio carnosarum partium spatio consistit & putrescit, nec pars ipsa affecta aperta est, Græcis ἀφίστασθαι dicitur, id est abscedere, ipsumque vitium ἀπόστημα nominatur: verum si quæ aperiatur, ut humor qui intus continetur exitum habeat, vitium nò iam amplius ἀπόστημα sed κὼλπος, hoc est, sinus appellatur, ut annotauit Gal. cõment. 2. εἰς δὲ κατ' ἰατρῆον. Caterum τῆς ἀφίστασθαι nomen Hippocrat. usurpat non modò in abscessibus eiusmodi, de quibus modò diximus, sed etiam in fracturis, in quibus quia quæ fracta sunt ἀφίσταται ἀλλήλων, hoc est, ab inuicè discedunt, meritò affectus ipse ἀφίστασθαι vocatur. Sed Gal. non ἀφίστασθαι sed usitato nomine τὸ λύσις τῆς συνεχῆς, id est, continui solutionem appellat. ἀποσμημάτα. Id est, firmamenta videtur Hippocr. appellare quæcunque sine vinculo ægræ parti uniuersæ superdantur, aut à sinistra vel dextra parte, aut à superiori vel inferiori, sicut annotat Gal. comment. 3. εἰς δὲ κατ' ἰατρῆον.

ἀποσούματα. abrasa, siue abrasiones. Sic dicitur solutæ continuitatis species ferè superficialia, abrasa scilicet cute & interdum suspensa & nigrescente. Gallicum vulgus cutis deflorationes appellat.

ἀπορρομὸς. idem quod κατὰ ρομὸς siue ἐγχείραξις. id est, scarificatio: vide in dictione ἐγχείραξις.

ἀποτροπαῖα. propriè dicuntur amuleta, quæ appensa alligatæque incantamenta magica & venenorum insidias arcunt, aut inefficaces reddunt. Pertinent autem etiam hæc ad medicinam ut testatur Gal. nec sunt à ratione aliena, uti ποδιάρματα ab Archigene prodita, & à Galeno explosa damnatæque.

ἀποφθορὰ. apud Hippocr. significat abortum, quem Attici ἀμβλωσις appellant, ut annotat Gal. comment. 1. in lib. 6. τῆ ἰατρῆου.

ἀπόσμημα.

ἁπόσκιψις. ἀπόχαισις, id est, scarificatio apud Hippocr. lib. 1. de morbis.

ἁποσκηρώσις. σκελετώσις. apud Hippocr. exiccat, induratur, sceletum facit.

ἁποσπασθίζουσι. palpitant, saluunt, pulsant, lib. 2. de morbis apud Hippocratem.

ἁπόσφαγμα. Faculenta colatura apud Hippocr. quæ ἁπόσφαγμα dicitur.

ἁποφλεγματώσις. Sunt medicamenta quæ vel gargarizata, vel commaducata, vel palato illita pituitam è capite in os eliciunt. Sunt autem omnia eiusmodi calidæ & acris facultatis, per quam pituitam partim eliquantia, partim attrahentia, partim etiam facultatem, quæ in cerebro est, alieni expultricem irritantia, actionem suam perficiunt. Fertur autem stillatque eo pacto pituita cum à toto cerebro, tum maxime ex prioribus eius vētriculis in eam cavitatem, quam ab usu χοάνω, quasi infundibulum appellant: atque inde per palatum in os decidit atque excernitur.

ἁπόφυσις. Est pars ossis extuberans. In hoc enim differt ἀπὸ τῆς ἐπιφύσεως, quod hæc ueluti quiddam sit ossi adnatum, nec tamen sit ossis cui adnatum est portio: ἀπόφυσις uero pars sit totius ossis productior & eminent, nihilque à reliquo osse differens, quam quod tuberculi seu gibbi instar ex osse procedit. Ea autem in quibusdam ossibus simplex est, ut in radio: in aliis multiplex, ut in utraque parte brachij, cubiti, femoris, tibiae, in gena inferna, sphenoide, occipite, osse frontis, temporum, omoplata, & vertebrae omnibus. Usus autem uariis est, alibi ad tutandas articulorum insertiones, alibi ad firmanda capita musculorum, uel ad munimentum neruorum & reliquorum uasorum, ut docuit Galen. Qui Græca in Latinum uerterunt, ἀπόφυσις processum, excessum, explantationem, additamentum subinde interpretantur. Dicitur & alio nomine in quibusdam ossibus ἐκφυσις.

ἀπόχημα. uide in dictione ἀπὸχημα.

ἁπόχημα. Zopissa genus est, quod sit de rasa à nauibus resina unà cum cera. Aëtius resinam unà cum cera à nauibus abrasam interpretatur. Quidam uero resinam è præcea intelligunt. Oribasius hoc modo preparat: Picis aridae libram unã, picis liquidæ, ceræ, singulorum uncias quatuor, resinae pinus uncias sex. Omnia liquata & excolata in peluim aquæ marinæ uel communis plenam conuiciuntur, & manibus, pastilli in modum, subiguntur. Magnam habet vim emolliendi.

ἁποποφίειν. apud Hippocr. lib. 6. τῆν ἐπιδουμῶν, ἀπὸ τῆς φύσεως πεφίειν, hoc est, pedere, sicut explicat Gal. comment. 3.

ἁπῶδα. tentari & lædi apud Hippocr. unde apud eundem ἁπῶδης τῆν φρενῶν significat mentis læsionem & offensam, ut annotauit Gal. comment. 3. ἐξ ἁπῶδης διαίτης ὀξείας.

ἁπῶδος κρῖδα. dicitur apud Hippocr. hordeū integrum, siue in integras farinas diuisum, siue imperfectè fractum, & à quo pars furfuracea secreta non est, ut explicat Gal. ἐν τοῖς ἁλωσῶσις.

ἁπῶδος πλοειπῆς. est pleuritis, in qua nihil spuitur, sed tussis inanis est & sicca. Id accidit, quod humores crassi & lenti pulmonis fibræ cartilaginosis, quas βεργῶν appellat, firmiter impacti sint.

ἁπῶδης. uacuitas à febre. Dicitur id temporis internallum quod est inter duas accessiones uacuum liberumque à febre. A Celso integritas latine dicitur.

ἁπῶδης. Est alterum genus mali Punici cui lignosus nucleus nõ est, sed cãdidior est natura, & blãdiore acini, minúsque amari, distincti membranæ, dicitur ἀπὸ τῆς πυλωσῶς, quod nucleum lignosum significat.

DEFINIT. MEDIC.

ἄπυρομίλι. significat apud Hippocr. specillum quod acumen non habet, hoc est, τὸ μίλιον τεῖλα, siue auricularium specillum.

ἄπυρον. ignem non expertum, nonustum. Dicitur & Plinio hoc nomine alumen viuū. ἄραβιὸς λίθος. lapis Arabicus. Est marmor album, maculoso ebori simile: sic dicitur quod reperiat in Arabia. Is lapis tritus illitu hæmorrhoides exiccat, cinisque eius dentifricio optimus est.

ἄρατος. apud Hippocratem multis in locis significat motum & perturbationem quæ in quamvis parte oboritur, sed maximè in ventriculo à cibis diuersarū qualitatum, ut annotat. Gal. in comment. πῶς διαίτης ὀξείων.

ἄραια. significauit apud veteres, ut scripsit Rasmus, ventrem & vniuersa intestina, quanquā Hesychius tenuia tantum intestina interpretatus sit. Pro intestinis usurpasse videtur Nicander in Theriacis, loquēs de vipera fœtibus: ἄρα μὴ τὸς ἀραυλῶν, γαστέρ ἀραβῶν ἔστιν ἀμύροτος ἰσχυρότερον. Inde nunc etiam μασσαράων appellatur, quod idē est atque ἰσχυρότερον.

ἄραιος σφυγμὸς. pulsus rarus. quando quietis tempus inter diastolen & systolen mediū, longum est: vel cuius media quies longo durat tempore: oppositus est τῷ πυκνῷ, sumptaque est hæc differentia à tempore quietis, seu à quantitate temporis quietis. Proprius est imbecillæ facultatis, ususque deficientis.

ἄραιον πνεῦμα. est spiritus qui longo tempore trahitur, apud Hippoc. lib. 1. τὸν ἰδιόσημον. Accidit mente captis, qui quodammodo oblitū respirare, tam raras respiraciones efficiunt.

ἄραιον ὄργανον. dicuntur quibus libera corporis transpiratio est. Alio nomine διὰ τὸν ἄραιοσιν appellatur. Nomē inditū à corporis raritate quæ plurimum valet ad transpiratū.

ἄραιον πνεῦμα φάρμακον. relaxantia medicamenta. Sic dicuntur quæ meatus cutis aperiunt. Eiusmodi autem calida sint oportet & tenuium partium, minimèque desiccantia, quod aliter substantiam nec diffundere, nec laxare possint. Ad hoc autem consequitur, ut & pori dilatentur. Id quod præstare nequeunt tum valdè calida, tum multum exiccantia: illa quidem, quod acria sint atque horrores moueant, hæc autē quia sensilia corpora colliquāt, quorum neutrum sine dolore fieri potest. At quæ citra molestiam excalfaciunt, ea sola omnium sunt rarefacientia. Siquidem rarefactio dilatatioque voluptatis, non etiam doloris opus est. Vt enim dolor comprimit, ita voluptas expandit. Contraria iis sunt τὰ πυκνωτικὰ, hoc est, condensantia, de quibus suo loco agetur. Differunt ἄραιοσιν ἀμύροτος ἀμύροτος, quod hæc vasorum oscula, illa cutis meatus aperiunt, & præterea propria substantia, ut docet Gal. lib. 5. simpl. medic.

ἄραιον φυτόν. planta est Ægypto peculiaris & cibis idonea, nec foliam, nec herbam ullam aut quicquam aliud simile supra terram habens, sed geminū & utraque parte fructum ferens, ex quo etiam ἀμύροτος cognominata fuit. Similis est τῷ ἀραβῶν.

ἄρατος. idem quod ἄρατος apud Hippocr. Galenus ἐν τῷ ἄρατος scribit ab eo sic vocari triticca legumina, & ἄρατος legumen esse.

ἄρατος. ut Theophrasto placet, in lente exit, res scabra & dura. Galeni pater agricultura studiosus, cum per senectam ruri degeret, inuenit ἄρατος quodam degeneracionis argumento durum atque rotundum innascenti, cibo tamen damnatum. Eius semen Galenus tradidit cicercula proximum, eamque reliqua facie tam emulari, ut multi idem esse genus existiment, cum & usu & viribus consensiant. Hesychius interpretatur τὸν ἄρατος, ὄσπελον π, ὅ δὲ αὐτὸ καὶ λάδυσον, cum quo etiam Gal. comment. lib. 1.

de alimentis

de alimētis ex quorundam sententia scribit ἀγαιον esse agreste quiddam, rotundum ac durum, eruo minus, quod inter Cereales fructus reperitur, & abiici solet. Dicit autem fieri ex fabis degenerantibus, non aliter quàm αἰγιδωτὴ ex hordeo, ὀρεβάγχε ex eruo degenerante proueniunt.

ἀγαιωδὴς. planta est qua nec folium, nec herbam ullam, nec quicquam aliud simile supra terram habet, sed fructum in radice fert, non ea quidem qua carnosa est, & simplex aliis insigitur, sed fibris quas per summa cespitum agit. Sic dicitur quia τῷ ἀράκῳ similis sit.

ἀγαιωδὴς. est tunica humoris crystallini, semicircularis tantum, ipsum dimidium ab anteriori duntaxat parte ambiens. Nulla enim parte posteriorem crystallini humoris sedem contingit, sed ab anteriore humori ipsi crystallino proxima est tenuis & admodum pellucida & venulis intertexta, aranearum tela non dissimilis, unde nomen accepit. Præterea substantia non multum à cornu aliena est firmitate, duritie, tenuitate, leuitate, perspicuitate: nec tamen κρηνωδὴς illi nomen est, sed alteri tunica, de qua vide suo loco. vide etiam ὀφθαλμὸς.

ἀγβύλα. apud Hippocratem lib. de articulis est calceamenti genus, quod atctè pedem uniuersum & exquisitè usque ad talos complectitur, ut annotat Gal. comment. 4. in eundem librum. Idem ἐν τῷ αἰγιδωτῷ explicat ἀγβύλας, ἑπεδύματα τὰ βαθιά, hoc est, calceos altos & profundos.

ἀργαμῆ

ἀργαμῶν. Est oculi ulcusculum, quod in iridis circulo nascitur, partem quidem aliquam candidi, partem verò etiam nigri comprehendens. Id extra quidem iridem rubicundum, intra verò candidum apparet. Per ipsum tunica uuisiformis aliquando procidit, si profundius sordidiusque euaserit.

ἀργαμῶν. herba est similis papaueri syluestri, foliis anemona diuisis, florem habens purpureum, caput in caule papaueris quod rhæas dicitur, duntaxat longiore, supernis partibus fuso in maiorem latitudinem, radicem rotundam, succum colore croceo, sapore acrem. Sic uidetur dicta quòd argema & nubeculas expurgat.

ἀργισθρον. apud Hippocratem libro de fracturis, significat durum & insuaue, quod nihil cedat, ut auctor est Gal. cōmet. 2. in eundem librum.

ἀργας. serpentis nomen apud Hippocratem.

ἀργίλλος. argilla: terra est cādida, unde & nomen habet, & creta singularis appellatur.

ἀργιον. dicitur à nonnullis τὸ ἀδιαιτον, ut habetur apud Dioscoridem.

ἀργειῆς. species una est lithargyri, siue spumæ argenti, sic dicta vel à materia, quòd ex argento, hoc est, mistura plumbi & argenti fieret, ut scribit Plinius, vel à colore tantum, quòd instar argenti candida esset, ut ait Dioscorides, etiamsi fortè argenti nihil haberet: siquidem eam qua ex argento conficeretur tradit κλαβεῖνρον appellari: potest enim illi color candidus citra argenti immixtionem induci à coctura non uehementi, ueluti qua maiorem vim ignium passa est, fuluum auri colorem contrahit, atque ab eo κρονος nuncupatur: uel eo modo quem scriptum prodidit Dioscorides, docens ex eo manifestè argyritidi colorem album arte potius conciliari, quam argenti mistura. Vide λιδαίγγρος.

ἀργειῆς γᾶ. argentea terra. Est qua ex argenti metallis sumitur, nō habens quidē per se totam immistū argenti, sed paruas argenti portiones, paruis sui particulis immistas.

DEFINIT. MEDIC.

ἄρτυροπόδιον. species est edulij è lacte confecti, ut habetur apud Galen. πῶδι ἀρτυροπόδιον.

ἄρτος. dicitur apud Hippocr. sordes quaedam & impuritas. & ἀρτεῖν & ἄρταίαι, id est, sedare vel sordere.

ἄρτι. nomen est ἄρτιον ab Andromacho compositi ad rimas & condylomata. Referatur ab Aëtio lib. 14. cap. 3.

ἄρτερον. significat apud Hippocr. id quod articulis quadrat & conuenit.

ἄρτερις. articularis morbus. Est articuli tumor dolorificus, quem fluxio in eum decumbens excitauit. Aliqui inflammationem esse definiunt, sed malè, quòd aliquando plus œdematis aut alterius tumoris sit quàm phlegmones, pro humoris varietate, ex quo fit ut multiplex sit arthritidis tumor, variâque adiuncta habeat symptomata. Si nâque sanguis in vitio est, calor & rubor adest, propria tumorum τῆς φλεγμονῆς symptomata: si pituita, œdematosus tumor apparet, citra ruborem & calorem: ita si bilis alterutra tumorem creât, sua quamque symptomata comitatur, sicut celeberrimi medici accuratissimè distinxerunt. Nec est quod quisquam obiiciat sanguinem non posse videri materiam arthritidis, quòd in articulo collectus phlegmonen non excitet, quæ in pus unquam conuerti visa sit. Neque enim necesse est omnem sanguinis affluxum phlegmonen concitare, nisi in musculum aut carnem fiat, nec potest effusus sanguis in pus mutari, nisi loci calore suppuratio iuuetur. Id quod in articulo membranofo, exanguis, frigido contingere non potest. Quamobrem nulla arthritidis propriè phlegmone dici potest, sed aliqua meritò tumor phlegmonodes censeri, propter multorum symptomatum concursum, quæ sunt veris phlegmonis peculiaria. Vanum quoque est putare à pituita non fieri arthritidem, quòd per cachexias pituitosus humor decumbens in crura non efficiat arthritidem. Nisi enim intra ipsum articulum humor descenderit, quantumuis per vniuersam carnem partèsq; circumpositas diffusus sit, arthritidis non erit. Patet ergò tum ex iis, tum ex ipso nominis etymo, ipsum articulum, quod Græci ἄρτερον vocant, arthritidis sedem esse, quæ primùm & per se in eo morbi genere laboret. Quo tamen nomine non ipsum modò ossis, quod inseritur, caput, nec alterius ossis κῶτιλλον intelligo, sed & ligamenta & membranas & tendones, & quicquid ad articuli structuram firmitatèque natura comparauit. Siquidem per arthritidas eæ partes non sunt à morbo immunes, cum etiam in longius distitas, ut musculos cutèmq; affectionis labes perueniat. Id quod vel magnitudine fluxionis contingit, quæ in loco propriè affecto contineri non potest: vel maiore externarum quàm internarum partium imbecillitate. Quod facile quis intelliget, si duas esse causas omnis arthritidis secū reputauerit, articuli imbecillitatem, & superfluum humorem. Ac imbecillitas quidem vel vitio errorèque vita contracta est, ut per immoderatos labores, frigus uehemens, immodicam uentrem, quæque naturalem articularum compagem relaxant: vel natua est, atque congenita, qualis esse solet iis qui parentibus articulari morbo obnoxii nati sunt, aut articulos eorūmq; spatia laxiora habent, proindèque humorem aduētitiū promptè admittunt, qui altera arthritidis causa existit. Sed unde humor ille sit, & qua via ad articulum malè affectum perueniat, à quibusdam in dubium renocari uideo. Nec tamen illis assentior, qui omnem eum humorem à capite ferri putant, & sub cute per summa corporis in extimas partes influere. Primùm enim quis cōcedat à solo pericranio

pericranio fluxionem fieri, cum apud medicos receptum sit & axiomatis fidem habeat, robustas partes excrementa sua in debiliores deponere? Hæc autem depositio transmissioque fluxionis species quædam est. Deinde verò si demus (quod certè verissimum est) maximam fluxionum partem à cerebro descendere, quid opus est insuetum quoddam iter comminisci, spreto iis vasis, quibus seu canalibus, fluxus & refluxus humorum natura fieri consueverit? Verisimilias mihi quidem videtur humorem in articulos non modò secundum membranas nervosque defluere, sed per venas etiam perq; arterias, per quas alimentum ad omnes partes peruenit, non minùs vitiosi succi quàm boni capaces, & plerùmque eo refertas, quem in articulos eius copia aut mali qualitate irritati deponunt, si eum à se illi repellere non queunt. Ex iis patet arthritidis duas esse causas, articuli imbecillitatem & vitiosum humorem, esseq; ambarum concursum in gignenda arthritide necessarium, quòd neutra seorsim arthritidem creare valeat. Quare non omnis articulorum dolor ἀρθρίτις dici potest, veluti qui per siccas temporum constitutiones humiditate articulorum consumpta aliquando exoritur, patetque Hippocr. ἀρθρίτιδος nomine abusum aphor. 16 lib. 3. ubi scribit eam per siccitates fieri. Est enim necessarius affluxus humoris ad morbi articuli generationem, alioqui difficilis quidem articuli motus, atque fortè dolor propter siccitatem futurus est, qui tamen ἀρθρίτις non erit, nisi quis omnem articulorum dolorem ita velit appellare. Ipse nanque Hippoc. lib. 2. ἰνὸν ἐμῶν μὲν, eos qui per famem leguminibus vescebantur, genuum quidem dolorem perpeffos fuisse prodidit, quos tamen ἀρθρίτις non vocauit. Hic igitur humor si in aliquè articulum decumbat, seseq; in eius spatia, ligamenta, tendines ita insinuet, ut eorum distentione & calore præter naturam concepto dolorem pariat, eius articuli morbum gignit qui ab affecta parte nomen accipit, ut in pedes decumbens, πῶδα ῥεῖν, in manus χεῖρα ῥεῖν, in coxam ἰσχάδα. Si verò in multos simul articulos incidat, tunc verè & propriè ἀρθρίτις nuncupatur. Medicorum tamen veterum plerique non tam de nominibus solliciti ἀρθρίτις etiam interdum vocant unius modò articuli affectionem, qualis antè exposita est.

ἄρθρον. Articulus. Est naturalis ossium συνάφισ, uti definit Gal. lib. de Ossibus. vel, est ossium coniunctio ad motum comparata. Verùm ab Hippocrate ἀρθρον ferè semper nuncupatur alterius coherentium ossium finis rotundus in ossis propinqui cavitatè insertus, definiturque ἀρθρον esse ossis caput, siue ossis processus, qui in alterius ossis cavitatem inseritur. Id enim os quod inseritur, ἀρθρον, cauum autem quod recipit, ἰσθμὸν vel ἄκρον ab Hippocrate dicitur, ut annotauit Gal. comment. 2. in librum de fracturis.

ἄρθρα διαρθρώσις. est διαρθρώσις, in qua ossis cavitates articulum excipiens superficialia est, caputque quod in eam inseritur, humile atque depressum. Eius exempla plurima habentur in corpore, ut in occipite cum prima colli vertebra. in gena inferna cum osse lithoide. in radio, cum earpo. in astragalo cum scaphoide. in digitis pedum cū pedio. in digitis manuum cum metacarpio. in costis cum vertebra earumque apophysibus transversis. & in clauicula cum pectore: cuius motus quavis sit exiguus atque obscurus, potius tamè ad diarthrosim quàm ad synarthrosim referri debet, ut quibusdà anatomes peritis viris placuit, quia non sit necesse in omni diarthrosi motionem æquè validam eidentemque esse, sed in ea quoque, ut & in aliis rerum differentiis,

DEFINIT. MEDIC.

aliquod sit secundum magis & minus discrimen.

ἀειλά, siue ἀειλά apud Theophrastum, arbor est perpetuae frondis, inter robur & ilicem media, quam Theodorus latinè aquifolium reddidit.

λεικόμωρ. dicitur apud Hippocratem mulier quae citò praegrans est.

λειοβαρζάνιον. nomen est emplastri, quo Paulus parotidas iam induratas emollit. lib. 3. cap. 23. Describitur ab eodè lib. 7. cap. 17. et plenissimè à Gal. lib. 1. τὴν κατὰ τόπος.

ἄεις ἡ

ἀειλαῖον. Est herba pusilla, eiusdem ferè cum aro generis, radice acri, bulbosa, & oliuae magnitudine. verum ut aro actior est, sic eo minor est, ut nò ab re dubitauerit. Barbarus in Plinianis castigationibus, num hæc herba ἄεις ab Hippocrate dicta sit diminutiua forma, quasi aron paruum. Est autem ἄεις apud Hippocratem non tantum herba, sed & instrumenti cuiusdam nomen.

λεισαλθαία. dicitur à quibusdam ἰ ἀλθαία, ab effectus praestantia còduplicato nomine. Idem enim duo nomina significant ex quibus hoc unum factum est.

λεισολόχια. herba est trium generum. Rotunda, quae femina dicitur, tuberibus radicibus rari modo orbiculatis, multis ab una radice germinibus, praelongisque palmitibus, foliis hederæ subrotundis, cum acrimonia odoratis & mollibus, floribus cædidis pilei similitudine, in quibus quod rubrum est grauiter olet: malum terræ à Latinis dicitur. Altera longa est, mascula vocata, nonnullis δεικτυλίς, radice longiore, procerioribus foliis, exilibus ramulis & dodrantalibus, flore purpureo, graue virus olense, qui dehiscens in pyri similitudinem turbinatur. Tertia longa etiam est, κληματίς dicta, quasi sarmentaria, ramulos habens tenues, folia subrotunda, sedo. minori similia, florem rutaceum, radices longissima tenuitatis, crassum atque odoratum corticem. Est & quae πειλολόχια vocatur quarti generis, tenuior quam proximè dicta, densis radicum capillamentis (quam ob id πολυέριον cognominant) iunci plenioris crassitudine. Est autem omnis λεισολόχια calida, tenuis, abstergens, amara & subacris, ad medicinas utilissima. Sed rotunda tenuior & in omnibus efficacior est: κληματίς odorata quidem, sed imbecillior: longa verò media harum est, sed non minùs calida quam rotunda. Nominatur à Graecis ἰ ἀεισολόχια, quia sit τῆς λοχούσης ἀείσει, hoc est, parturientibus optima.

Ex duabus aristolochiis emplastrum fit celebre, quod à Galeno describitur lib. 5. τὴν κατὰ τόπος.

λεισοφάνειον. Nomen est emplastri emollientis, quod constat picis libris quatuor, apocymatis libris duabus, cera libra una, opopanax uncia una, aceti hemina.

ἀεικίον. herba est palustris, latis foliis, ut personae loco esse possint: ideòque eam Latini personatam appellarunt. Sunt autem eius folia cucurbitae similia, sed maiora, duriora, nigriora, & hirsutiora. caulis subcandidus, quanquam etiam interdum nullus reperitur. radix magna, intus candida, foris nigra. officinae lappam maiorem appellant. vires habet discutiendi, siccandi & adstringendi. à platisque ἀεικίον scribitur.

ἀεικιδίς, siue

ἀεικιδός. Iuniperus. Arbor est duorum generum. Altera maior est, altera minor. utraq; cortice est membraneo, & qui sponte rumpitur, materie fulua, odorata, ex qua manat liquor thuris odorem atque colorem emulans: coma vires perpetua, sine flore caeruleis,

caeruleis baccis: in summa penè cedro similitis est tam effigie tam natura, nisi quòd iunipero folium simplicius ac mollius assignatur, cedro autem acutum, spinosum, durum. Iuniperus baccam gerit quæ eodem cum sua arbore nomine ἀξυδιός appellatur, nigram, rotundam, gustu adstringentem, acerbam, ingustabilem. ea modicè calefacit & adstringit. Concrescit & in iunipero humor ad lacryma modum, qui calore duratus coit in gummi quod vernix dicitur, calfaciens & exiccans secundo excessu, & nonnihil amaritudinis habens.

Ἄρτιον. arction, alij potiùs arcturum vocant. herba est similis verbasco foliis, nisi quòd hirsutiora rotundioraque sunt, radice tenera, dulci albâque, caule molli, longo, semine cumini paruo. Vis eius est tenuis, siccans, & mediocriter adstringens. Herbarij lappam minorem vocant.

Ἄqua, sine

Ἄκτιον. est collyrium ἀκτιον, id est, ad asperitatem palpebrarum efficax: habet enim exterforiam vim. Descriptionem eius habent Galenus, Aëtius, Paulus, Scribonius eandem. Recipit autem aris vsti, corticis thuris arboris, gutta Ammoniaci, gummi, singulorum partes aequales. Sunt verò qui æruginis rasa quartam singulorum portionem adiiciat. Sic dicitur, quia ex quatuor rebus, ut quadriga equis, constat, & celeres effectus habet. Eo Ptolomæum regem usum esse omnes prodidère. Verum & huius nominis alia duæ compositiones habentur apud Aëtium, ex pluribus medicamentis confecta, sed consimilis ferè facultatis.

Ἄρμενιάβωλος. Armenia gleba. Est terra quæ ex Armenia confini Cappadocia affertur, pallido colore, spissior & grauior Samio atere, minusque aërea, specie lapidis, sed mollis & friabilis. Preditâ est vi maxima siccandi, ideòque torminibus, profluuiis venteris, sanguinis reiectioni, distillationibus, oris ulceribus, tabi, & pestilentia medetur.

Ἄρμενιά ἢ ἀρμενιάκη. sunt mala ex genere Persicorum, sed Persicis præstantiora, ut quæ nec corrumpantur, nec acescant in ventriculo veluti Persica, de quibus Gal. multa lib. 2. de alim. facult.

Ἄρμενιον, ἀρμενιάκη ἢ

Ἄρμενιον ἢ Ἄιδος. est lapis lævis & caeruleus, non calculosus, ut qui arena adulteratur, & qui facillè teri potest. Multa cum κωνία similia habet, differt tamen ab eo, primùm loco in quo gignitur (hic enim ex Armenia, ut nomen indicat, defertur, hic multis in locis inuenitur) præterea sapore, quòd κωνίος multò sit acrior, magisque adstringens, ut crustas etiam ignis modo inducat. Sed & lapidi Armenio vis est purgandi melancholicum humorem, ciētque vomitus. Eo pictores vtuntur, quamobrem ab Aëtio appellatur ἀρμενιάκη ἢ τῆς ζωγραφίας.

Ἄρμη. significat apud Hippocr. suturam capitis quæ à reliquis ἐὰν dicitur.

Ἄρμη. apud Hippocratem, statim. Est autem vox Dorica.

Ἄρμος. dicitur spatium quod est inter dentes, seu caro inter dentes media.

Ἄρμη. species est ἀρμη. Est autem ossium compositio secundum lineam simplicem & rectam, non autem, ut in sutura, anfractuosa, ossa coniungens. Eo modo omnia gena superioris ossa, & pars occipitis infima, & ossa nasi, carpi, tarsi, secum connectuntur. Gal. ad finem comment. 3. ἐκ τῆς κωνίας ἢ τῆς ἀρμῆς scribit capitis ossa, ubi se tangunt, propriè dici ἀρμῆς, sed translato vocabulo ἐὰν appellari. Caluaria enim ossa, ait, inter se ἀρμῆς, id est, comittuntur, at que iccirco ipsorum contactus καὶ ἀρ-

DEFINIT. MEDIC.

μοίαι committi merito dicuntur, verum à similitudine eorum quæ fiuntur hæc nuncupantur.

ἀεμνία. est medicamenti nomen in cataportia coacti, & perutilis ad sistendas destillationes. habetur autem apud Gal. lib. 7. ἄν κ' ἴσῃ τὸ πῶς.

ἀεμνία. est medicamentum ἀποδωρ βυζάνου, cuius descriptio est apud Aëtii lib. 8. Est etiam ἀεμνία emplastri nomen quod describitur ab Aëtio.

ἄγρια βώ. barbarum nomen est significans odoriamenti genus quoddam.

ἄγριον. plantago. quasi agnina herba. Sunt enim plantaginis folia linguæ pecorum similia. ob quam causam etiam πελάγιον appellatur.

ἄγρο γλωσσόν. herba plantago dicta Latinis. Ratio nominis est, quod plantaginis folia agnina linguæ simillima sint.

ἄζρον. auctore Plinio genus est bulbi nascētis in Ægypto, scyllæ proximum magnitudine, foliis lapathi, caule recto, duum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris natura, quæ edatur & cruda. Est autē Dioscoridi ἄζρον herba quæ folia emittit draconuli sed minora & paucioribus respersa maculis, quam quidam pedem vituli, alij serpentariam minorem, alij sacerdotis virile, officinæ iarum appellant.

ἄγρια ξ. dicitur à quibusdam ἰλεξρον sine succinum, quod affricū calefactum paleas, & res alias leues ad se trahat, & retineat.

ἄγγλωσσόν. species est herbæ, quam φύλλον peculiari vocabulo appellant, ut auctor est Theophrastus lib. 9. de plantarum historia, & Dioscorides lib. 3. quæ pro fructu ferat racemosum quiddam deflorentibus oleis non dissimile. Ruellius verò etiam τὸ κραιπνοῦ σίου specie facit τὸ ἄγγλωσσόν. Nō est dubium sic vocari, quod potū masculi sexus facere partus prodat, ut scripsit Crateuas.

ἄγγραια. suppressio menstruorum apud Hippocratem.

ἄρρυθμος σφυγμός. pulsus arrhythmus. Dicitur & κατ' ἄρρυθμος. Est pulsus differentia in qua non omni quidem rhythmo pulsus caret (siquidem hoc fieri non potest) sed malo rhythmo ferit, nec rhythmum seruat proprium ætati, nature, parti anni, & reliquis quæ pulsus peculiates habent: contrarius est τὸ δὲ ῥυθμῶ, qui rhythmum seruat cuiusque propriū. Sunt autē tres ἀρρυθμῶν differentia, παρὰ ἄρρυθμος, ἐπὶ ἀρρυθμῶν, ἐν ῥυθμῶν, prout scilicet plus minúsve rhythmus seruatur. Qui enim parū recedit à suo rhythmo, sed eum seruat qui nature, ætati, parti anni, loci, & reliquorum proprius est, παρὰ ἄρρυθμος vocatur: qui verò plus abest à suo, & remotioris alicuius nature, ætatis, & reliquorum rhythmum habet, ἐπὶ ἀρρυθμῶν: qui verò tam longè abest, ut nullius omnino rhythmum retineat, ἐν ῥυθμῶν nuncupatur. de quibus vide suis locis.

ἄρρυνόν. dicitur ab Hippocr. Attico more τὸ ἄρρυνόν.

ἄρρυνόν. auripigmentum. Est succus quidam intra terram concretus, sandarachæ affinis: in iisdem enim metallis ambo ferè semper nascuntur, & uterque vim ignis expertus esse & quodammodo ustus videtur. Pingue quiddam etiam uterque habet, sed magis auripigmentum quàm sandaracha. Sunt autem auripigmētī duo genera. unū naturale, alterum factitiū. Natiūū triplex est, unum auri colore, quod multis tenuibus crustis squamatim compactis constat, & finditur ut lapis specularis, & omnium habetur præstantissimum, si impermixtum fuerit: alterum magis aureo colore micat, sed pulueris modo solutum est, & secundum bonitatis locum tenet: tertium colore accedit ad sandaracham, & simile est glebæ, sed reliquis duobus vilius.

Factitiū

Factitij duo genera sunt, quarum utrumque quidem splendet, sed alterum album est, venis subluteis aut subrubris distinctum: alterum verò luteum, venis nigris, subrufis, plus minúsve luteis maculosum, Utrumque ex crustis auripigmenti fossilis conficitur, quibus tantundem salis fossilis adiectum sit. Hæc tria in duobus fictilibus vasis, patellarum instar latis, nec admodum profundis, intus plumbo illitis, foris luto obturatis, eoquuntur usque dum totum auripigmentum in sublime sublatum superiori vasi adhaerit: deinde iterum ac sapius teritur, & coquitur donec candidum fiat. Auripigmento sapor acris est, adstringit, erodit, crustas cum vehementi uredine & violento morsu excitat. Utuntur eo pictores & bibliopola etiam in pingēdis librorum frontibus, à quo pingendi usu non est dubium Latinos illi nomen indidisse.

ἄρσιόζονορ. Idem quod ἀγγλωζονορ. de quo supra.

ἄρτάβη. nomen est mensuræ Ægyptiæ, septem modios continentis.

ἄρτιμιδιον. à quibusdam dicitur ὀδύπτερον, ut habetur apud Dioscoridem.

ἄρτιμίσια. artemisia. Est herba ramosa in maritimis magna ex parte nascens, absynthij modo fruticosa, maioribus & pinguioribus foliis ramisque. Huius duo genera sunt, unum habitus foliis virgisque latioribus: alterum tenuius, flore paruo, tenui, candido, graueolente, qui aestate erumpit. Sunt verò qui in mediterraneis herbulam nasci tradant tenuibus cirris, simplici paruoque admodum caule, flore copioso, cerei vel flavi coloris, exili, odoratiorem superiore, quam ἀρτιμίσια μονόκλωνορ, id est, unicaulem cognominant, ad differentiam superioris, quæ cognomento πολύκλωνορ appellatur. Ruellius auctor est tria apud nos inueniri artemisia genera, unum absynthij modo fruticosum, maioribus foliis pinguibusque, subter castis, super ex nigro virefcentibus, crebrò resectis, plusquam cubitali altitudine, flore albo, tenui, odorato, semine rotundo & racemoso, eamque à Gallis armoisiam vocari: alterum latioribus foliis tenerioribusque, non ferè alibi quam maritimis nascentē, & marinam cognominari: tertium simplici caule consurgere, foliis minutim scissis, colore suppallido, flore luteo, odore non ingrato, gustu amaro, & vulgò athanasiam dici: et præter hæc haberi etiam aliud artemisia genus, quæ minutis & tenuibus foliis circa riuulos aggeresque, item frumentaceis agris, floribus & foliis odorem sampuci referentibus, vulgò diui Ioannis herba nominetur. Multi tamen ἀρτιμίσια dictam putant ab Artemide, quoniã priuatim medeatur fœminarum morbis, quibus Artemis, hoc est, Diana præest, menses, secundas, fœtusque trahens, & præter hæc eiusdē partis præclusionibus inflammationibusque opem ferens. Vires habet secundo in ordine calefaciendi, siccandi in primo, & tenui substantia prædita est, eoque renium calculos commouit.

ἄρτιμορ. species est ἄρτιμώμε, quæ & arfella dicitur.

ἄρτιμώνη. dicitur à quibusdam ἰσχυρμώνη, ut habetur apud Dioscoridem.

ἄρτιμώνορ. collyrij nomen est, quo Galenus scribit Bassum sodalem suum usum fuisse ad multa oculorum vitia. Describitur ab eo lib. 4. τὴν κ' τὸ πρῶτον.

ἄρτιμία. arteria. De pluribus hoc nomen dicitur. usurpatum autem primum est, ut ait Galenus, de fistula siue canna quæ ex ore in pulmones descendit, à qua ad pulsatiles venas, quæ prius aquæ atque alia omnes, vena appellabantur, ἄρτιμίας nomen translatum est, quæ tamen ut ab illa distinguerentur, ἀρτιμία simpliciter, vel ἀρ-

DEFINIT. MĒDIC.

πρωτα λευα, id est, laeues dictae sunt, illa autem cum adiuncto ἀρτηρία τραχεία, propterea quod ex partibus cartilaginosis, quae βρόγχα appellantur, duris & asperis magna ex parte constituta sit. Antiquis tamen tã Græcis quàm Latinis ἄρτηριος nomen in venis illis pulsatilibus serius receptum fuit, quippe qui longo tempore tùm arterias tùm venas, illi τῆν φλεβῶν, hi autem venarum nomine comprehenderint. Est autem ἰσθηρία, vas membraneum, teres & cauum, duplicique compactum tunica, quo vitalis spiritus & tenuissimus calidissimisque sanguis per corpus uniuersum pulsu distribuitur. Aulus Gellius lib. 8. cap. 10. ante Galeni ætatem sic definiuit: esse conceptaculum spiritus naturalis misti confusisque cum sanguine, in quo plus spiritus est, minùs sanguinis. Quam ob causam ἰσθηρία dici potuit, ἵσθηριον ἄρτηριον, id est, quod aërem siue spiritum conseruet atque contineat: qui quoniam magno calore præditus est & valde subtilis, magna que vi arteriam in qua conclusus est, impellit, geminam tunicam sortita est, quarum exterior fibris plurimis rectis & aliquot obliquis intertexta, crassitiem firmitatemque tunica venarum parem habet: interior verò quintuplo ferè durior, firmitior, crassiorque est (unde à quibusdã χοιδοειδής, quasi cartilaginis æmula nuncupatur) & fibras quamplurimas, easque tantùm transversas habet, quibus sanguinem vitalemque spiritum à corde attractum in membra citissimè transmittat. Nec verò sanguinis spiritusque tantùm causa tam robustam arteriam natura perfecit, verùm etiam quod eam assidue constringi dilatariq; pulsando oporteat. Prodit ex sinistro cordis ventriculo per basim mediam, & mox egressa pericardium in ramos duos diuiditur in aequales, quorum unus sursum, alter deorsum fertur. Qui ascendit, minor est, à quo utrinque duo surculi magni prodeunt, quorum unus tendit in brachiũ, alter (καρδιακὰ vocant) secundùm iugulum cerebrum petit. Qui autem descendit maior est. Is circa quintam thoracis vertebram reflectitur, & spinali medulla innixus, secundùm eius longitudinem descendit in crura, in duas partes perinde atque vena caua diuisus. Ceterùm uterque magnæ arteriæ ramus mediis itineribus permultas emittit propagines in singulas corporis partes paribus venis ferè semper coniugatas.

Ἀρτηρία ἀπὸ κλεισθῆος, siue καρδιακὴ, siue λυδαγγυαί. Sunt rami duo arteriæ magnæ, qui sub clavicula diuisi iuxta asperam arteriã, unã cum vena iugulari in caput feruntur. Diuiduntur autem & hi in duas partes, unam externam, quæ minor est, alteram verò internam, quæ maior. Hac sparsis quamplurimis ramusculis in fauces, laryngem & linguam, cranium subit, emittens etiam propagines quasdam in nasum, oculum & crassiorem meningem. Reliqua autem eius portio in osse sphenoide inter ἀρφύσεις κλεισθῆος, retium in modum sibi incumbentium variè complicata, facit πλέγμα δικτυοειδές, deinde in tenuem meningem & membranam χοιδοειδῆ dictam varia distributione absumitur. Sic autem à veteribus medicis eiusmodi arteriæ dictæ sunt, quòd vinculo exceptæ apoplexiam, carum, & lethargum inducant.

Ἀρτηρία μεγάλη. arteria magna. Dicitur ea quæ oritur à sinistro sinu cordis. Ac quamuis omnes ab eadem origine sint, ea tamen sola magna appellatur quæ in ipso corporis trunco, inter iugulum & os sacrum continetur, sicut & magna vena. Dicitur ab Aristotele ἀόστια. de qua suo loco.

Ἀρτηρία στεφανιαία. arteria coronalis. Dicitur arteriæ magnæ ramus, qui vena coniunctus, quæ ob id στεφανιαία quoque appellatur, superficiem cordis coronæ modo ambit.

Ἀρτηρία

ἀσπὴρ ἀσπὴρ. arteria aspera. Hæc sola quondam dicebatur arteria, quod aërem contineret, postea verò ad leuium differentiam aspera dicta est, propter substantiæ inæqualitatem. Est autem velut canalis quidam magnus, quo aër in pulmonem inuehitur, qui caudicis instar secundum cernicis longitudinem ex faucibus deorsum rectà protensus frequentes ramos per pulmonem diffundit: larynge, cartilaginibus, & membranis constat. Cartilagines autem Græcâ Cliteram referunt, quæ ob id dicuntur αἰμοσάδεις, à quibus arteria ipsa aspera & inæqualis euadit. Eatum pars crassior foras vergit, tenuior & finis uterque intrò, quâ œsophagum tangit, ne cibo deglutiendo officiant. Hæc membrana, perinde atque ossa, vestiuntur, & ab ea tam per suos fines secū, tum per sua latera vicinis cartilaginibus colligatur. Tota verò arteria tunicis duabus integitur, intus quidem dẽsa & dura, fibris ubique rectis contexta, cum tunica oris & œsophagi interiore continua, & oblito pingui humore perpetuò madida: foris verò molli & tenui, neruos recurrentes colligante. Larynx verò asperæ arteriæ principium vocatur, faucibus continuum & tribus cõstans cartilaginibus. de quo vide suo loco.

ἀσπὴρ φλεβώδης. arteria venosa. Est vas ex sinistro cordis ventriculo exortiens, ore rotundo & admodum patenti, quod in ipso ferè ortu in duos ramos diuiditur. Eorum dexter sub basi cordis productus & in cordis inuolucrum subiens, in dextrum pulmonem multifidus spargitur, sinister verò in sinistram pulmonis partem multis propaginibus inseritur. Ambo pleni sunt aëris, quem è pulmonibus in cor transferunt. Itaq; ab usu, quem cum reliquis arteriis communem habet, arteriæ nomen inditum est: à substantia autem, quia venæ corpus & tunicam habet, venosa appellatur.

ἀσπὴρ ἀσπὴρ. dicitur à recentioribus medicis, ut ait Galen. δὲ τὸ ἀσπὴρ ἀσπὴρ ἀσπὴρ, non addito vel τὸ ἀσπὴρ τὸν nomine vel alio quopiam. quanquam non proptie ipsius asperæ arteriæ medela sit ἡ ἀσπὴρ ἀσπὴρ, sed eius præsertim membranæ, quæ extremis ipsius musculis, atque adeò toti ipsi arteriæ interiùs obducitur. Nam quæ illi quouis modo affecta medentur, ἀσπὴρ ἀσπὴρ communi appellatione dicuntur. Afficitur autem hæc membrana vel nimia humiditate, vel asperitate, vel exulceratione, vel inflammatione, sicut aliquando per magnas vociferationes accidit. Itaque pro affectionum diuersitate, non est dubium quin τὸ ἀσπὴρ ἀσπὴρ multiplex genus sit & variis medicamentis constet. Quæ tamen omnia in tres summas differentias Gal. redegit lib. 7. τὸν ἄσπὴρ τὸν πόνος, quarum prima, ipso authore, omnis acrimonia expers, & meatus exactè obturat, leuigans asperitates, constans ferè his, tragacantho, gummi, astere Samio, amylo. Eiusdem generis est & ex alica tragòque probè decoctis sorbitio: item lac, dulciarij panes, oua sorbilia, nuces pineæ madefactæ, sesama, & sapa, quæ σπικίον atque σπικίον appellatur. Altera huic contraria est, non parum habens mordacis acrimonia, partem etiam sanam exasperans, cuius materia est mel, resina terebinthina, amygdalæ amaræ, brassica, porri cocti, fatina erui, hormini semen, iridis radix & panacis. Media autem inter eas est lenis & citra acrimoniam excretgentis facultatis, ut quæ constat passo theræo, burgyro, sorbitione ex amygdalis, sorbitione item lactis & mellis simul diutius incoctis, adiecto amylo, aut siligine si amyllum deest. Sed de his apud Galen. lib. 7. τὸν ἄσπὴρ τὸν πόνος, & apud Aëtium lib. 8. multò plura legi discique possunt.

ἀσπὴρ ἀσπὴρ πῦρ. idem quod βραχὺς, id est, raucitas, ut scribit Paulus lib. 3. cap. 28.

DEFINIT. MEDIC.

Ἄσπετος, Βραγυχόδης. raucus. Est enim raucitas proprius aspera arteriae affectus.

Ἀσπετοδμή. arteria dissectio. Est remedij genus quod arteria secta adhibetur. Id in longis oculorum defluxionibus, maximis doloribus, ut hemicranicis & veteri cephalalgia, vertiginosis, oculorum staphylomatis & procidentis, & graubus reliqui corporis morbis commodissime usurpatur. Ac quum permultae sint arteriae in toto corpore, nullibi tamen commodius quam in capite secatur, idque duobus locis, in temporibus & post aures. Secuit & Gal. in manu, inter indicem & pollicem, somnio admonitus. Nec alibi quidem sectam fuisse arteriam ad sanitatis usum apud medicos animadvertentes. Vitatur enim quantum fieri potest arteriae sectio, praesertim si maior existat, quoniam haud temere sanguinis inde profluvium sistitur, ac ut res optime cadat, ad cicatricem perducta diuisione, tamen aneurismatis periculum vix prohiberi potest. Quocirca non nisi in magnis morbis atque doloribus, & in quibus varia auxiliorum genera tentata nihil profuerunt, arteria secanda suscipitur, nec iis quidem sine discrimine omnibus, sed quos calidus, tenuis & spirituosus sanguis excitauit. Huius autem hoc unum & maxime euidens signum est, quod dolor quidam pungens sentitur certo quodam in loco, tanquam in affecti loci centro fixus, qui sensim expanditur, & in partes centrum circumstantes cum tensionis sensu undique diffunditur. sic enim commodè proxima arteria inciditur, si modò parua fuerit. In manu quidem, illa quae inter indicem pollicemque sita est, ad veteres iecinoris & drapbragmatis dolores: in temporibus autem, sistendis fluxionibus calidi & spirituosi humoris dilatentis in oculos: post aures verò, aduersus scotomiam & longos capitis dolores, quos tenuis pariter & spirituosus humor facit. Ceterum arteria aliquando phlebotomo ut vena aperitur, interdum candenti ferro aduritur, interdum tota transversim scinditur. Sed priore quidem modo sanguinis spirituosi vacationem tantum molimur, reliquis autem non eam solum, verum viam quoque fluenti humori intercludimus, ne de ceterò hac possit deferri. Cùm autem dissectio arteriarum omnium communis sit, ubicunque ea sita sint, eius tamen modò secandae rationem quae post aures est, Aëtius lib. 7. & Paulus lib. 6. ex Seueri commentariis explicarunt.

Ἀρτηριώδης φλέβη. arterialis vena. Est vas quod à dextro cordis ventriculo exoritur, sanguinem ab eo elaboratum, in pulmonem defert, in duos truncos scissum, quorum dexter in dextros pulmonis lobos, sinister in sinistros, infinitis propemodum sectionibus digeritur. Hoc, quia sanguinem continens vena munere fungitur, Venam: quoniam verò tunicam, velut arteria, valde densam habet, Arteriale siue ut alij loquuntur Arteriosam anatomici nuncuparunt.

Ἀρτίδια. dicuntur ab Hippocr. τὰ ὀλιγοχρόνια, hoc est, paruo tempore viuentia.

Ἀρτίσκοι. appellantur à Gal. οἱ ἄρτίσκοι, à panis exigui figura. Sed κατὰ ἰσοχλή dicuntur ij qui viperae carnibus cùm pane mistis coctisque preparantur, quos & ἀσπετους vocant. Viperae carnes repurgatae in aqua elixantur, dum prorsus coctae sint, inditur autem statim in aquam anethum. Post coctionem spina à carne separantur, ipsaq; caro pani sicco ad lauorem trito miscetur, qui purissimus sit, & probè coctus cum modico salis & fermenti: deinde exigui panes formantur, qui in loco calido & sicco exiccantur, atque ita ad usum reponuntur. Author Gal. lib. 11. de simpl. medic.

Ἀρτίσομα. omni ex parte plana & aequalia, apud Hippocratem.

Ἀρτίος. apud Hippocratem idem quod ἀπαρτί, quo etiam vocabulo Hippocrat. usus est.

est. Significabat autem illis temporibus idem quod perfectè, cumulatè & sufficienter, ut Galenus annotavit.

ἄρτος. Panis. Est cibus ex frumentaceis molitis, aqua maceratis coctisq; apparatus. Eius plures habentur differentiæ, pro materiæ diversitate & coctura modo, quibus sua nomina dedit antiquitas. Nos ex his præcipuà ex Athenæi symposiacis excerptimus, multa consulto prætereunt quæ vel ex ipso etymo protinus intelliguntur, vel rarissimè apud authores occurrunt.

ἀγλαῖος. gregarius & cibarius Latinis dictus, cuius Cicero Tusc. 5. meminit de Ptolemæo scribens, Cui quum peragranti Ægyptum comitibus non consequitis cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius: idem etiam ἀγοραῖος, id est, forensis & venalitiis dicitur. Galli grossum panem, & panem bisum appellant.

ἄζυμος. qui fermento caret. Hic agrè cōcoquitur & tardè subit in venas, easque obstruit. Alio nomine δαίσατος appellatur.

αὐτοπυρέτις siue

αὐτόπυρος. qui ex omnibus farinæ suæ partibus citra ullam detractionem constat. inter furfuraceum & similagineum medius. fursure tantum leuiter succreto fit. Fieri autem solet, ut Galenus ait, quoties triticum generosum non est: generosum autem vocatur quod similaginis plus habet quàm fursuris.

ἀχυράδος. acerosus. qui etiã paleas habet, vel solis ferè paleis cōstat, quæ Græci ἀχύρα dicunt.

αἰθέρις qui ex polline factus est. què infirmissimū esse Cor. Celsus scripto prodidit: minùs enim alit, spiritum creat, nec agrè membratim digeritur: siccatus tamen opplet, atque difficiliùs in corpus permeat.

δαίσατος. idem fortè qui & τωπυρέτις appellatur.

διπυρέτις siue

διπυρος. qui bis ignè expertus est. Delicatus fuisse traditur: quia verò ad aquã intercutem cibo utilis existimatur, coniectari licet pro biscocto capiendum esse.

ἐξαέρτις. craticularis, siue in craticula coctus. olim sub finè cœnæ cōuiuuii apponi solitus & intingi passo usque ad ebrietatem legitimam. Hic & inuoluebatur, atque ita ut calebat intortus Athenis maximè placebat. Coniectura colligi licet id genus panificij quod à tenuitate & candore nebulas ferè vocamus, ἦν ἐξαέρτις veteribus fuisse.

ζυμῆτις. fermentatus. cui modicū fermētū inditum est. Hic & vasōs dicitur, quãquam vasōs plerisque placent a genus sit.

κλιβαίτις siue

κλιβαίτις. quod enim κλίβαου Græcorū vulgus, id Attici κλιβαίου appellat. Varioni textuaceus vocatur, quod in textu calido coqueretur. Textum autem Latini quod Græci κλιβαίου dixerunt. Hic panis reliquis longè viribus præstat, & sanitatis usu præfertur, si eius coquendi rationem spectemus. Nam si bona frumento constat, probum creat succum, stomacho perplacet, ac facillè concoquitur ad distributionem promptus, quando neque ventrem coërcet, neque firmat, neque spiritu distendit.

κρίδιος. hordeaceus. fragilior est & parum nutrit.

κυσός. idem quod ζυμῆτις.

h

DEFINIT. MEDIC.

ναυτικός. nautic⁹. dicitur qui vet⁹ est & siccus, fortasse biscoctus qui *διφθός* dicitur. *ἄξυλεπής*. acidus. cui exiguum aceti affusum est. Ventrē sistit, idque magis, quò plus habet aceti. Hunc Gal. lib. 8. meth. med. & post eum Aëtius lib. 5. febre diaria laborantibus exhibent, quibus venter profluit.

πίτυγής siue

πίτυρώδης. furfuraceus. qui furfures uniuersos capit, quos *πίτυρα* καὶ *ἀφαιρέμα* Græci vocant, Latini autem canicas & apludas: undè canicaceus panis furfureus est Pacuuius.

παπαυρίδιος. etotus. parum alimenti præstat, sicut & amyllum, ut author est Paulus Aegineta libro primo.

ἐνπιρὸς. sordidus. parū nutrit, sed magis per aluum descēdit. Hunc aliqui eundem existimant cum *ἡ συγκομις*: Paulus tamen utrumque separat.

σμιλαλίτης. similagineus. hoc est, qui sola similagine constat. Secundū bonitatis locum habet apud Paulum.

σλιγυίτης. siligineus. Huic primā laudem in alendo Paulus assignat: est enim firmissima omnium siligo, deinde simila, ut tradit Celsus.

συκομις. cōfusaneus. qui castratus non est, sed omnia simul tulit, furfures, utriculos & similia. Hic idem esse cum *ἡ ἀποπίρα* videtur. Tertium illi bonitatis locum Paulus tribuit, sicut & Cor. Celsus.

χοδελίτης. ex alica siue zea factus. Hic stomacho grauis esse perhibetur & concoctū difficilis, ut, qui eo utantur, non diu fruantur prospera valetudine.

ἀρτυεινοειδής. Est una e tribus laryngis cartilaginibus mobilis & in angustum valdè transitum desinens. Os eius superius illis vasorum osculis respondet, quibus aqua lauaturis affunditur, cuiusmodi vasa Græci *ἀρτυεινάς* appellant. Author Galenus lib. 7. de usu partium. vide *λάρυγξ*.

ἄρχαζάδου ἐμπλάστῳ. Est emplastrum *λίπαρον*, hoc est, de genere lenium quod ad authorem Archagathū refertur, capitque mysios cocti, aris vsti singulorū P. * IIII. cerussæ coctæ P. * VIII. resinæ terebinthinæ P. * X. spuma argenti P. * VI. Author Celsus lib. 5. cap. 19.

ἀρχή. principium. Dicuntur, inquit Aristoteles, principia, quæ cum non sint ex aliis neque ex alterutris, ex ipsis tamen omnia sunt. Ea omnium rerum naturalium gemina sunt, materia & forma: eaq; ab elementis distingui manifestum est, quòd hæc etiam principiis illis consent, quòdque principia minimè corporea sint, neque seorsim possint subsistere: elementa autem tum corporea sunt, tum per se solaque consistunt. Sed cum eiusmodi sint quæ physici considerant principia, hoc est, incorporea, omniumque simplicissima, medici paulò latius eorum nomen extendunt, principia appellantes quæ materia formæque rationem in nobis obtinent, quamuis & hæc corporea sint, & per se consistere videantur. Sic semen & sanguinē menstruum principia corporis nostri statuunt, quòd hic ceu materia quædam sit, illud autem velut opifex quidam formam partibus omnibus præstet. Ex quo apparet nec similes nec dissimiles corporis nostri partes principia rectè vocari posse, quòd nullæ aliis eiusdem generis subiectæ sint, ceu materia formæ, sed omnes in suo genere corpus integrum aequè constituent. Quoniam autem eiusmodi de quibus antè dictum est, principia & ordine & tempore præcedunt ea quorum principia sunt, factum est

ut om-

ut omnium rerum initia, & à quibus singula incipiunt, earum principia dicantur. Inde nãque ad ipsos morbos translata vox est, in quibus principium dicitur pars ea morbi qua in singulis tempore & ordine prima est. Eius differentiam medici triplicem faciunt, sed omnem tamen à sensibili functionum læsione auspicantur. Non enim protinas, atq; quis aut de lassitudine aut de capitis dolore aut de fastidio queritur, censendum est eum morbo laborare, donec corporis sui cõtinuitatem quodammodo dissolutam esse sentiat, seq; in tantum opprimi, ut iam non sufficiat obeundis muneribus suis, sed in lecto decumbere cogatur. Ac primò quidem proprièque principium dicitur punctum illud temporis in quo cœpit quis agrotare. Id indivisibile est & momentaneum, sinèque ulla latitudine. Altera significatione principium vocatur quod latitudinem habet, atque aliquo vel horarum vel etiam dierum spatio, pro morbi breuitate vel longitudine, definitum est. Id autem ut plurimum tertio die circumscribi solet. Verùm ea circumscriptio inartificiosa est, atque ideo à vulgo potius quàm à medicis principij nomen ea significatione usurpatur. At verò tertium significatum artificiosum planè est & medicum. Habet enim latitudinem coctionis signis definitam, si ab humore morbus est, aut symptomatum intensione & acerbitate sola, si eum intemperies sine humore excitauit, aut aliquando utrisque, si morbus compositus est. Itaque febris principium esse dicitur, quandiu humor in quo febris, crudus est. Cum enim coctionis signa quaedam apparent incipiunt, principium definit & morbus augeri incipit. Huius autem coctionis signa in vasis quidem ex urinis, in ventriculo autem ex deiectionibus sumenda sunt, sicut & eius quæ in respiratorijs instrumentis fit, ex sputo. Sic phlegmones principium est, quando pars sanguine impletur. Ophthalmia, cum humor copiosus, tenuis, incoctus defluit: luceris, quandiu sanies aquosa, tenuis & incocta manat: catarrhi à cerebro per palatum & nares, cum humor multus, aquosus, tenuis, acer stillat. Similiter autem aliorum morborum qui consistunt in intemperie simplici, composita, sola, cum humore, totius, partis, equali aut inaequali principia, signis cuique propriis distingui debent. Ut autem hæc totius morbi principia sunt, sic & singulæ accessiones sua habent principia, quæ non dissimili modo atque illa uniuersalia distinguere defini- reque oportet.

ἄργεσις. à quibusdam dicitur ἰ ἀμπελοδίκην, id est, vitis alba, authoribus Dioscoride & Plinio.

Ἀρχαγένους κολύριον. Archigenis collyrium. valet ad oculorū albugines, quas etiam una illitione discutit. Facit & mirificè ad veterem ophthalmiam. Describitur ab Aëtio lib. 7. cap. de remedijs cicatricum & albuginum.

ἄρχος. anus. podex. ἰσθμ. sedes. Significat & ἀρχος intestinum rectum (quod ἀπὸ διδυσμίου ὑψιματο nomine dicitur) ἀρχὸς δὲ δοκᾷ ἀρχαδα τῆς ὑπέρων, id est, quod origo sit intestinorum siue primùm ex intestinis locum occupet, si ab infernis numerare placeat, verum alij ἀρχος apud Galenum princeps vertunt, ut ille qui libellum de dissectione vulua transtulit in latinum, quasi id inter omnia intestina maximè insigne sit. vide ἀπὸ διδυσμίου.

ἄρωματα. dicuntur certarum herbarum fructus odoris & saporis admodum grati, quorum usus est vel ad calfaciendum ventriculum (sunt enim omnia aromata calida) vel ad appetentiam excitandam, vel ad ducendos menses, vel ad pleraque alia,

b ij

DEFINIT. MEDIC.

nisi capitis gravitatem, ut scripto prodidit Hippocrates, inducerent. Sunt autem ex his præcipua, spica nardi, ammonum, calamus aromaticus, iris, ladanum, malabathri folium, styrax, bdellium, opobalsamum, carpobalsamum, xylobalsamum, cinnamomum, nux myrepfica, zinziber.

Ἄρωμα λικὸν ἀνιδότους. Habetur apud Aëtiū lib. 13. ex descriptione Galli, quæ scribit valere ad inueteratas oris ventriculi affectiones, & hepaticis prodesse.

Ἄρωμα λυδρ. nomen collyrii quod ex Demosthene Aëtius describit lib. 7.

Ἄρωμα ἰλῆς. est gemma ex bitumine conflatā in lapidis modam, quæ myrtham colore & odore refert, unde nomen reperit, ob id etiā reginis frequentata. In Arabia traditur gigni & in Ægypto circa Pisas.

Ἄρωμα πῶς. apud Hippocr. significat idem quod ἀρωματισμός, ut interpretatur Gal. in comment. πῶς δὲ διαίτης ὀφέλιμα.

Ἄρωμα περπενσῆ. Herba est nardi vi prædita, & ideo à plerisque nardus sylvestris dicta. foliis hederæ, sed minoribus & rotundioribus, flore inter folia iuxta radicem erumpente, purpureo, bene olente, cytino hyoscyami simili, in quo semen acinosum, angulatis cauliculis subasperis ac solutis. Radices multas habet geniculatas, tenues, obliquas, similes gramine, odoratas. Sic Græcis vocari quidam asserunt, ut anthor est Plinius, quoniā in coronis nō addatur, quasi manualibus scopis, qui odoris gratia gestantur, minime solita sit inferi. ἀρωματισμός ἢ ἀρωματισμός, quo nomine scopæ significantur. Id olim Galli bacchar vocabant, nunc syllabarū metathesi cabaret dicitur.

Ἄρωμα φῆς φερίλυτοι. dicuntur ab Hippocr. hi qui lenta & obscura cataphora correpti delirant, perinde ac si δυνώστος dixisset, hoc est, cognita difficiles non plebeis modò, sed etiā medicorum plurimis. Author Gal. comment. in protheticum.

Ἄρωμα βῆτος. inextinctus. ut νοῦλα ἀβῆτος, calx inextincta ac vina. sæpe tamen substantiue dicitur, & simpliciter prolatum calcem ipsam significat. sic enim κατ' ἰσοχλίω dicitur quæ viua est, non addito τῷ ἕρῳ nomine, quomodo simpliciter ἄρωμα καὶ τῶν μὲν δὲ τῶν dicimus sine addito.

Ἄρωμα πῶς. incoctum. Sic enim veteres vocare consueverant quod postea medici ἀρωματισμός dixerunt: atque in ea significatione intelligendum est quod scribitur ab Hippocrate de lienteria libr. πῶς δὲ πῶς, τὰ σπῆα ἀρωματισμός ἀρωματισμός, ἢ ἄρωμα, ὀδώνη οὐ κενὴ, λεπτὴ καὶ πῶς δὲ τῶν. Id autem profectum esse videtur ab opinione Empedoclis, qui concoctionem ciborum putrefactione fieri contēdebat, quòd alimenta in ventriculo saporis odorisque gratiam amitterent.

Ἄρωμα. est obstructio pulmonis frequentem & difficilem sine febre respirationem inducens, qualem hi habent qui velociter cucurrerunt. Quo quidem affectu qui laborat, quoniam suffocationis meta recto pectore & ceruice spirare coguntur, ὀδῶν μοῖσι appelluntur. eandemque ob causam recto ferè thorace in lecto decumbunt. Minus est enim quod inspirant quàm pro usu respirationis, quamvis thorax plurimum ipsis dilateretur. Ex quo perspicuum est, intrus pulmones præter naturam coarctari: id quod ægri ipsi non obscure percipiunt. Ac cum pluribus de causis coarctatio talis contingat, istæ duæ causæ videntur asthmaticos facere, scilicet humoris crassi & leuissimi copia infarcti in bròchia pulmonis, aut tradium aliquod tuberculum in pulmonibus genitum. Ac cum multæ sint spirandi difficultates, eam solùm consuevit Hippoc. ἄρωμα appellare (ut author est Gal. comment. aphor. 46. lib. 6.) in qua multum creber anhelitus

helicus est, cum tamen Hippocr. posteriores medici affectionem quamcunque pectoris diuturnam, simpliciter ἀδμα nuncuparint, suoque tempore respirationem quæ in cursu & vehementi exercitatione fit, ἀδμα vulgò vocari solitam esse scribat. Cæterum morbus hic nomen habet à symptomate: neque enim anhelatio ipsa morbus est, sed morbi symptoma. Namque fistularum & cavitatum pulmonis angustia, ipse morbus est. Similiter ἄσπεδος nomen à symptomate est.

ἄσπεδος. *Asius lapis.* Est lapis colore pumicis vel tophi candido, venis in profundo luteis, laxis, lenis, mollis, friabilis. In eius superficie insidet quiddam simile tenuissimo pollini, qui parietibus molendinorum inhaeret, quod Asia petra florem appellat, qui partim albus est, partim similis pumici in luteum vergenti, lingua eq; admotus mordet eam leniter, & gustatum salsedine commouet, Dioscorides ἀλμυεῖδα, hoc est, salsuginem appellat, eamque Gal. lib. 9. simpl. medic. coniicit oriri ex rore marino, qui primum in lapide insideat, deinde à sole siccetur, ut hoc modo & lapidis & maris natura particeps sit. Ipsum autem lapidem quidam ex Cadmia partim constare credunt, quod carnem consumat, & corpora defunctorum, ut testatur Plinius, condita in eo absumi constat intra quadragesimum diem, exceptis dentibus. Quamobrem alio nomine à quibusdam σαρκίφαγος dictus est, quanquam Plinius sarcophagum atque Asium separare videatur. Vis est lapidi siccandi, digerendi, humentes carnes liquefaciendi, erodendi, sed tamen ad hæc omnia magis efficax flos eius est, qui cum talis sit, attamen non vehementer mordet nec adstringit, sed est partium inter omnia terrestria tenuissimaru. Dicitur Asius, ut quidam volunt, quod in Asia nascatur, & simplici ὁ scribitur: alij verò geminato ὁ scribunt, ut ait Gal. ab Asso oppido in quo nascitur, quod Plinius Troadi, alij Mysiæ adscribunt.

ἄσπερος. est cibum fastidire & inappetentem esse. significat etiam simpliciter abstinere à cibo, & uti inedia. Annotat autem Galen. ἄσπερος aliquando idem significare quod ἄσπερος, id est, ciborum fastidio laborantes. vide ἀσπερος.

ἄσκαριδες. ascarides. Sunt tenues quidam lumbrici, vermibus asimiles, qui in parte potissimum inferiore crassi intestini gignuntur, & in extremo longanone, atque sphincteris initio consistunt, vehementem pruritus in locis excitantes. In pueris maxime gignuntur propter ingluuiem & cruditates. Plurimi etiam apparent in iumentis male cibum concoquentibus, id quod excrementorum fætores deprehenditur.

ἄσκαλις. sic dictum est à quibusdam helleborum album, ut habetur apud Dioscoridem.

ἄσκιπς. species est hydropis in quo humoris aquosi siue serosi copia cum paucissimo spiritu in membrana abdominis interiore, inter peritonæum & intestina, continetur, & veluti in utre quodam (unde nomen habet) conclusa est. Præcipua eius causa frigiditas est, eaque maior quam quæ τυμπανίτις excitare solet, in qua flatuosus aer plurimus, humor verò exiguus est. vide ὕδρωψ.

ἄσκληπιάδους πτόλακος. pastillus Asclepiada, commodus dysentericis. vide Aëtiū lib. 9.

ἄσκληπιάδους χεῖρ. nomen est cerati podagrici, quod describitur ab Aëtio lib. 12.

ἄσκληπιός. herba hederae similis, unde κίσσιον & κισσόφυλλον dicta est. nascitur in montibus, radice numerosa, tenui, odorata, flore graueolenti, semine securidacæ, cuius tamen nullum se periculum fecisse Gal. prodidit.

ἄσκληπιός. collyrium est, quod habet, papaueris lacrymæ P. * II. sagapeni, opopanax, singulorum P. * III. æruginis P. * III. cumini P. * VII. piperis P. * * II.

DEFINIT. MEDIC.

*Cadmia elota, cerussa, singulorū P. * * V I. cauas cicatrices probè explet. Author Cor. celsus, lib. 6. cap. 6.*

ἄσκληπιός. species una panacis, quam sic dictam volunt, quòd *Æsculapius* filiam *Panaciam* nominauerit.

ἄσκληπιός τρυχόσκος. pastilli nomen, cuius descriptio habetur apud *Aëtium* lib. 14.

ἄσκληπιός. nomen est smegmatis aridi, cuius compositio describitur à paulo *Ægineta* lib. 7. cap. 13.

Est & nomen collyrii quod describitur à *Gal.* lib. 4. τὴν κατὰ τόπος, à quo non valde discrepat collyrium quod à *Scribonio Largo* describitur, quod dicit ab aliis ἀδινωπόρι, ab aliis διασμενον, ab aliis θωδὲς nuncupari. Habetur & apud *Marcellum medicum*, ex quo fortè *Scribonij* descriptio emendari potest.

ἄσκληπιός. *Æsculapius* malagmatis nomen apud *Gal.* lib. 7. τὴν κατὰ χεῖρ. quod ualet ad dolorem summouendum & tensionem.

ἄσκος. apud *Hippocratem* siglina olla, quam & περικτόρι & φικτόρι nominant.

ἄσκυροδὲς, siue

ἄσχυρον. est altera species τῆς ἀνδροσαύμου, ut scribit *Galenus*.

ἄσχυρον. dicitur à quibusdam ἡ ἀτράκτυλις authore *Dioscoride*.

ἄσπλάδος. est frutex lignosus surculosusque multis spinis horrens, grauis, detracto cortice rubens, aut in purpuram vergens, densus, odoratus, gustatu amarus, flore rosa. Est & alterum genus candidum, lignosum, sine odore, quod deterius habetur. Illum *Ruellius* existimat id esse quod officinæ vocant lignum *Rhodium*. Calefacit & adstringit.

ἄσπράγος. dicitur quod primùm in lucem prodit oleris germen, priusquàm in folia explicetur, siue recentissimus turio qui edendo est. quo nomine betæ, lactucæ, bliti, atriplicis, maluæ, rapi, sinapis, chamædaphnes, brassicæ, nasturcij, brionia, pyrethri, radice primi cauliculorum partus comprehenduntur. Quibus omnibus *asparagis* *Paulus Ægineta* veterum autoritate & *Galenij* iudicio fretus caput 75. libri primi dicauit.

Est etiam ἄσπράγος peculiariter herba vulgò nota, præsertim qui altilis est, in fruticis modum ramos plures emittens, cacumine in torulos turbinato, caule exili in spinosam aristam fastigiato, foliis fœniculi, longis, numerosis, radice rotunda, grandi, spongiam habente. Alius est atque isto prior, syluestris περῶν dictus & ἔλαον quem *Attici* ὄρμενον, *Latini* corrudam appellant. In calore & frigore temperatus est: abstergit, renum & iecoris obstructions aperit, urinas mouet & uenerem.

ἄσπίδιον. dictum est à veteribus δ' ἄλυσον, quòd fructum ferat duplicium scutorum effigie. Sic etiam dici τὴν ἀτράκτυλιν *Dioscorides* author est.

ἄσπις. Fera est veneno perniciosissima: cuius tres differentiæ describuntur, de quibus uide apud *Aëtium* lib. 13. & *Nicandri Theriaca* quæ nos uersibus latinis aliquando reddidimus. Ex iis emplastrum veteribus conficiebatur quod δὲ ἄσπίδων vocabant, discutiens ualentissimè strumas aliásque durities, & ad podagras utile per doloris remissiones adhibitum, cuius compositio ab ipso *Aëtio* explicatur lib. 15.

ἄσπλινιον ἢ

ἄσπλωρον. herba est in parietibus saxisque siliceis nascens, nec caulem nec florem nec semen ferens, sed folia filicula modo diuisa. subtèr sufflana hirsutaque, supernè coloris

loris herbacei. Sic dicitur quòd eius folia in aceto feruefacta & per quadraginta dies pota, lienem, ut ait Dioscorides, absumant. Totus officinarum & herbariorum chorus ceterach appellat.

ἄσπαστος. stomachi fastidia. ἔπιπαστοι τῆς σωματικῆς ἀσπιουμένης, hoc est, iactatio & inquietudo corporis, ut interpretatur Galenus comment. 15. & πῶς δὲ διαίτης ὀξείων.

ἄσπαστος. Inquietum esse, ἀλύειν, μετακίθηται ἐσωτῶν, ut exponit Galenus comment. 1. ἐς & πρῶτον. Idem verò ἐν ταῖς γλωσσῶνς adnotauit ἄσπαστος significare apud Hippocratem τὸ πῦρ αἰσθῆναι, hoc est, ardere, ut lib. 1. de morbis mulierum, καὶ τὸ προσκόρας καὶ ἐπιπαστος Ἀσπιουμένης, hoc est, fastidio & molestia affectum esse.

ἄσπαστος. dicitur ager qui corpore angitur & inquietudine laborat. Id quod duobus modis accidere potest: uno quidem cum virtus à corporis mole opprimitur, ut nullam eius figuram facile perferre possit. altero autem cum os ventriculi mordetur à vitioso humore. Sed illi quidem perniciosè affecti sunt, hi verò nausea infestantur.

ἄσπαστος πυρετός. dicitur ab Hippocrate febris in qua ager irrequietus est, & implacide molesteque habet, sicut exponit Gal. comment. 4. ἐς & πῶς δὲ διαίτης ὀξείων.

ἄσπαστος. concauum auris, intra quod sordes cumulantur.

ἄσπαστος ἀγρία. idem quod σπαστος ἀγρία, de qua vide suo loco.

ἄσπαστος. Est gemma fossilis admodum dura, dimidiati globi figura, propter quam alius scripsit eam similem esse pupillæ, alius Lunæ plenæ, alius Solis orbi, stellarum quæ radios iaciunt nigros plenissima. ex quo nomen videtur accepisse. quanquam Plinius sic dictam putet quòd contraria soli regerat candicantes radios, cum tamen id ei commune sit cum reliquis gemmis translucidis. Transfundit autem lucem illam, inquit Plinius, cum inclinatione, velut intus ambulatorem ex alio atque alio reddens, non dissimiliter ac carbunculus. Color illi candidus est, eadem lux candida, quibus quidem notis præfertur. Nam quæ cæruleo colore radiat deterior est, vocaturque ceraunia. Nascitur in India & Carmania. Eadem ἀσπαστος, ἀσπαστος & ἀσπαστος & ἀσπαστος etiam appellatur.

ἄσπαστος. sic dictum fuit à quibusdam & Ἀσπαστος.

ἄσπαστος, ἡ

ἄσπαστος. dicitur authore Dioscoride ὁ ἀσπαστος ἀσπαστος, de quo postea.

ἄσπαστος. nomen est multorum medicamentorum. sic enim dicitur pastillus quidam, quem geminum reperio, unum quidem apud Gal. lib. 7. τῆν κατὰ τὸ πῶς descriptum ex Andromacho, maximi, ut refert, in medicina usus, præsertim ad sistendum dolorem: alterum verò apud Paulum lib. 7.

Dicitur & eo nomine stomachicum quoddam medicamentum, quod & duplex habetur apud Galen. lib. 8. τῆν κατὰ τὸ πῶς, ubi dicuntur ἀσπαστος σωματικῆς & ἀσπαστος αἰλικῆς, descriptus & ipse ab Aëtio lib. 9. cap. πῶς δὲ ναυτίας.

Item collyrii nomen est quod varium inuenitur, cuius generis est ἀσπαστος μάγρον duobus modis descriptus ab Aëtio & Paulo. & ἀσπαστος αἰλικῆς, diuersus apud Gal. lib. 4. τῆν κατὰ τὸ πῶς, & apud Aëtium lib. 7.

ἀσπαστος. etiam dicitur terra Samia, ut scribit Cor. Celsus in collyrio Philetis, sed frequenter cum adiectione, ut σάμυθ' ἀσπαστος apud Gal. in lib. simp. medic. vel γὰρ ἀσπαστος, ut apud Paulum & Aëtium in descriptione præcedentium collyriorum, à qua terra collyriis (eam namque recipiunt) inditum nomen esse crederem, si & pastilli & sto-

DEFINIT. MEDIC.

machica medicamenta eo nomine donata, quorum supra mentionem fecimus, eam similiter admitterent. vide σάμ. & ἀστὴρ.

Ἀστὴρ ἀστῆρος. est herba cauliculo lignoso, florem in cacumine habens purpureū vel luteum, & in ambitu diuisum anthemidis modo capitulum, folia quæ caulem ambiūt stellæ modo radiata, oblonga, hirsuta. Nascitur inter petras solo aspero. A stellæ similitudine, ἀστὴρ, quod autem in Atheniensi agro optima & frequens nasceretur, ἀστῆρος cognominata est. Eadem ab usu Βουβώνιον; & à Romanis inguinalis dicitur, quoniam doloris inguinum præsentaneum remedium est. Multi credunt esse eam herbam quæ vulgo aspergula minor vocatur. Est & alius aster, ut scribit Ruellius, nunc vulgò stella dictus, folio ferè vitis, seu maluæ potiùs erratica, ad radicem maiore, pluribus sed minoribus incisuris florem fert in modum stellæ, in luteo viridem, pusillum & herbae suæ similem. hanc ille scribit ad herniam puerorum commendari, quia adstringat, sed sibi compertum non esse quanam veteribus fuerit.

Ἀστράγαλος. scribit Hesychius sic vocari τὸ τ' ἰδρῶς ἔλξαι.

Ἀστράγαλις. dicitur à quibusdā ἰτεῖς quam aliqui ἰλλνεκλῶ appellat, ut habetur apud Galen. libr. 1. τῆν κ' τὸ πους, ubi recenset medicamenta quæ Soranus ad alopecias conscripsit.

Ἀστράγαλος. talus. Est ossiculū propè quadratum, intra infimos tibiæ & suræ processus comprehensum. Sic autem comprehenditur, ut neque videri neque tægi possit. Constat quatuor lateribus, dextro, sinistro, anteriore & posteriore, à quibus ipsum ἀστράγαλον quidam vocarunt, quamuis Oribasius & Rufus partem eius superiorem ita appellent. Est autem pars ea superior in medio caua, utrinq; superciliofa, trochleæ sub-similis, rotunda magis: inferior autem valdè est inæqualis. ter namque gibbosa, bis cauata est: utraq; autè cartilagine incrustatur. Hesychius interpretatur ἀστράγαλον τὸν σφόνδυλον καὶ τὸ ἰσοκράτω τῷ σκέλεος, hoc est, vertebram & partem cruri subiectam, eam scilicet qua pueri ludunt. à qua non cubi tesserae genus illud ludi dictum est, sed tali, quibus Ganymedem & Cupidinem Appollonius finxit in caelo colludentes. & Polycletus pueros duos nudos, qui ἀστράγαλιζόντες appellati sunt.

Est etiam ἀστράγαλος frutex paruus breuisque per terram sparsus ramo & folio cicercis, flore purpureo paruo, radice rotunda, raphani modo prælonga, quæ adnatas alias appendices habet nigras, præduras, veluti cornua inter se implicatas, gustu adstringentes. Hunc cicerculam esse diceres nisi radix tanta subesset, proinde rura Gallica montanum vel rusticum cicer nominant: à Latinis talus, glandula & ficus terræ dicitur. non est dubium ἀστράγαλον nomen illi inditum fuisse propter radicem rotundam duramque, & ob id animalium talo similem. Adstringit & siccatur.

Ἀστροβλήτης. syderatus. sydere afflatus & percussus. ἀστροβλητός.

Ἀστροβλισμός. syderatio, σφακλισμός, siue σφακάλος.

Ἀστροίτης. gemma quæ & ἀστρίας dicitur de qua vide suo loco.

Ἀσυλλίς. dicitur à Pythagoricis lactuca genus rotundū ac minima radice & latis foliis.

Ἀσύλα. herba quæ à Romanis ferus oculus dicitur authore Plinio.

Ἀσὺμπλήρω. plenum, quod non est contractum nec concidit.

Ἀσφάλιον, siue

Ἀσφαλπίς. secundum Archigenem trifolij genus est maiore folio quo utuntur coronarij.

Ἀσφαλπίς. sic à quibusdā dicitur proprio nomine postrema e lumborum vertebra.

Ἀσφαλός.

ἄσφαλτος. bitumen. Est pinguis & oleosus succus plurima aërea & ignea substantia temperatus, levis & flammam promptissime concipiens. Duam generum est, unum liquidum, alterum fossile. Liquidum seu spuma quaedam est aquis innatans, praesertim in mari mortuo, in quo operamentum colligitur, cuius probatio est, ut purpure modo splendeat, sitque ponderosum ac validum odorem vibret. Id molle quidem est dum innatat, postea vero resiccatum pice sicca durius euadit. Innatat vero & fontibus quibusdam tam crassum, ut limus possit videri. & saepe quidem in ipso vase diu asseruatum, per se inspissatur, vel coquitur in cacabis aneis aut ferreis. quod cum sit, solet quidem accendi, sed lineo panno aquis madido restinguitur: Fossile vero siccum è terra eruitur, lapidum aut carbonum modo nigrum, splendensque picis instar. Sunt autem bituminum varia admodum differentia, & multa earum nomina, quod varium multis in regionibus proueniat. Hinc etiam factum est, ut de eo plurimi diuersa scripserint. Nam liquidum quidem alij ἔλαιον, quia olei simile sit propter pinguitudinem. alij quod effluat è saxis πετρέλαιον appellauerunt. alij, ut in Babylone ναφθαλ. alij, κίφουραι, ut quibusdam placet. alij, ποσειδονίον: fossile vero alij γαζοπίον. alij σιμοδράκον ἢ δρακον λίθον. alij ἀνδρακὸν ὄρνυτον, id est, fossilium carbonem. alij ἀμπλιπὸν ἢ πῖν siue φαρμακίπιδον. alij vero ἡλεκτρον, id est, succinū. de quibus vide suis locis. Ceterum omne bitumen in tertio ordine calidum & siccū est, atque tenuissimum: ideoque ignem facillimè concipit, nec facile restinguitur, praeterea vero in medicina discutiendi, glutinandi & emolliendi vires habet, Estque ceratis atque malagmatibus conficiendis aptissimum, & emplastris, quae tūm Barbari, tūm ἰναιμα sine cruenta appellantur.

ἄσφαρτος. apud Atticos dicitur ὁ ἀσάρατος, de quo vide suo loco. significat etiam φάρυγγα ἢ βρόγχον, id est, guttur faucisque, ut scriptum est apud Hesychium.

ἄσφοδελος. hastula regia. herba est foliis porro similibus, scapo laevi storem gerente cacumimbus, ἀνδριεσκον vocant. radices longa, rotunda, glandibus similes, gustu acri. Eius praecipue radix est extergentis & digerentis facultatis, praesertim vero vsta cinis, proindeque alopecias sanat. Officina aphrodilum vocant.

ἄσφύξια. Est priuatio siue defectio pulsus in toto animali. Cum enim nulla usquam arteria videretur moveri, atque hoc per totum animal accidit, proprie ἄσφύξια dicitur: neque enim uni parti competit. Quae tamen, si rem ad veritatem exigas, in corpus viuum nunquam incidit, in quo una cum arteriis cor nunquam moveri definit. verum saepe tam exilis est, à contrariis naturae causis, aut tam occultus, propter multa corpora arteriis obiecta, ut deprehendi omnino non possit, sicut in mulieribus hystericis. Quod si in quibusdam partibus arteriae moveri videantur, in aliis vero immobiles sint, iam non ἄσφύξια erit, sed differentia species in longitudine pulsus, ut annotauit Gal. lib. 1. de praesag. ex pulsibus.

ἄτακτος. nomen est compositi medicamenti ad podagram vtilis, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 11.

ἄτακτος σφύξις. inordinatus pulsus. Est pulsus inaequalis in pluribus pulsationibus magnitudine, velocitate, frequentia, vehementia, aut aliter imparibus, nullam prorsus circuitus formam retinens. Hinc contrarius est ordinatus: qui, quoniam omnes inaequales sunt, in eo differunt, quod hic paritatem certis circuitibus tueatur, ille confusus undequaque sit. Sed cum ordinatus & absolute & secundum quid dicatur,

DEFINIT. MEDIC.

inordinatus tamen ex toto seu absolute tantum dicitur, ut qui nullum prorsus circuitum ordinem conferret, sed præter paritatis corruptionem, ordinem quoque periodorum similiter inæqualium corrumpit. Ab iisdem causis inducitur à quibus & inæqualitas, sed semper firma fixaq; est ordinatis, instabilis autem & non fixa inordinatis. Itaque cum & ordo & æqualitas admodum amica sint naturæ, patet magnam esse in inordinato pulsu naturæ offensam, quòd in eo ambo sint deprauata: in ordinato verò qui inæqualis est, alterum.

Ἄτᾶλυμ. prunus arbor. Huius meminit Nicander inter cerussa alexipharmaca, quæ locum, ut & reliqua omnia Dioscorides prosa oratione reddens, videtur prunum tanstulisse.

Ἄπνις. θρασύ. audax apud Hippoc. sicut interpretatur Gal. comment. εἰς τὸ πρὸ ἐπιλύω. Ἄπέραμα. dicuntur apud Hippocr. dura, & quæ magna cum difficultate concoquantur: ut ἀπέραμοι ὕδαρ, aqua indomita & incoctilis, quanquam propriè de leguminibus dici consueverit.

Ἄτᾶνλον ἦ

Ἄτᾶς. est ultima colli vertebra, dorso scilicet proxima. Sic dicta est tum quòd reliquos colli articulos sustineat, tum quòd ferendis oneribus potissimum laboret. Sunt tamen qui commutato ordine primam vertebam sic vocari putent.

Ἄτόμορ. medicamentum quod sterilitatem affert, & concipiendi facultatem adimit.

Ἄτομορ. sic dictum fuisse à quibusdam helleborum album habetur apud Dioscoridem. ubi tamen ἐπιτόμορ legendum arbitror, quòd Hippocr. non alio ferè nomine appellavit helleborum ipsum, præcipuè que nigrum.

Ἄτομορ. infirmum, imbecillum. Scribonius Largus in descriptione hieræ scribit ἄτομορ dici vitium stomachi, quod cum siccitate & ardore eius, & irrequiebili inextinguibiliq; siti consistit. Sic autem vocari ait, quòd exiccet omnem stomachi humorem.

Ἄτος. dicitur à nonnullis τὸ βούτιορ, ut habetur apud Dioscoridem.

Ἄσσαξ. significat apud Hippocr. non modò fuscum, sed lignum etiam sagitta.

Ἄσκατυλις. herba est spinosa, duùm generum, una est cnico similis à plerisque ἀσκατυλιος dicta, ut author est Hesych. atque ab officinis etiam sylvestris carthamus dicitur. Altera hirsuta est, & carduus benedictus ab officinis omnibus & vulgò nominatur. Dicta est hoc nomine, quoniam eius scapo longo lauïque rustica mulieres sibi fusos conficiunt. Facultatem habet desiccandi & modicè digerendi.

Ἄτρίφαις. atriplex. herba est quæ radice una cohæret in altum descendente, non glabra, sed fibris quibusdam capillata, caulem fundens ramis brachiatum, quibus foliatum semen & obductum cortice promitur, racematim congestum, colore in luteum elanguescente & auri æmulo. ex quo alio nomine χρυσολάχνορ, id est, aureum olus appellari Dioscorides scripsit, etiamsi Plinius seorsum de utroque differuit, tanquam χρυσολάχνορ prorsus ab atriplice dissideat. Hoc olus ordine primo frigidum, & secundo humidum esse Gal. testatur, tepentem itaque sortiri calorem & aqueum minimè que terrenum perinde ut malua, & ventrem similiter permeare ob lubricitatem. Est autem atriplex duùm generum, una hortensis, altera sylvestris: illa humidior frigidiorque, hæc sponte nascens, & ab hortensi non nisi natalibus differens. Certum est nec eandem esse atriplicem cum spinachiis nostris, nec tamen multum ab iis dissidere.

Ἄσπι.

ἄσπις. dicuntur tam viri quam mulieres quibus anus aut genitalia perforata non sunt, siue id ex natura sit, siue ex morbo acciderit, carne vel membrana supercrescente & meatum obstruente.

ἄσποτα. est tabis species, inquit Celsus, in qua corpus non alitur, & naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis verò in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur: vel, est nutritionis defectus ex quo corpus emaciatur. Symptoma est functionis naturalis, alimentum malè trahentis, vel retinentis, vel concoquentis, vel superflua malè expellentis, unde sequitur nutritio debilis, & à perfecta assimilatione deficiens. Ea autem accidit aliquando corpori uniuerso, interdum verò uni tantum particula. Itaque quicquid nutrimentum non sentit, necesse est vel unius facultaris vitio id patiat, vel plurium. Nam siue minùs quam par sit trahatur alimentum, siue non trahatur prorsus, siue perperam trahatur, atrophiam succedit: similiter si retentrix facultas malè contineat alimētum, quantumuis probè attractū, atrophiam inducet. Quod si facultatibus iis legitime suo munere functis, vis concoctrix τῆ ἀσπις laboret, quacunque id ex causa fiat, corpus similiter ali desinet, fietq; atrophiam, vel saltem ἡ κερσοειδία, atque inde κερσοειδία, alimento corrupto versòq; in alienam qualitatem. Postremò verò expultrix malè munere suo fungens accersit atrophiam, aliquando parcius quàm deceat expellens superflua, aliàs autem immoderatiùs. Si namque parcius excrementa propellantur, mox corpus totum vel pars aliqua excrementis variis redundabit, à quibus vasorum obstructions factæ non alimentis modo & calori nativo influenti à corde viam præcludent, ut fit in ischiade, sed naturali etiam partium temperie vitiata, calidam & siccam intemperiem inducent, ex qua alimentum prodire necesse est biliosum, acre, tenue, non facile parti adhærescēs quæ nutriri debet, & mox per cutem euanescens. Quòd si immoderatiùs expultrix facultas agat, idque vel propter vim retentricem grauata, vel propter excrementorum copiam aut acrimoniam, vel propter propriam sui ipsius imbecillitatem, per quam id etiam quod utile est profundit per aluum, vrinas, sudores aut alio quouis modo, tandem alimenti probi materiaeq; defectu corpus cibum non sentiet & ἀσποτα euadet, sicut Gal. visum est in lib. de caus. sympt. ubi à morbis inductā maciem ἄσποτα nomine comprehendit. Sed magnis quidem & acutis morbis velociter, mitioribus autem & diuturnis sensim succedit. Quæ autem causæ atrophiam in toto corpore, eadē in singulis partibus eam inuehere possunt, sed maximè in oculo, unde ἀσποτα dicitur affectus oculi, quo totus oculus minor, humilior, obscuriorque redditur. Talis autem maximè euadit ex vehementi capitis dolore, & per febres acutas, ad hæc incisione & perforatione caluariæ, sed maximè ex ipsius oculi siccitate. Differt autem eius ἀσποτα ab eiusdem κερσοειδία, quòd hæc pupillam solam angustiozem, obscuriozem & rugosiozem efficit, illa verò oculum uniuersum.

ἄσποτοι. dicuntur, ut ait Plinius lib. 22. cap. 25. qui cibum non sentiunt, id est, qui non aluntur. Idem verò lib. 28. cap. 9. ἀσποτοι interpretatur eos qui ab imbecillitate vires recolligunt. Sic enim de lacte scribit, Et bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus, quos ἀσποτοι vocant.

ἄσπις. nomen est emplastri quod habet Squamæ aris P. * V I. fuliginis P. * X V. ammoniaci tantundem, resinæ terebinthinæ liquidæ P. * XXV. seui taurini tantundem, aceti heminas tres, olei sextarium. Recenset & Gal. lib. 1. τῆ κερσοειδία

DEFINIT. MEDIC.

aliud Attalicum emplastrum, quod thus & piper continet, ab hoc diuersum.
 ἀτταλικὸν. nomen est antidoti ad stomachicos & cibum fastidientes, cholericos, celiacos
 & dysentericos utilis: cuius compositio habetur apud Gal. lib. 7. τὸ πικρὸν
 αὐασις. dicitur authore Galeno in stirpibus, quod in animalibus rarus. fit enim utriusque
 ab immodica siccitate.

αὐασις. morbus quidam deficcans sic ab Hippocrate nuncupatus. quidam legunt αὐασις.
 αὐασις. gemma quae & Callais alio nomine dicitur.

αὐασις φάρμακον. dicitur medicamentum quod eadem die, qua adhibitur est, me-
 detur aut iuuat. Eius generis duo habentur apud Gal. lib. 9. τὸ πικρὸν ad lienis
 affectus. Et ab Aëtio lib. 10. describitur φαρμακὸν quidam Asclepiadae αὐασις φάρμακον
 ad splenem scirrhosum.

αὐασις φάρμακον. eadem ratione qua & αὐασις φάρμακον dictum. quod scilicet eadem hora
 medeatur.

αὐξήσις siue

αὐξήσις. auctio, augmentum, incrementum. Est partium corporis solidarum ampliatio
 in longum, latum, & profundum. Est actio seu opus naturae, ab eius facultate au-
 ctrice profectum, quam nulla ars imitari potest, quod sit solius naturae proprium
 munus. Eius autem materia qua eiusmodi incrementum perficit humidum est pri-
 migenium quod & radicale appellant, singulis corporibus ab ipsis naturae primor-
 diis insitum. ex quo ut unumquodque primum existit, ita postea augetur, quod
 quia, non aliter quam calor natiuus, pabulo indiget quo conseruetur, ideo corporis
 incrementum sine alimento magnum esse nequit. Breui namque humidum illud na-
 turale exarescat necesse est, nisi subinde humore aduentitio instaretur. Est igitur
 iis quae augetur necessaria nutritio, quod nihil tam sit illi aduersum quam sic-
 citas, sicut e contrario aliis naturae functionibus obeundis nihil magis est contrarium
 humiditate. Siquidem ad incrementum cuiusque corporis necesse est id ipsum disten-
 di in tres dimensiones, cōtinuitate sua seruata minimeque diuisa. Ergo quod auge-
 tur humidum sit oportet, non siccum, quoniam sicca corpora minime sequacia sint,
 nec facile extendi possunt. Solius autem naturae opus est corpus, quod continuitate
 suam & speciem quam prius habuit uniuersam seruet, in omnem partem extende-
 re. Itaque si humidorum corporum auctio est, patet eam non esse in animantium cor-
 poribus perpetuam, sed tamdiu fieri, quandiu corpora humida fuerint, hoc est, ab eo
 tempore quo animal editum in lucem est, usque ad aetatis vigorem. Eo namque toto
 tempore auctrix virtus dominatur, habetque auxiliatrices & veluti ministras alte-
 ratricem atque nutricem. Inclinate autem aetate, quoque propius ad senectutem
 corpus accedit, cessat ab opere, propter partium solidarum siccitatem. Siquidem pri-
 mum intra uterum alteratrix & formatrix facultas componendo fingendoque
 foetui praecellunt, & primas partes sustinent, postea vero ubi perfectam magnitu-
 dinem corpus adeptum est, alteratrici atque nutrici inferuunt. Est enim formatri-
 cis, seu generatricis facultatis opus congruam speciem formamque fingere & perficere,
 auctricis vero in omnem partem proferre quae perfectam formam habent ge-
 nitaeque sunt. Quippe augetur id quod est, gignitur id quod non est. Sunt au-
 tem solidae corporis partes quae augetur, arteriae, venae, nervi, ossa, cartilagineae,
 membranae, ligamenta, tunica, & si quae praeterea eiusmodi sunt particulae elemen-
 tares,

tares, similes, & simplices dicta, non etiam caro, adeps aut humor, quæ quamuis supra modum increuerint, ut in athletico habitu cernere est, veram tamen auctiōnem non admittant, de qua impræsentiarum agimus.

Est & æquius tempus morbi mediū inter eius principium & statum, quo morbus ipse ingrauescit, quod aliis nominibus ἀγβάσις & ἐπίδοσις appellatur. Id non est facile in uniuersum definire: siquidem singuli morbi suum habent, ijque cæteris manifestius, quos humor excitauit. Nam in eo quem crudus & putris humor parit, ueluti in febre putrida, obscura eiusdem concoctio ut principio finem adfert, ita augmenti initium est: eadem uero ubi manifesta esse cæperit, augmenti finis est, & status initium. Similiter in phlegmone quando sanguinis influxus cessat, & sanguis putrere incipit, & calor accendi, & pars multum distendi, augmentū phlegmones est, donec pus manifesto appareat. Sic in omni distillatione, quando humor minor & crassior influere incipit, augmenti initium est. Itaque in crudis morbis totū id tempus quo ab obscura concoctione ad manifestam morbus progreditur, augmentum dicitur. Hoc enim tempore symptomata ingrauescunt, & accessiones, quas ferè omnes eiusmodi morbi habent, non modò anticipant, sed longiores etiam & uehementiores & maligniores euadunt. Neque enim, ut scribit Gal. sola anticipatio augmenti signum est, ut quæ ob morbi proprietatem sæpè contingat, sed plusquam proportio exigit anticipare, adiuncta simul longitudine & uehementia. uide καυός. **Αυστηρόν.** austerum. Id dicitur quod modicè adstringit. Sola enim adstringendi imbecillitate differunt austera ab acerbis, quæ στυφία appellantur. Cum enim adstringens commune genus sit acerbi & austeri, acerbum magis, austerū minùs adstringit. Itaque pro adstrictionis ratione licet & de singulorum substantia iudicare: cum enim adstringens facultate frigidum sit & terrenum, perspicuum est austera, quoniam minùs adstringunt, minùs etiam terrena frigidaque esse. Plus enim aquei humoris habet quam acerba, ex quo plerique definierunt austerū nihil aliud esse quam acerbum humore exolutum, id quod etiam sensu licet iudicare. Acerba enim sentiuntur stipare, contrahere, & contactam nostri partem ex omni parte atque equaliter introrsum pellere, nec tamen ipsa intro ferri & se in corpus nostrum insinuare: austera uero etiam in profundum subire uidentur, atque ideò asperum quendam & inaequalem mouere sensum, tanquam resiccantia & humorē omnem corporum sensibilibium depascentia. Sunt autem in austerorum genere, alumen, malicorium, cytini, galla, præsertim quæ matura est (siquidem immatura magis acerba quam austera est) præterea fructus plurimi, quorum alij natura tales sunt, ut malum, pyrum, punicum: alij uero propterea quòd nondum maturi sunt. In illis enim per initia acerbitas præpoller, deinde austeritas, postea dulcedo sentitur.

Αυστηρός. dicitur apud Hippocrat. uinum huius anni, quasi αὐστηρός, sicut & idem βίονος πρὸς αὐτὸν appellat, quasi πρὸς αὐτὸν, hoc est, πρὸς αὐτὸν.

Αὐτόθεμον, αὐτοκίνητον. id est, quod per se mouetur. apud Hippocr. lib. πρὸς ἑλδμὰς δαμ.

Αὐτοπυρίτης ἢ

Αὐτόπυρ & ἄγριος. panis est, ut ait Celsus, cui nihil furfuris ademptum est. Gal. lib. 2. de aliment. panē αὐτόπυρον dici prodidit, quòd αὐτὸς ὁ πυρὸς, id est, ipsum triticum totum nulla sui parte ablata in panificium cedit, atque ex omnibus farina sua partibus citra ullam detractiōnem constet, fufure tantum leuiter succreto, sic ut inter fufu-

DEFINIT. MEDIC.

- raceum & similagineum medius sit. Fieri autem solet, ut ipse scribit, quoties triticum generosum non est, generosum autem vocari, quod similaginis plus habet quam furfuris. Eundem vero etiam σωμασόν appellari tradit. Latini mediū panem vel cibarium videntur appellare.*
- Αὐτόξεντος. dicitur resinæ species quæ sponte profluit, in Laconia & Cilicia optima proveniens.*
- Αὐτοχέδιον. vocabulū est Empiricorum proprium, quo artis suæ speciem unam designabant. Eo namque vocabant experimentum, ad quod capiendum dedita opera venissent, siue per somnia, siue aliter admoniti. Vide in dictione ἐμπειρικὴ.*
- Αὐτοψία. vocabulum est Empirica sectæ proprium, quo significabant memoriam eorum omnium quæ frequenter & eodem modo visa essent. vide ἐμπειρικὴ.*
- Αὐχλῶ. cervix, collum. Gal. comment. in Prognosticum author est Hippocrat. ὠχλῶν τὸν τράχηλον indifferenter appellare: de quo vide in dictione τράχλος. Transfertur autem hoc nomen etiam ad ossa, in quibus ὠχλῶς vocantur tenues ossium ἀρφύσεις, hoc est, processus in caput crassum ac rotundum desinentes. Hos à similitudine quam cum propriè dicta ceruice habent, sic vocatos esse non est dubiū: ut enim ceruix gracilis est, & caput crassum rotundumque sustinet, sic illi tenues in crassum & rotundum corpus extuberant, alioqui si non in rotundum aliquod, sed in acutum desinant, iam non ὠχλῶς, sed ὑπερώται vel τὰ κόρανα appellantur, ut scripto reliquit Gal. lib. de ossibus. quanquam non hi modò qui in capita ita protuberant, sed qui latiores etiam redditi sinum constituunt, cui aliud os coarctatur, ὠχλῶς dicuntur, sicut in scapula conspicitur, cuius arctior pars ante sinum cui humerus inarticulatur posita, ceruicis nomine ab Anatomicis donata est.*
- Αὐχμῶς. squalor. Propriè significat temporis constitutionem extremè siccam. Hippocr. tamen abusus est quodammodo eo nomine lib. 1. τῆν ἐπιδημιῶν, ubi eam aëris constitutionem quæ plus quidè a quò sicca fuit, nec tamen absolute, non valdè usitato nomine ὠχμῶν appellavit, ut annotat Gal. comment. in eundem librum.*
- Ἀφάειμα. dicitur tertium genus alicæ grandissimum, ut ait Plinius. vide τῆν ἰδέσ.*
- Ἀφάκη. aphace. herba est nascens in aruis, folio tenui, paulò altior lenticula, & maiores siliquas ferens, in quibus terna aut quaterna semina sunt nigriora & minora lenticula. Omnibus notis videtur consentire cum ea quàm rura nostra vocant agrestem viciam. Gal. aphaces seminum figuram dixit non esse rotundam veluti fabarum, sed aliquanto latiore, quo modo lentium. & hanc unà cum ipsis siliquis atque integra plàta à rusticis reponi, ut brutis pecudibus sint pabulo, & ut per famem etiam hominum alimonia inseruiant: verum non insuavia modò esse, sed concoctu etiam difficilia, atque aluum inhibere & succum melancholicum gignere. Est autem aphace sicca in tertio gradu, & calida in primo, atque adstringit ut lenticula.*
- Ἀφασμίλιον. ἡλαφασμίλιον. hoc est, confricata apud Hippocratem.*
- Ἀφείσις. apud Hippocr. lib. 3. τῆν ἐπιδημιῶν significat exolutionem & relaxationem omnium corporis partium, quæ perinde ac resolutis proiectæ & iacentes videntur, sicut Gal. in eiusdem libri comment. interpretatur. Latinus interpres languorem vertit.*
- Ἀφὴ ἄμμα. apud Hippocr. hoc est vinculum. τὰ ἀφὰ δ' ἄμμα.*
- Ἀφασμίλιον. ἡλαφασμίλιον. id est, quæ fricavit vel contrectavit, apud Hippocratem.*
- Ἀφθαί. sunt in oris superficie ulcera maligna & serpètia, ignea quadam caliditate prædita,*

dita, quæ præcipuè teneros adhuc pueros exercent, & sæpe consumunt. Interdum verò etiam viris & mulieribus accidunt, sed in his idem periculum non est. Hæc ulcera à gingivis incipiunt, deinde palatum totumque os occupant, tum ad uiam faucesque descendent, quibus obsessis, non facile fit ut puer cõualescat. Sunt autem modo subalbida, modo subrubra, modo nigra velut eschara, pessima & maximè lethalia sunt quæ nigra sunt. Quanquam verò nomen hoc propriè de ulceribus oris dicatur, aliquando tamen & in aliarum partium ulceribus usurpatur, veluti testium, ut videre est apud Gal. lib. 9. τῆν κατὰ τὸ πους, & apud Paulum lib. 3. cap. 54. qui ἀφθῶνας διδύμους curant, hoc est, testes veluti aphthis exulceratos. Hippocrates quoque de fistula palmonis dixit lib. 2. de morbis, ἡ ἀφθῶν ἢ σιελγῆ τῆ πιδίμουθ, πικρὸς ἰχθὺς βλαχός.

ἀφθα etiam nomen est τῆς ἀφθῶνς descripti à Gal. lib. 9. τῆν κατὰ τὸ πους, quo se usum testatur, quòdque idem est, paucis admodum variantibus, cum pastillo qui ab Aëtio & Paulo ἀφθῶν φελῶν appellatur, propterea quòd subere constat.

ἀφθῶν. is dicitur qui ἀφθῶνς patitur.

ἀφθῶν. dicuntur οἱ μαστοὶ καὶ αἱ θηλαῖ, ut ait Hesychius, hoc est, ubera & mammae.

ἀφθῶν. apud Hippocratem significat τὸ ἀφθῶν πρῶτον, id est, stercus, ut annotat Galenus comment. πρὸς τὴν διαίτης ὀξείας.

ἀφορισμός. Est sententia quæ omnes rei proprietates brevissimis verbis complectitur.

Est autem ea scribendi ratio & ad primam institutionem, & ad illa quæ quis didicit retinenda, & quorum oblitus fuerit, postea in memoriam reuocanda maximè utilis, iisq; valdè conueniens qui brevi tempore longam artem docere cupiunt. Summa enim rerum capita, atque in paucis verbis vim maximam continet, ita tamen ut in pluribus singulorum aphorismorum fidem probari satis sit.

ἀφορμὴ. occasio. Dicitur solet ab Hippocrate & ab omnibus ferè antiquis medicis, omnis materia rei, ἀφ' ἧς ὀρμὴ γίνεται, hoc est, à qua motus initium fit ad sequentes actiones, siue pecuniæ, siue aliud quiddam quod possides, siue potentia quædam sit, siue locus, siue fides, siue actio, siue causa, siue, ut uno verbo complectar, aliud quiduis. Sunt tamen qui existimauerint ab Hippocrate ἀφορμὰς dici, locos prius affectos, ex quibus alij postea afficiuntur, idq; ex iis dictis Hippocratis ostendi quæ habentur lib. 6. τῆν ἐπιδημιῶν, in hunc modum, τὰς ἀφορμὰς οὐκ ἔστιν ἡγεῖσθαι καὶ μὴ σκεπτικόν. quæ tamen significatio cum particulare quid designet, sub illa uniuersali facile continebitur. Nam & historici & philosophi ἀφορμὰς dixerunt hominum actiones, quòd de illis etiam disputandi occasionem præbeant. similiter & eo loco Hippocrates ἀφορμὴν appellauit, undecunq; morbus initium duxerit. Nec morbis tantum ea vox conuenit, sed omnibus etiam omnium hominum actionibus, sicut Galenus annotauit comment. 3. in lib. 6. τῆν ἐπιδημιῶν.

ἀφροζα. desipit, non est mentis compos, apud Hippocratem.

ἀφροζαλα. spuma lactis, siue lac spumosum, hoc est, tantopere agitatum, ut totum in spumam versum sit, remedium aduersus calidam ventriculi intemperiem præstantissimum, & inter laudatos cibos à Romanis habitum.

ἀφροδισίας. dicitur τὸ ἀφρορ. Apuleius latinè veneriam reddidit.

ἀφροδισιακῶν κλασίων. nomen est trochisci apud Galenum lib. 7. τῆν κατὰ τὸ πους utilis ad hæmoptoicos, celiacos, disentericos, & eos qui stomachi fluxionibus laborant. descri-

DEFINIT. MEDIC.

bitur & à Paulo Aegineta libr. 7. cap. 12.

ἀφοδάειον. nomen est aridi medicamenti, quod constat thure, squama aris, malo Punico, amylo, cerusa pari pondere inter se mixtis. Eo Paulus vititur ad implenda cana ulcera quæ pura sunt, lib. 4. cap. 40.

ἀφοδάειον etiã collyrii nomen est, quod describitur à Galeno lib. 4. τὸ πόνος, & ad Philotam authorem refertur.

ἀφοδίτη. emplastrum est ad multa commodum, quod geminũ ab Aëtio describitur lib. 15.

ἀφοδίτης λουτήριον. sic dictus est à quibusdam ὁ διακίτης, ut habetur apud Dioscoridem.

ἀφολιττον. aphrolitrum, hoc est, spuma litri. medicamentũ est metallicum exiccatorium, instar triticeæ farinae album solutumque & molle, tantum differens ab aphronitro, quantum hoc à sale distat: est enim aphronitrum medium aphrolitri atque salis. Itaque quamvis aphrolitrum vim habeat detergendi & digerendi, quæ ex eius amaritudine, quam solam ferè insignem possidet, manifestò deprehenditur, vim tamen contrahendi, uti sal, non habet.

ἀφόν. emplastrum est cephalicum apud Aëtium lib. 15. quod alio nomine Barbarum Hera Cappadocis inscribitur. Est autem ad multa efficacissimum.

ἀφόνιζον. aphonitron. Species est nitri quod in speluncis nascitur & colligitur molle, laxũ, cãdidius, atque similis spumæ, compactum tamen congelatumque, non autem in farinae modum solutum, sicut τὸ ἀφολιττον. In speluncarum cameris vel pendens, stictatum instar, concrescit, vel excidens liquidum adhuc in terram defertur, iis quas dicitur qualitatibus prædictis. ex quibus apparet ἀφόνιζον multò esse tenuius τὸ ἀφολιττον. Pregnantibus enim, ut ait Plinius, sed nondum parientibus nitrariis, spuma colligitur, estque ob tenuitatem suam & ἀφόνιζον præcius & in summum emergens, simulque concrescens humor. Huiusmodi quidem est nativum ἀφόνιζον. Præterea verò quoddã factitium est nitri genus, præsertim in Ægypto ex Nili aquis, quæ nitrosæ sunt, in nitrarias infusis. Hæ sunt ad Neucratim, Nitriã & Memphim. In his, velut in salinis, quod tenuissimũ leuissimũque est spumæ modo supernatat, & colligitur, atque distinctis separatisque vocabulis ἀφόνιζον, id est, spuma nitri propriè appellatur. Neque enim idem est ἀφόνιζον & ἀφόνιζον. Illud enim nitri genus fossile est, hic verò nitrum factitium, quamvis Dioscorides utrunque sub nomine ἀφόνιζον τὸ ἀφόνιζον videatur comprehendere, solaque bonitate alterum ab altero discernere, primas Lydio, quod ἀφόνιζον est, ex Philadelphia Lydia oriundum: secundas Ægyptio, quod est ἀφόνιζον τὸ ἀφόνιζον, tribuens. Est autem ἀφόνιζον subtilium partium, amarum & abstergens: desiccatur ut sal, sed vim adstringendi non habet, ut scripsit Gal. lib. 2. τὸν κὲν κὲν. vide ἀφόνιζον.

ἀφροσίλιθος. lapis est quem aliqui ἀλιωλίθω appellat, quod imaginem Luna representet, velut in speculo. ob quod etiam ab Aëtio Ἀλφωίς dicitur & σφικλάριον, corrupto vocabulo quasi specularium. ut apud Galenum est, creditur comitali morbo vexatos iuuare.

ἀφροσκόροδον. est alij prægrandis genus, sic dictum quòd eo trito in oleo & aceto mirum in modum excrescat spuma. dicitur & ἀρροσκόροδον.

ἀφροῦπτα. spumantia, bullas excitantia, apud Hippocratem.

ἀφροῦπις μικρον. spumosum papauer, quod & Herculeum appellatur. Quidam verò etiã τὸν αἰπυλον hoc nomine appellant, ut scripsit Galenus.

ἀφύα.

ἄφρα. ἀφραδίαινετι. id est, dealbatur, & colorem aphyæ habet, apud Hippocratem.

ἄφραδης. quod aphyæ colore simile est, apud Hippocratem.

ἄφρα. vocis priuatio. Est paralysis instrumentorum quibus vox fingitur. Fit vel læsis organis vocis, quæ sunt guttur & muscoli ipsum mouentes atque nerui, ij præsertim quos recurrentes vocant, vel ipso principio neruorum affecto. Sed & omnes ferè dissectadi professores, in utroque latere unum esse neruum soporariis arteriis inherescētem existimant, quem si laqueo intercipias aut disseces animal cōfestim mutum reddetur, ut libello de neruorum dissectione à Gal. scriptum est. Cæterum ob quas causas contingat ἰ ἀφρα, multis verbis Gal. lib. 4. de locis affectis explicauit.

ἄφρα. mutus: communi quidem significatione is dicitur qui vocem edere non potest, quacunque tandem de causa id contingat. Verùm Hippoc. ἐκ τῆς ἀφρας, tanquam notissimo symptomate nominat innuitque illos qui ne alium quidem motum ullum τῆν ἐπεώρεσιμ retinent, nec quicquam omnino sentiunt, sed iacēt eodem modo quo apoplectici, sine sensu pariter & motu. Est enim vox actionum omnium præcipua, quæ ἐκ τῆς πεώρεσιως proficiscuntur, ex cuius noxa voluit Hippocr. κατ' ἰσοχίμ reliquarum quoque actionum quæ fiunt ἐπεώρεσιμ offensionem significari. Sed offensis quidem iis nō semper sensus perit, quamobrem scriptum ab eō est, ἀφραδης ἀφραδης σύμβαινε γίνεσθαι. Interdum verò sensus unà cum motu aboletur, quo mali genere laborantes ἀφραδης καὶ ἀφραδης appellant: dicitur enim κατ' ἰσοχίμ proprie toto in corpore repētina sensus atque motus priuatio. De his qui hoc modo ἀφραδι euaserūt, cum multa scripta sunt apud Hippoc. tum maximè aphorif. 5. lib. 5. & aphor. 51. lib. 6. & aphor. 58. lib. 7. ut in eorum commentariis Galen. annotauit.

ἄφρα. duplex habetur apud Aërium, utrumque ἐκ τῆς ἀφρας. & de genere collyriorum τῆν ἀφρα. Est & aliud ἐκ τῆς ἀφρας ἀφρα apud Gal. lib. 4. τῆν ἐπεώρεσιμ ex Asclepiade perinde atque qui habetur apud Aërium ἀφρα: valet enim ad sistendam fluxionem, constans adstringētibus & refrigerantibus. Veruntamen ἐκ τῆς ἀφρας non est, quia erices fructum non recipiat, cuius loco rosas habet.

Sunt & alia duo ἀφρα ἀφρα, ex genere τῆν ἀφρας ἀφρας, quorum unum habetur apud Celsum lib. 6. quod verius inter collyria τῆν ἀφρας & ἀφρα censeri debet. Namque inflammationibus oculorum protinus medetur, & multam continet acaciam. Alterum ad Antiochum refertur, & describitur à Marcello lib. 8.

Est & ἀφρα antidoti nomen quam describit Aërius lib. 13. cap. 109. & Marcellus similiter, qui mox ubi ea exhibita sit, mercedem ab ægro petendam consulit. Namque multi, inquit, qui citò curati sunt ingrati extitère, ideoque antidotus ipsa ἀφρα, quasi sine gratia, nuncupatur. Recipit autem, Casia, myrrha, piperis albi, piperis nigri, castorij, galbani, styracis, croci, costi, opij, spica nardi, singulorum par pondus, mellis quantum satis est. Datur magnitudine fabæ. facit ad omnia diuturni temporis purulenta in thorace, & ad hepaticos cum aqua mulsa, & ad colicos eodē modo, ad splenicos cum aceto mulso.

ἄφρα. est gemma quæ ex Sicilia fluuio eiusdem nominis, apud quem primùm reperta, nomen inuenit, varia non solum coloribus, sed etiam rerum imaginibus quas representat, non ab artifice aliquo depictas, sed ab ipsa natura formatas: ita enim discurrunt venæ & macula, ut modò palumbum exprimant, quam quæ ἀφρα appellant: modò cornu, quam κατ' ἰσοχίμ: modò arbusculam unam, duas, pluresve, ut interdum

DEFINIT. MEDIC.

nemus appareat, quàm δεισπραχίτιω: nunc verò effeda, flumina, volucrum quoq; species & iumentorum atque etiam hominum: quo sanè modò in achate Pyrrhi regis Epirotarum novem Musæ & Apollo citharam tenens spectabantur, non arte, sed sponte natura, ita discurrantibus, ut scribit Plinius, maculis, ut Musis quoque singulis sua redderentur insignia. Id genus achatas maximè fert India. Color illis est aut niger, aut fuscus, aut cinereus, aut similis corallio, limitum floribus, pelli hyenæ, pelli leonis, pelli pantheræ. illam λόντουρ & λοντοδέρου, hanc παρδαλίου vocant. Per eos verò colores, potissimùm qui primi dicti sunt, interdum venæ albæ transeunt, λονπραχίτιω vocant: interdum sanguineæ, quam αιμαχίτιω: aliàs sarda modo rubentes, quam σαρδαχίτιω nuncupant. Quanquam verò è Sicilia fluvio nomen dicuntur accepisse, attamen in multis etiam aliis regionibus reperitur, ut annotavit Plinius. Nomen apud Gallos retinet, qui eam unius literæ immutatione, agathæ appellant. Ex achate, eo præsertim qui λόντα & appellatur, fit emplastrum quod δὲ ἀχίτιω appellatur, efficax aduersus ictus ferarum venenatarum, tumores duros, liuores & strumas discutit, concoquit, suppurat & rumpit abscessus. Describitur ab Aëtio lib. 15. ἀχεδος. i. genus est fruticis sylvestris exigui alimenti & pravi succi: ut habetur apud Gal. lib. 2. de aliment. facult.

ἀχεωίς. dicitur populus nigra, ut author est Aristoteles, secundum Pausaniam verò candida, cui etiam interpres Homeri ad stipulatur duobus locis. Iliados. i. & π'. exponens λονκίω, quam tamen alios fagi speciem censere scribit. Idem ἀχεωίω scribit appellari, quòd ex Acheronte inferorum fluvio Hercules post Cerberi victoriam reuertens, eam reportarit.

ἀχίλλαις, ab Hippocrate, &

ἀχίλλεύς, à Theophrasto, dicitur hordei genus cui spica folio perquam proxima est, amplitudinis & crassitudinis maioris, ab Achille quodam sic nuncupatum, quem agricolam fuisse dicunt, ut annotat Gal. ἐν τοῖς ἁλωσιῖς.

ἀχίλλαι &. maza genus quæ ex hordeo, cui ἀχίλλεύς nomen est, constare dicitur.

ἀχίλλαι &. Achillea. Herba est fruticosa, scapos habens dodrantaes aut maiores ad fusorum effigiem, & circa eos folia pusilla, incisuris præcincta densis ex obliquo, segmentis coriandro non dissimilibus, subsalso gustu, subfuluo colore, odore multo nec insuavi, sed medicato, umbella in cacumine rotunda, floribus candidis, purpureis, & aurum emulantibus. Species quarta sideritis dici potest, nam & eam ἀχίλλαι & οἰδιεῖται Dioscorides dicit appellari. Dicta autem est ἀχίλλαι &, quoniam inuenerit eam Achilles discipulus Chironis, qua vulneribus mederetur. Facultatis est adstrictoria. Dioscorides à Latinis quibusdam supercilium terræ dici testatur, & ab aliis millefolium, quod nomen etiam Galli videntur retinuisse.

ἀχίλλαι &. genus spongiarum tenue densumq;, ex quo penicilli commodè fiunt, sic dictum quòd eo Achilles in curandis vulneribus quondam uti solitus sit.

ἀχίλλαι &. est superficiaria & tenuis exulceratio, totum ferè nigrum oculi comprehendens, aëri caliginoso assimilis & coloris carulei. Gal. in libello qui introductio seu medicus appellatur, non diffinit esse exulcerationem, sed cicatriculam à superficiaria exulceratione contractam. Non est dubium affectum hunc dictum esse ἀχίλλαι &, quæ aëris δόλωσις, id est, turbationem significat, cum medium inter nubem & nebulam habet crassamentum, ita ut quàm nebula quidem magis cõcreuerit, minus verò quàm

quàm nubes, ut exponit Galenus comment. 2. in lib. 1. prophet. ἀλλὰ Latini interpretes caliginem reddunt.

ἄχρῆς. pyrafter. seu pyrus sylvestris. Arbor est ramosa surculosaque, caudice rimoso & hiulco ferè cortice, folio circinato, floribus foliatis, fructu quoque turbinato, sed compressis acerbo & gustu adstringente. Pyrum eius non nisi tardissimè maturefcit. magis autem quàm reliqua pyra adstringit & desiccat.

ἄχρῆ species est τῆς καύλου nascentis in Arabia, quæ & ἀχρῆς dicitur, de qua vide in dictione καύλου.

ἄχρῆδης ἄπτος. acerosus panis. vide ἄπτος.

ἄχρῆς. dicuntur à Celso manantia capitis ulcera. Sunt autè tumores præternaturam in ipsa capitis cute excitati, tenuissimis foraminibus eam exulcerantes & saniem viscosam lentamque effundentes. Oriuntur hi plerumque furfuribus præcedentibus, & ferè etiam scabie, ut Crito scripsit. Non unus humor eos gignit, sed aliàs biliosus, aliàs melancholicus, maxima autem ex parte nitrosa & salsa pituita. Sunt autem οἱ ἄχρῆς τῶ καύλου, id est, fauo, non multum absimiles, nisi quòd hic maiora habet foramina, humore melleo referta, illi autem perexigua. Quamobrem inde nomen habuisse Galenus prodidit, quòd non amplum locum occupent, sed angustiis spatii conclusi tenuem etiam humorè contineant, ἀπὸ τῆς χύρου καὶ αὐτῆς καὶ μύρου.

ἄχρῆδης. genus est potionis ad ventriculum accommodatæ. fit autem ad varios usus, ut ad vètriculi robur, ad flatum, ad emolliendam aluū, ad purgandum. Nec est dubium sic dictam primùm fuisse quòd magna ex parte absynthio constaret. Postea verò etiam sine absynthio ex vino, melle, mastiche, & aliis aliquot aromatis composita est, addito etiam ubi purgare expedit, agarico, aloë, scammonia aut epithymo, prout corporis affectus & humor vitiosus postulat. A recentioribus dictum etiam fuit conditum huiusmodi potionis genus. Habentur apud Aëtium compositiones aliquot eiusmodi lib. 3. cap. 69. 70. 71. & lib. 9. in curatione alui adstrictæ, & ad finem lib. ultimi. ubi obseruandum nullam ex iis esse quæ ad aluū emolliendam mastichem non recipiat, ut ipse Aëtius scribit lib. extremo.

ἄχρῆδης οἶνος. vinum ex absynthio factitium, utile stomacho, hepatis & renibus. Eius verò faciendi ratio multum euariat. Nam differentes cōpositiones describit Dioscorides lib. 5. cap. 34. Item Columella lib. 12. cap. 35. & Constantinus Cæsar lib. 8. cap. 20.

ἄχρῆδης. absinthium. multiplex est, unum vulgare, Gallorum vulgo aluyna dictum, quod est frutex insigni amarore præditus, caule ramoso, foliis incanis, multipliciter sectis, aureo flore, partu rotundo, racematim coherentem. Id quia à Ponto veniret cæteris præstantius, Ponticum veteribus dictum fuit. minùs calfacit & extenuat cæteris, sed æquè resiccat, magisque adstringit, proindeque stomacho conuenientius est, ipsum corroborans. Aliud genus est marinum quod αἰθρῆς vocant. herba fruticosa, pratenuibus cirris, partu similis abrotano, exiguo semine, prægnansque, subamara, stomacho inimica; graui odore, linguam adstringens & leniter exalfaciens: inuenitur maximè secus mare in littoribus. Huius semen est quod vulgus barbotinam vel mortem vermium vel semen contra lumbricos vocat. Tertium genus est quod Santonicum dicitur, gentili regionis, ubi provenit, vocabulo, fruticosis caulibus, lentis, tenuibus, folio Pontici siue vulgaris absinthij, sed longè pluribus segmen-

DEFINIT. MEDIC.

ris digesto, candicante, aureo flore, copioso semine, mitiore multò amaritudine. Id autem stomacho dicitur aduersari. Sunt qui ἀψίνδιον uocatum dicant ἀψίνδιον, quod est tangere, sed per cōtrarium sensum, quòd nullum animal ob eximiam amaritudinem ipsum attingat. Id etiam ueteres Græci ἀπίνδιον, conformi etymo, quasi impotabilem dixerunt.

ἀψίνδιον. etiam à quibusdam dicitur ἰσχυρότατον, ut author est Dioscorides, forte ob amaritudinem quàm similem absinthio habet, eandemque ob causam etiam ἀψίνδιόμικτον à nonnullis dicitur, ut idem Dioscorides scripsit.

ἀψιρροον. retrorsum fluens, apud Hippocratem.

ἀψις φρενῶν. dicitur ab Hippocrate ἰσχυροφροσών, ut interpretatur Galen. comment. 3.

εἰς τὸ πρὸς διαίτησιν ὀξέων.

ἀψυχία. apud Hippocr. in prorrhethico dicta est ἀπὸ τῆς λεπτοψυχίας, ut eodem loco exponit Gal. & in interpretatione linguarum Hippocratis.

IO. GORRÆI

I O. G O R R A Æ I

P A R I S I E N S I S

Definitionum medicarum

T O B.



Βασίλειαι. dicuntur apud Athenam quæ à Gal. Βασιλα, pruna scilicet, ut putant, Damascena.

Βαδμίδες. sunt basæ quædam ac sinus in brachij sine humeri osse, utrinque singula, in quas cum extenditur flectiturque tota manus, ulna ipsius *νοσίου*, sine processus, ingrediuntur. Conditæ eæ sunt à natura ne vel præter modum flecteretur cubitus, vel tãtum etiam


extenderetur. Et in posteriorem partem recederet, quantum modo adducitur in anteriorem. Siquidem in anteriori humeri sede Et in posteriori similiter sinus cavus habetur, singulos ulnae processus excipiens, sic quidem ut anterior sinus priorem ulnae processum intra se recipiat, quãdò cubitus extremè flectitur: posteriorem verò posterior, si cubitus extendatur. Neque enim aliud sunt *Βαδμίδες* quàm summa extensionis inflectionisque termini. Propriè autem in brachio, sine humero dicuntur. Veniantamen ab Hippocr. non hi modò, sed ceteri omnes sinus in quibus recipiuntur ossium tubera sine processus, eo nomine appellantur, sicut annotavi Gal. comment. 1. Et Β' πδδ' ἀγμῶν.

Βάδρον. scammum. Recentiores medici, inquit Rufus, sic appellatunt organum quod Hippocrates multis in locis *ἐύλον*, in quibusdam etiam *ῥοδία* vocavit, eoque affixis crucibus Et pro organo Et pro scamno usi sunt. Struitur autem hunc in modum: Paratur lignum sex cubitos longum, latum duos, novem digitorum crassitudine, resupinaturque, Et quatuor alia ligna pedem longa extremis partibus rotunda, duo scilicet Et duo cum eius extremis iunguntur. huiusmodi ligna, quæ *φλοιὶ* ab Hippocrate vocantur, in latitudine perniis foraminibus pertunduntur, quibus continentur penetrantes axes, in medio clavos habentes, Et in extantibus capitibus manubriola ductaria ad convertendum. Totum lignum in medio usque ad alteram partem quatuor digitorum spatio iniecto caua habet, quorum altitudo pariter Et latitudo tres digitos æquet. Caua hæc Hippocrates *καπίτος* nuncupavit. Medium præterea lignum alterè in quadratam figuram excavatur, quo scalmus demittitur, qui *νευμπίτος* vocatur. Alias item habet *φλοιὶς* in medio ad similitudinem literæ n non inutiliter adiectas. Structura igitur Pasicrate authore huiusmodi est.

DEFINIT. MEDIC.

SCAMNVM HIPPOCRATIS.

- A. lignum quadrágulum sex cubitorum, latitudine bicubitali, crassitudine dodrantali.
- B. postes breues axes habentes.
- C. fossulæ.
- D. lignum teres in medio cauo infixum.
- E. postes pedales, lignum transversum, tanquam scalæ gradum continentes.



βαδύπικρον: dicitur hoc nomine à nonnullis ἢ ἀμίθρον, ut habetur apud Dioscoridem, nec dubium quin ob insignem qua præditum est amaritudinem.

βαίον. propriè dicitur palma termes cum suo fructu auulsus, παρὰ τὸ βλάττωσθαι. Est & βαίον malagmatis nomen quod describitur à Paulo Aegineta lib. 7. cap. 18.

βαίονον. herba est similis dictamno vel pulegio, ut scribit Hesychius.

βαλχάειος. Est herba fruticosa, generis coronarij, folio aspero, magnitudine inter violam & verbascum, anguloso caule, cubitali altitudine, subscabro, circa quem caudiculi agnascens modo sobolis funduntur, floribus in purpura candicantibus, radice veratri nigri, cui inest odor cinamomo proximus, gracili solo nec hamido proueniens. officina eam non nouere. Rura alicubi diuæ Mariæ chirothecas appellant. Ex eius radice, quod grati odoris esset, unguentum olim fiebat quod βαλχάειος ab Hippocrate vocari Galenus commemorat ἐν τοῖς γλωσσεῖς.

βαλουῖον. balineum, siue balneum. Id dicitur quod sudandi, lauandi, detergendiq; corporis vsibus est deputatum. Cùm simpliciter dicitur, dulcis aquæ intelligendum est. Constabat veteribus ex quatuor partibus varia facultate præditis: siquidem primum ingredientes in aëre versabantur calido: postea in aquam calidam descendebant: mox ab hac egressi in frigidam: postremo sudorem detergebant. Primam partem Celsus Laconicum, Vitruuius ὑπόκλυσιον, alij προμαλακτικῶν appellant, ut ait Gal. quod in ea corpus præmolliri solet. In hac enim parte qui lauari debent primum versabantur, antequam lauacrum ingrederentur. Constabat solo aëre, eoque triplici, primum tepido, deinde mediocriter calido, postea multum calido. Sic enim sensim blandèque corpus incalescit, meatus aperiuntur, densata partes densatæque humores liquantur atque funduntur, contenta sub cute vacuantur, calor, vapores, humores & excrementa foras vacuantur: hæc enim commoda ex ea prima balnei parte proueniunt. Ab ea in secundam ibatur, via quam fieri poterat breuissima: tepidarium & caldarium Vitruuius vocat. Constabat tribus aquæ solis: primum tepida, secundum mediocriter calentis, tertium calida erat. Huius opus est per se quidem calefacere, humectare, vias aperire, densata fundere, laxare, euocare, mollire, lenire, coquere, somnum conciliare, per accidens verò refrigerare, eductis fuliginosis excrementis & foras euocato calore febrili (quanquam & per se refrigerare possit, propter

propter aquam quæ potestate frigida est) exiccare, euacuare, discutere flatus, digere-
 re per halitum & corpus extenuare, pro modo scilicet caloris & temporis quo quis
 in eiusmodi solis diuersatur. Cæterum hæc ampla esse expedit. Siquidem in amplo
 solio membra liberiùs expanduntur, corpùsque faciliùs volutatur, in quo tamen nec
 moueri vehementer utile est, nec vociferari, ne nimio clamore fluxio in thoracẽ pro-
 uocetur, præsertim phthisicis & quibus imbecillum pectus est: sed habitum corporis
 in eo decentem & compositum esse oportet, quòd incuruato corpore & partibus
 musculi conuexarum quidem partium tenduntur, concauarum autem comprimun-
 tur, ex quo & pori clauduntur & corpus molli lenitque prohibetur. Tertia verò
 balnei pars, quæ Vitruuio frigidarium dicitur, cõstabat similiter tribus aquæ solis,
 quorum primum aquam mediocriter calètem, secundum tepidam, tertium frigidam
 contineret. Per has enim aquarum differentias transeundum erat, præsertim agro,
 qui subitas mutationes ferre non potest, ut sani: hi enim celeriter statimq; à calida
 in frigidam deducendi sunt, si eorum natura, vires, & consuetudo permittant. Ab
 ea corpus refrigeratur, cutis cogitur, meatus clauduntur & densantur, calor, spiritus
 & humores introrsum repelluntur, atque immoderatum substantiæ effluuium com-
 primitur, totumq; adeo corpus per accidens calidius redditur, clausis videlicet me-
 tibus, ne calor tam natiuus quàm ex calida lauatiõne ascitus expiret. Demùm ve-
 rò quarta balnei parte exiccabatur corporis mador, sordes strigili vel pannis asperis
 detergebantur, cutis fricabatur, & oleo aliquo conueniente inungebatur. Sic qui-
 dem se habebãt quatuor balnei partes, quas domos aliqui appellant, in quas tamen
 omneis nec necesse fuit semper ingredi, nec similiter singulas earum differentias ex-
 periri, nec eodem semper modo, sed his atque illis aliquando plus, aliquando minus
 utendum pro natura, viribus, ætate & habitu lauantis, & pro temporis aërisq; con-
 stitutione. Vt enim balneo quibusdã in totum uti nõ licet, sic multis satis est unam
 vel alteram balnei partem experiri, & alias fugere. Pleno ventre plenisque intesti-
 nis nemo balneo se tutò committat, quòd sic faciliè iecur noxam cõtraheret, humor-
 que crudus in totum corpus raperetur, ut nec in principio aut augmento morbi, pro-
 pter carnis cutisque constipationem & humoris cruditatem, nec in copia crudorum
 succorum maioribus in venis scatente, nec imbecilla parte aliqua principe, ut ven-
 triculo, iecinore, liene & pulmonibus, quod à balneo fusos humores magno sanitatis
 detrimento exciperent. Ad eundem modum à prima balnei parte abstinere debent
 quibus calida & sicca intemperies est, siue naturalis, siue morbifica, fueritque iis a-
 bundè in secunda balnei parte lauati, quam quidem sicut calida & sicca natura ap-
 perunt, sic fugere debent humida & calida, & qui similibus morbis laborant. Ter-
 tiam calida & sicca natura & affectus consimiles exposcunt, dehortantur autem
 frigida & humida natura, morbi eiusdem generis, sanguinis paucitas, carnis nudi-
 tas, & corporis gracilitas. Propter quæ quanquam in hecticis à frigida periculum
 impendeat, tamen quoniam in iis agentem aliquid vel periclitari oportet, præstat
 nos ad summam illam hecticorum intèperiem attètos, eos ducere in frigidam, quàm
 eius incommoda metuètes, ab ea arcere: neque enim ex frigida lauatiõne error mor-
 tiferus est aut immedicabilis. Hæc quidem de dulcis aquæ balneo dicta sunt. Præ-
 ter id balnea quedam sunt medicamentosa, eaque vel naturalia sunt, vel arte præ-
 parantur. Naturalia quidè nitrosa, salsa, aluminosa, bituminosa, sulphurea, & quæ

DEFINIT. MEDIC.

ferri ærisque vim obtinent: arte verò parantur si in aqua dulci calamintha, amaracum, hyssopum, lauri baccæ, rosmarinus, lapis pyrites, sal, fex vini vsta, nitrum, pumex, sinapi, vna Taminia, coccus Cnidius & alia his similia mista fuerint. Hæc autem talia facultatibus esse, qualia sunt ea ex quibus constant, neminem latet, proindeque singulorum vires suis quæque locis requirendæ sunt.

Βάλανον ἐλαίου. oleum ex glande unguentaria siue myrobalano confectum. Conficitur autem, ut scribit Dioscorides, eodem modo quo amygdalinum. Vim habet aluum soluendi, repurgandi maculas, lentigines, varos, aurium dolorem, sonos tinnitûsque sedandi, si cum adipe anserino instilletur, sed stomacho aduersum est.

Βάλαον. glans. propriè intelligitur fructus roboris, quercus, esculi, cerni, ilicis, suberis. Hæc namq; arbores glandes propriè dictas ferunt. Sunt autem earum permulta genera, non specie tantum differentia, sed etiam sexu, sapore, colore, figura & magnitudine. Suum propriè cibus est, nec nisi in annonæ magna inopia arefactas glandes moli in farinam, spissarique in panis usum constat. Capitis enim dolorem & flatum in cibum sumptæ pariunt, & difficillimè concoquuntur & in venas transeunt. Decoctum tamen earum conuenit dysentericis, celiacis, sanguinem excreantibus, tritæque in pessa fœminis fluxione vuluæ laborantibus commodè subiiciuntur, & crudas inflammationes illitu leniunt. Dioscorides iligneas quereinis anteponeit.

Βάλαον. glans, pars penis. Est extremi penis carnosâ substâtiâ in glandis similitudinè facta, utrumq; penis meatû, quæ natura urinæ & seminis comunè effecit, cõplectens & ambiens. Hac autè parte meatus ille parum amplior est, quàm reliquo ipsius ductu, tandèmq; in extremo arctior denuo euadit, quo videlicet longiore seminis mora maior in concubitu voluptas excitaretur. Ex quo tamen simul fit, ut & gonorrhœa laborantibus & calculosis summus ea parte dolor sentiat. Urina enim acris ea parte copiosior affluens, tanto maiorem acrimonia sensum inuehit, quanto ibi diutiùs constiterit. Siquidem fieri non potest, ut in ea cavitâ conclusa, tota confertim simulque erumpat, propter meatus in extrema glande angustiam.

Βάλαον. glans. remedij genus. Est medicamentum quod in glandis formam effictum, sedi imponitur ad deiciendam aluum. Eius varius usus est. aliquando propter imbecillitatem ægri qui clysterem nõ potest admittere, interdum verò quòd excrementa in ipso recto intestino sint, præsertim verò in febribus magnis & ardentibus & quibus humor sursum repit, in quibus clysteres indere nociuum est. Expedi autem glandibus uti tum in frigidis capitis affectibus, cataphora, & delirio, tum in quibus immixtus clyster non reuertitur. Caterùm parantur varia ex materia, melle cocto, resina, pice, cera, bitumine, sicu pingui, radice panacis, & herbarum foliis intritis, vel salis etiam grumo: hæc vel per se & sincera, vel cum aliis confusa adhiberi possunt.

Βάλαον λιγυπρία, ἢ αἰδιονικὴ, ἢ ἀραβικὴ. iis nominibus dicta fuit à veteribus ἢ μυρεψικὴ, de qua paulò postea.

Βάλαον διός. glans Iouis. sic dicitur castanea, quæ in glandium quoque genere continetur. eadem alio nomine βάλαον σαεδιανὴ appellatur. vide διός βάλατος.

Βάλαον ὄβοικὴ. nux castanea.

Βάλαον μυρεψικὴ. glans unguentaria. Est fructus arboris myricæ similis, magnitudine auellanae nucis, cuius nucleus Græcarum nucum more tritus, humorem reddit,

dit, quo, vice olei, preciosa unguēta cōpingūtur. Nascitur in *Ethiopia*, *Aegypto*, *Arabia*, & *Petra* oppido iuxta *Iudæam*, à quo βάλανθ αιθιοπικη, θηβαικη, αραβικη, πετραια, ουελ κη και λιγοπλια dicta est. *Plinius* & *Aëtius* μυροβαλανθ appellunt. Praefertur plena, recens, candida, quae facile delibretur. Eius caro drachma pōdere vomitoria est, aluum largiter subducit & iecur lienemque expurgat. carnis succus multum calidus est, cortex autem plurimum adstringit. Sunt qui putent eandem esse, aut non longè dissimilem à nuce quae vulgo muscata dicitur. Quos vereor ne una haec res redarguat, quod veteres glandem unguentariam prodiderint vomitiones mouere, quas nobis nux muscata videtur sistere: aluum resolvere, quam nostra nux confirmat, & stomacho nō eam modò aduersari, sed & eius oleum, quo nihil nunc habemus stomacho gratius.

βάλανθ σαρδιανη. nux castanea, ideo dicta quod à *Sardibus* primùm venerit. eadem dicitur βάλανθ θηβαικη.

βαλανθου πιεσμα. glandis unguentariae succus, ut quidam volunt, vel eiusdē glandis expressa recrementum.

βαλανθι φοινικου. fructus palmarum, qui composita voce φοινικοβαλανθι dicuntur & δακτυλοι.

βαλανθισθου. balaustrum. flos est sylvestris punici, cytino similis. Tria eius genera reperiuntur coloribus distincta. candidum, fuluum, rosaceum. Succus ex eo exprimitur hypocistidis modo. Adstringit vehemēter, siccatur ordine tertio & refrigerat. Ideo sanguinem fluentem sistit. vide κύνθηθου.

βαλεις. κολυθης παραμικης, hoc est, concavitas oblonga, apud *Hippocratem*.

βαλεις. dicitur à quibusdam σικυς αγγριθου, hoc est, cucumis anguinus, ut habetur apud *Dioscoridem*.

βαλλωτια. ballore. Herba est caulibus quadrangulis, nigricantibus, hirsutis ferè ab una radice numerosis, folio marrubij sed maiore, penè rotundo, piloso, cingente per intercapedines caulem, apiastrum similitudine, graueolente, orbiculato florum ambitu, qui candidi in rotæ speciem scapos verticillatim obducunt. Dicitur alio nomine μελισσοφυλλονθου & μελαμπερισθου, sive περισθου μελαρ, ut ait *Plinius* lib. 5. cap. 4. Officinae omnes marrubiastrum aut nigrum marrubium appellant.

βαλθιθου. qui est ex *Valcea* urbe *Macedoniae*, apud *Hippocratem*.

βαλσαμικη. dicitur à quibusdam θ βουφθαλμου, ut habetur apud *Dioscoridem*.

βάλσαμου. balsamum. frutex est, vel, ut *Dioscorides* ait, arbuscula, magnitudine albæ violæ aut ruxacanthæ: vel, sicut ait *Aëtius*, binum cubitorum, folio rutæ proximo sed candidiore, & perpetuò virente, in *Iudæa* solùm quadam conualle & *Aegypto* nascens. Ceterum postea propagata est & plurimis locis sata ex quo *Romani* *Iudæa* potiti sunt. Ex eius cortice gutta manat quæ ὀποβάλσαμου appellatur. Eius autem surculis ξυλοβάλσαμου dicitur. de quibus vide suis locis. Balsamum desiccatur & excalfacit secundo excessu, est & tenuium partium & odoratum.

βαλσαμικου. est succus balsami oleo persimilis, qui ex eo imis partibus crebra scarificatione vulnerato emanabat. Idem cum opobalsamo est, ut scribit *Simeon*.

βαλσαμικωδης. cognomen est τῆς κωδίας, ut inquit *Plinius*, quæ balsami odore est, sed amara, ideoque utilior medicis, sicut nigra unguentis.

βαπρος. lapis est seu gemma bituminosa, molli odore praedita. Sic dicitur ex tinctura;

DEFINIT. MEDIC.

quanquam Plinius non explicat quo colore fuerit tincta. Sunt qui existiment anchusæ radice intinctam fuisse.

βάρβαρα. *barbara*. dicuntur (inquit Gal.) à recentioribus medicis emplastra quæ bitumine constant. Est enim generis nomen, non particularis alicuius medicamenti. Si quidem multa compositione inter se admodum differentia *barbara* appellatur. Eorum uero pleraque etiam nigra dicta fuere, uidelicet à colore bituminis. Quoniam autem bitumen glutinandi vim habet, cruentisque uulneribus conuenit, quæ ἐναίμα appellatur, ideo sæpe ἐναίμα βάρβαρα, hoc est, *barbara* cruentis uulneribus conuenientia, dicuntur à medicis, ut à Galen. libr. 5. meth. med. in sistendo sanguine è pulmone erumpente.

βαρβαρικόν. nomen est medicamenti acopi ad coxendicum dolores efficacis, quod etiam δὲ θύροβλου dicitur. huius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 19.

βάρβιλος. dicitur propriè arbor ex osse persicæ enata, ut annotat Constantinus Cæsar lib. agricult. 10. cap. 13.

βασιλλίτης. est lapis multangularis, colore ferri & durissimus, ut non facile uulnerari secariue possit.

βάσις. dicitur à quibusdam cotricula lapis, quod aurum ipsi attritum colore, tanquam trutina, examinatur.

βασιλάριον. est collyrium ἀνιχθόνιον ad principia suffusionum, omnem uisus hebetudinem & cicatrices efficacis. descriptio habetur apud Aëtium lib. 7.

βασιλίδιον. est collyrium ἀνωθόνιον, diuersum à superiori. describitur à Galeno libr. 4. τῶν κῆτόπων.

βασιλικόν. est emplastrum, quod & πρᾶγμαμακρον dicitur à Gal. Aëtio & Paulo, quia constat quatuor simplicibus medicamentis, paribus scilicet portionibus cere, resinæ colophonis, picis & seui taurini simul mistis coctisq; Vim habet maturandi abscessus & ad suppurationem perducendi. Est & huius nominis emplastrum nigrum & iisdem ferè uiribus præditum apud Cor. Celsum lib. 5. cap. 19. habens, Panacis P. * I. galbani. P. * I I. picis & resinæ. singulorum P. * X. olei dimidium cyathum. Habentur & apud Scribonium Largum duo emplastra, unum Tryphonis nigrum quod βασιλικόν dicit appellari, recipiēs Picis Bruticæ * p. XL. resinæ. * p. XL. galbani. * p. I I. olei cyprei, * p. fescunciam cum olei communis * p. I X. Alterum emplastrum Aristi Chirurghi, similiter nigrum, quod πρᾶγμαμακρον nuncupat, eodem prorsus modo descriptum quo habetur apud Gal. Aëtium, Paulumque. Ex quo apparet βασιλικόν illud celebre, ab Aristi chirurgo profectum inuentumque esse.

βασιλικόν. recentioribus qui de re herbaria scripserunt dicitur δὲ ὄκρυον, atque apud omnes ferè iam receptum hoc nomen est, ut Galli quoque lingua uernacula sic appellent. Rationem Pfellus addit, quòd ocymum mediocre possidet calorem, capiti cordique odoratu salutare.

βασιλικόν etiam est genus unum Satyræ, foliis nigra plumbagine maculosis, & reliqua superficie cynosorchi simile, cui radix subest lutea, ac instar manus effigie ramosa. Officina Christi palmam appellant. Eius usus esse perhibetur ad erugandam cutem & neruorum dolores, & contra noxia medicamenta.

βασιλικόν. apud Hippocratem plerique interpretantur δὲ ἄμμι.

βασιλικόν ἄγριον. dicitur à quibusdam ἄκλιον, ut habetur apud Dioscoridem.

ΒΑΠΥΑ.

βαῖνια. dicuntur à Gal. mora τῆ χαμαιβάτου.

βάρις. idem quod βαῖνιον. fructus rubi, moro rubro, fragi similitudine, suavisissimi gustus, quam vulgus Gallicum framboſciam vocat. dicitur & ἀπόβατον.

βατράχορ. ranunculus. herba est cuius multa produntur genera, de quibus apud rei herbariae scriptores.

βατραχίτις. gemma est cuius tres species produntur. prima ranae colore, ex quo nomen habet, secunda eboris, tertia quae è nigro rubet: quae duae quamvis ranae colorem nō habent, tamen quia in eadem coopto, in qua prima, nascuntur, eodem cum prima nomine donatae sunt.

βάτραχος. est tumor phlegmonodes partium quae sub lingua sunt, sed maxime venarum, pueros praesertim infestans.

βελίμιον. arbor est nigra, olea magnitudine, folio roboris, fructu caprifici, nec insuavi. Manat ex ea humor eiusdem cum sua arbore nominis, cuius duo genera fecit Gal. Vnum Scythicum, alterum Arabicum. Scythicum nigrius resinosisque, Arabicum translucidius & siccius esse autem debet amarū gustu, simile cerae, vel taurino glutini, translucidum, interius pingue, si digitis subigatur, lenescens, humano ungui colore simile, sine ligno, sine sordibus, & cum incenditur, odoratum. id Arabicum dicitur. Alterum genus sordidum est, nigricans, grandioribus glebis, & conuolutum in offas. id ἀδελφωλον vocant, & aduehitur ex India. Vtrumque excalfacit & vim habet emolliendi duritias & discutiendi aquas atque aquosos ramices. Sed priuatim Arabicum urinas mouet & calculos frangit.

βελούτις. est lapis qui τῆ βέλους, id est, sagittae effigiem representat, eo hodie quidam pro lyncurio vřtur. Similis est succino colore & pellucet, & paleas aliasque res minutas tanquam succinum ad se allicit. Si vřtatur candidus euadit, vel ex candido cinereus. Si confricetur, olet aliquando cornu bouis limatum aut vřstum. Diuersa illi magnitudo est. sed vt plurimum quidem digiti longitudinem & crassitiem aequat. reperitur verò interdum sesquipedalis, brachij crassitudine. Omnibus figura est sagittae ex ampla radice desinentis in tenuissimam aciem, atque in intimo corpore aurea quaedam armatura interdum est, in aliis autem terra, aut arena, aut alius etiam lapis, quae omnia in acutum aequè atque βελούτις ipse turbinata sunt. Verum lapis qui in eo est aurei coloris armatura tectus, plerumque constat ex crustis, tanquam membranis quibusdam, primò latis, mox magis atque magis strictis. Exiccet, sanat vulnera, frangit calculos.

βελόχορ. à quibusdam dicitur ὀδύκτημος vt habetur apud Dioscoridem, quòd tradant vulneratis capris mederi dictamnium, à pastu eius statim decidentibus telis, quasi telorum remedium.

βελουδής. est processus vnus ossis λιθοδδής, ab inferiori eius parte exoriens, solidus, oblongus, & subtilis instar styli, graphij vel acus, quem proinde totidem nominibus veteres appellauerunt, συλοδής, γραφοδής, & βελουδής. Sunt etiam qui à gallinaei calcaris similitudine πάλιαρον vocent.

βελότοκον. à quibusdam dicitur ὀδύκτημος vt habetur apud Dioscoridem, quòd & sagittarum & partium remedium sit.

βελουκόν. est ferramentum extrahendis telis accommodatum. quod Celsus lib. 7. ad authorem Dioclem refert. Est autem lamina vel ferrea vel anea, etiam ab altero

DEFINIT. MEDIC.

capite duos utrinque deorsum conuersos uncos habens, & altero duplicata lateribus, leuiterq; extrema in eam partem inclinata quae perforata est.

Βερεδίας. est nomen τῷ ξυρομύρον, hoc est, unguenti sicci, ex pluribus aromatis compositi citra liquoris vllius admixtionem, cuius descriptio habetur apud Aëtium libro ultimo, haud longè à fine.

Βίξ. *tussis.* Est efflatio vehemēs qua quicquid spirandi instrumentis molestū est, natura expellere conatur. Motus est deprauatus actionis animalis morricis, ut & sternutamentum, & pandiculatio, & horror, totūque prater naturam, ex eorum symptomatum genere in quibus causa aliqua quae prater naturam est, ad tales actiones eam extimulat. Cuius tamen expellendi modus à reliquis diuersus est. Cum enim reliquae partes id quod noxium est sui contractione expellere conentur, asperae autē arteriae duriores sint quàm ut contrahi constringique possint circa id quod intra se continent, natura spiritum concitato impetu foras excludit, quò ipse plurimus celerimēq; foras actus, unā quicquid est molestum propellat. Motus autem hic per eadem omnino instrumenta fit, per quae magna & vehementes etiam spiritus expulsionones, quas Graeci ἐκφύσεις vocant, hoc est, efflationes, in quarum genere tussis est, ut quae nō aliud sit quàm vehemens efflatio saepius repetita, si primo conatu causa depulsa nō est: siquidem pro eius magnitudine tusses vehementes aut exiguae, frequentes aut raras mouentur. Excrementa namque crassa lentaque multum, aut valdè tenuia & aquosa, quae ab ipso spiritu comprehendī nequeunt, difficillimè tussiendo reiiciuntur. similiter calida atq; frigida siue asperam arteriam mordeant, siue tantum obstruant, adhac rodentes humores vel in ipsis arteriis collecti, ut in tabe, peripneumonia, pleuritide: vel à capite defluētes, ut in catarrho. Cibus etiā & potus in asperam arteriam deerrans, atque morbi partium tum respirationi inservientium, tum unā cum iis motarum, veluti diaphragmatis, iecinoris, lienis atque stomachi tumores magnam tussim inducunt, sicut è contrario eadem causa pauciores aut minores exigua tussim, vel tantum καὶ ἐξορ mouent, velut & intēperies frigida inaequalis partium respirationi dicatarum, per quam nihil tussiendo expuitur, tussisq; tam exigua mouetur, ut sola spiritus cohibitione (nisi admodum magna sit) supprimitur curariq; possit, aucto per eam calore, & spiritu cohibito in omnes etiam artissimos meatus subeūte, quibus duobus remediis ea intemperies tollitur. Haec autem tussis sreatui non absimilis est. Per eam enim muscoli thoracis, ut scribit Galenus, concutiuntur, ut ea quae carnibus suis molesta sunt, in pulmonum arterias expellant, & ad horros rigorisq; genus pertinere videtur, nisi quòd haec citius sentitur, ob motum perpetuum instrumentorum thoracis.

Βήρυλλος. herba cuiusdam nomen est, ut ait Hesychius, fortè ea quam officina berulam appellant, quae propriis nominibus sion seu lauer dicitur.

Βήρυλλος. berillus. gemma est ex puro liquidoque succo nata, translucida, colore viridi, sed multum diluto, ut aliquando alterius coloris esse videatur, ex quo octo eius genera statuuntur. Qui verè βήρυλλος dicitur, viriditatem puri maris imitatur: proximus cuius fulgor in aureum vergit colorem χρυσοβήρυλλος nuncupatur: tertio loco est χρυσοπέλαγος factò ex auro & porri succo nomine, pallidior superiore: quarto βακκινθίος, quia colore similis sit hyacintho: quinto αἰθάλος: sexto κλειος: septimo ἰλαίος: ultimo κρυσάλλινος. Sic dicti à coloris similitudine. Omnibus autem facile co-

cilè color hebescit ni surdus & euanidus repercussu angulorum excitetur. Quà de causa sexangulam figuram illis dant artifices, atque cylindros ex iis faciunt magis quam gemmas. Sed & ipse cylindri modo teres nascitur.

Βερυτιος. est nomen medicamenti ophthalmici, siue collyrii, quo Berytius quidam ad maximas epiphoras utebatur, quòdque describitur à Galeno lib. 4. τῆν κ' τόπος.

Est & pastilli nomen ad dysentericos perutilis, quod habetur lib. 9. τῆν κ' τόπος.

Βίσιουσα. dicitur à Syris ruta sylvestris, quam alij etiam ἀρμαλα, Cappadoces μῶλυ appellant, propter quandam quam habet cum τῶ μῶλυ similitudinem: utraque enim radicem habet nigram & florem lacteum. Secundum Asclepiadem cuius verba Galenus citat lib. 9. τῆν κ' τόπος, βίσιουσα est semen ruta sylvestris quæ in Syria nascitur, & vernaculo nomine ab illis ἀρμαλα appellatur. Calefacit tertio gradu, tenuis substantiæ est, discutit & urinam promouet.

Βίσιουσα. quæ est ex Bessis in Thracia, apud Hippocratem.

Βιχάρι. Est medicamentorum genus ad leniendam & sedandam tussim preparatum, nec tussi tamen tantum conducens, sed iis etiam qui sanguinem reiciunt, & qui præterea in tabem inciderant, quiq; thorace, pulmone, aspera arteria aut alia quadam parte interna laborant. Pro diuersitate autem affectionum, varia materia constant, aliàs quidem styrace & croco, quæ concoquendi vim habent: aliàs verò aliis, interdum calefacientibus, aliquando cum exigua adstrictione aromaticis & siccantibus, aliquando seminibus quæ nobis in frequenti usu sunt, ut anisi, ἀπὶ, feniculi, dauci, seseleos, ex quibus non modò obtunditur medicamentorum vehementia & ingratus sapor, verùm urinæ etiam comouentur: aliquando verò asperitates delinientibus, ut tragacantha, radice dulci, & dulci vino. Sæpe autem etiam καρωπικὰ, hoc est, stupefacientia remiscuntur, quæ tabidis commodissimè possunt exhiberi. Verùm facultatem illam stupefacientem exiguam prorsus in his esse oportet, nec tantam quidem quanta in colicis medicamentis habetur. In his enim vehemens esse & exuperare solet, eamque inducit refrigerantium medicamentorum copia, cuiusmodi est semen hyoscyami, & cicuta, succus papaueris & cortex mandragoræ: ac tantam quidem adhibere propter colici doloris magnitudinem necesse est. Quæ ferè sola in re τὰ βιχάρια ἀπὸ τῆν ἰδῶς κολλικῶν videntur discrepare.

Βιχάρι. tuasilago. dicitur & alio nomine χαμαιλῶνα. dicitur & à quibusdam hoc nomine ὀέλεισφακος, id est, salvia, sicut habetur apud Dioscoridem.

Βίαιου. est species vini falsi siue marini apud Græcos clarissimi, & ad plurimos valitudinum usus excogitati. fiebat hunc in modum: uinæ paulum ante maturitatem decerptæ siccabantur in sole, ter die versatæ per triduum, quarto exprimebantur, deinde cadis sole inueterabantur, aqua demum marina largior miscebatur. Hoc vini nomen etiam si Dioscorides in marinorum vinorum cōfectione omisit, non tamen rationem eius cōficiendi videtur neglexisse, scribens aliquos sic vina falsa comparare, ut passas prius uinas in dolis aqua marina macerent, mox calcatas exprimant, quod vini genus passi generibus magis adscribendum censet.

Βιδυῖος. nomen est emplastri ad hydropem efficacis, cuius descriptio habetur apud Galenum lib. 9. τῆν κ' τόπος.

Βιδυῖος etiā dicitur pastillus quidam descriptus ab Aëtio lib. 14. & à Paulo lib. 7. Valet ad vlcera contumacia, ut legitur apud Galenum lib. 9. simpl. medic.

DEFINIT. MEDIC.

βλαβερὰ. *humida & mucosa apud Hippocratem.*

βλαωτός. *blasus, varus, valgus. Sic à plerisq; vocatur cui membra resoluta sunt, hoc est, παραλυτικός. Dicitur & cui lingua impedita est, & literam aliquam exprimere non potest, qui propriè ῥωλός, id est, balbus appellatur. Refertur etiam ad alia membra, ut manus, pedes, brachia, ut qui gressum habet mancum vel deprauatum, cuique sura sunt in diuersum acta, qui propriè à Latinis valgus & varus nuncupatur. Quod vitij genus Alexand. Aphrod. in probl. ex imbecillitate fieri scribit. Quum enim, inquit, eorum partes inferiores nequeat sustinere superiores, facile peruertuntur, indeque vitij, quod pedum blasitate vocamus, prouenit. Ei opponitur ὀρθωτός.*

βλακδίαρ. ὀλιπορεῖρ. *vilipendere, contemnere, apud Hippocratem.*

βλένα. *mucus, frigidus humidusque succus quē omnes homines φλέγμα vocāt, ut scribit Gal. lib. 2. de facult. natur. Sic Hippoc. crassiorē pituitā vocare cōsuevit, qualis è cerebro per palatū & nares descēdit. Dicitur alio nomine μύξα. de qua vide suo loco.*

βλέφαρα. *palpebra, genæ Plinio. Sunt partes membranose, pilis ornatae, supra infraque oculos ambientes & claudentes. Hæ cum duæ in utroque oculo habeantur, inferior & superior, sibi tamen coniunctæ sunt & continuæ, & ab uno principio proficiscuntur, scilicet à membrana caluariam succingente: nec tamen hac simplici membrana constant, sed præterea cute atque cartilagine quæ τάρως dicitur, non modò simul unitis, sed cum alba etiam oculi tunica. Palpebra inferior immobilis est, superior sola attollitur & demittitur, idque duorum obliquorum musculorum beneficio, quorum unus à nasi finibus oritur, & in dimidiam cartilaginis eius quam τάρωρ diximus vocari, partem sibi propinquam inseritur. Hic palpebram sursum mouet, alter verò ei oppositus totum minorem oculi angulum complectitur, quodammodò factus semicircularis. Oritur namque à medio inferioris palpebræ, & per minorem oculi angulum circūductus, superiorem palpebram petit, inque reliquam tarsi dimidiam partem implantatur. Is deorsum palpebram trahit. Sic quidem Gal. visum fuit ad finē lib. 10. de usu partiū, quanquā idem initio lib. 3. de locis affect. videatur sentire geminis musculis palpebram descendere, oculumque claudi, & ab alio quem ipse nō describit (is fortè à musculoſa cute frontis & superciliarum nascitur) sursum attolli. Caterum palpebra utraque pilos habet oris extremis insertos, & sibi semper æquales, quòd cartilagini inserti sint, à qua non potest copiosum alimentum eorum incremento suppeditari, faciuntque nō modò ad ornatum, sed etiam ad securitatem: βλεφαρίδες & cilia appellantur. Dicitur βλεφαρον παρὰ τὸ φάρθ᾽ εἶναι τὸ βλέφους, hoc est, quòd oculi sit indumentum: undè poëta quidam Græcus non illepidè ὀμματόφυλλον appellauit, perinde ac si oculi folium diceres. Cicero libr. 2. de natur. deorum palpebras tegumenta oculorum vocauit.*

βλεφαρίδες. *cilia. Celsus non aliter quàm pilos palpebrarum dicit. Plinius etiam palpebras vocat. Sūt pili ad extremū utriusq; palpebræ ambitū siti. vide supra βλέφαρα.*

βλεφαροξύσσορ. *instrumentum chirurgicum radendis, vellendis, concinnandisque palpebris aptum.*

βλήτρορ. *filix. Refertur à Nicandro in Theriacis inter remedia quæ suffitu serpentes abigunt. Græcus scholiastes πῖτερ, hoc est, filicem interpretatur, quam alio etiam nomine βλάχορ appellant. Nicander autem πολυχιδῆ vocat, hoc est, multifidam, quod etiam urticæ conuenit.*

βλήχορ.

βληχολι. leguminis quoddam genus apud Hippocratem.

βληχθ. a quibusdam dicitur ὁ βληχθ, ut habetur apud Dioscoridem.

βληχθ ξηρὸς πυρετὸς. pusilla sicca febris. Est differentia febris apud Hippocr. lib. 6. τῆν ἰδιαιμῶν, opposita τῷ ὀδινῆ πύρετῷ, cum ad manum quidem calor debilis est & pusillus, penitusque lentus, ut in hepialis febribus & diariis multis & plurimis pestilentibus, intus tamen plurima apparet siccitas ex lingua scabritie, siti magna, inquietudine totius corporis, vigiliis & reliquis symptomatis, febris malignitatem indicantibus, quibus hoc febrium genus à mitibus differt quas Hippocr. πενίας & διήδεις appellare consuevit. Itaque apud Hippocr. meo quidem iudicio, tum lib. 6. τῆν ἰδιαιμῶν, tum lib. 1. de diff. febr. cap. 1. debet legi βληχθὸς ξηρὸς cōiunctim per hyphē, ut his duobus nominibus unū febrium, quod modò exposuimus, genus designetur.

βληχθ ἡ

βληχθίον. sic à nonnullis dicitur ὁ βληχθ, hoc est, pulegium, quoniā pecus eo dum floret gustato, balatu compleatur.

βλίτον. blitum. Est olus radice contra cæterorum ferè olerum morem multiplici, proluxa, nec in rectum tendente, betaceis foliis, sine acrimonia fatuis, semine corticeo, racematim singulis ramis insidente. Ad id proximè accedit quod rubens olus, vel porretta rubens dicitur. Est ferè qualitatis expers, lentum, humidum & aquosius reliquis oleribus, & in medio boni maliq; succi.

βοάιδεμον. idem quod & βοῖφθαλμον apud Hippocratem, quod & alio nomine χρυσαίδεμον appellatur.

βόθειον. Est ulcus corneæ tunice cavum, angustum, purum, punctura rotunda simile. Sic dictum est à cavitate, quasi fossula: βόθειον enim foveam significat. Differt à τῷ κοιλώματι, quod hoc amplius & rotundius sit bothrio, sed minùs profundum. Est & βόθειον authore Galeno cuiusque dentis alveolus & cavitas.

βοβίτιον. Est genus quoddam parvorum polyporum, apud Hippocratem, quod & βομβύτιον à multis vocatur.

βολβός. Bulbus. Notior visus est Dioscoridi quàm ut debuerit depingi. Est autem capite ex pluribus nucleis coagmentato, vertice fibris cristato, ceruice tenui, tota radice corticosa, foris squarosis membranis tunicata, fronde cepitia, terete, inani, angusta, in mucronem desinente, cauliculo dodrantali, in cuius fastigio flos emicat purpureus. Cera modo tunicati sunt bulbi, cumq; iis capilli velluntur, aut cum vertex præciditur, nonnihil lactis remittunt. Hi quod appetentiam excitent, appetitus à rusticis appellantur. Prouocant quoque & semen & venerem. Sunt namque acres, & crassum succum flatumque generant.

βόλχος. dicitur à quibusdam & βόλλιον, sicut habetur apud Dioscoridem.

βοβορυμὸς. est flatu ab intestinis crassis erumpens cum sonitu quodam humoris. Cum enim humor intra intestina continetur, cuius expulsionem natura molitur, huiusmodi murmur editur, ex quo flatu in humore versari facillè queat intelligi. Flatus namque ficcior cum sono prodiens βόμβθ nuncupatur. Galen. comment. aphor. 73. lib. 4. definit βοβορυμὸν, sonitum spiritus qui nec magnus sit nec multus, sed cum modica quadam humiditate deorsum descendit.

βορέας. Boreas. Aquilo. Est ventus, inquit, Hippoc. ab Vrsis & Riphæis mōtib; spirās, frigidus, siccus, serenus, minimèque putrefaciens. Hippocrati ad stipulatur Aristot.

DEFINIT. MEDIC.

lib. de mundo, scribens ventos qui ab Vrfa spirant βορρῆος appellari. Galenus verò Boream unà cum Euro & Subfolano ab ortu flare scribit lib. 5. meth. med. Tabias describens. Ortum autem intelligere oportet æstiuum.

ΒΟΣΚΑΣ. Picis sicca alterum genus, quod visci modo lentum est.

ΒΟΣΡΥΧΙΤΗΣ. sic dicitur à quibusdam ὁ ἀμύκτος lapis.

ΒΟΥΤΑΝΙΚΟΝ. Emplastri nomen est cuius meminit Paulus lib. 4. cap. 22. Describitur autem apud eundem lib. 7. cap. 17.

ΒΟΥΤΥΝΗΣ ΚΑΔΜΙΑ. Species est cadmiæ υστῆ, quæ in editioribus domorum, in quibus uritur, partibus colligitur. Nam quæ in inferioribus legitur, πλάκην vocatur: illa partiū est tenuiorum, hæc verò crassiorum. vide ΚΑΔΜΙΑ.

ΒΟΥΣΟΣ. à quibusdam dicitur ἡ ἀμύκτος, quòd florem emittat odore suavi & vinoso. Vocatur & à quibusdam hoc nomine ἡ ἀρτεμισία.

ΒΟΥΒΑΛΙΘ. σίκκος ἄγριος. hoc est, cucumis sylvestris, siue anguinus, apud Hippocratem atque Dioscoridem.

ΒΟΥΒΑΣΙΚΟΝ ἕλκος. ulcus præhumidum, quod pueris maximè in superficie oritur, ut scribit Aëtius lib. 4. cap. 21.

ΒΟΥΒΩΝ. inguen. sunt qui definiant esse femoris cum ischio iuncturam: alij, esse locum ad latera pubis, ubi femur & coxædix coeunt: alij verò, esse glândulas in inguinibus utrobique sitas: hæc enim magna vena arteriæque cum ferantur in crura, earum securitati natura prouidens multas ibi magnasque glândulas inseruit, quæ essent eius diuisionis stabilimentum & aduersus externas iniurias operimentū. Cum autem glândula omnes propter sui imbecillitatem omnium maximè oportuna sint fluxionibus, potissimum tamen illæ quæ sitæ sunt ad inguina, quòd præter natiuam imbecillitatem accedat etiam motus huius partis, in quæ sitæ sunt, vehemens, situs decliuis, & redundans iis in partibus semper humiditas, quorum occasione promptè incurrunt in tumores, quos eodè cum ipsa parte nomine Βουβωνίους nuncupant. Quod nomen quanquam propriè iis quadret qui in inguinibus consistunt, usurpatur tamè etiam in iis, qui in alia quauis parte corporis oriuntur, ut in axillis & collo. Tumores autem quibus ea laborant, multiplices sunt, omnes tamen propemodum φλεγμονώδεις. Fiunt omnes summis duabus de causis, una quidem euidente & externa, altera verò interna. Causa euidens est ulcus & contusio, quorum alterum si caput perpeffum fuerit, bubonem in collo creat: si manus aut brachium, in axilla: quemadmodum si pes dolore tentatur, in inguine eum concitat, quòd sanguinem unà cum spiritu ad partem affectam transmissum à natura, vel præ dolore ab ea attractum glândula in diuisionibus magnorum vasorum iis in locis collocata intercipient & combibant, itaque in tumorem attollantur. Verùm eiusmodi bubones magna ex parte innoxij sunt, febrésque non alias excitant quàm diarias. Causa autem bubonum interna & latens est vel viscerum internorum prauus quidam affectus, vel maligna, venenata, pestilensque putredo, unde perniciosi quoque bubones oriuntur, in quorum genere & à venere natos colloco, à quibus non diaria, sed sæpè febris putrida malignaque gignitur.

ΒΟΥΒΩΝΙΟΝ. sic dictus est à quibusdam ὁ ἀσπὴ ἀπικὸς, itémque herba quedam in vepribus, ut ait Plinius, passim nascens, quam, ut profit inguinibus, in manu tantum habendam esse scribit. Ob id à Latinis tum aster Atticus, tum herba inguinalis vocatur, quòd

tur, quòd nò modò illitri sed contactu etiã bubonibus utrumq; auxilio esse credatur.
 βουβαϊκίλι. inguinis rames. Est prolapsus intestini vel omenti in inguen, sic tamen ut
 in ipso inguine consistat, nec descendat in scrotum, ut scribit Paulus libr. 3. cap. 53.

Morbi genus est in vitiosa partium conformatione: fit rupto aut extenso peritoneo.
 βούλωσσον. buglossum lingua bovis. Est herba verbasco similis, foliis in terram sparsis,
 nigrioribus, asperis, bubulas imitantibus linguas, flore ceruleo, specioso, caule pedali,
 ramoso. Officinis dicitur borago. Calida est & humida, & in vinis iniecta letitiæ
 atque hilaritatis causa esse creditur. Fit ἄλξ βουλωσσοῦ emplastrum ad multa utile
 Pollete authore, quod ab Aëtio describitur lib. 15.

βουκκίλατον. est medicamentum in panis formam concinnatum, purgandi vim habens.
 Id Paulus ita describit: Scammonia tostæ uncia, piperis, seminis apij singulorũ scrupulũ
 unum, fœniculi, anisi, singulorum uncia una, mellis libra una. Torrentur me-
 diocriter, & pondere uncia datur in condito. Aëtius verò lib. 3. cap. 100. scammo-
 niam cum iis quæ vitium eius emendant, cumq; fermento coquit in clibano & ar-
 tificos efficit, bilem sine molestia purgantes. Ratio qua Paulus eos parat non videtur
 valde diuersa ab electuariis solidis quæ vulgò apud pharmacopolas nostros appa-
 rantur, purgandi vim habentia, ut quod diacarthamu & diaphenicòn appella-
 tur. Est autè βουκκίλατον vox barbara, & recentioribus tantum Græcis usurpata.
 quidam latinè buccellam purgatoriã reddiderunt, quòd videatur dici ἀπὸ τῆς ἐλαώδης.

βούκρας ἡ

βούκρας. dicitur Hippocrati & Theophrasto fœnum Græcum, quanquã hac voce etiam
 anagallidè aliquos appellasse Gal. in interpretatione vocũ Hippocratis author est.

βουκράσιον. dicitur à quibusdã ἡ ἀμπλος μάλανα authore Dioscoride: scribit autem Gal.
 etiam δ' ἀρτίξιτον sic appellari.

βουλάπαδον. idem quod ἡ παλάπαδον.

βουλιμία ἡ

βούλιμος. est ingens fames à vehementi refrigeratione oris ventriculi contracta. Famem
 quidem ingentem esse, ipsa nominis ratio ostendit. Eam autem inducit indigentia
 quadam in ore ventriculi percepta, quam vehemens eius refrigeratio excitauit. Per-
 seuerat quidem toto morbi spatio ea refrigeratio, quæ sicut initio famem inducit, ita
 non multò postea ciborum fastidium summamque inappetentiam gignit, cum tanta
 stomachi imbecillitate, ut animi defectus viriumque exolutiones tam crebriò inci-
 dant, ut merito affectionem istam definite possis, esse exolutionem oris ventriculi ab
 eius refrigeratione, indigentia, & imbecillitate profectam. Symptoma est malè af-
 fecti oris ventriculi, quo primum quidem ægri expleri cibus nequeunt, paulò verò
 postea destituuntur prorsus appetentia, animo languent, viribus deficiunt, exol-
 uuntur, decolores sunt, torquentur stomacho, refrigerantur corde & extremis parti-
 bus, pulsusq; habent admodum obscuros. Causa huius ferè sola est frigus externum,
 à quo tantoperè refrigeratur os ventriculi, ut ea quæ diximus symptomata conse-
 quantur. Ex quibus apparet βούλιμον propriè non esse id quod nomen ipsum sonat;
 ingentem scilicet famem, quæ quamuis principio fuerit, paulò tamen postea nulla
 prorsus est, & in totum, languente nimium ventriculo, & penè extincto eius calore,
 aboletur. In eo namque differt ὁ βούλιμος ἀπὸ τῆς κωϊώδους ὀρέξεως, quòd in canina ap-
 petentia cibus perpetuò appetitur, nec unquam ventriculus expleri potest. Quian-

DEFINIT. MEDIC.

quam & alius quibusdam inter se distinguantur, maxime quod Gal. authore comment. aphor. 1. lib. 2. bulimus magis specialis particularisque sit, canina autem appetentia generalior sit, siue uniuersalior. Quod non est ita accipiendum, quasi de genere proprie dicto à logicis, & specie illi subiecta dictum sit, ut cum animal homine uniuersaliter dicitur, sed quod bulimi causa possint caninam etiam appetentiam mouere, cum è contrariò causa appetentiae caninae non sint etiam causa bulimi. Siquidem bulimi una tantum causa proditur, frigus nempe externum famem ingentem adferens, canina uerò appetentia, non ab eo modo frigore, sed ab acido etiam humore impacto ori ventriculi gignitur. Itaque illum aphor. Hippocratis si quis de bulimo tantum intelligat, videbitur Hippocrates id tantum dicere, quod meri potio intemperiem frigidam (à qua bulimus nascitur) persanet, cum non eam modo, sed humoris etiam acidi in os uentriculi affluxum curet, à quibus duobus canina inducitur appetentia. Præterea uerò inter se differunt quod in appetitu canino propter insatiabilem ingluuiem uomitiones perpetuæ infestent, bulimus autem sine vomitu sit.

Βουβιάς. est nãpi altera species, olim omnibus, nunc paucis nota. Eius radix dicitur in altum ualde crescere, & in rotundum extuberare, unde nomen Græci indiderunt, qui Βουβύους appellant colles & loca verrucosa. Vim habet aduersus venena, unde & Theriacæ admiscetur. Apud Athenæum non aliud est quam rapum masculum, quod alij βείφω, alij βείπυρ uocant.

Βούβιον. sic à quibusdam uocatum fuisse πρὸ τοῦ βούβιον Dioscorides author est.

Βούβιον. est oulus sponte nascens, caule cubitali, foliis multis longisque, muscario anethi.

Βούβρεστις. buprestis. Est animal quoddam cantharidi & specie & uiribus adsimile, ut ait Gal. uel, ut Plinius, scarabæo longipedi. Nicander quoque & Dioscorides buprestidem manifestè inter animalia recensent. Plinius tamen Dioscoridis opinor (ut uidere est apud Gal. lib. de uocum Hippocr. interpretatione) auctoritatem sequutus, alterius buprestidis mentionem facit, quam & oleris genus dicit & bouum uenenum appellat, scribitque ea degustata boues dissilire, & à ueteribus contra eam remedia, tãquam contra uenenum, prodita fuisse, tribuens huic suo oleri eadem omnino quæ ueteres Græci animali. Idem scripsit & etymologici author, nisi quod in hoc nomine Βουβὸν nō animalis speciem, sed magnitudinem significare arbitratur. dicitur enim ἀπὸ τοῦ βούβιον ἢ βούβρεστις, quod & inflammare & inflare significat. Plinius hoc uerbum in buprestide accepit pro inflammare, scribens aperte buprestidem haustam ita inflammare ut rumpat, nisi, ut opinor, mendosus sit codex, & legendum sit, ita inflat ut rumpat. Siquidem non inflammationi, sed potius inflationi succedit ruptio, & Dioscorides magnos tumores à buprestide, non autem inflammationes scribit excitari. Caterum de hoc ueneni genere uide Nicandrum in Alexipharmacis, & quæ de eo ibi annotauimus.

Βουβύλιον. unum gen⁹ est τὸ βούβιον. differēs breuitate caulis à fatiua & radicis colore rufo.

Βούβυκα. dicuntur grandiores & fatua ficus, quas nostri mariscas ficus appellant.

Βούβυμος. est frutex palustris, caule admodum læui, folio arundinis, angulari, fructu nigro, mali amplitudine, sexu duplici: sic forte dictus est quod commodissime secetur bouum pabulo. Herbarij & officina uocant iuncum cabacinum, propterea quod ad uirilium nexum utilis sit.

Βούβυρον. butyrum. Est lactis substantia pinguis, ab ipso multa agitatione secreta. Sunt qui

qui definiant non substantiam quidem pinguem lactis, sed id esse quod ex pingui lactis substantia conficitur. Attamen reuera butyrum est ipsum pingue lactis, cui nō aliud quicquam additū sit, sed sola præparatione, hoc est, agitatione, à lacte secretum. Posteaquam enim lac diutissime agitatum est, quicquid in eo pingue continetur, id supernatat, deinde colligitur, abluitur, reponitur. Itaque optimum butyrum est pinguisimum, quale ex lacte bubulo copiosissimum elicitur, ex quo κατ' ἰσοχὴν nomen habet: sic enim dicitur non hoc tantum, sed omne etiam quod ex quocunque lacte manat. Dioscorides ex ouillo probatissimam fieri scribit quod sibi mirum esse Galenus prodidit, existimans è bubulo confici longè præstantius, ut nomē omni butyro dare meruerit. Butyrum recens quidem vel maxime temperatum est: nam vetustate calidius & tenuius euadit. Vsum habet tum alimenti tum medicamenti, nam & olei vice obsoniis adhibetur: & concoquēdi paulūmque etiā digerendi vim habet, proindeque lenit inflammationes, laxat, emollit, & dolores mitigat. Confert etiam promouendo è pulmone sputo, siue solum, siue aliis mistum quæ pulmone laborantibus conueniunt.

βοῦφθαλμῶς. boaria, siue bouis oculus. Est herba cauliculis teneris ac subtenuibus, foliis fœniculi, floribus luteis maioribus quam anthemidis, qui similes sunt oculis, ut nomen ipsum ostendit: hi & acres sunt & valdè digerunt, ad eò ut durities sanent, cerato misti. Sunt etiam iidem Actuario teste cardiaci. Galenus herbam hanc pares cū tu silagine vires habere ad ulcera cruenta annotauit cōment. 4. ἐστὶ πῶλ' ἄρ' θραῦρ. Putatur esse cotula non fœtida vulgò dicta.

βοῦφθαλμῶρ eandem esse cum chrysanthemo Dioscoridis quidam volunt.

βοῦφθαλμῶρ etiam dicitur à quibusdam ἢ ἀέζωρ, siue sedum maius, à rotunditate sua, quòd bouis oculum imitetur.

βράβυλα. dicuntur pruna Damascena apud Theophratum, sicut eius scholiastes interpretatur. Eadem dicuntur Athenæο μάσφρα & βράβρυλα. Sunt autem qui putent βράβυλα fructum esse τῆ ποταμίου. Plinius credidit esse herbam, sed fructū esse perspicuum est ex Gal. lib. 2. de alimentis, ubi scribit ea esse & exigui & prauī alimenti.

βραγγος. raucitas. Est vox obscura, eius instrumentis distillatione imbutis proueniens. Symptoma est laborantium faucium, cuius causa est vel naturā humidior pulmonum asper aq; arteriæ temperies, vel humor superfluus à cerebro stillans, fauces & vocis instrumenta plus æquo humectans. Ideo namque obscura vox redditur (quæ persæpe etiam interciditur copiosius affluentibus excrementis, si qui laborāt, vehementius vel acutiùs loqui conentur) quòd vocis instrumenta nimio humore mædeant. Vt enim sicca corpora sonora claraque sunt, ita quæ præ humiditate flaccescunt, sonum edunt obscurum. Quapropter natura vocalia organa sicciora effecit, potissimum autem asperam arteriam atque epiglottida, quòd clara vox obscura longè præstaret. Attamen nimia quoque faucium asperitas quæ plerumq; clamore cōtrahitur, raucam vocem facit, ex quo intelligimus siccitatem, si modum excedat, raucedinis esse interdum causam, vocemque claram & sonoram effici à siccitate moderata.

βραδύτασις. tarda concoctio. Est imbecilla & imperfecta cibi concoctio. Symptoma est laborantis ventriculi & non nisi tardè alimentum concoquentis. Causa est calor is natiui imbecillitas, propter quam ventriculus vel non probè cibum undique am-

DEFINIT. MEDIC.

plectitur, vel non usque ad consummatam concoctionem, vel quod ambo hæc simul incidant. Nec tamen ex eo cibi in alienam qualitatem mutantur (id enim deprauata concoctione contingeret quam ἀπείκασιν siue δυνάμειον appellant) etiam si Galenus lib. 3. de sympt. causis duplicem concoctionis deprauationem constituat, & alteram eius speciem βραδυπέκασιν faciat. Illic enim deprauatam intelligit, non quæ vitium à natura alienum cibi inuehit, sed multò generatiori significatu, quæ à perfecta concoctione quouis modo desciuit.

βραδύς σφυγμός. tardus pulsus. Dicitur qui longo tempore parum spatij conficit, seu qui longo tempore arteriam parum distendit. Oppositus est τῶν ταχέων. Quæ duo unam pulsus differentiam constituunt, sumptam ex tempore motus, siue ex qualitate motus, seu potius ex quantitate temporis motus & spatij simul. Est autem pulsus tardus peculiaris imbecillæ facultati, & caloris defectui seu refrigerationi, & præterea duritiæ instrumentorum, sicut velox cõtrariis de causis prouenit. Itaque tardus pulsus facultatis imbecillitatem significat, sicut celeritas robur, etiam si Galen. lib. 1. de causis pulsum scripserit celeritatem non magis à robore quàm ab imbecillitate proficisci facultatis, & neutrum necessario sequi. Eodẽ enim modo de tarditate etiam iudicandum videtur: sublato enim pulsum usu, & arteria duriore facta, etiam si facultas robusta sit, pulsus tamen tardus fiet, quod facultas quãuis robusta, nequeat arteriam duriores breui tempore multum distendere. Verumtamen hic pulsus non erit simpliciter & absolute tardus, quoniam ut idem postea eodem libro prodidit, exacte certè tardi pulsus nunquam fiãt, si valida facultas est, etiam si usus permultum sit remissus. Est autem usus remissioni, seu quod idem est, defectui refrigerationique caloris maximè propria tarditas, præsertim si arteria durior est quàm ut facile distendi possit.

βραδύς. sabina. est frutex topiarius, perpetuò virens, patulo fastigio, iuniperi similitudine, folio aspero, odore non iniucundo. Græci duo eius genera faciunt, unum tamarici folio simile, alterum cupresso. nomen retinet in officinis. Tertio ordine calfacit & exiccat, actis est, digerit, tenuissimarum partiũ est, & nõ modò menses, verum etiam sanguinem per urinas mouet.

βραδύς. piperis genus est inane & leue.

βραχίον. brachium. Est os magnum medium inter humerum & cubitum. Id crure & tibia exceptis, omnium maximum est, figura, ut crus, antè & foris gibba, quò firmitus esset, intus autem & posteriore parte sima, quò melius quæ libuerit, apprehēdat, nisi fortè fasciarum compressu per infantiam, aut alio errore deprauata fuerit. Articulatur autem & cum omoplata & cum cubito per diarthrosim. Pars eius quæ ad humerum est, epiphysim habet ad instar prægrãdis capitis, ceruici parue adnatam. Est autem ea epiphysis bifida, & in duos veluti condylos dissecta. Desinit quoque ima sui parte in aliud magnum caput. Latefcit enim hac parte brachium, & multa capita quæ condylos vocant, habet, quorum minimum in medio collocatum est. Ex magnis verò aliis duobus quod internum seu posterius est idẽmque maius, cum nullo osse (ωσπερ εἰς τοῦτου, externum verò illi oppositum cum radio διαπερ εἰς τοῦτου. Inter hæc duo capita siue condylos cauitas trochleæ similis est, circa quam cubitus mouetur. Eam γινγλυμοειδῆ lib. πρὸς ἀγνώρι Hippocrates appellat. Vbi autem ea desinit, aliæ duæ cauitates à lateribus se ostendunt, quas anatomici βραχίονος peculiari nomine nuncuparunt.

parunt. Haec excipiunt cubiti apophyses ὁμωνοειδῆς, anterior scilicet anteriorem cum cubitus inflectitur, posterior vero posteriorem cum extenditur. Sic quidem habet brachij descriptio, quod à Galeno commēt. 1. εἰς δ' ἰσοδῶν ἀρθρῶν definitur esse pars manus inter duos articulos sita. duos autem articulos intelligi vult, & eum qui ad latum scapularum os, & eum qui ad cubitum est. Idem autem aliquando totum ipsum membrum à summo humeri articulo ad extremam usque manum, eodem nomine Βραχίονα appellat, pariterque Celsus & Galēna brachium. Certè ab Aristotele Βραχίονον totum id membrum aperte vocatur, de hist. animal. lib. 1. cap. 15. Sunt autem & qui Βραχίονα dici existiment ab Hippocr. medium os inter duos illos articulos: alij verò, ut annotat Galen. comment. 2. εἰς δ' ἰσοδῶν ἀγυῶν, non os ipsum, sed totam eam partem quae inter duos illos continetur articulos, quod consueuerint omnes homines ita loqui, ille in capite plagam accepit, ille in brachio vel in cruribus, cum tamen os non sit lesum, sed vel neruus vel musculus vel vena vel arteria vel fortè sola cutis. vide χαλε. Βρεῖγμα. synciput. Est pars anterior capitis supra frontem sita, & à lateribus ad tempora usque protensa. Ea constat duobus ossibus propemodum quadratis, quorum unum dextrum, alterum sinistrum est. Ambò autem parte quidem posteriore, lateribus suturae λαμβδδδδῶν, anteriore verò sutura coronali, à lateribus πρεσποδιμασι, siue suturis λεπιδδδδῶν, superiore denique ea sutura terminatur quae utrique communis est, & secundum longitudinem capitis recta procedit, δειλιῶν nominant constant, ut & reliqua ferè omnia cranij ossa, duabus squamis, inter quas valde fistulosa raraque apparent, nisi qua temporum ossibus coniunguntur: hic enim tenuissima quidem sunt, sed solida & minimè fistulosa. Nec frustra quidem ossa huiusmodi natura machinata est, quod toto vitæ decursu tenuia & halitiosa cerebri excrementa maximè per synciput difflari oportebat. Est enim cerebrum ea cranij parte quam reliquis copiosius. Sunt qui Βρεῖγμα ἀπὸ τῆς Βρεῖχης dictum esse putent, quod hæc pars capitis humidissima molliissimaque sit, praesertim infantibus. Ex quo fortè etiam obstetrices partem eam fontem capitis appellant.

Βρετανικὴ. britanica, siue betonica. herba est folio rumicis syluestris sed nigriore & pilosiore, gustus adstringentis, caule non magno, radice breui, tenui. Sunt qui putent esse lapathum acutum, sunt qui bistortam vulgò nominent. Adstringendi & glutinandi vim habet.

Βρεῖφῶ. infans, sic dictus παρὰ τὸ δεῖδαι φρεῖν, id est, quod egeat alimentò.

Βρεῖγμα. significat apud Hippoc. ut lib. de morbis maiore, id quod cum tussi expuitur, & Βρεῖσιν cum tussi expuere, quidam Βρηγμα, sine scriptione.

Βεῖζα. Cum Gal. Thraciam & Macedoniam peragraret, segetem multis in aruis offendit non spica modò, sed & culmo quoque toto typhae simillimam, consulensque rusticos ac rogans, quòdnam illi esset apud eos nomen, stirpem totam semèque Βεῖζα vocari responderunt.

Βρογγί. arteria chartilaginosa: apud Hippocratem.

Βρογγί. dicuntur asperae arteriae chartilagines penè circulares in totum pulmonem diuisae. Figuram, ait Gal. 4. de locis affectis, litera C referunt. haec cum in medio crassiores sint extremis partibus attenuantur & tandem in membranam degenerant, qua parte aesophagum respiciunt eique incumbunt, eandemque constructionem per totum pulmonem sparsae habent. membranas plures sortitae sunt: unam quidem propriam,

DEFINIT. MEDIC.

quomodo & ossa omnia & prater eam alias duas, unam internam, crassam & validam, sed tenuem, alteram externam, propriae membranae pertinacissime connatam, quibus omnibus cartilagineis illa sibi inuicem conectuntur. Dicta sunt βρόγχα diminutionis forma ἀπὸ τῆς βρόγχου, quod asperam arteriam significat.

βρόγχα κίλι. est tumor magnus & rotundus in gutture, aut aspera arteria exorietur. Vtrūque enim βρόγχος significat. Est autem duplex eius differentia, nam vel adipe tumet, sicut σπῆγμα, vel partium illarum dilatatione accidit, ut plerisque puerperis, cum propter vehementissimos dolores spiritum violenter continuerint. Est verò hæc incurabilis, quemadmodum & quæ in scirrhum durata est.

βρόγχος. dicta est à Rufo & plerisque medicis aspera arteria, propterea quòd maxima ex parte cartilaginibus cõstet quæ βρόγχα appellantur. Gal. comment. 3. ἐς δ' ὅδε ἀρθερωρ̄ scripsit Hippocr. βρόγχου appellasse vel totam asperam arteriam, vel guttur duntaxat, nec tamen ipse definiuit utrum appellarit, ex quo patet utrumque eo nomine significari. Quod autem βρόγχου κεφαλή aliquando dicitur, certum est ἀπὸ τῆς λάρυγγος ἢ φάρυγγος dictum esse.

βρόμιον. nomen est medicamenti acopi quod describitur à Paulo lib. 7. cap. 19. Describit & Aëtius lib. 15. emplastra duo βρόμια vocata, emolliendi vi prædita.

βρόμος. auena, vel potius auena species. herba est folio & stipula tritici, geniculata, dependentibus in cacumine paruulis veluti locustis, quibus semen inclusum est, non ut τῆ ἀγίλωπι deciduum, radice numerosa: tanquam sylvestre triticum est, inter vitia segetum. Est enim primum omnium frumenti vitium, & hordeum in eam degenerat, sic ut ipsa frumētī sit instar. Est autem βρόμος auena species, videturque nostra vulgaris esse auena, iumentorum pabulo nobilis. Altera enim eius species ἀγίλωπι appellatur, festuca Latinis dicta, & Gallis auron. τῆς βρόμου semen inter legumina censetur Galeno, idque illitum desiccatur & digerit mediocriter & sine morso, temperiem autem habet paulò frigidiorē. Nonnihil etiam adstringit. Sunt qui scribant βρόμον per ω.

βρόπον. sic dicitur à quibusdam δ' ἀείωρον siue sedum minus authore Dioscoride.

βρυγιός. stridor dentium, apud Hippocratem: & βρυγιῶν stridere dentibus.

βρύον. muscus. hoc est, substantia quadam capillata, villosa, viridis, germinationis modo circa cortices arborum concrescens. Laudatur maxime qui in cedro, deinde qui in populo alba & quercu provenit, præsertim qui odoratior est. Alio nomine ἀλάχορον vocari Dioscorides auctor est: habet vim astringendi.

βρύον θαλάσσιον. alga, siue muscus marinus. Est marina herba in lapidibus & testaceis nascens lactuca foliis, rugosa, veluti contracta, sine caule ab ima radice exsertibus foliis. Præcipua ei spissandi siccandique vis.

βρύον etiam dicitur herba alia quam Latini lupum salictariū, officina lupulum appellant, forte quòd huic herbae folia sint bryoniae similia.

βρύον etiam dicitur à quibusdam λαχίον herba quæ super saxa nascitur & rotulenti petris adhærescit.

βρύον quoque dicitur υια, hoc est, fructus populi albae ex quo populneum unguentum conficitur.

βρύον etiam dicitur à Democrito ἢ καωνίλις, sicut habetur apud Dioscoridem.

βρύονια. υια. σαφυλαί. Sunt qui allij genus esse putent, authore Hesychio.

βρύον.

βρύση. est potionis genus ex hordeo, quod Aristoteles βρύσην vocavit. Eo qui temulenti sunt, non in omnem partem, inquit, corrumpunt, ut ceteri, sed retrorsum duntaxat & supini. Hellenicus ex obryza βρύσην fieri commemorat, sit & ex milio, ut Athenaeus author est.

βρυάδης. id dicitur (inquit Galenus lib. 3. meth. med.) quod molle nimium est, & alga, quae βρύσην dicitur, ritu fragile. Sic quidē Linacer interpretatus est, quāquam fragile dici non debuit, quod musci siue alga mollis & cedentis proprium non sit frangi, sed potius alga ritu cedens. Nam & huic Galeni eo loco durum & premens opponit.

βρυονία. bryonia. Est quae alio nomine ἀμπλαδίκη dicitur, siue φλωδερύ, ut ait Galen. lib. 6. simplicium medic.

βρυονία ἀγρία. dicitur à quibusdam ἰατροποιήτως, ut habetur apud Dioscoridem.

βύβλω. ἀβρότος ἢ πικρὸς, apud Hippocratem.

βύβλω. est hordeum madefactum quod germen emisit, & deinde una cum enatis ligulis costum est, ut scripsit Aëtius lib. 10. cap. 29. Ex quo apparet βύβλω id esse aut non longe diversum ab eo potionis genere quod zythum & vulgò bieram appellant.

βύσσος. byssus. Est lini genus tenuissimum & nobilissimum, nascens in India & Aegypto, ex quo pretiosissimæ vestes olim contexebantur.

βόλιος. boletus. fungi genus est, sic dictum vel quod conuolutum sit & quasi glebosum (voluā enim, ut scribit Plinius, terra prius gignit, ipsum postea in volua, ceu in ovo est luteum) vel à colore ῥ βόλον, hoc est, rubrica illius qua pictores aurum operibus suis inducunt. Huic Paulus primum bonitatis locum inter fungos assignat, quod ab eo solo nemo adhuc dicatur interisse, quemadmodum Gal. scribit lib. πῶδι διχυμίας, succum tamen gignit pituitosum & frigidum, à quo periculosa multa symptomata possunt excitari. vide μύκητος.

I O. G O R R A E I P A R I S I E N S I S

Definitionum medicarum T O I I.



γαγάτης. gagates. Est lapis ex liquido bitumine, vel ex succo pingui & bituminoso cōcretus qui igni admotus ardet atque bituminis odorē reddit. Sunt autē qui dicāt nihil aliud esse quā bitumen durum & politum: niger est plerumque & squalidus, crustosus, perquā leuis. vim habet emolliendi & discutiendi. trahit ad se paleas, pilos, festucas veluti succinum. Dioscorides

author est eum nasci in Lycia (malē enim pro Lycia Ciliciam vertit Ruellius) quā influens amnis in mare effunditur proximē oppidū quod Plagiopolis dicitur, atque indē nomen habere. Namque & locus & amnis in cuius faucibus inuenitur, Gagag vocatur. Quem fluuium quāvis Galenus nauicula vectus, tota Lycia ora perlustrata studio rerum quae illic nascerentur cognoscendarū scribit lib. 9. simplicium medicamentorum se non vidisse (id quod Ruellio fortē Ciliciam pro Lycia reddendi occasionem dedit) tamen Gagam oppidum in Lycia fuisse scriptores memoria prodiderunt, idq; Alexandrum in primo rerum Lyciacarum libro, antiquum murū vocasse Stephanus author est: quare simul cum deserto oppido parvus amnis nomen mutasse potuit. Plinius etiam in oppidis Lyciae numerat Gagen. Quod oppidum quoniam, ut scribit Nicandri interpres, Gāge & Gangis vocabatur, Gagatem ipse Nicāder in theriacis ἰσχυρὰ πέντε, & Strabo Gāgitim appellauit. Idem verō etiā Obsidianus lapis vocatur, quod in Aethiopia inuentus sit ab Obsidio, ex quo fiunt gemmae quae Obsidianae nominantur. Gallico vocabulo getz dicitur.

γαγάτης. sic a plerisque appellatum est omentum, quia propter varium venarum atq; arteriarum textum, reti quod graecē γάγατος dicitur, simile videatur. Aliis autem qui circa umbilicum cernitur, quasi neruorū quidam contextus γάγατος vocatur.

γαγάτης. idem quod γαγάτης. de quo supra. Est & cognomen cuiusdam generis nardi Indica sic dicta à Gange fluuio circa quem nascitur, quae etiam γάγατης appellatur, de qua vide in dictione γάγατης.

γαγάτης. est nerui nodosa & renitens contractio nullo praeter naturam colore, doloris experts. In multis corporis partibus accidere potest, sed in manibus & talis frequenter, rarius in cubito & capite oritur. His ferē notis deprehenditur: tumor est paruus, inaequalis, nullo praeter naturam colore dolorisque experts, nisi validē comprimatur. Verūm ne tum quidem vehemens, sed stupidus dolor mouetur. Plerumque ex plaga, aut lassitudine, raro spontē prouenit, nec in alto sed sub cute radices agit, neque in orbem vel ad anteriora posterioraque transferri potest, sicut melicerides & atheromata, sed si vim facias, ad latera tantū, hoc est, ad dextram vel sinistram pro nerui situ, moueri & flecti potest.

γαγάτης.

γῆγραια. est partis alicuius mortificatio & extinctio proueniens à magnitudine inflā-
 mationis quæ neque digeri, neq; in pus mutari potuit, sibi que cōiunctas partes in af-
 fectionis consortiū pertrahens, nec ab ossibus quidem abstinet quæ vitioso humore
 perfusa imbutaque, quo caro circūposita madet, putrescūt emoriunturque. Non est
 autem γῆγραια perfecta κέρως, sed adhuc fit, sic tamen ut nisi opportunè succur-
 ratur, non modò pars ipsa quæ laborat, sed & aliæ vicinæ partes, ipseq; totus homo
 denique intereat. Cū verò sensum affectæ partes penitus amiserunt, iam non γῆγ-
 ραια, sed σφάκλος appellatur. Est enim per gāgrānam viā ad sphacelum, qui per-
 perfecta κέρως est. Verū, ut ait Gal. comment. 4. εἰς δὲ πῶδι ἄρδραρ, abutimur inter-
 dum vicinorum affectuum nominibus ad eos significandos ad quos proximè acce-
 dant, quanquā nondum ex toto ipsorū speciem & naturam habeant. Sic namque &
 Hippocr. ingentem inflammationem cū non ampliùs suum colorem tuetur dolori-
 que est, interdum γῆγραιαν appellauit.

ταῶδης. est lapis de genere Aëtitarum, etiamsi Dioscorides πῶδι ἀντίτου καὶ ταῶδης se-
 paratim disseiit. Terram intra se complectitur, ut plurimūm quidem candidam, sed
 aliquando pallidam, aliquando luteam, solaque figura ἀπὸ τῆς βελουτου differt: hic
 enim instar sagittæ oblongus est, ταῶδης verò rotundus. Muscus qui ei adhærescit,
 olet viotam. Hic lapis adstringit, siccatur, caligines oculorū discutit, & illitus ex aqua
 testium mammariūmque inflammationes sedat.

γάλα. lac. Est benignum corporis excrementum, sanguine è rubro in candidum mutato
 in mammis redundans ad fœtus nutrimentū. Sanguis enim in fœmina quidem super-
 fluus & inutilis, nec tamē alia re quā copia molestus, deponitur apud māmā tūm
 per venas quæ ab utero ascendūt, tūm per eas quæ à propaginibus venæ cauæ descē-
 dunt, ubi vi mammarum & glandularū in album è rubro vertitur & lactis naturā
 nomenq; accipit, non dissimili modo quo idem facultate testium peculiari in semen
 transmutatur. Dum enim glandula illum sibi assimilare conantur, non modò deal-
 bant, sed frigidius etiam efficiunt, sic tamen ut facile à fœtu concoqui possit, ad cu-
 ius nutritionem comparatum est. Itaque nulli ferè animalū lac fieri solet antequam
 uterum ferat, nisi fortè (quod Hippocr. annotauit, & ipse aliquando vidi accidisse
 mulieri, cui nec grauidæ, nec puerperæ tanta lactis copia in mammis succreuerat, ut
 satis alieno fœtui alendo esset) menstruæ purgationes defecerint. Hæ namque si in
 ubera se conferant, nec in habitum corporis regurgitent, aut aliò per venas feran-
 tur, vertūtur in lactis speciem, nulla in re mulieri molesta. Sed nec dum uterum fe-
 runt animalia, nec statim à partu lac utile omne est ad fœtus nutrimentum. Nam
 & cū fieri incipit, ad speciem puris densatur, & primum à partu spissitudinem &
 concretionem quandam spongiosam habet, quod recēs natis exhibere incommodum
 est. Hoc Latini colostram siue colostrū, & qui ex eius suctu malè affecti sūt pue-
 ri, colostratos appellant. Nomen quo vitium hoc lactis significent Græci proprium
 non habent. Eo autem è mammis vacuato, lac optimum succedit, quod, veluti san-
 guis ex quo gignitur, purum sincerūmque est, nec amaritudinis, nec acrimoniæ, nec
 aciditatis, nec falsedinis particeps, non graueolens, sed vel modicè odorum, vel sal-
 tem odoris expers, gustu etiam suaue & parum dulce, adhuc album & æquale, at-
 que inter liquidum spissūmque medium, ita tamen ut in unguem instillatum non
 diffluat: de quo cū dico, optimi lactis & à bene sano animali prodeuntis notas

DEFINIT. MEDIC.

explico. Ceterum lac omne quãquam simile videatur, partes tamen multum dissimiles habet. Constat enim tribus substantiis, crassa, ex qua caseus conficitur, pingui, ex qua butyrum, aquea, quam Græci ὀρέον, Latini serum nuncupant, quæ pro specie animalium, proq; fœminatum temperamento, inæqualibus omnino portionibus cõfusa sunt. In animalibus enim aliàs alia exuperat. Lac quidem in hominibus haud longè ab earum mediocritate abest. Huic proximum caprinum est. Crassius hoc ouinum. Crassissimum & pinguisimum bubulum. Tenuissimum cameli est, mox equæ, tum asinæ. Sus crudum & aqueum habet. Itaq; ex his caseus effici non potest. Sunt enim serosiora, quàm ut possint coagulo concresecere. Est & lac verum æstiuo aquosius dilutiúsque. Nec verò dubium est quin pro varia temperie & mistura diuersas adeptum sit facultates. Quod serosius est magis refrigerat & extergit & aluum subducit, quod est pinguius magis concoquit & laxat, quod crassius est aluum sistit, obstruit & emplasticum est. Lac autem generatim omne boni succi est, corpus alit, aluum emollit, è viridi præsertim pabulo: stomachum & intestina inflatione vexat, sed minus caprinum, quoniam pecus hoc adstringentibus pabulis magna ex parte vescitur. Inde stomacho accommodatissimum reddi solet. Ouillum autem dulce, crassum, & præpingue, nõ vsque adeò utile stomacho. Bubulum tamen, asinum, & equinum, ventri magis idonea, sed ipsum turbant. Ventrem adstringit lac omne decoctum, præcipueque candentibus calculis marinis exustum: sicq; ulcerosas ventris fluxiones adiuuat. Vtile est & contra rosiones vstionesque ab exitiabilibus medicamentis factas, ut à cantharidibus, salamãdra & reliquis venenis. Lac autem omne respuendum est splenicis, hepaticis, comitialibus, vertiginosis, & nervorum vitio laborantibus, febriculosus & capite dolentibus, nisi si quis interdum purgationis gratia ἄσδρ bibat.

Est autem γάλα ἄσδρ, hoc est lac scissile, à quo dirempta secretaq; est serosa portio. Verumtamen non lac quidem ipsum, sed serum eius hoc nomine verius appellandum venit. Eius enim causa medici τὸ γάλακτος ἄσδρ meminere, quod valeat ad subducendam aluum. Est autem huius conficiendi ratio hæc, quam scripto prodidit Dioscorides: Lac fictili nouo feruet, ramoque ficulneo recenti mouetur, in sparsis, postquam bis aut ter efferbuerit, totidè aceti mulsi cyathis quot sunt hemina lactis. Ita enim serescens liquidum ab eo diuiditur quod in caseum concreuit. A quo non discrepat Paulus, nisi quod videtur mel aut acetum mulsum admiscere sero lactis posteaquam à caseo discesserit, & non ante eorum separationem, ut videtur velle Dioscorides. Verum τὸ ἄσδρ τῶν γάλακτων, hoc est, scissionem hanc moliendam esse citra coagulum oxymelite frigido in lac valdè feruens instillato docet Gal. lib. 3. de aliment. facultat. Idem etiam mulso effici, interdum etiam citra ullam liquoris instillationem vase gelidam aquam continente in lac demisso ipsum scindi separatiq;e. Quod autem ipse præcipit lac ficulneo ramo agitandum, duplicem habet causam authore Columella lib. 8. tum ut quod in lacte casei est citius densetur, tum ut iucundissime sapiat. Datur subducendi ventris causa etate quidem florentibus ad duos sextarios, iunioribus non minus sextario, ut ait Paulus. Verum secundum Dioscoridem bibitur heminis per intervalla singulis, vsque ad quinas, ita ut intercedentibus spatiis potantes ambulent. vide ἄσδρ γάλα.

Fit etiam ex lacte id quod πρῶτον γάλα appellatur, quod statim à partu multum & cinere

cinere calido modicè tepefactū, citra coagulū statim cōcrefcit. de quo vide suo loco.

Est & alia lactis præparatio, cum per coagulū, melle admisto, lac cogitur, medici γάλα πικτόν, Aëtius πικτὸν appellat. Sic enim serum lactis à crassiore parte secedit. Id vario modo sumi solet. Alij tantū quod concretum est, sumunt: hoc autem tribus constat, caseosa lactis substantia, calida igneaque coaguli virtute, & melle. Alij cum eo serum simul hauriunt, idque vel nihil demētes, vel alterum altero largius. Habet id facultatem subducēda alui, sed magis minūsq̄, prout plus minūsq̄ feri habet, cui ad deiciendam aluum præcipua vis est.

ὄξύγαλα, hoc est, lac acidum. fit certa quadam lactis præparatione per quam sola caseosa substantia relinquitur, eaque ipsa non eiusdē omnino naturæ cuius ab initio fuit, verū ad frigidiorē statum deflexa. Valde frigidum est & crassi succi. vide suo loco.

γάλα κη. θαρπτόν, hoc est, lac purgatorium aliud à prædictis docet Aëtius lib. 3. In lactis asinini vel caprini hemina scāmōniæ scrupulos duos miscet quo bilem purgat: aut cnici granorum internam partem iniicit, quo pituitam euacuat. Sic enim optime sallūtur qui metūnt purgari, propterea quod ab his nō immutatur lactis color. γάλα γα. radicis nomen est de qua nihil à veteribus scriptum esse comperimus: innotuit tantū ex Mauritaniūm cōmentariis, qui duplicem eam statuere, unam maiorem, alteram minorem. Minor tenuis est, intrā extrāque purpureo colore rufescēs, geniculata, internodiis reflexa, odorata, sapore valde acri & piperis gingerisq̄ modo linguam urente, odore formæque cypero similis, & credita à quibusdā eadem cum cypero Babylonico. At maior, tamen si longè crassior sit, viribus tamen infirmior est & colore dilutior minūsq̄ odorata. Calefacit & siccatur ordine tertio.

γαλακτίδης. dicitur ὁ πύμαλλος, ut ait Aëtius.

γαλακτίτης. est lapis ex saxo calcario nascens sicut & μελιτίτης, cui & in reliquis notis valde similis est, cinereo colore, qui cum coti atteritur succū reddit lacteum & dulcem, ex quo nomen suum accepit. Singulis ferè annis capit incrementum, quò fit ut aliquando magnitudine pueri caput exæquet. Caloris aliquid habet atque abstergit, ad oculorum fluxiones & ulcera inungitur. Oportet autem in aqua tritum pyxide plumbea recondere, propter vim glutini quod ei obhæret. Idem mulieres lacte copioso implet si tritus post balneum cum aqua aut vino dulci bibatur.

γαλακτώδης. apud medicos absolute dictum significat idem quod tepidum atque egelidum, quod in modum lactis neque calidum est neque frigidum. Sic apud Dioscoridē plerisque locis ὕδωρ γαλακτώδης (ut cap. de aloë, ubi Marcellus falli videtur, serū lactis vertens quod nemo unquam animaduertit aquā dictum fuisse) apud Aëtium lib. 9. cap. 6. μελιπράτον γαλακτώδης: & apud Galen. lib. 7. meth. med. ἰδίωματα γαλακτώδη intelliguntur, ut facile est ex eorum lectioe iudicare.

γάλαξ. idem quod γλαῦξ, de quo postea.

γαλαξίας. lapis qui & μέροχος & λθικεργός dicitur, de quo vide μέροχος.

γάλαπον. idem quod γάλιον, de quo vide suo loco.

γάλαπ. dicitur à quibusdam ὁ ἄσραχός frutex paruis, ut habetur apud Dioscoridem.

γαλιόραρον. est apud Xenocratem herba leucacantho similis, palustris & spinosa, caule ferulaceo & alto, cui summo in capite inhæret quiddam simile ouo. Ad eam proximè τὸ δισκαρον accedit:

DEFINIT. MEDIC.

γαλώδδλωρ. herba ἰ γαλώψις, ut habetur apud Dioscoridem.

γαλώψις. fuit olim primum nomen τῆς θειακῆς. Sic enim ab Andromacho & aliis qui ipsum etate anteibant appellabatur, cum videlicet vipera carnes nondū admistas haberet. Eas primus Andromachus Neronis tempore creditur addidisse, & à Critone postea eam ob causam θειακῆς fuisse nuncupatam. Est autem dicta γαλώψις, ut ait Galenus; quia corporibus tanquam aliqua morborum tempestate vexatis tranquillitatem & veluti serenitatem inducit.

γαλώπιον. nomen est malagmatis cuius compositionem habet Paulus lib. 7. cap. 18.

γαλιόγυφες. dicuntur ab Hippocrate, ut scribit Galen. qui ob humeri caput in alam prolapsum dum adhuc crescebant, humerum breviorē habent. Huius autem rei ille duplicē causam assignat, vel quod dum in utero sunt, humeri luxentur, vel quod post ortum tenera adhuc etate iuxta humeri caput in intimis partibus altēque suppurations oriuntur, siue secuntur, siue utantur, siue per se pus aperiat, sicut ab eo scriptum est ἐν τῷ πῶδι ἄρθρω. Idem verò ἐν τῇ γαλώψις ἰβηγίσι scribit sic appellari eos qui parvū & gracile habent brachiū, partes autem circa cubitum tumētiores in modum mustela quam γαλώψις appellāt, à qua deductum hoc nomen esse videtur.

γάλιον, siue γαλάπιον. herba est rectos stantēsq̄ue ramos habens & folia apatina similia, florem in cacumine luteum, densum, exilem, numerosum, odore grato, qui ambustis emplastri modo impositus medetur, & sanguinis è naribus profluvia sistit: nomē accepit quod coagulandi lactis vim habeat. Rura Gallica minus muschetum vocant.

γαλώψις. frutex est totus caule & foliis urtica similis, nisi quod folia maiorem habent laeuorem, & trita pergrauem odorem reddūt. flores habet tenues & purpureos. Totus frutex vim habet emolliendi si ex aceto tepidus emplastri modo imponatur, aut in foru adhibeatur. Dicitur & γαλώδδλωρ. Putatur ea esse quam officinæ agripalmam dicunt.

γάλλος. gallus. Nomen est τῆς θρωπικῆς ab Oribasio compositi, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 19. & apud Aëtium lib. 3. cap. 180. πῶδι θρωπικῆς.

γαμφύλιον. à quibusdam dicitur πιαστὴν καὶ γένος, hoc est, maxilla.

γαμφύλιον. κυρτόν, vel curvaturas habens, apud Hippocratem.

γαργαρέων. gurgulio. Particula oris est, solius hominis propria. Est autem caro fungosa, oblonga, à palato iuxta narium meatus in os propendens superiori quidem parte latior, inferiori verò in modum pyramidis acuta. Facit ad vocis modulationem, ideoque πάλιν ἰβηγίσι à quibusdam dicta est. Eadem morbo affecta, iam non amplius γαργαρέων, sed κίον & κωνίον & σαφυλὴ & ἰμάς appellatur.

γάρον. garum. Est liquamen seu sanies piscium sale conditorum & maceratorum. Primum factum est è garo pisce, unde & nomen habet. Deinde ex scombro, intestinis eorum ceterisque quæ abiicienda essent sale maceratis. Postremo & priuatim, ut ait Plinius, ex inutili quodam pisciculo minimòq; cæpit cōfici, & ex qualibet etiam materia diuersis modis præparari. Verum Dioscorides nō è salsis modo piscibus, sed animalium etiam carnibus garum fieri solitum scribit. At nemo veterum, ut plerumq; sit in re nota, certam eius confectioem docuit. Diuersum enim esse à muria seu salsugine piscium intelligi potest ex Gal. lib. 11. de simpl. medic. facult. & Martialis etiam Xenii, de garo & muria. Nouimus quidem nunc thynnū, scombrum, aliòsque ex quibus conficiebatur pisces, confectioem verò non facile aliquis ostendat,

dat, quibus additis saporibus & qua muria condiretur, & qua tam diligens purgatio & lotura eius esset, ut sordidum alioqui & feculentum poculum grato sapore bibi potuerit: nam & Gal. gari dulcis meminit, idemque scripsit plurimum facere ad delectationem. Sed longo post tempore Constantinus Casar extremo lib. 20. de agricultura aliquot quidem parandi gari rationes memoria prodidit, de quibus tamen dubitari adhuc potest, sintne illa eadem qua superioribus seculis fuere. Intestina, inquit, piscium iniiciuntur in vas & saliantur, parui item pisciculi, maxime atherina, aut exigui mulli, aut manula, aut lycostomi, aut si qui alij parui habeantur, omnes similiter saliantur, & in sole inueterantur, frequenterque versantur. Postquam vero per calorem fuerint inueterati, garum ex ipsis hoc modo tollitur. Cophinus longus imponitur in vas plenum praedictorum piscium, influitque garum in cophinum, atque sic per cophinum percolatum suscipitur. Reliquum vero recrementum alex efficitur. Haec quidem potuit esse simplex gari conditura, praeter quam fuisse alias satis indicant varia gari differentiae & nomina: ut Carthaginense, Hispanum, sociorum, nigrum, αἰμαίνου, πικρῶν, αἰσχροῦ, ὀξύγαρου. Ac Carthaginense quidem & Hispanum dictum est quod e sinibus Carthagini & Hispania laudatissimum deferretur. Sociorum vero, quod ganeones & gula dediti sociatim eo uterentur, & ob praecipuam qua inter socios eo uescentes caperetur voluptatem. Nigrum vero & fecosum & αἰμαίνου, hoc est, sanguineum, quod veluti fex esset piscium, quodque eorum cruor ad confectionem eius adhiberetur. Fiebat autem αἰμαίνου praestantissimum hunc in modum. Intestina thynni cum branchiis cruoreque ac sanguine accipiuntur, aspergiturque salis quod satis est, & in vase sinuntur. Post menses autem duos vas ipsum perforatur, effluitque garum quod αἰμαίνου dicitur. Id credo esse quod Paulus Aegineta γαρου πικρῶν, hoc est, garum primum siue excellens appellat. Quod vero αἰσχροῦ atque ὀξύγαρου appellatur, iam simplex non est, sed illud quidem vino mistum est, hoc vero aceto conditum. Similiter & ὑδύγαρου, quod aqua dilutum est, de quibus apud Aetium lib. 3. cap. 84. 85. 86. qui libr. eiusdem cap. 82. descriptionem etiam τῶ γαρου καὶ σαρκῶν explicauit. Ceterum garum, ut scribit Gal. facultatem habet multum calidam & siccam, ac proinde ex eo quidam usi sunt ad ulcera putrescentia. habet & vim ex se soluendi, ut idem scripsit lib. 2. de aliment. facult.

ῥασίη. venter, ventriculus. Sunt qui eo nomine designari dicant totam eam regionem qua septo transuerso, hypochondriis & pube circumscribitur, quam ego potius ὑδύγαρου vocari arbitror. ῥασίη autem peculiari nomine Gal. ventriculum appellat in quem tibi ingeruntur & concoquuntur. De qua nos etiam hic sub eo nomine dicemus, non tamen repudiata priori significatione qua aliquando ῥασίη ἀπὸ τῆς ὑδύγαρου sumitur. Est autem pars membranosa, caua, rotunda, oblonga, duabus tunicis constans & oesophago continua, ciborum receptaculum. Nec vero tantum in homine, sed etiam in animalibus, in quam partem cibum ea recipiunt, ventriculus nominatur. Incipit a mucronata cartilagine, situsque est medius exacte inter dextram & sinistram partem, & utrinque duo habet viscera, dextro quidem latere iecur, cuius fibris tanquam digitis comprehenditur, in sinistro vero lienem inferius protensum. Rotundus est ubique, in figura oblonga, ut inflatus ostendit. Est autem oesophago continuus & substantia similis. Duabus enim tunicis etiam componitur, interna nervosa, crassa, externa carnosae, minus tamen quam oesophagus, quarum illa rectis fibris superne

DEFINIT. MEDIC.

deorsum procurrentibus intertextitur, hac verò transversis, utraque autem obliquis, sed paucis. Habet præterea tertiam tunicam à peritonæo, qua illud phrenas subtegit, omnium crassissimam, epiploï anterioris procreatricem. Est autem ventriculo os geminum, unum supernum quod πύλαρος proprie dicitur & σπύρα τῆς γαστρῆς, amplius & maximè senties propter nervos quibus præditum est, infernum autem angustius quod πύλωρος appellatur. Venas habet multiplices sed præcipuè propagines duas parvas à vena portæ proficiscentes, & in ipsum varia serie distributas quæ γαστρικαὶ possunt appellari. Nec tamen ambæ ab eodem loco manant: una enim ex vena portæ trunco oritur, quæ pylorò & posteriori ventriculo illi propinquo distribuitur. Altera verò ex eiusdem venæ portæ trunco splenico proficiscitur, & gibbæ ventriculi dextra inseritur. Arterias verò habet ab arteria quæ secundùm lumbos fertur, nervos autem duos insignes à sexta coniugatione qui per ipsum sparsi præsertimque os eius & partes alias ori vicinas, sensum ventriculo exquisitissimum invehunt, quo & indigentiam & rosionem persentiscit.

γαστήρ. sic dicta est rapa apud Lacedæmonios, ut scribit Athenæus.

γαστροκνήμια. sura posterior tibiæ pars carnosa, sic dicitur quoniã veluti tibiæ venter est: siquidem extuberat, propter musculorum eam tibiæ sedem occupantium crassitiem. Ea uni homini inesse dicitur, cùm reliqua omnia animalia crura habeant sine suris. dicitur & γαστροκνήμων.

γαῶσις. apud Hippocratem gibbum, obtortum & incurvum significat. Sunt qui accentu in ultima γαῶσις scribant, sicut annotat Gal. comment. 3. εἰς τὸ πᾶσι ἀγαῶσις.

γέφυλλις. sunt qui existiment porrum capitatum ita appellari, alij γέφυρον ita vocant.

γέφυρον. herba est ceparum generis, penè sine capite, cervicis tantùm longa. sæpius refectatur, ut porrum. Didymus dicitur γέφυρον simile fecisse τῷ ἀμπαλοπέρισσῳ. Sunt qui alio nomine γέφυλλιδά tradant vocari. Plinius scribit à Latinis pallacanã nominari.

Γέλασιον ἢ

Γέλασιον. Pars quæ in superciliis prominere, velut imbricamentum quoddam aliorum humores detruans. Gaza grundam vocat. Sunt autem grunda & sug grundia cæcæ partes prominentes, quibus stillicidia arcentur à parietibus. Aliqui γέλασιον, simplici & scribunt.

Γελασινοὶ ὀδόντες. sic dicuntur dentes quatuor medij & anteriores qui per risum patent. Vocatur & γελασιὸς canum illud quod in media bucca per risum apparet: de quo intelligendus est versiculus ille Martialis: Nec grata est facies cui gelasinus abest. quanquam sunt qui interpretentur eam faciem deformem videri cui desunt dentes anteriores γελασινοὶ dicti, τῶμας alio nomine vocantur & διχασῆες.

Γίλγες. grana quibus allij caput compactum est, alio nomine ἀλλιδες appellantur.

Γέλασις. risus. Est motus ex contractione labrorum & exspiratione intercisâ, sonora, hilaritatem declarans. Motum quidem esse, nemo ambigit, verùm ad quam facultatem pertineat, iure potest dubitari. Nam cùm ipse nota sit hilaritatis, eaque inter animi affectus censeretur, qui omnes sine controuersia ad facultatem θυμωδῆν pertinent, non immeritò ipse quoque risus eiusdem facultatis functio videri poterit. Cùm enim contrariorum eadem sit ratio & disciplina, & tristitia quæ hilaritati aduersa est, eiusque propria nota, ut contractio caloris ad interna, extremorum frigiditas, faciei pallor, pulsus parvus, languidus, tardus, rarus, & reliqua quæ eam comitantur,

mitantur, opera sint facultatis eius animosa quam in corde medici collocarunt, pariter hilaritas cum suis notis tota facultatis erit animosa & vitalis. Verum ea est animi pathematum cōditio, ut protinus atque in corde concepta fuerint, reliquas simul facultates afficiant, atque in iis affectionis suae notas excitent. Sic quidem timentes corripuntur totius corporis tremore: gaudentes gestiunt: irati extra se sunt & mentis impotes, qui non iam *δυνασθέντες*, sed animalis facultatis motus existunt. Quo fit ut quae affectus animi consequuntur symptomata, non sint omnia eius facultatis ad quam ij primò & per se pertinent, sed in aliis etiam corporis partibus eorum signa manifestò appareant. Ergo cum in corde concepta est hilaritas, mox indicibili quodam modo mouetur & veluti gestit copiamque spirituum luxuriat. Hi in pulmonem effusi eam intercisam sonoramque expirationem faciunt quae risus dicitur. Ac quoniam mutuus est & promptissimus omnium facultatum inter se consensus, cerebrum quoque voluptatis quae cordi inest particeps, eam quasi cordi cōgratulans, laborum contractione, motu sibi proprio testatur. Quem tamen motum cur potius quam aliud quemuis in risu delegerit, nemo planè est qui se scire possit profiteri. Satis est intelligere eo motu naturam voluisse prodere conceptam in animo cuiusque hilaritatem. Est autem ea laborum contractio compressioque aequabilis, & in moderato quidem risu modica, amplior autem in profusiore, & aliquando tanta ut dentes denudet atque deformitatem inducat. Quia tamen ea planè naturalis est, risu sedato protinus ad se labra orisque habitus redit, longè dissimilis ab ea contractione quam aliqua praeter naturam causa expressit. Itaque ea laborum contractio quae Sardoae herbae crociue potu, aut praecordiorum inflammatione provenit non nisi *κατακρηστικὸς* risus nomen accepit. Tunc enim ita labra conuelluntur, ut risus speciem quandam & similitudinem praebeant. Iam quod pertinet ad eum sonum qui ridendo editur, is in vocalibus instrumentis perficitur. Eius materia est spiritus multus, tenuis, calidus è corde prodiens & in pulmones effusus. Quibus enim eiusmodi spiritus suppetit, ij ad risum solent esse propensissimi: sicut è cōtrario quibus paucus est & crassior & frigidior spiritus, ut plurimum ridere nō possunt. Ea quidem causa est cur frigidus siccoque homines praediti temperamento, ut senes & melancholici, ad hanc aegri aut qui tenui sunt valetudine, nunquam aut admodum raro ridere videantur: cur etiam qui literarum studiis avidius incumbunt prorsus ἀγλαστοὶ reddantur. Non enim habent spirituum eiusmodi prouentum qui confertim è corde erumpere possit eamque concitare expirationem, quae in se diuisa & intercisè prodiens singulis sui partibus atque sectionibus sonum edat. Siquidem non erumpit in risu ἀδρόως ille spiritus, sed diuisim & per incisiones, ut non una, sed quodammodo multiplex exspiratio illa videatur. Ea saepè tanta est, ut nimia spirituum exolutione syncopas & vitæ periculum prouocet. Tantos quidem in corde motus concitat hilaritas. Sic autem appello affectum animi, non à seriis quidem rebus pacato tranquillòque motu profectum (id enim gaudium potius dicendum est, quo multi p̄y bonique viri, & senes & philosophi & omnis generis homines citra risum perfruuntur) sed potius à placidis & ludicris effusè manantem. Talis hilaritas sensibus maximè hauritur, perque eos in cor progreditur aut eius quae aliàs sensibus percepta est voluptatis recordatione redintegritur atque innouatur. Quo fit ut non auditu modo visuque rerum ludicarum, sed alarum etiam plantarum pedum leni contactu, quem titillationem vocant, in ri-

DEFINIT. MEDIC.

sum solui possimus, sed & sani & qui per morbum desipiunt sola eiusdem voluptatis quam aliquando senserint recordatione persape rident. Quem risum verum esse & naturalem non dubitârim asseuerare. Est enim hilaritatis animi index cum ea contractione labrorum & sono quibus antè risum cōstare definiuimus. Quæ quidem duo semper in risu concurrunt numeris suis omnibus absoluto atque perfectō, aliàs quidē moderatiùs, aliàs verò profusiùs, quod Latini proprio nomine cachinnum vocant, pro ridentis natura, sicut antè à nobis dictum est: quorū alterum si desit (deest autem aliquādo sonus ille præsertim in modestioribus naturis) is non plene verèque ridere, sed potiùs subridere dicetur.

Γεμωλις. idem quod ἀέτις: lapidis nomen est sic dicti quoniam quasi prægnans sit, id quod etiam ætita proprium est.

Γενεῖς. lanugo prima. sic dicitur & fasciæ circuitus qui sub mento circumagitur, ut habetur apud Galenum lib. de fasciis.

Γενίον. mentum. Est pars prior genæ inferioris in acumen subrotundum tendens: posterior namque mandibula appellatur. Ea in parte duo ossa genæ inferioris suturâ iunguntur, in pueris manifesta, quæ ita progressu ætatis coalescit, ut tandem symphysi uniantur, & nulla ferè vi, coctione aut putredine separari possint. Rufus auctor est eādē partem ἀνδραγαθία etiam dici, eamque definit esse ὁ ἀπὸ τῆς κατω γνάθου. Ab aliis etiam ὄφυρις vocatur.

Γεντιανή. gentiana. herba est foliis iuxta radicem erumpentibus, iuglandis vel plantaginis similibus, subrubris, parum dissectis, caule cauo & leui, geniculato & ex interuallis maioribus foliato, binūm ferè cubitorum. semine in calycibus lato, sine pondere, radice longæ aristolochiæ crassa, amara, quæ proinde obstructions soluit, absterget, extenuat, purgat. Nomen habet à Gentio Illyriorū rege qui primus eam reperisse dicitur. Retinet autem ipsum in officinis.

Γένος. genus. Id nomen scripsit Galen. commēt. ἀπὸ τοῦ διαιτῆς ὄξιος se obseruasse apud veteres Græcos aliquando in iis usurpari quæ ὁμοῦ μίας dicuntur, quæ unum quidem habent significatum, sed ex eius diuisione in plures differentias deducuntur, de quo dicere sapiùs consueuimus genericas eius rei differentias esse vel duas, vel tres, vel quotquot esse possunt. Indifferenter tamen genus pro specie, differentia, formâque dicitur.

Γενῖς. gena. Significat maxillam tam superiorem quàm inferiorem: additur autem ad distinctionem ἡ ἄνω vel ἡ κατω. Dicitur & alio nomine γνάθος, sed ambigua pariter significatione. Distinguit tamen Aristot. de histor. animal. lib. i. cap. ii. scribens, ἐν σαργῆς δίο. τοῦ τῶν ἑ πρῶτον, γένιον, ὃ ὁ ὀπίον, γένιον, hoc est, interprete Γαζα, Est prætereà maxilla duplex, cuius prior pars mentum, posterior mandibula est. Sed nos nostram diuisionem sequamur. Dicitur ἡ ἄνω γένιον, hoc est, gena superior, pars faciei, fronti proximè subiecta, auribus utrinque, ab imo autem gingiuis terminata. Non unico osse, sed pluribus, solidis, duris & leuibus constat, de quorum numero non benè cōuenit inter anatomia professores, quòd aliqui suturas, in iis valdè obscuras neglexerint, nec duxerint ossa iis esse separanda. At qui scrupulosiùs ea diuiserunt, omnia enumerant quatuordecim, ab utroque scilicet latere septem, quorum tria situ & magnitudine differentia ossi frontis consigua sunt, quartum nasi pars est, quintum, quod valdè longum est, dentes priores quos τῶμῆς & δὲ χυσιῶς vocant, complectitur, sextum

sexturn omnium maximum dentes ceteros continet latere suo sitos, septimum verò, quod minimum est, in intimo palato ad eius foramina reconditur. Sic quidem se habet gena superior. At inferior, quæ ἡ ὑπογεννητικὴ dicitur, est pars faciei infima & mobilis, dentes inferiores continens. Constat osse non simplici, ut plerique putant, sed gemino, sicut Hippocrati & Galeno visum est, quorum distinctio medio in mento est, ubi sutura apparet, in pueris quidem evidenter, in adultioribus autem paulò obscurius, quæ tamen etiam in proeectis coctura fatiscit. Aliter namq; ea duo ossa separari vix possunt, adeò inter se τὴν συμφύσει coaluerunt. Non est igitur os illud simplex & unum, sed geminum, & utrumque quidem durum & solidum, quòd ea ex quibus constat gena, sola mobilis sit, & in manducando plurimum laboret. Vtriusq; ossis partes extremæ quasi bicornes sunt propter duas ἀρθρώσεις, hoc est, processus qui ab iis oriuntur. Alter processus infra latior, vertice ipso tenuatur (quòd genus à scriptoribus anatomes ἡ ὑπογεννητικὴ vocatur) longiusque procedens sub osse iugali subit, & temporum musculis excepto ab iis tendine, alligatur. Alter breuior & rotundior, & in eo sinu qui iuxta foramina auris est, in osse temporum iuxta processum μαστοῦ καρδινίς modo versatur, ibique huc & illuc se inclinans maxillæ facultatem motus præstat. Sub his processibus utrinque unum foramen est, per quòd portio nervi à tertiâ coniugatione, itémque vena & arteria ad dentes fertur, quibus & sensus & alimentum ipsis suppetat, cuius gratia nò modò inferior, sed superior etiam gena sinum possedit medulla refertum.

ἡ ἡλικία. seniores. maiores natu. sic dicuntur ab Hippocrate non qui simpliciter senes sunt, sed in collatione & comparatione ad eos qui trigesimum annum excesserunt. Qui enim ab ea ætate ad senectam usque annis excedunt, hi per comparationem seniores ab eo appellantur, sicut Gal. comment. 3. ἐπὶ τῆς ἡλικίας ἀνομοιογενῶν annotavit.

ἡ ἡλικία. dicitur vetus quæcunque arbor. Græci enim ἡλικία vocabulo lignum omne significant.

ἡ ἡλικία. herba est duorum generum. unum folio anemones, sed longiori diuisura, radice ferè orbiculata & dulci, cacumine gruini rostri (ex quo nomē habet) figura quòd in mucronem acuminatur, undè pastoris acus vulgò dicitur. Alterum foliis maluæ paulò cãdidioribus, caule lanuginoso, flosculo purpureo. Vbique per Galliam pes columbinus appellatur. Nullius sunt in medicina usus authore Dioscoride.

ἡ ἡλικία. emplastrum est sic dictum quòd præter cætera gruis pēnas vstas recipiat. Tribuitur Polleti. Habetur eius descriptio apud Aëtium.

ἡ ἡλικία. est vinculi genus ad humerum excidentem aut iugulum fractum ab Hippocr. vel, ut aliis placet, à Perigene inuētum: sic autem per similitudinem appellatum est.

ἡ ἡλικία. sic dicitur à quibusdam τῆς ἡλικίας, ut habetur apud Dioscoridem.

ἡ ἡλικία. herba est quæ inter saxa gignitur, longa barba, foliis instar capillorum prælogis, flore luteo, qui in volucres barbularas evanescit, quas pueri barbas dei nuncupant. Lacte manat & radice amara est, eoque à tragopogone differt.

ἡ ἡλικία. gustus. Est sensus saporis. Nec verò sensus ipse solùm, sed etiam vis ipsa gustandi ita appellatur, sicut ἡ ἡλικία, hoc est, odoratus non solùm odoris sensus, sed etiam ea facultas, cuius odorandi officium est. Huius autem tum sensus, tum facultatis præcipuum instrumentum lingua est, quam ob id natura & mollem esse voluit, & molibus nervis donavit. Humor enim ad gustum omnino necessarius est, inque eo ra-

tionem obtinet cause non eius modo per quam gustus melior fit, sed eius etiam sine qua fieri prorsus nequit. Idcirco quæ data sunt nullumque humorem ex se remittunt, nullo modo gustum afficiunt, nec lingua etiam ipsa scabra & arida, ut per febres fit, de saporibus rectè indicare potest. Itaque natura nervos illos valdè molles esse voluit, quos in linguae superficiem & tunicam ad gustum diffudit. Hi maxima portio sunt tertiæ coniugationis à cerebro procedentis, quæ tota ob id à Galeno gustatoria nuncupatur: & cuius etiam nervi propter insignem molliem simpliciter ὄζα μαλακὰ appellantur. Ad eò necesse est quicquid gustum movet, molle humidumque esse, aut facile in ore liquari posse, ut saccharum & sal. Ceterum quoniam ex illa eadem tertiâ coniugatione propagines quædam nervorum in labia, gingivas & dentes excurrunt, ideo in his quoque partibus vis aliqua inest saporum discretrix, sed quæ multum linguae cedit. An vero & palato, ut poëta loquuntur, vis ea insit necne ignoro, quòd nec legerim id scriptum à Galeno, nec palatum eiusmodi coniugationis particeps esse ab anatomicis annotatum sit. His igitur instrumentis cerebrum anteriore sui parte saporos quos Græci χυμῶς καὶ γούστως δυνάμεις ἢ ποιότητες vocant, diiudicat, non quidem propter se, sed ventriculi causa, quòd ad delectum ciborum, saporum genera maxime pertineant. Sunt autem omnes gustus differentie octo, αἰσθηρότης, σφοδρότης, πικρότης, ἀλυκότης, δειμύτης, ὀξύτης, ἄλοκότης, λιπαρότης. Alij, inquit Galenus, septem modo enumerant, alij vero his quoque pauciores. Qui septem statuunt, αἰσθηρότητα καὶ σφοδρότητα, hoc est, austeritatem & acerbitatem unum genus faciunt, quòd non differant specie, sed intensione sola, utraque enim adstringit, illa magis, hæc minus. Itaque ambæ sub adstrictione quam σύψυ vocant comprehenduntur, quam propterea à Gal. in comment. in lib. de nat. hum. inter gustabiles qualitates recenset. Qui pauciores numerant similiter sub uno genere πικρότητα, ἀλυκότητα, δειμύτητα, hoc est, amaritudinem, salfedinem, acorem comprehendunt, quòd amarus ex nitroso proveniat intensione, salsus vero aut nitroso imbecillior, aut præterea adstrictionis aliquid assumere videatur. Sed de singulis suo loco, quæ à nobis scripta sunt, requirantur. vide χυμῶς.

γούστως. dicitur ab anatomicis quibusdam pars ea linguae quæ ad fauces est, in qua gustus sensum maiorem inesse putant, ut habetur apud Iulium Pollucem.

Γῆ κρημύτης. ἢ ἀργίλη, apud Hippocratem.

γῆ σμικτῆς. ἢ κρημύτης. alba creta, apud Hippocratem.

γῆ χαλκίτης. idem quod lapis chalcites, apud Hippocratem.

Γῆρας. senectus. Est temperamentum corporis frigidum & siccum annorum multisudinis ratione proveniens. Sic quidem senectutem Gal. lib. 5. de sanit. tuend. definiuit, non veritus eam temperamentum dicere, quòd potius videtur adiunctum quid esse senectuti quàm generis rationem obtinere. Disertur fortè aptius esse, Vix a portio eo constans temperamento. Omnes siquidem vitam per ætates distinxerunt, earumque singulis sua temperamenta præscripserunt, annorum spatia diversa. Ita namque fert naturæ conditio, ut corpus humanum nequeat diu eodem in statu esse, quòd sit omni genito corpori corruptele interitumque connata necessitas. Cum enim ita nati simus, ut in naturæ nostræ primordiis calidum frigidum, humidum sicco præpollat, constetque nobis ex humida substantia genitura origo, quam tamen humidam perpetuò servari conueniens non erat, quòd ex ea nervi, arteria, ossa, cartilaginee & alia id genus

genus fieri deberent, natura statim in generationis initio ignem terramque copiosius admiscuit, quæ non torrerent quidem urerentue, sed tamen abundè siccarent. Quæ tamen à parvis initiis eò tandem progrediuntur, ut omnibus iam partibus supra modum siccescentibus non solum cuiusque officium minùs probè administratur, sed etiam corpus ipsum macilentius graciliusque quàm ante reddatur. Ergò ultra siccatum, non macilentius modò, verum etiam rugosum efficitur. Artus quoque ipsi inuvalidi, atque ad motus suos incerti inconstantésque redduntur. Affectio hæc in animalibus γῆρας dicitur, ei quæ in stirpibus αἰωνίσι Græcè vocatur, proportionè respondens. Est enim & illa stirpis senium, siccitatis excessu proveniens. Absumpto autem eo humido quod & insitum, & radicale, & primigenium nuncupant, necesse certè est corpus frigidius reddi tum quòd terrena portio iam exuperet, res omnino frigida & sicca, tum quòd natiuus calor unà pereat, qui totus in eo humoris genere consistit. Itaque natiuo calore humorèque destitutum corpus, imbecillum euadat necesse est, malèque concoquat, & excrementa quàm plurima colligat à quibus senectus humida esse potest videri, cum tamen solidarum partiù temperamento sicca sit. Sed cum multas ob causas refrigerari siccarique corpora hominù possint, eam solam veri proprièque dicti senij agnoscimus quæ ætatis decursu annorumque numero provenit. Ea namque senij est propria, quæ senium est: alia autem, ut vitæ exercitium victusque ratio siccior, vel morbus, vel sollicitudo, vel mæror, vel alia id genus immoderatiùs siccantia, frigidum quidem siccumque temperamentum inducunt, sed quòd impropriè, nec simpliciter senium nūcupari potest, sed vel senium ex morbo, uti primum Philippus appellasse dicitur, vel ex mærore, vel ex alio quopiam. Id enim propriè est, sicut diximus, quòd annorum multitudinis ratione provenit. Incipit autem, ut visum est pluribus, peractis annis quadraginta nouè, quo tempore ἡ παλαιότης desinit, quemadmodum Gal. comment. aphor. 3. lib. 3. annotauit. A quo tamen quoniam etiam siccitas corporis indies magis magisque inualefcit ad extremum usque vitæ curriculum, iccirco Galen. totam senectutem in treis partes diuisit, primam statuens τῆν ὀψογῆροντιαν, id est, eorum qui cruda viridique adhuc senecta sunt, qui que adhuc obire ciuilia negotia possunt: secundam autem cui aptè nomen ipsum senij conuenit, & propriè γῆρας ἡ ὑπολευνὴ dicitur: tertiã autem decrepitam, ad quam qui peruenit Græcè τῆν πελοῦν nominant, quòd ipsi pompa funebris iam pareretur.

Γεροκομική. est artis medicæ portio quæ præest senum sanitati tuendæ. Incertum an ad ὑγιάνην an ad διαπύκνυν pertineat. Est enim senectus nõ exacta planè sanitas, sed vel morbi & sanitatis affectio quædam media, vel omnino eius generis non est quæ firma constansque sit, quam κατὰ εἶδη appellant, sed potiùs fallax & incerta, quæ κατὰ ἄριστον dicitur. Plures tamen salubris medicinæ partem esse volunt.

Γήρυδρον. exterior pars terræ quæ mollis est & minimè lapidosa, apud Hippocratem.

Γιγγιδιον. gingidium. Syrium quidem nomen est, sed tamen à Græcis & Latinis receptum pro herba syluestri pastinacæ simili, tenuiore tantum densioreque, radice parua, candicante, subamara. Venit in cibos crudum coctumue, magna stomachi voluptate. Proximè accedit ad chærefolium, vel potiùs idem cum eo est. Temperatum est calore & frigore, siccatur secundo ordine, non parum adstringit.

Γίγλαμος. est tertia species τῶν διαπύκνων, per quam ossa sese inuicem ingredientia ita secum coniunguntur, ut unius caput in alterius cavitatem condatur, & vicissim

DEFINIT. MEDIC.

huius caput in illius sinum excipiat. Est enim hac διαρθρώσεως plerisque ostiorum cardinibus similis, in quibus ferramenti utriusque (quod proprie à Grecis γγγλυμος appellatur) tum eius quod parieti infixum est, tum alterius quod ostio adheret, pectines mutuo implexu sese subeunt. Quae quidem compositionis ratio non videtur ἀπὸ τῆς ἐναφῆς, id est, à futura valde differre. In quibus verò ostiis clavius crassior parieti affixus ostij verticillum subit, non γγγλυμος, sed verius ῥυμφώσεως dicitur. Plura autem ossa in corpore τῶν γινόμενων connectuntur, ut cubitus cum brachio, crus cum tibia, tibia cum astragalo, astragalus cum pterna, vertebrae similiter inuicem, quanquam ut Galenus ait, in his quaedam sit differentia. Siquidem media in sibi tum subiectam, tum suprapositam subit. Ob id Hippocrates lib. πῶδι ἀρθρώων vertebras parte posteriore γγγλυμοειδίας, hoc est, per ginglymon iunctas esse scribit, seu, ut eo loco interpretatur Galenus, structuram habere ginglymo quodammodo similem, ut ostendat in iis verum non esse ginglymon, quia non sit in eodem mutuo ossium duorum ingressus. Secundum verò eandem speciem τῆς διαρθρώσεως Hippocrates in lib. πῶδι ἀρθρώων imum humeri caput γγγλυμοειδίας appellavit, de quo vide Gal. comment. 1. in eum librum.

Γλκ. vox est barbara apud Galenum lib. 1. de antidotis. Est autē casia una species, quae apud eundem lib. 3. τῆς κ' τοῦ πους ἰλκός, & à Dioscoride ζργαῖς dicitur. Vocatur autem, ut hic ait, eo nomine casia nigra & purpuram colore referens, crassaque.

Γλαμυρός. γλαμυρός καὶ ὑγρός, hoc est, lippus, & humidus, apud Hippocratem. Dicuntur enim γλάμοι sive γλάμοι oculorum vitia, quae etiam Latini glamas vocant.

Γλαξ. idem quod γλαῦξ, nomine à lacte indito.

Γλαύκιον. est humilis herba, densis foliis ferè corniculati papaveris, minoribus tamē sordidioribusque, odoris tetri, gustus amari, cum adstrictione. Granū habet crocei coloris, quod in olla fictili luto circumlitum in clibanis Parthi calefaciunt, deinde exēpto succum exprimunt, qui eodem nomine γλαύκιον appellatur. Officinis memitha dicitur. Ex eo medici collyrium temperāt, quod ἄλα γλαύκιον nominatur. de quo vide suo loco. Mistura glaucij est ex aquea terreaque substantia, ideóq; refrigerat. Habet etiam vim adstringendi.

Γλαύκωμα ἢ

Γλαύκωσις. à vulgo glaucedo dicitur, à Plinio perpetuò glaucoma, servato Græco nomine. Duobus modis accipitur, ut scribit Aëtius. Proprie quidem est, τράσμινατιο humoris crystallini in glaucum. Cuius rei causam Rufus, ut habetur apud Paulū lib. 3. humiditatē statuit, sed ego quidem locū eum mendosum esse iudico, & non ὑγρότης, sed ξηρότης legendum, quod nemo veterum, quod sciam, causam glaucomatis in humiditate posuerit, etiamsi nō diffitear fieri posse, ut viridis aliquis humor crystallino permistus eius albedinem splendoremque offuscet atque obtenebret. Sic enim glaucus color fieri dicitur, viridi & albo simul mistis. Verumtamen Galenus non videtur aliam causam glaucomatis quàm siccitatē agnoscere, qui & lib. 10. de usu partium diffinit γλαύκωσις εἶναι ξηρότητα καὶ πῆξις τῆς κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ, & alibi causam reddens cur Hippocrates scripserit glaucomata senibus fieri, immodicā instrumentorum siccitatem causatur. Improprie verò glaucoma, authore Aëtio, dicitur id oculi vitium quod orta prius suffusione, & humore circa pupillam valde concreto resiccatoque contractum est. In qua quidem significatione veteres & γλαύκωμα ὑσρ-
passe

passé testis est Rufus, qui scripsit γλαυκωμα atque ἄσχυμα idem mali genus à veteribus esse creditum, à solis tantum neotericis fuisse distincta. A qua sententia Gal. non videtur esse alienus comment. aphor. 31. lib. 3. scribens τὰ γλαυκώματα ἔχει ἰδέαν τῆν ἄσχυμῶν, hoc est, glaucomata suffusionibus similia videri, & eandem referre speciem. Ex quo tamen non sequitur illa eadem esse. Suffusio enim est extranei humoris & aliunde influentis concretio: glaucoma verò ipsius humoris crystallini resiccatio densatioque. Præterea non omnes suffusiones tantæ sunt; ut toti pupillæ prætendantur, & visum ex toto adimant: glaucoma verò crystallini uniuersi est, atque siccitas est per ipsum totum ex æquo diffusa, & ex siccitate concretio. Adhæc pleræque suffusiones curationem recipiunt, cum tamen nullum glaucoma, ut Rufus ait, curetur, uti nec ullus alius morbus ab immodica siccitate contractus.

γλαυξ. herba est foliis cytisi aut lenticula, quæ auersa candicant, supernè virent, ramis è terra quinis senisve, palmeis, tenuibus ab radice, floribus albis viola, sed minoribus & purpureis. Eam Plinius scripsit διγλαυξ antiquis dictam fuisse. Vocatur eadem & γλαξ & γάλαξ à lacte. Cocta enim in sorbitione similaginis, ad excitandam ubertatem lactis valere proditur. ex quo intelligitur calidam quodammodo humidamque esse.

γλαῖος. est genus aceris campestre, præcipuo candore ac crispum. Sunt qui Gallicam interpretentur.

γλαῖκος. mustum. Est succus uuarum recens expressus. Crudus is est, flatuosus, concoctus difficilis, & crudum succum, etiam si coquatur, gignit. Vnum hoc in se boni continet quod aluum emolliat & relaxet: quod nisi contingat, tanto magis noxius euadit. Calefacit primo ordine præsertim qui ex mediis uuis expressus fuerit, hoc est, neque acidis neque austeris, neque dulcibus, ideoque inflammationum mitigatorium est: & ab antiquis ad oris phlegmonas parabatur illitionis genus, quæ διαχρισος σημαίνει ἢ ἢ Δία γλαῖκος dicebatur, ut est apud Aëtium lib. 8. cap. 45.

γλαῖκιον. musteum unguentum. Pluribus modis paratum fuit à medicis, ut docet Gal. lib. 7. τῆν κῆ. τὰ γλαῖκιον. Sed quod simplex est, ut scribit Dioscorides, constat omphacino oleo, iunco odorato, calamo, Celtica nardo, spatha, aspalatho, fertula campana, costo & musto, circumdatis interim vinaceis vasi, quod atomata, vinum & oleum conceperat. Tricenis diebus bis in die mouetur: postea expressum oleum reconditur. Inter acopa à Gal. numeratur & relaxantia. Itaque iis quos vehemens lassitudo infestat est utile. Calefacit, emollit, remittit, horroribus & neruorum vuluæque vitis auxiliatur, estque omni acopo iuuantius, ut ait Dioscorides, quod emolliat.

γλαῖον. pupilla oculi. cavitates ipsa oculi, de qua vide in dictione ὄρα. Ab ea facta etiam metaphora est ad alias ossium cavitates. Siquidem apud Hippocr. γλαῖον significat cavitatem ossis in quam alterum os inseritur, quæ & κοτύλη appellatur. Inter quæ tamen posteriores medici distinxerunt. Nam authore Gal. lib. de ossibus, ex cavitatibus ossium capita suscipientibus quæ profundior est, κοτύλη dicitur, quæ verò superficialia, ut ambigere possis an cavitates sit necne; γλαῖον nominatur. Id verò quoniam in latitudine quadam dicitur, iccirco γλωσσίδης appellatur sinus qui obscurus est & leuiter cauus. Nec tamen sinus γλωσσίδης & γλαῖον differunt; sed idem sunt omnino. Eiusmodi sinus cum multis in locis corporis, tum in prima cervicis vertebra apparent gemini, excipientes duo capita secundæ vertebrae.

DEFINIT. MEDIC.

γλήχρον. *pulegium*. Herba est fruticosa, semipedali altitudine, foliis sampsiuci, surculis per intervalla purpureo flore coronatis, unde multis *pulegium regale* nominatur. Alterum genus est flore candido, cui magna cum nepeta & mentha societas. Multum excalfacit & extenuat. Si à pecore gustetur, balatum ilico dicitur concitare, ex quo quasi βλήχρον vocatur. *Pulegium* autem Latini appellant quòd recens incensum pulices enecet.

γλήχρον ἀγρία. dicitur à quibusdam ὀδύκταμος, ut author est Dioscorides, forte quòd hic folia & vires *pulegio* similes habeat.

Γλυχρονίτης οἶνος. vinum ex *pulegio* factitium. Eius cōpositio habetur apud Dioscoridem lib. 5. apud Columellam lib. 12. cap. 35. apud Constant. Casarem lib. 8. cap. 7.

Γλιχρόν. *glutinosum* dicitur & de solidis corporibus & de humoribus. In solidis quidem id est quod fractu est contumax, humore videlicet multo, & qui tensioni cedit, terrenas partes glutinante, sicut in salice & coriis. huic contrarium est τὸ κραιώρον, quod plerique friabile interpretantur. In humoribus verò dicitur quod quicquid tetigerit, huic agrè dissolubile adhæret, vel quod dum trahitur aut tollitur continuitatem longissimè servuat, ut oleum, mel & adeps. Huic Gal. lib. 11. methodi med. scribit oppositum esse τὸ ἐπιπύρον, quasi deterisivum dicas.

Γλαιῶδες. τὸ ἕδιμόντας παρὰ δίνειν τὸ ὀφθαλμοῦς, hoc est, coniuventes oculos versare, apud Hippocrat. unde & γλαιῶδες idem quod νυκτασιπῶς, hoc est, oscitanter & quasi dormitanter.

Γλοιός. sordes quæ in balneis atque etiã palestra ab hominum cute deradebatur, quondam in medicina utilis, nunc prorsus neglecta. Calefacit modicè, emollit, discutit: rhagadibus, atque condylomatis prodest. Dicitur & ἔυπος: Latini strigmenta & sordes appellant.

Γλοῦπα. sunt corpora duo dura in cerebro eminentia, ad latera meatus illius sita, quæ à tertio vetriculo in quartum, siue in cerebellum ducit. Producta sunt ex cerebri substantia duriore, supraque & antè conarium sustinent, posterius verò epiphysim σκολινοφθῆ. inter latus dextrum & sinistrum constituunt meatum, qui à medio ventre ad postremum fertur. Eorum autè usus est ne meatus ille à supernis cerebri partibus comprimatur & intercludatur. Sic dicta sunt quòd his natium quædam similitudo sit: nam perinde ac nates prominent, seq; contingunt. vocantur autem & à quibusdam διδύμα, siue διδυμοί. Quidam verò ea parte qua conarium contingunt, διδύμα, conario ipso penem representante, altera verò qua ipsum conarium non est, γλοῦπα, hoc est, clunes natesque appellant.

Γλοῦπος. dicitur apophysis externa eademq; maior ossis femoris, quæ & προχαιτήρα μέγαυ appellant. Ea in femoris superiori ceruice exterius apparet, ampla multumque gibbosa. Sic autè dicta est vel à similitudine quæ habet cum natibus, vel quod musculi quibus nates constant, ei præcipuè inserantur.

Γλυκεία, καὶ

Γλυκέραιος. idem quod ἡ γλυκίρριζα. de qua paulò postea.

Γλυκὺ. dulce. saporis genus est. Sic autem dicitur quod veluti subungit, replet, mitigat exasperatas & quasi erosas linguæ partes, & eas cum manifesta delectatione contingit. Quicquid enim dulce est, moderato calore aqueã humiditatem, si qua prius inerat, veluti in fructibus acidis, concoquit, sed ita tamen, ut omnem non absumat.

Illā autē cōcoctione tali paulò crassior exadit atque pinguior, & propterea, si lingua exasperata est, eam lenit & veluti innangit, quod propter mediocrem crassitiam & pinguedinem non facile diffuat, neque absumatur, sed diutius inhaereat. Quia verò à moderato calore eiusmodi est, id etiam modicè calidum sit oportet, & non longè supra calorē nostrum. Quare sicut aqua calida refrigeratis voluptati est, hæc tamen scilicet eos excalfaciens dum concretas in iis frigore particulas fundat, non tamen soluat aut secet distrahátue continuum: sic omne edulius dulce delectationem lingue parit, calidum quidem, non eo excessu ut lædat & molestum sit, sed consistens inter limites fundentis, læuigantis & mollientis: sin ab eo abest delectatio, iam non dulce, sed pingue appellatur. Quoniam igitur dulce in medio ferè omnium qualitatum cōsistit, quæ in lingua fuerint exasperata lenit, quæ verò præter naturam coierint, aut fusa laxaue fuerint, partim cōtrahit, partim laxat, omniâque quàm maximè ad naturæ statum reducit. Itaque quicquid eiusmodi est, inquit Plato, iucundum suaueq; & cognatiū est omnibus, violentarūq; passionū remedium ac medela, nominatūq; dulce. Quod autem eiusmodi est, calidum humidūque moderatè est, & naturæ tam familiare, ut solum aptum sit corpori nutriēdo. Solis namque dulcibus nutritio perficitur, verâque ea sententia est, si nutrimentum in tertia sui significatione sumatur. Vt enim à calore solis cōcocti fructus dulces euadunt, sic à natiuo corporum calore quod concoquitur exiit omnes alias qualitates, dulcēque asciscit, si modò optimum & euchymum alimentum futurum est. Quicquid enim nutrit, plus minúsue dulce est.

γλυκὸν passum. Vini genus dulce, quod Plinius aliquoties non passum, sed simpliciter dulce vocat, Græcorum imitatione. Non est autem prorsus idem γλυκὸν quod οἶνος γλυκὺς. Vinum enim dulce dicitur cuiuscūque dulcedo aliqua inest, eiusque multa sunt genera tam natiuū quàm factitiū. γλυκὸν verò siue passum vnum modò vini genus dicitur, quod uuis aut sole siccatis in area, aut in sarmento torrefactis exprimitur, nimirum propter eximiam saporis qualitatem. Cuius tamen aliquot etiam differētiās Dioscorides enumerat, Creticum, pramniū, protropum, siraon siue hepsema, quod decocto fit musto, sicut Columella parandum docet lib. 12. cap. 39. post traditam aliam cap. 27. vini dulcis faciendi rationem. Item quod à nigro colore μελαψίδιον appellatur. Numerantur & à Galeno alia quadam genera, ut Hispanum, Scybelite, Theræum. Omne eiusmodi vinum multum alit, pulsus reuocat, adstringit, venenis medetur.

γλυκύμη βοτάνη. sic dicitur ἡ γλυκὺ ῥίζα, apud Hippocratem.

γλυκὺ ῥίζα. dulcis radix. frutex est ramos spargens bicubitales, foliis lentisci densis, pinguibus, tactūque gummosis, flore hyacinthi, fructu pilularum platani magnitudinis, asperiorē tantum, atque rubescentes lenticula valuulas referente; radicibus pralongis, buxæo colore, gentianæ modo flauescens, sapore dulci, quadantenus subacerbo. Actuario neutro genere sæpe γλυκὺ ῥίζον, & Galeno lib. 7. τὴν κ' τὸ πους absolutè γλυκῆα dicitur. modicè humida est, simulque natura humana frigidior.

γλυκὺς ἀγκώρ. sic dictum fuisse à quibusdam τὸ ἀβρότονον Dioscorides author est.

γλυκυσίδι. sic à quibusdam dicta est pæonia, quod acinos mali Punici similes habere videatur. σιδῶ enim malum Punicum Bæoti appellant.

γλυκύτης. dulcedo. Ex iis quæ supra dicta sunt πῶς τὸ γλυκῆος apparet esse gustabilem

DEFINIT. MEDIC.

qualitatem quæ cum voluptate linguam lenit & subungit: eamque similiter à moderato calore provenire in corpore mediocriter calido & humido, & omnium quæ nutriunt communem esse: recipit autem plus & minus.

Γλυκύφυτον. sic à quibusdam dicitur ἢ γλυκὺ ῥίζα, ut habetur apud Dioscoridem.

Γλυκὺν & ἔμπλαστρος. Glyconis emplastrum. Describitur à Scribonio Largo, vocaturq; ab eodem ἴσις. Est & apud eundem aliud τῆ γλυκὺν & emplastrum nigrum, quod inter Barbara numeratur.

Γλωσσά ἢ


Γλωσσά. lingua. Est pars fungosa, medio in ore posita, sermonis & gustus præcipuum instrumentum. Rara quidem est supra reliquos omnes musculos laxaque, quò facilior gustus esset. Pluribus struitur musculus, omni fibrarum genere variè admodum intertextis, præter reliquorum musculorum sortem: quorum alij ἀγίοι, alij λεῖοι, alij δὲ δῖς, alij ἐγκάρσιοι à Gal. appellantur, quos omnes quidam decem, quidam nonem tantùm statuunt. In causa est musculus unus quidem, sed bifidus à Gal. dictus lib. de musc. dissect. Nec tamen de aliis benè cõvenit inter anatomicos, ut idem scripsit lib. de fœt. format. Caterùm lingua ad radicem, ubi ossi ὑοσθῆ quasi basi innititur, lata amplaque est: καφαλίω eam partem Græci dixerunt, atque etiam γῶσι, ut habetur apud Pollucem: desinit autem in angustum, obtusum tenuemque mucronem qui πεγλωσῖς appellatur. Mediam lineam quadam dirimit, ut & ipsa, quemadmodum reliqua sensuum instrumenta, gemina foret. Integitur duplici membrana, una quidem interiore & musculus omnibus communi, altera verò externa & præ tenui quæ eadem continuæque est cum interna stomachi tunica. Venas præterea duas majusculas, totidemque arterias habet, & duo neruorum coniugia, unum durius à septima coniugatione, quod in musculos eius distributum, eam admodum mobilem volubilemque reddit, alterum verò mollius à tertia. Ea enim maxima sui parte in lingua tunicam distribuitur gustus gratia, ob idque tota illa coniugatio à Galeno gustatoria dicitur. Sic quidem instructa lingua explanatæ distinctæq; vocis fictrix atque moderatrix est, & sãpores præcipuè diiudicat, eximio gustandi sensu prædita.

Γλωσσόκομος ἢ

Γλωσσόκομος. nomen est Atticum, ut scribit Gal. comment. 2. ἐς τὸ πῶδι ἀγῶν, & propriè significat arculam, in qua homines recondunt res preciosas, & quam multi iter facientes portant: est autem oblonga & angusta. Ab eius similitudine medici Hippocr. posteriores (nam Hippocratem id genus instrumenti non novisse Galen. author est) machinam quandam chirurgicam, fracto femori vel cruri, ubi callus circumdatur, accommodatam, γλωσσόκομος nominarunt. Est autem machina caua, oblonga, & ad femoris proportionem arcta, superna parte trochleas utrinq; singulas habens ad latera sitas, & inferna parte transversum axem, ad quem alligati laquei contrarium nixum toti membro gemina tensione efficiunt. Sic autem habet eius descriptio.

Id habes,

- A. axis, ad quem laqueorum habentur siue appendices religantur.
 B. laqueus superior.
 C. laqueus inferior.
 D. pars inferior glossocomi.
 E. trochleæ.
 F. habentur siue appendices laquei superioris μεταληπτικῆν τένσιονε efficiētes.
 G. appendices laquei inferioris, τένσιονε εὐθύπορον efficiētes



Id habet, ut ex figura supradicta patet, ab ima parte axem, ad quem extremi laquei in diuersa extendentes deligantur. Itaque si femori crurique aptandum est, iniiciuntur laquei extremis partibus ossis fracti, fiuntque ex duabus appendicibus siue habentibus, sic ut quatuor uterque capita habeat, bina à dextra parte, totidem à sinistra. Ex iis capitibus quæ inferioris laquei sunt, per foramina facta in inferiori parte glossocomi ad axem duci debent, quæ verò superioris, primo procedere ad superiora, deinde ipsa quoque per latera glossocomi perforata traici, quibus foraminibus trochleæ inclusæ sint. Vtrinque autem ab exteriori parte glossocomi, superioris laquei capita ferenda sunt ad axem. His enim ita constitutis, una axis conuersio, pariter ambos laqueos & quatuor appendices extendit, sed contrario prorsus nixu. Nam qui ad inferiora fracti ossis alligatur laqueus, os ipsum deorsum versus extendit, qui verò ad superiora religatus est, sursum os adducit. Earum tensionum altera, quæ utique membrum tendit in directum Græcè εὐθύπορον, id est, in directum procedens nominatur: quæ verò prius sursum, mox deorsum agitur, μεταληπτικῆν, quasi translatiuam dixeris: siquidem per trochleas quæ in lateribus glottocomi sunt posita, circumactio, siue reflexus, siue translatio fit à superioribus partibus ad inferiores. Licet portò, ubi crus sic extensum est, in posterum quotidie hanc laqueorum in diuersas partes intentionem corrigere, valentiùs vel leniùs extendendo. Sic quidem Gal. γλωσσόμορον suum descripsit tum comment. 2. εἰς τὸ πῶδι ἀγμῶν, tum lib. 6. meth. med. ubi etiam docuit licere & σωλῆνα vocare eiusmodi machinam & cum adiectione σωλῆνα μηχανικῶν, aut γλωσσόμορον μηχανικῶν. Habetur apud Oribasium in lib. de machinamentis etiam aliud glottocomum, quod ad Nymphodorum authorem refertur, sed æquilaterum, non oblongum est.

γενάδος. gena. maxilla. bucca. propriè dicitur ea pars faciei quæ ὀπίσθις subiecta est.

Significat autem, quemadmodum & ἰ γένυς, tam supernam quam infernam genam.

Siquidem apud Hippocratem γενάδος & γένυς confundi annotauit Gal. comment. 2.

εἰς τὸ πῶδι ἀγμῶν. vide γένυς.

γενάδιον. herba est foliis candidis & mollibus, quorum pro tomento usus esse potest: inde γενάδιον dicta est quasi tomentitia. Nam & Dioscorides folia dictamni, quod mollia sint, γενάδιον, hoc est, tomentitia & lanea appellauit: & pars cucurbitæ interior, quæ eius semen complectitur, ab Aëtio dicitur γενάδιον, propter caliditatem & mollitiem.

γενάδιον autem Dioscorides centunculum vocari Romæ prodidit & centunculatrem herbam. Est enim centonibus cum tomento maxima cognatio. Aliqui, ut Plinius ait, χαμῆσις vocarunt. Sunt qui eam esse putent quæ vulgò eruciata dicitur.

DEFINIT. MEDIC.

ἰνύσιον. legitimū . verum. Quæ vox propriè ad morborum species pertinet: nec eam aliis in rebus cum Hippocr. tum alij præstantes medici usurpare consueverunt. Quare nec de sudoribus, nec deiectionibus, nec aliis eiusmodi rectè dicitur, ut annotavit Gal. comment. εἰς τὸ πρὸς διαίτης ὀξείωρ.

ῥόγγρον. ἢ βρογχονίλη, hoc est, gula tumor apud Hippocr. Sunt enim ῥόγγροι propriè eminentiæ quædam rotundæ in truncis arborum. In qua significatione etiam usurpavit Theophrastus lib. 1. de plantis, scribens ἔνια δὲ καὶ ἰῤα εὐδὲ καλαυμίου ἕως πινωρ ῥόγγρους, ἢ ἀνάλρομ, οἶον ἢ ἰλαία.

ῥόγγυλον ἢ

ῥοσυλῖς. rapum. rapa. duorum generum est. unum satiuū, alterum syluestre. satiuum duplex traditur, aut enim in latitudinem funditur, aut in rotunditatē glomeratur. Syluestre in longitudinem excurrit. Propriè autem ῥόγγυλον vocatur quod rotundum est.

ῥοσυλῖδια. dicuntur apud Hippocr. τὰ σμικρὰ σφαιρεῖα ὡσπερὶ κατὰ πόπια, hoc est, globuli orbiculine quasi catapotia.

ῥογγύλιον. ἢ ῥοσσυλλόν, hoc est, rotundum, apud Hippocratem.

ῥομχίασις. affectio est dentium vel gingivarum: alius molarium, alius maxillarum à dentitione dolores interpretatur, alij aliter ῥομχίασις siue ῥομχιασμός vocantes, ut habetur apud Hesychium, dentium σιωθλασμός, ἢ ἑώπειμμα, ἢ αἰμωδιασμός, hoc est, contractionem, stridorem aut stuporem. Sunt autem qui eo nomine non aliud intelligant quàm dentium compages. Ad eam affectionem Dioscorides decoctum cornu ceruini commendavit, scribens ipsum περιγορεῖν τὰς ῥομχιάσεις, id quod videtur de dolore intelligendū, ad quem propriè videtur ἢ περιγορεῖν pertinere. alioqui per ῥομχίασις dentium mobilitatem, eorum præsertim qui ῥόμοι dicuntur, ἔ per ῥόμωσις iuncti sunt articulatique non absurde dici posse crederem.

ῥόμοι. clavales, seu molares dentes. Sunt dentes asperi, inæquales, ampli, lati, molendis atterendisque cibis comparati, à caninis ad extremam usque mādibulam pluribus radicibus affixi. Dicuntur ῥόμοι quòd clavorum modo generis insigantur. Vnde ἔ ῥόμωσις species τῆς ζωορθώσεως dentium ferè propria, de qua mox dicetur. Idem etiam μύλαι fæminino genere à Gal. appellantur, ἔ masculino μύλοι ab Aristotele ἔ Rufo. Sunt autem molis quibus cereales fruges in farinam vertuntur, non solum usu similes sed figura etiam asperiore, inæquali ἔ lata, præsertim qua parte sibi occurrunt, ἔ cibos comminuant. Altera verò parte qua in genas inserti sunt πάλυξοι, hoc est, multifidi sunt, sed vario modo. Genæ namque superiori tribus, inferiori duabus radicibus adhærescūt, interdum tamen pluribus vel paucioribus. In quo tamen observatum est superiorum dentium plures semper esse ἔ firmiores radices. Sūt autem molares dentes ut plurimum viginti, quini scilicet in unaquaque parte. In quorum genere etiam censentur qui omnium novissimi oriuntur, quos Græci σωφρονησῆρας, Latini genuinos vocant. vide ὀδόντες.

ῥόμωσις. est species τῆς ζωορθώσεως: dicitur, ut ait Gal. cum os ossi clavi modo insigitur. Idem quoque eam diffinit esse, ζωορθώσις κατ' ἔμπερι. Verum talis ossium σωορθώσεως ambigua est ἔ propè ad σύμφωσις accedit, cum scilicet quippiam tam exactè infixum est, ut ne tantillum quidem loco moveri possit, sicut habet in dentibus. quos tamen per ῥόμωσις iunctos esse, nō autem alveolis suis adnatos indicio est, quòd vel sponte decidant vel eruantur. Per ῥόμωσις quoque iuncta quædam ossa dici possunt in carpo,

in carpo, metacarpio, tarso, pedio & aliis quibusdam partibus, synarthroses enarthrosi & arthrodia similes, sola motuum magnitudine ab ea differentes.

γενίτις. genitura. eadē & semen dicitur. Idem enim est γονίον καὶ σπέρμα: ratione fortasse differre videbuntur. Aristoteles aperte utrumque distinxit lib. 3. de generatione animalium, his verbis: Genitura id vocatur quod à generante proueniens causa est, quae prima obtinet principium generationis, videlicet in iis quae coire natura voluit. Semen autem est quod ex ambobus coeuntibus illis originem trahit, quale semen plantarum omnium est, & animalium nonnullorum, in quibus sexus distinctus non est, velut id quod ex mare & femina primum miscetur, quasi conceptus quidam aut animal. Quibus verbis Aristoteles significat genituram esse causam principiumque generationis proueniens à perfectis animalibus quae naturā coeunt, semen verò tantum plantarum esse & animalium imperfectorum: deinde quod genitura sit ens naturale imperfectum, principium tantum alterum generationis obtinens, semen verò ens aliquod sit perfectum, ex duobus rerum naturalium principiis constans, cuiusmodi est nux, triticum, hordeum, & alia semina eiusdem generis, quae quidem perfecta sunt, non minus quam ipsum animal perfectum est. De qua Aristotelis sententia abunde diximus in annotationibus nostris quas in lib. Hippocratis de genitura dudum edidimus. Verum Hippocrates, sicut Gal. annotat, non ipsum modò semen recens emissum, vel in suis vasis contentum, sed quādiu à concepto etiam foetu species seminis adhuc apparet, siue per abortum, siue per dissectionē, γονίον appellat, nondum illi tribuens foetus nomen, ut lib. de natura pueri, ubi exponit quae ancilla sua, die à conceptu sexto, acciderint.

γονίον etiam ab Hippocrate appellari partes naturales quae generationi inserviunt, author est Galen. comment. 3. εἰς τὸ πρῶτον ἀποφασίζων.

γονίον quoque nomen est περὶ τὸν ἀποφασίζοντα ad conceptum perutilis, qui describitur à Paulo lib. 6. cap. 24.

γονίον εἶναι ὁμοίον. dicitur apud Hippocratem quod in urina pendet geniturae simile. Species est τὸ ὁμοίον γονίον genituram referentis, hoc est, crassioris, candidioris, rotundioris, magisque compacti. vide νεφελία.

γονόρροια. generali quidem significatione dicitur omnis involuntaria seminis excretio, siue intento pudendo, siue citra pudendi tensionem. Sed quae propriè gonorrhœa dicitur, authore Gal. lib. 6. de locis aff. est perpetua seminis excretio sine pudendi tensione. Itaque hac non pudendi, sed propriorum seminis instrumentorum quae spermatica vocantur, affectio est, sitque retractive eorum facultate resoluta, siue ex eorum fluxione, siue ex saryriasi procedente, acciditque tam viris quam mulieribus, sed maxime puberibus. Quae verò intento pudendo fit, propter conuulsionem accidit.

γονός. idem quod ἡ γονίτις. sic enim appellare solebat Xenocrates, ut refert Galenus.

γονίον ἡ ἡλεβορίον. sic à quibusdam dictum est hellebori album, ut habetur apud Dioscor.

γονίον. genu. est femoris & tibiae dearticulatio. In hac cum, sicut in aliis omnibus, sinum quendam esse oporteat, qui prominens alterius caput excipiat, caputque hoc tam rotundum esse debeat, ut aptè & sine ulla molestia in cavitatem eam inseratur, femoris extremitas inseritur, eamque tibia caput excipit. Tibia enim cum femori subiecta sit, duo eius capita duobus sinibus suis, qui neruo & cartilagineo discrimine aptè distinguuntur, admittit. Est autem ea dearticulatio omnium expeditissima iu-

DEFINIT. MEDIC.

stissimâque, ut scripsit Hippocr. lib. de fracturis, prætereâ firmissima, magnâque natura artificio comparata, ut quæ in ea epiphyses & cavitates ita construxit & ad amussim fabricata est, ut neque laxior sit epiphysion in cavitates ingressus, neque etiam adstrictior. Continentur autem & firmantur extrinsecus superciliis quibusdam ipsorum ossium & ligamentis, aliis quidem latis, aliis verò teretibus, & aliis quidem in profundo positis, aliis autem in circuitu totam de articulationem comprehendentibus. Quò verò firmior etiam fieret, eam anteriore parte rotula seu patella, quàm μύλλω & ἰγυρονάτιδα appellant, munivit, quæ prohibeat ne femur curvatis aut per declivâ currentibus loco excidat & dilabatur.

Γοργωνίας. dicitur à quibusdâ coralliū, proptereâ quòd quâprimū ubi ex alto in aërem profertur solet lapidescere. Nam & Gorgonas in lapides versas fingunt poetæ.

Γορδύλιον ἢ

Γορδύλιον. dicitur apud Paulum quòd alij γορδύλιον appellant, nisi mēdosus est codex. Est autem seseli, vel eius semen.

Γοσλίπορι. frutex est exiguus, laniger, palmae folio, similem barbatæ nuci gerens fructum, cuius in exteriori bombyce lanugo necur in linum candidissimum mollissimūque, quòd cotonium vulgò dicimus, & lanuginem ipsam cotonum.

Γραῖα. dicitur pellis umbilicum ambiens, quòd corrugata senectutis indicium sit.

Γράμμα. scripulū. Est vigesima & quarta pars uncia. Tot namque scripulae sunt in una uncia. Eâque ob causam, ut Fannius scribit, ponderis id genus Græci γράμμα dixerūt, quòd uncia in tot huius generis pondera divideretur, quot essent apud Græcos literæ, quæ illi γράμματα vocant. Fannij versus sic habent:

Vncia fit drachmis bis quattuor, vnde putandum
Grammata dicta, quòd hæc viginti quattuor in se
Vncia habet: tot enim formis vox Græca notatur,
Horis quot mundus peragit noctemque diemque.

Qua in re Latini Græcos imitati à scribendo primò scriptulum, deinde scripulum dixerunt. Qui scripulum dicunt, sine authore & ratione sic dicere videntur. Eius nota apud Latinos fuit Γ. Apud Græcos veteres rarò in usu fuit, sed eius loco ferè semper δώβολον, vel ὀβόλον δὴο dixerunt. Quem loquendi modum etiam Plinius non mutavit, cum haberet scripulum, quò aliàs utitur, & dimidium scripulum posset dicere.

Γραμμὴ κυκλοτρῆς. dicitur circulus pupillam ambiens, qui alio nomine ἴεις appellatur.

Γραῖσις. dicitur à quibusdam hordeacea farrago, quanquam & multi non indoctè semiaridum fœnum interpretentur.

Γραῖσις. dicitur pellicula illa quæ lacti aut iusculo refrigerato superinducitur. Est enim veluti rugosa cutis, qualem vetulae habent.

Γραῖσιος. dicitur apophysis ossis petrosi, quæ alio nomine συλαδῆς & βελαιοδῆς vocatur. vide in dictione βελαιοδῆς.

Γραῖσιος δίοκλεος. ferramenti chirurgici genus est, telis è corpore extrahendis accommodatū, sic dictum quoniam authore Dioclem habet, qui inter priscos maximòq; medicos habitus est. Lamina vel ferrea, vel aenea etiâ ab altero capite duos utrimque deorsum conuersos uncas habet, ab altero duplicata lateribus, leniterque extrema in eam partem inclinata, quæ sinuata est: insuper ibi etiam parte inclinata, quæ perfora-

perforata est. Hæc iuxta telum transuersa demittitur, deinde ubi ad imum microscopium uentum est paulum torquetur, ut telum foramine suo excipiat. Cum in cauo microscopio est, ilico duo digiti subiecti partis alterius unctis, simul & ferramentum id extrahunt & telum. Descriptio hæc habetur apud Celsum lib. 7. cap. 5.

τερόφιον. quid significet apud Hippocrat. uide Galen. in lib. 1. prorrhethici comment. 3. aphor. 8.

τερόφιον. dicitur à quibusdam σίανς ἄγαθόν. ut habetur apud Dioscoridem.

γῆον. ὄλον θ' ἄμα. totum corpus, apud Hippocr. lib. 6. τῆ ἐπιστήμῃ. ut Galen. comment. 4. annotauit.

γῆον. ἀπογῶν. κατελύνω τὸ δυνάμει. hoc est, enervio, & vires exoluo, apud Hippocr. ut exponit Gal. comment. πῶδι δυνάμεις ὀξείων. significat etiam γῆονδου apud eundem idem quod ἐλάτῃονα γῆονδου. hoc est, decurtari, ut interpretatur Gal. comment. 3. in lib. de artic. ac quanquam γῆα propriè maiora membra dicantur, ut pedes manusque, de reliquis tamen omnibus partibus dicitur.

γυμνάσιον. exercitatio. duplicem habet significationem, unam communem, qua dicitur omnis motus vehementior anhelitum immutans. Terminus enim vehementiæ est anhelitus alteratio, quando in quibus nulla sit anhelitus mutatio has nondum exercitationes uocamus. Quòd si quis magis minusue, celerius aut crebrius ià ex motu aliquo respirare cogitur, huic certè tantus motus exercitatio fuerit. Ea quidè communiter exercitatio uocatur, significans idem quod πόνος, id est, labor: quippe cum & qui fodiunt, & qui metunt, & qui equitant, non laborent modò, sed etiam exercitentur, communi saltè exercitationis appellatione. Propriè uerò exercitatio appellatur qua eo loco suscipitur quem Græci γυμνάσιον appellant. Is locus erat in publico quodam urbis loco extructus, quò uingendi, fricandi, luctaturi, discum iacturi, aut tale quippiam facturi confluere solent: cui qui præerat, γυμνασιάρχης uocabatur. Callebat enim omnia exercitationum genera, earumque usum & modum nouerat. Sunt autem exercitationum tria saltè prima genera, utique quot motionum differentiæ: quippe aut à nobis ipsis mouemur, aut ab aliis, aut à medicamentis. duæ priores sanis & ægris communes sunt, tertia species nequaquam ad sanos pertinet. Ab alio quidem motus sit navigatione, equitatione, uectione. A nobis ipsis mouemur cursu, ἐκπαίδευσίῳ, πηλυλισμῳ, saltu, disci iactu, lusu coryci pilæq; seu magnæ seu paruæ. Mistus uerò ex ambobus motus est equitatio uolentior, lucta, pugilatus, ἰσθλαμαχία, σκιωμαχία, ἀκροχαιμαχία, & pleraque alia eiusdem generis exercitia, sed in his quoque complures differentiæ inueniuntur: nam quedam aut uolentia sunt grauēsque ac robustæ, aut leues, celeres & concitatæ, aut pariter uolentæ & celeres. Quedam enim lentè motis sunt, quedam ocysimè agitatæ, & quedam robore ac nixu adhibitis, quedam sine his, adhæc quedam cum robore pariter & celeritate, quedam languidè. Ac quod uolenter quidem sine uelocitate exercetur, ἄτονον, id est, ualēs uocatur, quod uolenter & cum celeritate, σφοδρόν, id est, uehemens. Uolenter autem robuste uere dicere nihil referat: sed tarda quidem exercitatio, ut scribitur apud Hippocr. lib. 6. τῆ ἐπιστήμῃ, pinguefacit: uelox autem carnes & adipem detrahit, succorumque abundantiam minuit. Præterea aliam partem aliæ aliis magis fatigant: quippe itatio cursusque erutum exercitationes sunt. Acrochirismi & sciomachia brachiorum ac manuum propriæ. Lumborum autem assiduè se inclinare, ac rursus

DEFINIT. MEDIC.

reuocare: itē alteres attollere. Thoracis verò & pulmonis maxima respiraciones propriae exercitationes sunt. Totius verò corporis est parua pila lusus. Caterum hac ipsa exercitationū genera aut priuato, aut publico in loco obeuntur. In illo quidem magna ex parte nulla adhibita gymnastæ cura industriâque, quippe quæ sæpius non exercitationis causa, sed necessarij operis, vel etiam meditationis vsurpentur. Nam cum fodit quis, aut remigat, aut arat, aut metit, cum domos ædificat, seu ferrariâ arariâque factitat, aut alia quacunque homines, vel opifices vel non opifices in vita vsus causa exercent, facit, operis potius causa quàm exercitationis ea facit, ideoque perpetuum diem ea obit, neque unquam, ne post cibum quidem intermittit, adeo ut plerumque inter causas insalubres huiusmodi exercitatio habeatur. At quæ publico in loco suscipitur, cui peritus gymnastes præfectus est, salubris semper est, & maxima artis tuenda sanitatis portio, ut quæ nō alio tempore quàm ante cibum obeatur, & preparato semper corpore, seruetque perpetuo modum, & vocatam ἀρετὴν. Itaque simplex uniusque modi exercitatio ea est quam quisque priuatim vsurpat: quam verò gymnastes moderatur, tribus utique partibus constat, videlicet preparatione, ipsa exercitatione, & apotherapia. Preparatio perficitur frictionibus & inunctione. Sic enim calefactis & præmollitis solidis partibus, adhuc verò humoribus tenuatis, & exiguis meatibus laxatis nullum periculum nec rumpendi alicuius, nec obstruendi exercitatio impendet, quibus quidem vitandis eiusmodi preparatio adhibetur. Ut autem hæc fiant, oportet linteolo totum corpus mediocriter fricatio prius calfacere, mox oleo fricare. Eiusmodi frictionem τὴν ἐπιπραστικήν Gal. appellat. Ab ea dandum se exercitationi, quam pro ratione corporis, natura, sexus, ætatis, virium & temporis anni constitutionisq; præsentis oportet esse vel violentam, vel celerem, vel remissam: item longam vel breuem, assiduam vel interpolatam, & quæ vel totum corpus æqualiter, vel aliam quamuis partem egregiè præter ceteras fatiget. Tum demum τὴν ἀρετὴν utendum, quæ constat frictionibus & motibus aliis, sed multo magis moderatis & remissioribus quàm per ipsam exercitationem, sicut antè in dictione ἀρετὴν ostēdimus. In hunc modum peracta exercitatio optima est & saluberrima, quòd eam duo maxima commoda sequantur, excrementorum inanitio, & ὑγίεια, id est, commoda solidarum corporis partium habitudo. Nam quoniam vehementior motus exercitatio est, necesse quidem est tria hæc ab ea perfici in corpore exercitatio, membrorum duritiem ex mutuo ipsorum attritu, genuini caloris augmentum, & spiritus citiorem motum. Sequuntur verò hæc reliqua omnia priuatim commoda, quæ corpus exercitiis accepta refert, utique ex membrorum duritia, tum ut minùs ex labore afficiatur, tum ad actiones robur: ex calore, tum deducendorum in corpus validum attractum, tum immutationem magis expeditã, tum nutritionem magis felicem, tum ut singulae corporis partes sint (ut ita dicam) perfusa. Cuius fusionis beneficio & solida mollescere, & humida tenuari, & exiguos corporis meatus laxiores fieri accidit. At ex spiritus valentiore impetu & purgari hos omnes meatus necesse est, & excrementa expelli.

ΕΥΡΥΑ ΣΥΝ. gymnastica. Est pars medicinae sanitatem exercitatione conseruans. Pertinet ad ὑγίειαν. Eo autem nomine intelligere oportet eam quæ modum in exercitatione adhibet, & quæ scopum habeat tantum exercere corpus quantum confert ad tuendam valetudinem. Est etiã alia gymnastica vitiosa, athleticis propria, nomine quidem suo

dem suo insignis, sed extra naturæ limites progressa, quæ nõ optimum finem hâbet, sed molem corpori adicere, qua adversarij prosternantur in certaminibus. Quorum quidem habitum etiam si Hippocrates summum bonitatis attingere dicat, non est tamen simpliciter bonus, sed ut ait Plato lib. 3. de repub. vituperandus, ut inutilis ad omnia ciuilia negotia, quemadmodum suo loco annotauimus.

Γυμνόνριδορ. hordeum nudum. Cereale semen est in Cappadocia proueniens, ut scribit Oribasius lib. 1. collect. medicinal. cap. 1. fortè id hordeum quod decorticatum nascitur, & quod vulgò hordeum mundatum appellatur.

Γωμικὸν ἄλβ. sic dicitur à quibusdam ἢ Βερωσῶα, hoc est, vitis alba.

τὰ Γωμικῶα. muliebria, menstruæ purgationes. vide καταμύωιον αἷμα.

Γωμικῶον. dicitur à quibusdam ἢ σίβι, id est, stibium, quòd eo mulieres decoris causa cilia illinerent. vide σίμυ.

Γωμικῶμασδρ. est mammarum muliebrium summū incrementum: non est ea affectio præter naturam, sed aucta prouenit pinguedine mammarum.

Γωερ. pollen ex farina, qui, ut scribit Paulus, amylo virtute respondet.

Γύψορ. gypsum. Id dicitur quod ex lapidibus tostis & ambustis exprimitur. Cognata calci res est. Plura eius genera. Nam è lapide coquitur, & è terra foditur, & è summa tellure colligitur, ut habetur apud Pliniū. Adstringit, glutinat, sanguinis profuua & sudores compescit, sed potum strangulat.

Γωνῶις. sic Archigenes non malè appellauit, authore Galeno, speciem quandam pulsus, qui non toto arteriæ circulo, sed eius angulo tantum ferit: fit propter maximam imbecillitatem facultatis quæ attollere onus nequit. Tunc enim flexum in alto quædam pulsus repræsentat, non circuli figuram: quem quidem flexum Archigenes γωνῶιον nuncupauit. Nam altitudo arteriæ non ut circuli iam figura, sed ut vertex trianguli mouet tactum. Id quod magis etiam ei accidit, horrescenti & rigenti præ frigore, vel quomodolibet aliter indurata. Itaque initio grauium accessionum & cum frigore inuadentium talem pulsus cernere est: non in his tamen omnibus vel solis, ut quidam putant. Nam si propter duritiem arteria agrè flecti possit, facultasque imbecilla grauetur utrinque, perdit circuli veluti circumferentiam: refert autem verticem trianguli, quòd propter duritiem arteria nequeat paulatim flecti, & ad profunditatem utrinque inclinari, sed vibretur potius quàm flectatur.

n ij

I O. G O R R A E I

P A R I S I E N S I S

Definitionum medicarum

TO Δ.



αἰδέες. dicuntur quidem proprie magnæ lampades & ardētes. Per metaphoram verò sic vocatur caput allij, eò quod multis spicis in modum lampadum compactum sit, sicut annotavit Galenus ἐν τοῖς γλωσσοῖς.

τὸ δακνωδές. mordacitas. Est tāgibilis qualitas, quæ in corpus subiens exasperat, & punctiōnis sensum inducit. Qualitas est tactus

propria, non gustus. Quod autem linguā aliquādo diiudicetur, non sit proprio linguæ sensu, sed communi, quoniam, ut reliqua corpora sensilia, tactus sensu prædita sit. Quippe si in aliam quamvis carnem cute nudatā inieceris quod mordicat, & illam sanè non minùs quàm linguā mordebit. Est autem mordicatio tribus istis saporibus, acido, amaro & acri communis: sed acido quidem ut frigidum simul & subtili, amaro verò & acri, ut calidum, mordacitas inest. Siquidè tam ea quæ frigida sunt quàm quæ calida, si cutem penetrent, & in sensibiles partes per carnem dispersas subeant, mordicationis sensum inuehunt, dispari tamen, ut docuit Galenus, modo: frigidum namque non nisi in raris corporibus, qualia sunt vulnerata omnia, oculi, os, nares & venter, mordicat: calidum verò in solidioribus. Ac frigidū quidem spiramenta cuncta subiens omnes circumquaque partes amplectitur, contrahit, condensat, & à cōtinuis auellit, unde molestus mordacitatis sensus exoritur: calidum verò in duriora etiam corpora subiens, ea dissolvit, fundit, colliquat, itaque earum continuitatem multò quàm frigidum celerius diuellit, secat, distrahit, unde mordax necessariò sentitur, velut aqua feruens atque ipse ignis. Nec tamen quicquid calidum aut frigidum est, mordax apparet, nisi etiam conuallat & violenter condenset. Sic utriusq; immoderatiùs aucti communis est mordicatio. Quoniam autem quicquid mordicat in profundum subire & penetrare debet, idèò necesse est, vel id quod mordicat tenuis esse substantiæ, vel quod mordetur tam rarum esse, ut intra se facillè admittat quod mordicandi vim obtinet, vel utrumque, tum quod mordet, tum quod mordetur rara tenuique substantiæ præditū esse. Calida quidem quæ mordicant aut amara aut acria sunt, & omnia tenuium partium quadamtenus existunt, in quorum tamen genere non quò quicquid tenuius est, idem etiam magis mordicet necesse est, quin potius magis mordicat quod crassius est, minùs autem est mordax quod est tenuius. Frigida verò, cum & ipsa mordeant, ut Hippocr. dixit, dubitari tamen potest an tenuium partium ea esse oporteat. Quippe acetum & Boreas mordent forte propter partium tenuitatem, quæ tamen niui & aquæ frigide non minùs mordacibus haudquaquam inest, ut docuit Gal. lib. 1. de simp. medic. ostendens non omne quod mordax est, idem etiam tenue esse oportere. Hoc autem inter ea discriminis est,

est, quod frigida tenuium partium dura etiam solidaque corpora mordicent, quae vero crassatum sunt partium, ea modo quae sunt ulcerata aut rariora. Ceterum non est idem sensus omnium quae mordicant. Eorum enim quatuor discrimina in maioris & minoris collatione Gal. docuit in lib. de multitud. Primus, inquit, gradus eorum est quae mordendo pruritus mouent, ut scilla. Secundus eorum quae uehementius id agunt, ut cepa. Plusculum enim si corpus nostrum eiusmodi medicamentis asuescat, ulcerabitur. Sunt praeterea quae hoc magis acria sunt, atque ubi ulceratis praesertim admouentur, horrorem pariunt: vel, si acriora sint, etiam rigorem. His vero respondent, inquit, quatuor humorum in nobis mordacium differentia. Sunt enim ex ipsis mordaces, qui mediocriter mordent, iis vero mordaciores, qui ulcerosum inuehunt sensum, qui acrius iis mordent, horrorem, qui maxime, et rigorem mouent.

Δαιμόδιος πυρετός. mordax febris. Est differentia febris sumpta ab ipsa caloris essentia, vel ab eo quod illi maxime proprium est. Siquidem omnis & propè solus calor, & semper, vel mordax est, hoc est, acrimonia pungens atque rodens, vel mitis, vel medius. Mordax itaque febris est quae medici manum perpetuo & equaliter mordet, hoc est, à quo tempore manus admoueri cepit, donec auferatur, ac remper calorem exhibet tactui. Debet autem manus ipsa, si modo mordacem febrem rectè iudicatura est, media esse dura & mollis, calida & frigida, & potissimum imponi thoraci summo. Putris enim materia mordacis febris per cutem erumpens ita eam acrimonia sua pungit & vellicat, ut diu ferre contactum non possit. Eiusmodi sunt omnes biliosae, cum omni tempore, tum potissimum in statu. Est autem mordacitatis ratio triplex, prima à caloris intensione, secunda à celeri motu, tertia à materia in qua calor accenditur. Calor enim in subiecto sicco, ut in bile flaua, est acrior quam in humido, ut in pituita, aut in uaporofo & spirituofo, quæadmodum in febre diaria se habet.

Δαιμόδιον. est lacryma scamonij, quam radice sua vulnerata fundit. Sic dicta est quasi lacrymula ἰσχυρῆ. Ea nitida est, rara, fistulis tenuibus, fungosa, leuis, taurino glutini colore simillima, linguam non uehementer urit, linguae tactu albescit. Coquitur in cotoneo malo: sic minus stomachum offendit. Circa Canis ortum excipitur. Vis bima, nec ante, nec postea est, ut quidam scripserunt. Corrupto uocabulo medici nunc diagredion appellant.

Δαίμων. lacryma. Est humor ex oculis distillas. Cuius rei multae sunt causae atque inter se etiam contrariae: nam & praenimia letitia & praenimio dolore aequè lacryma excutiuntur. Ad haec fumus & allia lacrymas mouent. Id quod diuersis accidit rationibus. Quas ut intelligamus sciendum est ad singulos oculos quatuor inesse glandulas, in utroque scilicet angulo geminas, unam infra, alteram uero supra, quae humiditate à cerebro delabente replentur, eaque oculos humectant, ne nimio motu exiccati deteriores euadant. Ab his dolor, cui uis inest meatus refrigerandi atque adstringendi, spissitudine meatuum, humorem quem illae continent, exprimit, pariterque commiseratio & tristitia: letitia uero humorem ex laxitate meatuum effundit, in naturis praesertim humidioribus atque rarioribus. Nam quicumque arctioribus constant meatibus lacrymam neutra de causa mittere consueuerunt. Similiter fumus & allia & reliqua acria oculos mordentia eum humorem eliciunt. Sed praeterea in iis animi affectionibus perturbationibusque inordinati quidam motus spirituum sunt, à quibus humores quoque commouentur & diffluunt, tanta aliquando copia, ut iis

DEFINIT. MEDIC.

excipiendis oculi non sufficiant, sed per nares etiam decurrant iis qui flent vehementius. Atque haec quidem lacryma *κνώστια*, hoc est, spontanea dicuntur, quasi nobis volentibus oborta, etiamsi eas aliqua vis et causa praeter naturam expresserit. Sic enim vocantur quae à causa externa manifesta que fiunt. Aliae vero dicuntur *ἀκνώστια*, id est, inuitae, ut quae per morbos fiunt, veluti per lippitudinem, aut fluxionem è capite decumbentem, aut imbecillitatem retentricis facultatis, quas malas et exitiales esse Hippocr. lib. 1. prognost. declarauit. Inuitae autem dicuntur ad aliarum differentiam. Nec tamen omnes eiusmodi lacrymae perpetuo mala sunt, sed aliqua interdum crasi per sanguinis profluum è naribus praesagiunt, ut in acutis febribus praesertimque ardentibus, quemadmodum scripsit Hippocr. si modo largius ex oculis dimanent, nec circa eos in spuma modum inarescant. Tales enim malas esse idem Hippocr. docuit, ut quae et maximum incendium, et vires perexiguas esse significant. Cum autem lacryma proprie hominis dicatur, per metaphoram tamen designat etiam aqueum illum succum et liquorem qui ex planta siue vulnerata, siue etiam integra sponte sua defluit, siue in gummi humor ille concresecat, siue in resinam liquefcatur propter oleosam quae in eo est substantiam.

Δακρυώδες ἕλκος. lacrymosum ulcus. Sic per metaphoram ulcus dicitur ex quo sanies quaedam tenuis et cruda emanat, perinde atque ex oculis lacrymae, quando inflammatione laborant. *Vsurpatum ab Hippocr. lib. de fractur.*

Δακτύλιον. sic dicitur à quibusdam ἰσχυροῦς.

Δακτύλιος. ὁ πῶδες καὶ ἡ ἔσχα. podex. Sūt autē qui rectū intestinū eo nomine intelligāt.

Δακτύλιος. dicitur ab Hippocrate aliquando ὁ κύκλος καὶ ἡ ῥοχσος, hoc est, circulus, pastillus siue orbiculus quo in medicina utimur.

Δακτυλίτις. vocatur à quibusdam aristolochia longa, quae mascula dicitur, quod radix illi sit digitali crassitudine, aut quatuor digitos longa.

Δακτυλοδύμη. mensura est apud Graecos qua rerum dimetiuntur interualla, quam et illi simpliciter *δύμη* nominant. vide suo loco.

Δάκτυλοι. digiti. sunt partes manuum et pedum extremae, unguibus firmatae, oblongae, teretes, et singula ternis ossibus constantes. Vtraque in manu et utroque similiter in pede quini habentur, et tales ut descripti sunt, exceptis pedum pollicibus, qui duobus tantum ossibus componuntur. sunt autem digiti manus hi: μέγας, qui et ἀνίχει, λιχαιός, μέσος, παρὰ μέσος, μικρός. singuli terna ossa continent, mutuo sibi colligata et ordine sibi succedentia velut in acie, unde et *φάλαγγες* à Graecis appellantur. Ab aliis autem *πυλαίτες*, à turma equitum, quam Graeci *σκιτάλων* nunciant, Latini communi vocabulo digitorum internodia dicere possunt. Graeci vero etiam eorum singula suis nominibus distinxerunt, à quibus primi articuli, metacarpio proximi, *πεκόνιδυλοι*, mediij *κόνιδυλοι*, postremi *μετακόνιδυλοι* appellantur, et ab his unguium principia seu radices *ἐξώνυχια*, extremi deinde digitorum fines *ἐσώνυχια* et *ῥοχσος*, ut scriptū est à Rufo in partium hominis nomenclatura. Porro ima digitorum ossa metacarpio per diarthrosin alligantur, excepto pollice, cuius os infimum non metacarpio, sed carpo per diarthrosin copulatur. Ex quo quidam censent os illud non ad pollicem, sed ad metacarpium pertinere, ipsumque pollicem, uti et eos qui sunt in pedibus, duobus tantum ossibus constare. 1.

δάκτυλος. digitus. minima mensura est earum quibus rerum interualla dimetiuntur.

mur. Hæc autem nõ secundum digiti longitudinem, sed secundam eius latitudinem siue crassitudinem accipi debet. Hæc sæpe Dioscorides utitur, ut de anchusa scribens, δακτύλου ὀπίχτος : & de bunio, καλὸν ἐνίοσι πτερόεντον, ὀπίχτην, πλάχην δακτυλίου. Quoniam verò indice & infami & medico pollex plenior & crassior est, minimus exilior & tenuior, differentiam qua est in herbarum radicibus & caulibus etiam his duobus digitis explanavit. Ut de radice eryngii, δακτύλου τῆς μεγάλου ὀπίχτος. Et de spine albæ caule, καλὸν ὑπὲρ ὄνου πλάχης, δακτύλου τῆς μεγάλου ἢ μέζονος πλάχης. De radice inula Egyptia, πλάχης δακτύλου μικραῖς. Et pluribus in locis similiter, in quorum nonnullis & διδακτύλου & τετραδακτύλου mensuram invenies.

δακτύλοι. dicuntur palmae fructus, quos Græci alio nomine φοινισβαλάτους, Latini palmulas, Franci datas vocant.

δακτύλος. Graminis aculeati nomen est, quod etiam κροσσώπικτος dicitur. Eius tria genera statuantur. Vnum cui in cacumine aculei sunt, plurimum quini, quod ab aculeorum, quasi digitorum, numero δακτύλων appellat. Alterum ἀειώου simile, δακτύλων etiam dictum, quia ad reduvias optimum sit, & digitis medeatur. Tertium genus τῆς δακτύλης tenuius nascitur in parietinis & tegulis, cui caustica vis inest.

Δαμασκώιον. dicitur à quibusdam ὀπίχτῳ, sicut habetur apud Dioscor. & Galenum.

Δανάη. sic dicitur à quibusdam ἢ δάφνη ἀλεξάνθηρα, ut habetur apud Dioscoridem.

Δαμάου ξηροκαλοειον. Describitur ab Aëtio lib. 7. capite πῶδι ξηροκαλοειον.

Δάρτος. una est è quatuor membranis qua testes involunt. Earum prima & intima ἐπίδιδυμος est : post eam ἐρυθροειδής : tertia δάκτος, carnosa, erythroide multo valentior : quarta & extrema scrotum est.

Δασύπικτος. spiritus asper. Sic à quibusdam appellatur qui cum sono ducitur tum ob angustia loci quo ille redditur, tum propter humoris multitudinem, ut annotat Gal. comment. 3. ἐς τὸ πῶδι ἀρθρῶν.

Δάσυμα. oculi vitium idem quod τράχυμα, ut scripsit Aëtius lib. 7.

Δάκκλον ἢ

Δάκκος. herba est trium generum. Creticum fœniculi similitudine, minoribus foliis & candidioribus, caule semipedali, capitibus rotundis, ut coriandri. flos albus, semen album, acre, hirsutum & odoratum, radix crassitudine digitali & longitudine dodrantali. Nomen retinet in officinis. Latini Gallica pastinaca dicitur, vulgò sylvestris carota. Alterum ubique provenit, apio simile, feruens, acre, odoratum, radice digitali crassitudine, bipalmum longa. Tertium pastinacæ non dissimile, opacante fastigium anethi umbella, semine oblongo & odoratu gravi, sapore, ut cuminum, acri. Gal. & Paulus daucum nihil aliud esse voluerunt quàm staphylinum sylvestrem. Omnium generum semen calfacit & extenuat, urinas & menses movet.

Δάφνη. laurus. Est arbor laui cortice & tenui, radicibus obliquis, inæqualibus, perpetua coma, caudice procerò, pingui, succo scatete, nodis perquæ paucis. Geminam Dioscorides statuit, unam tenui folio, alteram latiore. Desiccatur laurus & calfacit vehementer. Eius fructus δάφνης appellatur.

Δάφνη ἀλεξάνθηρα. laurus Alexandrina. herba est folio myrti sylvestris, molliore, candidiore, maiore, seminis inter folia magnitudine ciceris rubri. ramos spargit à terra dodrantales, eoque ampliores, radice myrti sylvestris, maiore, odorata, teneriore. Dicitur aliis nominibus δάφνη ἰδύμη καὶ σαμβουράκη & ἑσπερίδιον : vulgò ουυλάρια &

DEFINIT. MEDIC.

Bonifacia dicitur. Calida est, acris & subamara.

Δαφνίς. sic dicitur bacca seu fructus lauri arboris.

Δαφνίς est species una τῆς κισσίου in Arabia nascentis, quam & ἄχων Dioscorides scribit appellari. vide in dictione κισσία.

Δαφνίς etiam dicitur à quibusdā ἰ χερμαδίου, ut habetur apud Dioscoridem.

Δαφνοειδής. frutex est ramosus, crassiore ac molliore quàm laurus folio, floribus candidis, baccis è nigro rufis. Eius folia os ac fauces accendunt. Non aliud est quàm sylvestris laurus. Herbarij laureolam vocant.

Δαφνοειδής etiam dicitur ἰ κληματίς. de qua suo loco dicitur.

ἄενος ἰδὲν πυρετός. grauis aspectu febris. Est differentia febris apud Hippocr. lib. 6. τῆν ἐπιδημιῶν. Eam aliqui hecticam interpretatur, quæ in solidis partibus accensa, carnosum genus ubi iam populata cōsumpsit, & multò celerius spirituosum, corpus strigosum & aspectu terribile reddit, quòd præter cutim & ossa nihil amplius supersit, præsertim si est hectica marasmodes. Ob id homines ita emaciati, vulgò mortes vocantur, & nos, dum occurrunt, mortis modo terrent. Verùm id summæ emaciationis symptoma longis etiam morbis contingit & omni atrophia. Visu quoque terribiles sunt febres quædam pestilentes & malignæ, & omnes phreniticorum febres, quibus oculi cæsi & minaces & torua tuentes, & qui, si à nobis spectentur, nos terreant, quia intenti, fixi, & velut minarum pleni sunt. Pestilentes quoque cum phlyctænis aspectu graues sunt. Gal. tamen hecticam febrem apud Hippocr. intelligit.

Δφισμός. dicitur à quibusdam ἰ κόνηα, ut habetur apud Dioscor. non dubium quin à grauitate odoris.

Δφύ. ὁ κόχλις καὶ ὁ τριχάλος. collum seu cervice, propriè tamen sic dicitur pars colli anterior, per synecdochen autem totum collum significat. Hinc τριχάλος dicta est ultima colli anterioris pars, quæ monilibus cingitur, & κόχλις totus ille colli ambitus apud Pollucem.

Δεκάμυρον. malagma Oribasij, sic dictum quòd ex decem aromatum generibus paretur. Refertur eius compōsitio ab Aëcio & Paulo, sed deprauatis Pauli, uti iudico, exemplaribus: pro nardo enim nardinum unguentum reponi debet, ut habetur apud Aëtiū, & pro libris tribus ceræ, sexcunx. alioqui iā nō malagma erit sed emplastrū.

Δελτοειδής μύς. sic dicitur musculus qui brachium ad superiora adducit, propterea quòd triangularis videatur, & in Δ similitudinē efformatus. Cuius basis intelligi potest à media clauicula ad extremam usque scapulam secundum humeri longitudinem, à quibus scilicet partibus ducit originem: latera verò, hinc quidem internum à clauicula, inde verò externum ab ima scapula ad medium usque brachium, quo loco huius musculi veluti vertex est. Is musculus multum carnosus est & in longum valde exporrectus, totumq; humeri ad scapulam articulum, quem ὤμωρ vocant, integit, unde & ἰ πομὶς alio nomine appellatur, quasi humero instratus & superpositus.

Δελφινίς ἰ

Δελφίνιον. herba est cui rami ab una radice dodrantum binum, vel etiam maiores, circa quos folia pusilla, tenuia, diuisa, oblonga, delphini effigie. quanquam alij non folijs, sed siliquis repandis Delphinium referre prodant. qua similitudine quidam inducti, delphinium senam esse Mauritanis dictam existimarunt. Flos illi viola alba in purpuram vergens. semen in valuulis milio simile. Romani buccinum teste Dioscoride,

ride, vocauerunt. Herbarij quidam filium ante patrem appellat, quod siliquam & in ea semen ante floris exitum ostendat.

Δαλφύς. uterus. sic dictus quasi ἀδελφοποιός. Siquidem ἀδελφοί dicuntur fratres ex eodem utero procreati, quasi uterini.

Δαδύτις. dicitur à quibusdam δ' κεράλλιοι, quod etiā alio nomine λιθιδένδρον appellatur. Δαδύτις. thus arbor. quæ & simplici nomine λίβατος appellatur, de qua vide suo loco.

Δαδύτις. althæa, siue ibiscus. Malua agrestis species, quam etiā ἀναδένδρον ἀλάχλιω Galenus appellat.

Δεξομενί. labrum, lauacrum, solum aquæ calidæ, in quo qui lauantur etiā innatare possunt: dicitur aliis nominibus ἑμβασίς & κολυμβήτρα & μακρά.

Δέρμα. cutis. Est membrana omnium amplissima, partium subiectarum tegumentum, munimentum, ornamentum. Quia membrana est, ex eo intelligitur simplicem esse, planam, tenuem, albam, nervosam, atque ob id sentientem. Siquidem per cutem dispersi nervi dant illi sensum, verumtamen sentit solum non etiam motum habet voluntarium. Oritur ab extremitatibus vasorum per subiectam carnem dispersorum: hæ namque dilatata, coniunctæque in cutem degenerant: quò fit ut à subiecta carne sine summo dolore separari nõ possit. Ac quamquam ex carne, venulis & alicubi arteriis composita sit, ex nervis tamen præcipue conflatur, nec tamen nervi prorsus naturam retinet, sed inter nervum carnemque quodammodo media est. Nec verò solum omnium corporis partium, sed etiam uniuersæ quæ generationi corruptionique subiicitur substantiæ media est: quò enim in duritia & mollitie, & in calore ac frigore similiter medium omnium particularum sortita sit, ex eius quam dixi substantia maxime intelligitur. Est enim veluti sanguine præditus nervus, qui sit inter carnem & nervum quiddam planè medium, & iis ambobus secum mixtus conflatur. Est enim nervus durus, exanguis & frigidus: caro mollis, multi sanguinis & calida: media inter utrumque est cutis, nec dura & planè exanguis ut nervus, nec mollis & sanguine abudans ut caro. Est igitur cutis extremorum media calidi, frigidi, humidi & sicci: præsertim autem manus, in qua tanquam temperatissima, perfecta tangendi potestas sita est. sic quidem vera cutis habet. Cæterum ab eius excremento alia cutis producitur ἐπιδερμὶς dicta, ei toti supertensa, sensuque destituta, & quæ sæpe citra dolorem facile ab ea separatur: de qua vide suo loco.

Δέρμα τῶνδ' ἐν μὲν γὰρ ἰσχυρὰ, & παχέα, hoc est, dura & crassa cerebri membrana, ossi calua adherens, sic dicta quasi coriacea.

Δεσμίδιον. significat fasciculum, ut est apud Scribonium Largum, siue manipulum, ut est apud Celsum, cuiusvis rei quam medici nec metiuntur nec ponderant, sed manus complexu sumunt. Neque verò δεσμίδιον modo dicunt, sed etiam δεσμίδιον χειρῶν ἡδ' ἰδ' id est, fasciculum quantum manu licet comprehendere.

Δεσπεία. lora. vinum secundarium. Est potionis genus quod fit maceratis aqua vinaceis. Ab Atticis sic vocabatur. Græcorum vulgus τρυγία, Asiatici σερμαλίτην temporibus Galeni appellabāt, ut scripsit lib. 2. de alim. facult. Cōiectis, inquit, in parua dolia vinaceis tantum aqua superaffundunt, quoad omnia permadeant, quod ubi satis factum videtur, in doli fundo foramen aperiunt, ubi dilutum effluat, idque pro vino bibunt. Affundunt autem aquam moderatam, quò lora neque parcius sit neque

DEFINIT. MEDIC.

aquosior. Deinde rursum aliam aquam, parciorem tamen priore, affundit vinaceis, ita ut id quoque in potu sit tolerabile, quod quidam Attici proprie *δωροπία* nominari volunt. Utraque capiti dolorem adfert, nisi quis diluiores ipsas bibat, sed prior magis caput ferit. Commodum hoc habent quod cito per urinas reddantur, in quo tamen magnum est pro uariatum specie discrimē. Dioscorides scribit *δωροπία* ab aliis *πόνημα* appellari, & fieri solitam adiectis metretis tribus aquae in vinacea quibus triginta vini metretae extractae fuerint, calcatis vinaceis, & expresso decocto ad tertias partes, & additis in singulos congios modi eius qui remansit binis salis sextariis. Post hyemem transfundi in vasa, & ea intra annum utendum, quod celeriter exolefcat. Conuenit, inquit, agris quibus timemus noxam vini, coacti saepe desideris eorum obtemperare: item à longa valetudine se recolligentibus. Parem ferè eius conficiendae rationem describit Columella lib. 12. cap. 40. nisi quod simul spumas defrutis siue sapa & fecem ex lacu confundit & permiscet, eamque intritam macerari una nocte sinit, postero die pedibus proculcat, & sic permistam prelo subiicit. Scribit praeterea & patrem suum ex aqua uetere eam facere solitum, & nonnunquam plus biennio innoxiam asseruasse. Plinius lib. 14. cap. 10. scribit non posse iure dici uina, quae Graeci *δωροπία*, appellant, Cato & Latini *loram*, sed tamen inter uina operaria numerari: tria eorum genera esse, decima parte aquae addita quae musti expressa sit, & ita nocte & die maceratis vinaceis, rursusq; prelo subiectis: alterum quomodo Graeci *factitauerè*, tertia parte eius quod expressum sit addita aquae, expressoq; decocto ad tertias partes: tertium esse fecibus uini expressum, quod *fecatum* Cato appellabat. Nulli autem ex his plus quam anno usum esse.

δωροπία. secunda. fetus in utero uelamentum, quod & *χελίον* appellatur, ut scribit Paulus lib. 6. cap. 75.

ἀλλυπία. deleterium. Est medicamentum quod totius naturae suae contrarietate corpus animalis corrumpit. Id genere duplex est: unum quod omnino corpori contrarium est, & nulla qualitate à corpore alterari potest: eiusmodi est papaueris succus, siquidem nulla substantia sua mutata parte, sed tota seruata integra, corpus nostrum afficit: neque enim in eum quicquam agere, ne una quidem qualitate potest, multò minus tota sua substantia possit. Alterum genus est eorum quae ex nostro calore momentum aliquod mutationis accipiunt, ac deinde in multifarias alterationes uertuntur, quibus corrumpi naturam nostram accidit. sunt autem haec genere duplicia: alia potestate calida, ut quae corporis naturam rodunt, putrefaciunt & liquant: alia uero frigida sunt, ut *cicuta*, *hyoscyamus*, *mandragora*. haec enim omnia calido corpori applicata & mutationis momentum aliquod hinc adepta, partim eorum ad summam caliditatem, partim perueniunt ad putredinem, partim in cor delata calore natuum suo frigore extinguunt. haec autem & *δύληπία* & *φάρμακον* & *φάρμακον* appellatur.

ἀμύκτια σπέρματα. Cerealia semina. sunt quae alio nomine dicuntur *σπέρματα*, & à quibusdam etiam *χέρματα*. scilicet omnia ex quibus confici panis potest, vel uicem panis supplere, siue manu legantur, quae proprie Graecis *χέρματα*, Latinis legumina appellantur: siue falce putentur, ut *triticum*, *hordeum*, *lens*, *fabula*, *lupinus*, *cicerula*, *panicum*, *milium*, *pisum*, *faenum* Graecum, *auena*, *typha*, *cicer* & alia id genus.

ἀμύκτια. sic dictum fuisse à quibusdam *ἐν πύρεσιν* Diosc. author est.

ἀμύκτια. est subita potus omnis per urinas cum magna siti profusio. Proprie pertinet hic affectus

affectus ad renes: Gal. verò etiam huius participem quodammodo vesicam facit, scribens hunc renum vesicæq; affectum similem esse ventriculi intestinorumq; leuitati. Consentit quidem quodammodo vesica, & copia urina premitur, at nec ipse morbus, nec morbi causa est in vesica, sed in solis renibus. Est autem attrahenda urina inexplebilis cupiditas, & eius retinenda impotentia. Attractionem tantam excitat vel calida & sicca renum intemperies, vel humor biliosus, acris, salsus, & renes assidue irritans, inque ipso renum corpore impactus, vel, ut ait Aretæus, morbus aliquis acutus in renes firmatus, & per crism malignitatem suam in eos deponens, vel venenum aliquod deleterium, ex eorum genere quæ vesicam & renes infestant, quale id est, quod à Dipsade funditur. Hæc enim omnia sitim ingentem mouent, ob quam assidue æger bibit. Potum autem hunc auidè renes attrahunt antequam etiam in ventriculo concoquatur, sed eum propter imbecillitatem nõ retinent, sed talem effundunt qualis sumptus est. Quæ in re diabetes appetentiæ caninæ persimilis est, quam ὄρεξις κωάδα vocant. Nec verò id solùm quod bibitur protinus crudum meitur, sed humor etiam copiosus à renibus colliquato corpore trahitur, in eoque diabetem propriè consistere Aretæus arbitratur, definiens esse, σαρκῶν καὶ μελέων δὲ οὐροῦ σωματικῶν, hoc est, carniū & membrorū in urinam colliquationem, ob quam & summa totius corporis macies est, & copiosior multò urina redditur quàm potus sit. Diurna quidem est huius morbi creatio, & longo tempore paritur, sed breuis hominis vita est, in quo malum hoc perfectum fuerit. Velox enim est colliquatio, & cum dolore laborantes meiuunt, ut scribit Aretæus. Viscera, ut idem ait, ipsis vri videntur, omnia fastidiunt, animo sunt dubio, saliuam habent albam & spumantem, præcordia graua. Quòd si ampliùs increscat morbus, calor mordax in visceribus sentitur, abdomen corrugatur, venæ intumescunt, fit tabes. Quòd si vel modico tempore à meiendo abstinuerint, tument lumbi, testes & ilia. Rarum id prorsus mali genus, & à Galeno bis tantùm visum. Eo autem nomine appellatur, quòd humor corporis nullo in loco consistat, sed subinde de loco in locum ἀγβαίνει, hoc est, pertransit, non aliter quàm aqua per siphonem, quem ἀγβύτης vocant mechanici, ut scribit Columella lib. 3. cap. 10. Alij alijs nominibus eam appellarunt, ὡς ὄρεξις αἰσ ἀμείδου, διαῖσις αἰσ οὐρα, διακώρη: Latini nullum illi peculiare nomen dederunt.

ἀνάβρωσις. erosio. dicitur & ἀνάβρωσις. Est autem exulceratio à re acri & mordaci facta. Si intrinsecus ab ipso animali prouenit, vitiosi succi soboles est: sin extrinsecus, aut à valentibus medicamentis fit, aut ab igni. Hæc ab effectu ἀγβρωτικῶν appellantur, media quodammodo inter ἀκρωτικῶν καὶ κωστικῶν. Sunt enim extergentibus valentiora, urentibus autem debiliora & periculosa minùs, ut scribit Gal. lib. 1. τῶν κῶστικῶν. Huius generis sunt auripigmentum, sandaracha, Asiæ petra stos, & misy.

ἀναδύσις. dicuntur ab Hippocr. migrationes humoris de parte in partem, siue humoris alicuius exceptiones. Sic enim aliquando humor de parte in partem transfertur, ut à iecore in lienem & contrà. Huius generis sunt abscessus omnes critici.

ἀνάδοσις. digestio seu distributio alimenti, cum per venas maiores in minimas ipsumque corporis habitum transir. dicitur & ἀνάδοσις.

ἀναλακώκορ. collyrii nomen est, quòd à Scribonio Largo describitur hunc in modũ: Croci P. V. sarcocollæ. P. X. glaucij succi P. X. X. tragacanthi P. V. opij P. V. Scribit autem Largus se opium adiecisse, cum in veterum compositione non esset. Non est dubium

DEFINIT. MEDIC.

à succo glaucij sic dictum esse.

Δικαιώδην. Emplastri nomen est nobile & perutilis ad extrahendum. Recipit, ut refert Celsus, Resina terebinthina P. XX. nitri, cera, picis arida, baccarum lauri, singulorum P. XXX. olei paulum. Sic appellatur quia lauri baccas contineat.

Δικαιώμα. septum transversum, à Gaza apud Aristotelem dicitur cinctus & præcordia.

Proprio & usitato nomine δικαίωμα appellatur. vide suo loco.

Δωδεκάσπον. sic à quibusdam peculiari nomine vocatur duodecima dorsæ vertebra.

Διάθεσις. affectio. Dicitur ab Aristotele qualitas esse facile mobilis à subiecto: venit à τὸ τί ἄλλοῦ ἐστὶν quod significat affectum & dispositum & constitutum esse, atque tam in bonum quam in malum usurpatur, & in aliis etiã quam in homine. Nam & cæcus & harmonia & orationis & dictionis διάθεσις quaedã videtur esse, pertinetq; τὸ διαθεσις nomen ad omnes pariter, tum qui sani, tum qui egri sunt, tum qui neutro modo se habet. Siquidẽ omnes quodammodo διαθεσις. Itaque ñ διάθεσις cõmune nomen est & morbi & omnium symptomatum & causarũ morbificarum: eorum enim unumquodque διάθεσις est, non autem è contrario omnis διάθεσις aliquid eorũ. Siquidem omnem motum, omnesque adeò sensuum alterationes in se comprehendit, non egri modo, sed sanis etiã contingentes. In visu quidem eas quæ ab albo, nigro, flavo, & cæteris coloribus sunt: in tactu, quæ à calido, frigido, humido, sicco, molli, duro, cæterisque id genus: & ad eundem modum in singulis reliquorum sensuum. At hæ omnes alterationes reuera πάθη sunt, id est, passiones. Itaque πάθη καὶ διάθεσις idem quodammodo videntur. Atque idem certè sunt, soloque motu inter se differunt. Nam dum mutatur & alteratur quippiam, πάθη fit, ut cum incalescit aut cum refrigeratur, à calore vel frigore proculdubio patitur, ubi verò motus desit & iam incaluit aut refrixit, aut nigredo vel albedo inducta est, διάθεσις existit. Greci tamen, ut ait Galenus, etiam manentem διάθεσιν, sedato iam motu, πάθη solent appellare, sicuti & causam non eam tantum quæ facit, sed eam etiam quæ iam fecit: quanquam neque hæc simpliciter causa est, nec ñ διάθεσις quæ manet, simpliciter πάθη dicenda sit.

Διαθεσις. Διαθεσις, apud Hippocratem, ut interpretatur Erotianus.

Διαθεσις. Διαθεσις, apud Hippocratem, hoc est, transparent lib. 2. de morbis muliebr.

Διαίτη. victus ratio. Est certa vitæ institutio quã quis sequitur in rerũ omnium usu. Neque enim solo cibo & potione cõstat, verum etiam omnibus aliis, ut ocio, exercitatione, balneo, venere, somno, vigiliis, & aliis omnibus quæ quouis modo sunt in corporibus humanis, ut scribit Gal. comment. 3. in lib. 3. epid. Hæc enim omnia qui ita moderatur ut benè habeat, bona victus ratione: qui verò peius ex his habet, mala uti dicitur. Sed hæc διαίτη iure dici nõ debet. Pertinet enim hoc nomẽ propriè ad eam quæ bona est, cuius instituendæ disciplina διαίτη dicta est, non leuissima pars artis medicæ. Est autem duabus eius partibus communis, tum illi quæ sanitatem tuetur, tum alteri quæ morbos curat. Nam & sani & egri suam habent dieteticen. In sanis quidem permagni est momenti (imò verò tota ipsa vitæ institutio est) non modò ad conferuandum sanitatem, sed etiam ad bonos mores faciens. Siquidem praua victus ratio & mores bonos corrumpit, & semina morborum in corporibus spargit, quæ postea tum ex seipsis tum ab ambientis aëris temperamento principium mutationis adeptæ, gravissimos morbos pariunt. Cæterum non est simplex & unius modi sanorum diæta, sed

sed tam multiplex, quàm sunt & varia temperamentorū differentia & àëris constitutiones, qui in victus ratione legitime instituenda magnam sibi partem vendicat. Sunt tamen in ea duo hæc potissimum præcepta, in quibus tota ferè vertitur. integram sanitatem similibus esse conseruandam, inclinatam autem, & in vitium prope ruentem, modico contrariorum usu retinendam esse. Est autem diætetice morborum curationis pars maxima, quæ victus eam rationem instituit & ordinat, quæ & vires sustentet & morbum oppugnet. In qua rectè instituenda ad multa attentum esse oportet. Nam & morbi speciem & eius accessiones & tempora & ægri naturam & consuetudinem & vires præsentis, adhæc anni tempora & constitutiones considerare conuenit. Indè varia τὸ διαίτης nomina λεπτή, ἀκριβής, ἐλαττώσ, λεπιοτάτη, σμικρὸν ἀδελφῶν, ἀσφα, de quibus Hippocrat. & Gal. lib. 1. aphor. 4. & 5. item λεπνώουσα καὶ παχυνούσα, de quibus apud Galen. lib. de sanit. tuenda, & lib. 7. meth. med. & lib. de victu attenuante. Est autem hæc diæta propriè διατροφική, à qua diuersa tantum est alia quæ dicitur ἀναληπτική, quàm differunt inter se διατροφία καὶ ἀναληψίς. Hæc conualescentibus à morbo conuenit, in quibus quia nulla præternaturam causa superest, neque affectio morbosa, sed infirma tantum sanitas, aut parua admodum vitia quæ per imbecillitatem vitari vix possunt, ea diæta utèdum, quæ robur quod deest suppleat, quòdque vacuatum est atque dissipatum resarciat, simulque concoquat, euacuet purgètque excrementa, & ab his abstineat quæ sanitatem sæpe labefactant, cuiusmodi sunt algor, æstus, lassitudo, cruditas, ebrietas, vigilia, iracundia & reliqui animi affectus: hæc enim omnia τὸ διαίτης nomine comprehendì antè diximus.

Διατροφική. medicinæ pars quæ docet victus ordinandi artem. Hanc Galen. lib. ad Thrasibulum Homeri temporibus nullã fuisse existimat, ipseque Plato philosophus antiquos Asclepiadas hac medicinæ parte non admodum usos esse asseuerat. Tãta illis temporibus erat in cibo abstinentia. Sed cum ars ea ad tuendam sanitatem propriè pertineat, alia tamen est διατροφική quæ ab omnibus pars τὸ διατροφικῆς esse censeretur, docètque quæ cuique morbo ratio victus quadret. Eius autem exactam notitiam non ipse modò morbus eiusue causa, sed vires etiam eius qui ægrotat & natura & consuetudo & ætas & anni tempus & cætera eiusmodi præstant. Pars ea τὸ διατροφικῆς longè nobilissima est, de qua tribus libris Hippocr. accuratissimè disseruit.

Διακίνησις. dicitur apud Hippoc. cum ossa non toto quidem loco mota sunt (id namque ὀλοθίμα appellat) sed cum paulum exciderunt, ut annotat Gal. commēt. 3. ἐς δ' ἰσθμὸν & 4. ἐς τὸ πῶδι ἄρδρα.

Διακίσις. apud Hippocrat. idem quod ἀκίσις, dicitur & ἀκίσις, ut annotat Galenus ἐν τοῖς γλωσσῶν.

Διακίσις. dicitur ab Hippoc. vulnus omne quod altè descendit impactumque est. Scribit tamen Galen. propriè eo nomine significari apud medicos solutam in osse capitis continuitatem ab aliquo acuto occursante atque abscindente, vocarique aliis nominibus ἐκτομὴ & ἐσφα.

Διακίσις σφυγμῶν. intercifus pulsus: hic proprio nomine διεκίσις vocatur, de quo vide suo loco.

Διακριτική δύναμις. secretrix vel discretrix facultas. Ea tanquam quinta facultas inter naturales à plerisque ponitur, qui Galenum culpæ insimulant quasi eam non noue-

DEFINIT. MEDIC.

rit. Aiunt enim hanc esse facultatem à reliquis omnino diuersam quæ bonum à malo secernat, separet, & quodammodo diiudicet, eamque diuersam esse ab expultrice, quòd prius malum à bono secerni oporteat quàm vacuari. Eius enim facultatis beneficio, ut aiunt, renes serum à sanguine secernunt, lien melancholicum succum, & natura singularum partium non tantum in alendo corpore, sed per morborum etiam crises utilia à superuacuis, & maligna à benignis primum secernit, & postea vacuat atque expellit. Certè Gal. facultatem hanc non videtur à reliquis distinxisse. Ipse quidem nomen hoc in lib. de symptomatum differentiis usurpauit, ubi ea persequitur quæ ad functionem naturalem pertinet, verum illic eam ἀντὶ τῷ ἀκρῆσις accipit. Ait enim in regio morbo naturalis coloris mutationem fieri, sed eam nisi alteratricis venarum virtutis vitium sit, τὸ ἀσυνελευκῆς ἀσυνελευκῆς symptoma esse, siquidem excretio secretionem quadam fit. Nec tamen eiusmodi secretio propria cuiusdam facultatis est opus, sed vel ad attractricem aut retentricem sequitur, aut mixtum quid est ex actione retentricis atque expultricis. Bilis enim aut seri à sanguine secretioni nihil est aliud quàm rei conuenientis & familiaris attractio. Eam autem necessario sequitur secretio: nam simul atque attrahitur, secerni quoque & separari oportet ab eo à quo attrahitur, alioqui nõ iam serum aut bilẽ, sed totum ipsum sanguinẽ attrahi oporteret. Similiter in mittẽdo sanguine secretio etiã fieri manifesto cernitur: primum enim natura, si sit robusta nec ab aliquo impedita, vitioso sanguine sese exonerat, deinde bonum quoque profundit coacta, nec tamen id opus secrettricis facultatis est, sed partim retentricis, partim expultricis. Siquidem naturã superuacuum expellente & utile bonumque retinente, eiusmodi secretionem fieri contingit, quæ tamen nõ unius facultatis, sed duarum opus est, atque idem de reliquis quoque motibus iudicandum, per quos natura inter bonum & malum distinguere videtur. Hi namque alicuius à Galeno commemorata facultatis omnino motus sunt.

Διάκροσις. sunt collyria arida, ophthalmiæ principio conuenientia. sic dicuntur quòd croco constant. Inter quæ hoc unum præcipuum habetur quod ab Aëtio & Paulo Aegineta describitur. Recipit autem sarcocolla drach. V I I I. croci drach. I I I I. glaucij drach. I I I I. ut scriptum inuenitur apud Paulum. Aëtius habet glaucij drach. X X I I I. Omnia sicca læuigantur. deinde gummi drach. I I I I. tragacathi drach. I I. adiciuntur, atque in collyrij formam rediguntur. Id autem eadem die fieri oportet. Nã collyria diu in mortario manentia nigrescunt & vires immutant. Est alterum ab hoc diuersum διάκροσις, quod habetur apud Celsum ad caligationem oculorum quæ propter lippitudinem oritur.

Διάλειμμα. integritas, intermissio. Dicitur quidẽ in febris ἀποξέλα, in aliis verò morbis, ut cephalæa, epilepsia, podagra, simpliciter διάλειμμα, ἀπὸ τῷ ἀσυνελευκῆς: significat autem apud Hippocratem ἀλιωρῆν ἀκρῆσις, hoc est, remissionem puram & synceram, ut aph. 43. lib. 4. febres quæcunque non intermittentes tertia die fortiores fiunt, magis periculosa: si verò quouis modo intermiserint, periculum abesse significatur. Sic enim in comment. Gal. explicat. Idem verò initio comment. 3. in lib. 1. τῆς ἐπιδημῶν scribit intermissionem bifariam dici, primum quidem de iis febribus quæ accessionem perpetuam non habent: deinde verò de iis quarum accessio nõ soluitur integrẽ, etiam si insignes subeat mutationes, & post principium, augmentum, atque vigorem manifestam habeat remissionem.

Διάλειμμα.

Διαλέπω. quod dicatur ab Hippocr. de febribus quæ ἐς ἀποξέω definunt annotauit Gal. comment. in aphor. 43. lib. 4. Verumtamen apud veteres bifariam dictum fuisse, idem explicauit comment 3. in lib. 1. τῆς ἐπιδημίας, interdum quidem de iis febribus solis quæ perpetuam accessionē nō habent, interdum verò de iis quarū non recedit accessio, sed insignes faciunt mutationes singularū accessionū, in principiū, incrementū, vigorem & declinationem. Sed iuniores quosdā medicos eas quæ nō magnā mutationem habent, appellare συνεχούς: eas autem συνεχῆς dicere solas quæ non veniunt ad integritatē, & intermittunt post singulas accessiones: easdem autem vocari ab antiquis continuas, interim intermittentes quod scilicet inter continuas & integrè desinentes mediæ sint: proindē eas ubi cum synochis conferuntur intermittentes appellari: cum iis verò quæ ad integritatem perueniunt, continuas.

Διαλέπω πυρετός. febris intermittens. Est febris putrida quæ vicissim soluitur & repetit. Gignitur omnis ex humore putrescente, non quidem ubique, sed in habitu corporis & minoribus venis, eoque differt à continua, cuius materia in vasis maioribus continetur. Discrimen enim à loco est. Putret autem triplex tantum humor, pituita, bilis flava, bilis atra. Indē tres sunt omnes intermittentium febrium differentia materia differentes, quotidiana, tertiana, quartana. Quotidianam pituita, tertianam bilis flava, quartanā bilis atra gignit putrens & per habitum corporis delata. Quod quamuis apud multos fide careat, verissimum tamen esse ex iis intelliges quæ scripta sunt à Gal. extremo lib. 2. de differ. febrium: ea enim huius rei abundē fidem faciunt: ac si breui charta tota ea demonstratio comprehendi potuisset, eam hīc inseruissē, sed longior est, & nemo non habet librum eum Galeni in manibus. Humor ille quisquis sit, colligitur primum in toto habitu, aut totius habitus parte aliqua, ut in vētriculo, iecinore, liene, cerebro etiam quādoque, aut pulmone, aut corde, aut renibus aut utero, cūque propter partis intemperiem aut imbecillitatem concoqui nequeat, pro bono & utili vitiosus & nocens euadit & putredinem concipit. Indē facultas expultrix irritata, ipsum tanquam alienum & noxium expellit. Expulsus autem & delatus per sensibiles corporis partes, vel frigus, vel horrorē, vel rigorem excitat, pro varia humoris natura. Pituita enim sūo contactu, & quia frigiditate vel alterationem subitam mouet, vel continuum diuellit, transiens per partes sentientes, primum frigus, deinde etiam horrificū frigus, ubi paulo plus incaluit, excitat. Bilis quia pungit & rodit, & calorem natium cum sanguine & spiritu intrò reuocat, horrorem: melancholicus verò humor rigorem inducit. Deinde verò in corpus reuocato & accenso & concepto per putredinem calore febris accenditur (si modò humor tantus est, ut qui ex eius putredine accenditur calor cordi comunicari possit) nec desinit, donec uniuersus ille humor, qui putruit, absumptus sit & in cinerem versus, quemadmodum & ignis ardere non cessat quamdiu humor aliquis in ligno superest. Est enim calor febrilis ad putrentem humorem eadem ferè ratio, quæ & ignis ad ligna. Ex ipsis enim lignis, dum alterantur, generatur ignis, nec tamen perpetua est hæc alteratio, sed finem habet ubi cōsumptus in totum fuerit natius lignorū liquor & in cinerē reductus. Sic in putri humore calor accenditur & tādū perseuerat, donec omnino fuerit assatus, aut e corpore quouis modo vacuatus. Nam si intrò pellitur in carnem interiorē & versus ventriculum, intestina aut renes, vomitu aut deiectione aut urinis finiet accessionem: aut si ad cutim, quod fe-

DEFINIT. MEDIC.

rè fit, pellitur, madore aut sudore tandem dissipatus accessioni finem facit, & intermissionem febris adfert: si quidem integrè vacuetur, puram & integram: sin minùs, dubiam, & in qua manifestum ἐπιπέσμα relinquetur. Oportet autem ut febris intermittat, tantum humoris post singulas accessiones excerni, quantum per ipsam accessionem cōputruit. Nam si vel propter ægri corporis densitatem, aut errorem aliquem totus humor, aut bona eius portio in corpore retineatur, pro eius copia accessio ipsa vel grauior, vel mitior diutissimè, & sæpè ad alteram accessionem perseuerabit. Hæc quidem intermissionis, quam διάλειμμα medici appellat, causa est, eiusque, ut suo loco dictū est, gemina. Verumtamen soluta ea accessione, factaque intermissione, altera nihilominus accessio vel secundo die, vel tertio, vel quarto repetit, posteaquam scilicet humor talis tantusque in caloris febrilis foco denuo coaceruatus est, ut eum partis natura amplius ferre patique nequeat, sed iam putrere & calere incipientem à se depellere conetur. Tamdiu autem circuitus iste accessionum perseuerat, quādiu ipsa putredinis causa in parte febrem fouente residet, proque eius causæ magnitudine magna putredo magnaque accessio excitatur. Ac pituita quidē, quia cruda semicoctaque est, facile in ventriculo aut alia parte gignitur & colligitur, ideoque quotidianas gignit accessiones, post vigesimam quartam horam recurrentes, vel celerius etiam quo crudior fuerit. Bilis flaua, si exquisita est, quia longiore eget tempore ad sui perfectionem, tertio quoque die colligitur, & redundat in iecinore, nec citius, nisi pallidior, crudior, frigidiorque sit, & pituita particeps. Bilis quoque atra si naturalis exquisitaque est, quia longiori tempore à liene trahitur & in eo coaceruatur, aut si vstione sit, tardius omnino eam gigni oportet quàm flauam bilem, quarto quoque die accessiones mouet, vel celerius etiam, pro ut magis ad flauam bilis naturam accedit. Hinc fiunt accessionum anticipationes. Quod si horum trium humorum singuli natura modum excefferint, ut pituita quidem ad flauam bilem magis accedat, bilis flaua ad atram, atra autem crassior sit quàm natura eius modus & ratio ferat, aut magis vsta sit, ipsaq; putredinis causa parua sit, nec valde offensa sit & irritata facultas expultrix, tardiores fient accessiones, & ab atra etiam bile fortasse quintana, septimana & nonana febres, quas lib. 1. τῆν ἐπιδημιῶν. Hippocr. commemorat.

Διαλείπων σφυγμός. pulsus deficiens siue intermittens. Est pulsus inæqualis in pluribus pulsationibus, in quo non solum uno, sed pluribus etiam magnis vnus minor apparet, atque interdum totus quoque motus aboletur. Huic contrarius est ὁ πδρεμπήμων, in quo expectata quiete, in medio tanquam superuacuuus aliquis pulsus incidit. fit ab imbecillitate facultatis pulsificæ. Differt ἀπὸ τῆ ἀσφυξίας, quod hæc, ut sensus ipse indicat, sit veluti defectus totius functionis, ille verò dimidiata tantum priuatio.

Διάλυσις. sic dicitur à quibusdam σιδνεῖσι ἡράκλει, ut habetur apud Paulū lib. 5. cap. 3.

Διαμότωσις. est linamentorum in ulceris cauitatem insertio.

Διάτμηθ. perpetuus apud Hippocr. lib. de articul. Sic autem appellat ἐδὲ πένοντας siue τόνους, quasi à superiore parte deorsum magna longitudine protensos, ut annotat Galenus comment. 3.

Διάξυλαρ. id dicitur quod inane non est nec teneram fungosamque medullam habet, sed lignosa soliditate durum est. Eo nomine ἀσάλαδωρ à Syris vocatum fuisse habetur apud Dioscoridem.

Διαπάσματα.

Διαπίσματα. dicuntur aspergines medicamenti alicuius sicci & in puluerem triti: sicut ad varios usus. Plinius quaedam ad coercendos sudores, & ut à balneis inarescant corpora parari scribit ex rosis lib. 21. cap. 19. diapasmata, inquit, ex rosis fiunt ad sudores coercendos, ita ut à balneis inarescant corporibus, deinde frigida abluantur, id quod Dioscorides græcè dixit χρώτου δὲ καὶ πολέουσι ἐν Διάπασμασι καὶ συγχρόμασι μὲν τὸ λουτρόν, καὶ μὲν δὲ ξηροῦ θήναι ἀπεκλονόνται ψυχρῶ. Idem Plinius lib. 13. cap. 2. Siccis, inquit, odoribus constant quæ Διάπασματα vocantur. De his & Martialis lib. 1.

Quid quod olet grauius mistum diapasmate vitus.

Diapasma enim dixit siccos odores qui in pastillos inspergebantur. Verumtamen non eum modò usum præstabant, nec ex medicamentis unius generis componebantur. Siquidem totis corporibus vel eorum partibus fouendis, siccandis, laxandis, adstringendis, molliendis, durandis, & odorandis aliquando inspergebantur: id quod satis euidenter docet Paulus Aegineta lib. 7. cap. 13. κατὰ πύσματα appellans, quæ omnino eadem sunt atque Διάπασματα. Dicitur autem διάπασμα nõ id modò quod corpori siccum inspergitur, verum etiam quod in potum inditur, & inspersum potui bibitur. Nam & huius exempla quaedam habentur apud Galen. ut lib. 9. τῆν κὲ τὸ πῶν: anchusam tenuissimè tritam cum aqua potabili bibendam dato: Et, struthij cochlearium cum melle dato. Nam ipse medicamèta hæc κατὰ πύσμα, siue quod idem est διάπασματα appellat. Refert tamè Oribasius ex Antyllo ἐμπύσματα, κατὰ πύσματα & διάπασματα differre: quòd ἐμπύσματα compescendis sudoribus aut alia corporis per halitum digestionem adhibeantur, aut ad summam cutim scarificandum, aut commouendum pruritus: κατὰ πύσματα verò ulceribus superponantur. διάπασματα verò ad odoris gratiam apparentur, & alis atque feminibus ad summonendam graueolentiam illinantur.

Διαπεπλεγμένα σκέλια. hoc est, diuulsa longoque interuallo à se inuicem distantia crura. Id participium, ut ait Galen. comment. in prognosticum, etiam Διά τῶν χεῖρα πεπλεγμένα scribi potest.

Διαπεπληθῶσα. significat apud Hippocrat. diuaticari & cruribus diductis iacere, quod etiam ab eo ἐκπεπληθῶσα dicitur. Græci enim πλεθῶσα, siue, quod idem est, πλεθῶσα appellat quod inter utrumque crus spatium est, ut scribit Galen. comment. 2. ἐς τὸ πλεθῶσα ἀγῶν.

Διαπίδισις. est soluta continuitatis species, per quam sanguis veluti transcolatus siue sudoris modo transmissus effluit. Id autem duabus de causis contingere potest. Nam vel vasorum tunica ipsa rarefacta, sanguine verò tenuato oritur: vel accidit interdum ex gracilium vasorum ore adaperto. Non est autem hæc sanguinis effusio qualis per anastomosin, in qua tum maiorum venarum arteriarumque ora aperiuntur, tum sanguis impetu & copia erumpit. Siquidem per διάπίδισιν veluti transcolatur siue sudoris modo transmittitur, perque carnem sub cute diffunditur in modum τῆν ἐκχυρομύτων, temporisq; progressu liuescit & ater euadit, paruis grumulis ex disperso in multas cutis partes sanguine coactis. Nec verò propriè sanguis est qui per Διάπίδισιν effunditur, sed seri potius species, ut scribit Gal. in lib. de sympt. caus. Eumque in modum ex iecinoris renumque debilitate meitur ac sæpe per alium deiicitur sanguinolentum serum. Itaque τὸ Διάπίδισιν præcipua causa est sanguis serosus, tenuis & calidus effluens per vasorum tunicas rarefactas, eoque propriè differt ab

DEFINIT. MEDIC.

anastomosi. Quòd si contigerit aliquando *ἀναστόμις* apertis vasorum osculis, vasa quidem omnino exigua sunt, & ex quibus sanguis impetu & copiosus emanare non potest.

ἀνάπλασις. dicitur à chirurgis fracti ossis compositio eiusmodi, ut comminuti ossis extrema se contingant omnesque eius partes sibi ex aduerso collocentur, & in pristinam unitatem reducantur, ut annotat Gal. comment. i. εἰς τὸ πᾶσι ἀγμῶν.

ἀναπλάττειν. illinere, inungere. Indè *ἀναπλασματικαὶ* unctiones aut fomēta, quibus totū corpus oblinitur. Significat & membra fracta componere, atque in pristinam formam restituere, ut, cum scribit Galen. comment. εἰς τὸ πᾶσι ἀγμῶν: ὅπως αἰεὶ φυλάττειτο τῆν ἀναπλασθέντων ἡ δέσις.

ἀναπνοή. difflatio, perspiratio, transpiratio. Est totius corporis veluti respiratio quaedā per cutem. Est enim species quaedā respirationis quæ ἀναπνοή dicitur. Itaque ut hæc duplici motu cōstat, uno quo aēr frigidus attrahitur, altero quo fuliginosa excrementa vacuantur, sic duplici modo ipsa *ἀναπνοή* efficitur, & animalium corpora difflantur, uno quidem effusis ad exteriora vaporosis & fuliginosis superfluitatibus, altero verò attracta refrigerante ac ventilante nativum calorem aërea substantia. Hi autem motus quoniam obscuri sunt, ipsum ideo opus à medicis λέγω θεωρεῖν τὴν ἀναπνοήν, & ἀδελφῶς αἰωθῆσαι ἀναπνοήν appellatur. Hæc corporibus omnibus toto vitæ curriculo inest, eiusque author est calor natiuus, etiamsi varia sit pro discrimine ætatum, anni temporum, studiorum, & totius, ut breuiter dicam, diætæ. In quibus tamen differentiis cōmune hoc inest, quòd calidioribus temporibus, regionibus, ætatibus, naturis, diætis nō parua substantiæ nostræ portio per *ἀναπνοήν* exhalet, ut contrā in frigidioribus pauca propter cutis adstrictionem. Est autem necessaria difflatio ad corrigendā qualitatem & intemperiem quæ retentis fuliginosis & acribus excrementis necessario excitatur: eoque fit ut quibus suppressa est, eos febres facile corripiant.

ἀναπνοήσασθαι. Ἀναπνοήσασθαι ὡπρω, apud Hippocr. quod pennis interdū aures repurgemus.

ἀναπύματα. dicitur apud Hippocr. cū aliquo præter naturā tumore cōcocto, pus uniuersum collectū est: significat idem quod ἐμπύματα. atq; *ἀναπύσασθαι* idem quod ἐμπύσασθαι.

ἀναπυλικὸν φάρμακον. suppuratorium medicamentū. Id dicitur quod calore & humore temperatum, porosque obstruens, pus mouet. Est enim suppuratorij medicamenti effectus, puris generatio. At pus caloris natiui opus est, qui quanto fuerit vegetior, tanto præstantius pus efficit. Itaque quæ puri gignendo conueniunt, ea proximè oportet ad caloris nostri substantiam accedere, eumque quoad fieri poterit augere. Quemadmodum enim alterationes quæ secundū naturam ab innato calore sūt, à simili calore externo iuuantur, ita etiam in suppurationibus vsu venit. Sunt autem naturā modicè calida & humida calori natiuo proxima, & proinde aptissima ad iuuandam concoctionem quam natiuus calor molietur. Ex quibus perspicuum est suppuratorium medicamentum, cū similem naturali temperaturam habeat, eius substantiam tueri potius quàm immutare. Itaque in mouendo pure, humor quidem alteratur, aut si qua caro contusa est: alia verò omnia, quæ secundū naturam sunt, substantiam suam conseruant. Tale igitur debet esse medicamentū quod ad pus mouendum adhibetur, qualis est in naturis temperatis natiuus calor. At verò quæcūque hoc modo temperata sunt, rarefaciunt, emolliunt, laxāt, nec halitiosa modò excrementa, aut tenuiorē humoris partem, sed ipsum etiam natiuum calorem euocant

&

Et dissipant, atque ex accidenti refrigerant. Ex quo liquidò apparet emplasticū esse oportere medicamentum quod exactè suppuratorium est, ut præclusis meatibus, natius calor intus contineatur, in quo concoquentis natura robur inest. Ita substantia quidem caloris augebitur, neque intēdetur qualitas, porisque obstructis nulla difflatio fiet vel insiti humoris, vel halituosorum excrementorū, ut indē metui possit partis affecta siccitas. Quæ enim ita detergent aut calefaciunt cataplasmata ut etiam exiccent, pus mouere nullo modò possunt. Nam quæ detergent quidem, etiamsi non multum calefaciant, quia tamen obstructione liberant et referant meatus, faciunt ut unà quoque calor partis euolet: quæ verò plurimum calefaciunt, non parum caloris foras euocant, et eum qui superest acriorem reddunt. Ex quo fit ut natiui caloris substantia imminuatur, et eius qualitas intendatur. quorū tamen neutrum in pure mouendo fieri expedit, sed potius halituosum et calidum spiritum contineri quam plurimum, et ad unguem caliditate symmetrum. Sic enim ubi aliquid coquere consilium est, melius perficitur coctio. Genus autem concoctionis est ea quæ fit in pus conuersio, quam quæ præstant medicamenta, à medicis etiam πικρῆντα vocata sunt.

Διάπυρον. consiligo. sic dicta græcè quòd inter triticum et siliginem nascatur.

Διάρθρωσις. dicitur aliquando generatim omnis ossium compositio ad motum voluntarium comparata, quomodò sæpe à Galeno usurpatur lib. de usu partium et commentariis in libros Hippocratis: sed nonnunquam speciatim sumitur, estque altera τὸ ἀρθρῶν, id est, articulationis differentia, quam diffinit Galen. esse ἰσθμῶν sive σῶμα ἐπι, hoc est, commissuram naturalem ossium inter se motum euidentem habentium. Eam alio nomine Hippocr. πρὸς ἀρθρῶν appellat. Est autem ea ossium connexio omnino laxior, sic ut euidens, facilis magnusque motus sit, cuiusmodi in cruribus, brachiis, manibus et pedibus habetur. Huius tres differentias Galen. ait, ἐν ἀρθρῶσι, ἀρθρῶσι, γίγλαμοσι.

Διὰ ῥέπειν. dicitur apud Hippoc. de his qui cum altero crure breuiore sint, siue huic siue alteri innitantur, in illud quoque totum corpus inclināt. significat enim mutare corpus modò à recto habitu et qui sine inclinatione est in affectum crus inclinando, et rursum ab ea inclinatione attolli in crus sanum et erigi, ut annotat Galenus comment. 3. ἐς τὸ πῶδι ἀρθρῶν.

Διάξοδα κολύβια. sunt certa collyriorum species ex rosis composita. Eorum multa etiam differentia sunt, διάξοδον Nili omnium celeberrimum, διάξοδον et Ἄξ τῆς οβ, quod alio nomine χαρῶν appellatur, διάξοδον λευκόν, διελπίδιον, κρόκον, ὤρεαιον, quorum compositiones habentur apud Gal. Aetium, et Paulum Aeginetam.

Διὰ ῥέσις. est alui profluuium absque intestinorum exulceratione, quo vel pituita vel bilis altera, syncera aut inuicem mista vacuatur. In causa sunt humoris copia et cruditas, quæ aut in toto corpore aut in certa quadam parte sedem habet: ventriculus enim multitudine grauatus quam vel ipse colligit, vel ex aliis sese in eum exonerantibus suscipit, aut maligna aliqua qualitate irritatus quam cruditas (sic autem nunc appello concoctionis deprauationem, quæ propriè διαρρῆσις dicitur) inuexit, et Ἄξοδία infestatur: maxime quidem, si orificium eius supernæque partes valentes sint, inferiores autem et πλωσῆς languida. Nam si contra acciderit, vomitiones ἀρτὴ δὲ ῥέσις citabuntur, ut docet Gal. lib. 3. fac. nat. Quemadmodum autem ex ventriculo in intestina materia diarrhææ fluit, sic etiam per venas mesaraicas in ea-

dem portio ipsius defertur. Caterum humorum cruditatem cum vitiosi cibi potusque aeris intemperies, insuetum ocium, cutis adstrictio, tum etiam febres longa aut acuta moliuntur, quae & humores & ipsum corporis habitum vitiant, ut inde facile diarrhoea excitetur. Verum sicut ea febribus quandoque succedit, sic illas utique non minime proritat ex desurgendi frequentia. Quod si etiam rosio aut dolor aut calor immodicus (quae pro qualitate humoris fluentis sentiuntur) in ventre atque intestinis sit, huic certe vel longè magis affectio febrilis inerefeit: sed nec sola febres diarrhoeam mouent, verum etiam venena sumpta, & purgantia medicamenta, quae intemperiem in iecinore, vetriculo aut intestinis reliquerint. Quae quamdiu manebit, aliud descendet, perque eam corrupti & putres humores, non unius quidem generis, sed varij pro ciborum differentiis & agrotantis intemperatura vacuabuntur.

Διάρροια ἐν οὐρᾷ. profluuium urinae. vide Διάβησις.

Διάσμυρνα. sunt collyriorum species, quorum plures habentur differentia. Duas describit Gal. lib. 4. τὸ κ' τὸ πους, γλαυκιδανόν, καὶ ἡ ἀιματίου. Aliquot etiam Aëtius, ut βιάδες, ἀσκληπιάδιον, ἰσόφωτον, δένυδος. Habet & Scribonius Largus collyrium σλαμύρνης descriptum, quod alio nomine ἀδινύωνον & βιάδες appellari dicit. Non est dubium omnia sic vocari quod myrrha constent.

Διάσμημα. interstitium, interuallum. Dicitur apud Hippocr. cum ossa quae citra commissuram naturaliter se contingunt, affectu aliquo diducuntur & diuellantur. Gal. ἐν τοῖς γλωσσῶσι interpretatur διάσμημα corporum ipsorum compositionem lanis similem.

Διάστολι. diastole. Est motus cordis & arteriae quo dilatatur in longum, altum & latum. Pars enim pulsus est, cor atque arteriam à corde proficiscentem attolentis & velut explicantis: illud quidem ut à pulmone aërem frigidum attrahat, quo cōtemperetur & alatur, hanc verò ut spiritum vitalem intromittat, quo per singulas partes postea diffuso calorem natium earum augeat atque tueatur.

Διάστωματείδα. specillum dilatatorium, apud Hippocr. ut annotat Gal. ἐν τοῖς γλωσσῶσι.

Διάστρεμμα. species est luxationis, qua non ea modo quae iuxta articulum nervosa sunt, sed & ipse articulus leuiter deprauatur, suaque sede commouetur. Nam si ipso articulo illaeso, nervosa tantum resoluantur, id quod praesertim accidit cum ambulando vestigium fallit, στρέμμα appellatur, sicut annotat Gal. comment. 3. ἐς δ' κατ' ἰατρῶν.

Διαπλέθ. significat apud Hippocr. ἄξ παντός τῆς χρόνου, id est perpetuò.

Διαπασάρον. nomen est potionis quam antiqui ad coxendicis dolorem instituerunt continuandam toto anno. Sic dicta est quod quatuor medicamentorum generibus constet hunc in modum: Chamædryos pondo, gentianæ uncia nouem, aristolochiæ rotundæ uncia nouem, ruta seminis sicci sextarius. Hæc tusa dantur quotidie ad annum ieiuno ex duobus aquae frigidae cyathis. Author Paulus lib. 3. cap. 77.

Διάτριβς. tridui inedia. Inuētum est Empiricorum, primūque à Thessalo excogitatū. Totum autem erat in victus ratione, quam ita instituebant in omnibus agris, ut primū in quarto die ipsos cibarent, post in sexto, mox in octauo, deinde in decimo. Prima quidem cibatio post primā diatribon, reliquæ alternis diebus. Sed nugae eas & deliramenta Gal. multis in locis ridet.

Διαφαις. perspicuum. significat & candens apud Hippocrat. ut interpretatur Galen. comment. 1. ἐς τὸ πᾶσι ἀρθερον. Quo loco consulit Hippocr. ferramenta quae ad alam admouentur, candentia esse oportere.

Διαφανὴς λίθος. dicitur à Romanis lapis specularis, ut scribit Gal. lib. 4. τῆν κ' λίθον. Leuiter & sine morsu exiccatur. Itaque ulceribus agrè quidem cicatricem admittentibus conducit, non item malignis & rebellibus.

Διαφλύξις. ὑπερβλίσις, hoc est, effusiones, apud Hipp. ut Gal. explicat ἐν τοῖς γλωσσοῖς.

Διαφλύοντα. humectantia, apud Hippocratem.

Διαφλυχθεῖσα. perfusa & humectata, apud Hippocratem.

Διαφορὰ. differentia. Est qua quid ab aliquo differt. Galenus author est maiores græcè solitos appellare διαφορὰς, εἶδη, τρεῖς ποὺς, ἰδέας, λέγειν, eaque omnia pro una eademque re surpassasse.

Διαφύρσις. digestio, euaporatio, discussio. Est humorum qui in parte aliqua continentur per meatus insensibiles eductio. Hanc facultatem quæ possident medicamenta διαφύρσις, hoc est, discussoria & per halitum digerentia appellantur. Ea proxima sunt attrahentibus, siquidem vicina sibi virtutes sunt, eorum quæ in alto latent attractrix, & attractorum digestrix. Nā quæ trahunt, etiam nonnihil omnino discutunt, & quæ discutunt pariter trahunt. Omnia in uniuersum desiccant, idque duplici ratione, aut humores ebibentia cum poris quibusdam insunt, aut totam partem alterantia.

Διαφραγμα. septum transuersum. Est musculus rotundus obliquus, caput in medio habens, & fines undique thoraci interno adnexos, libera respirationis instrumentum. Hic nec situ nec forma ulli alteri musculo respondet: siquidem in medio caput principiumue habet, ex quo fibrae, instar linearum à centro ad circumferentiam excurrentium, in eas partes proficiscuntur in quas ipse inseritur. Est autem suo capite membraneus, indeque paulatim carnosior efficitur. Totus admodum obliquus est, si quidem antè pectoris ossi, iuxta mucronatæ cartilaginis radicem adherēs, per spuriarum costarum extrema in lumbos duabus aponeurosibus longius protenditur, itaque à prioribus partibus deorsum ad posteriora vergit. Duabus membranis tegitur, una inferiore, à peritonæo, altera superiore à tunica costas succingente. Est enim medius inter partes alimento seruientes quas peritonæum continet, & inter spiritus organa quæ tunica succingente concluduntur, eamque ob rem iure διαφραγμα nominatur, quod eas partes διαφράττει, id est, discludit, quasi septum quoddam medium. Eūdem verò φρένας veteres appellarunt, quia (ut aliqui putant) eo inflammatione affecto mens lædatur. Nam multi quidem varios ob morbos delirare solent, sed quæ eo affecto incidunt deliria non multum distant à phrenitide. Nulla enim pars cerebro subdita præter septum transuersum perpetuum delirium excitat. Itaque maximus illi videtur esse cum mente concensus, & ad eam septum transuersum aliquid conferre. Latini præcordia, ut ait Plinius, appellauerunt quia cordi prætendantur. Dicitur & in naribus διαφραγμα quod narium meatus diuidit: κίωρ & σολίς à quibusdam dicitur.

Διαφραδὴς. σαφὸς. apud Hippocratem.

Διαφραγγοῦ περιτῆς ὑμενίς. dicuntur membrana illa quæ totum thoracis spatium à iugulo ad septum usque in duos sinus, dextrum sinistrumque diuidit: vulgò mediastinum vocatur.

Διαφραγῶ. spumans apud Hippocratem.

Διαφυσίς. dicitur ab Hippocr. in commissura genu corpus quoddam διαφυσίς, quod in media commissura eminent, & processus femoris, qui in tibiam inseruntur, distin-

DEFINIT. MEDIC.

guit, ut annotat Galen. comment. 2. εἰς τὸ πᾶσι ἀγαθόν.

Διαχυσμῶν. *emplastrum est cuius variae habentur in myropoliis descriptiones.*

Διάχυσις. *liquefactio. Est corporis sicci ad humidius alteratio. Contraria est τῇ πήξει; hoc est, coagulationi siue concretioni. Fit per humectationem: tunc enim quae sicca erant & terminata incipiunt diffluere & liquari, quod opus humidum est. Humiditas autem inducitur, vel nouo humore superinducto, vel resolutione quadam partium aquearum quae antea in corpore latebant compressae & constipatae, vel per dissolutionem partium terrestrium prius in unum coactarum: quemadmodum Aristot. lib. 4. τῶν μωπερῶν demonstrauit.*

Διάχυσις etiā & διάχυτον dictū est à quibusdam τὸ δεικνύον, ut habetur apud Dioscorid. Διάχυσις. *idem quod ἐκκρίσις, id est, excretio seu vacuatio. Dicitur de omni humore, quacunque corporis parte prodeat: eoque differt ἀπὸ τῆς ἀποχρησίας, quae tantum excrementorum alui est.*

Διδυμοῖα. *nomen est malagmatis ad ischiadicos & pleraque alia mala utilis, cuius descriptio habetur apud Galenum cap. 2. lib. 10. τῶν κῆ τὸ πρῶτον.*

Διδύμη. *radix herbae, apud Hippocratem quae & ὄρχις nominatur. auctor est Galenus in τούτοις γλωσσαις.*

Δίδυμοι. *dicuntur proprie fratres uno partu editi. Dicuntur & testes honestiores, ut ait Galenus, vocabulo, de quibus vide ὄρχις. Dicuntur & δίδυμοι in cerebro, de quibus vide in dictione γλοῦπινα.*

Διβλίθησαν. *decepti sunt, apud Hippocratem in qua significatione etiam Euripides usurpauit in Hippolyto, τὴν δὲ λῶ λυθῆς μετὰ βλαῖς, παρὰ τὸν σὺ δὲ.*

Διέξοδος. *idem significat quod κενώσις, id est, vacuatio, apud Hippocratem lib. 1. epidemion.*

Δικωπῆσις. *διωγῆσις καὶ κενώσις, apud Hippocratem.*

Διῶσαι. *significat concutere, apud Hippocratem lib. 2. de morbis mulierum. significat etiam transcolare & diuidere: auctor Galenus in τούτοις γλωσσαις.*

Διδῶσις. *humida & exudans, apud Hippocratem.*

Δικαίως. *apud Hippocratem idem quod ὁμαλῶς & ἴσως, id est, pariter & equaliter: apud quem & δίκαιον multa significat, ut annotauit Erotianus, imprimis quidem ὄλιγον. aliās uero ὁμοιον, ut lib. de artic. ubi scribit, ἐπεὶ δὲ δίκαιον ἔχουσιν οἱ ἀνδρες ποτὸ τὸ πλεονεκτήματα καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὰ σκέλη. aliās autem ἴσον καὶ συμφέρον. ubi scribit, παρεὰ πολλὴ κρᾶσις ἐμβολῆς ὤμων, δίκαιοτάτων μὲν μοχλίῃ, λῶ μωμῶν ἐσώτηρον τῆς κεφαλῆς ἢ τῆς βραχίονος: δίκαιοτάτων δὲ δὲ ἀκρόστον ἀσφαλῆος ὁστέου. aliās solum τὸ συμφέρον. ut lib. de fract. ἔχλων ἢ ἰντῶν τῶν ἐκ τῆσιν καὶ κατὰ γμάτων ὡς ἰσότητος τὰς κατὰ τῆσιν ποιῆσαι. αὐτὴ γὰρ ἡ δίκαιοτάτη φύσις, ὡσπερ νόμος δίκαιος. Et lib. de artic. de coxa scribens, τί γὰρ δικάει μὲν μόχλις οὐκ αὖ κινίσειον; ἀπὸ τῆς ἰσότητος: μόνον γὰρ δὲ δίκαιον, ὄλιγον ἔστι καὶ ἀπλοῦν καὶ ἰσέρων, καὶ συμφέρον.*

Δικαίωτον. *est collyrium calidum & acere, ciens lacrymas. Eo Paulus utitur in τῇ ξυροφθαλμῶν καὶ τῇ σκληροφθαλμῶν lib. 3. describitur ab Aëtio hoc modo: Aeruginis, misyos, succi paraueris singulorum oboli tres, gummi drach. Ι Ι Ι Ι. Excipiuntur aqua pluuia.*

Δικλάδης. *dicitur apud Hippocratem bipartitus, ut possit inferiore parte clausa, superpositam aperire. Auctor Galenus in τούτοις γλωσσαις.*

Διπλοῦσις. *dicitur à quibusdam ἡ διπλοῦσις, quod duplici grano praedita sit.*

Διπλοῦσις. *τὰ διπλοῦσις εἰς δύο, καὶ τὸ διπλοῦσις & διπλοῦσις. apud Hippocratem.*

Διπλοῦσις σφυγμῶν. *est pulsus inaequalis in una arteria pulsatione & una arteria parte, qui*

qui post absolutam diastolen, antequam perfecte contrahatur, secundo tactum ferit. Huius exemplū haberi potest ex malleis incidē percutientibus, & postea resilientibus, ut voluit Archigenes, qui etiam pulsū hunc nō unum, sed geminum esse existimavit. Talis fit nonnunquā propter inæqualem cordis intemperie, propter quam inter se cōtendunt calidæ partes cū frigidis, ut subsistere interim necesse habeant calidæ retentæ à frigidis, interim celerius frigida moueri à calidis attractæ. Fit etiam & cū collectus est in multis eius partibus ingens fuliginosorū excrementorū aceruus: si namq; unā contingat ut cordis partes quædā sint præcalidæ, aliæ fumosa fuligine præfocentur, ad contrarios profiliunt motus, ut alteræ distentionem moliantur, alteræ verò ad superfluitatum expulsionem considāt, ex qua lucta tres numero pulsus huius differentia existunt, ut docet Galen. lib. 2. de præ sag. ex pulsib.

Δικροω. ἢ διδικοω, hoc est, veluti biceps, apud Hippocrat. siue bifidum, quod etiam διδικοω significat: author Galen. ἐν τοῖς ἁλωσασῖς.

Δικταμος. dictamnium. Est herba in Creta nascens, ramis prætenuis, actis, leuis, pulegio similis, sed maioribus foliis, sine caule, sine flore, sine semine, radice tenui & superuacua. Est & ἡδιδικταμος, quasi dicas dictamnium illegitimum, multis in terris nascens, antè dicto simile, sed minùs quàm illud acre, & viribus ignauius. Tertium etiam genus adiicit Dioscorides, quod è Creta similiter affertur, foliis sisymbrii, ramis maioribus, flore syluestris origani, nigro mollique: odor foliorū inter sisymbrium & saluiam iucūdisimus. Efficax ad eadem est, sed minùs nares ferit. Dictamnium vires habet pulegi, sed multò efficaciores. partus eiicit, impactos aculeos illitu extrahit, lienē imminuit, venenatis morsibus remedio est. Sunt qui agreste pulegiū appellēt, Galli hortense Zinziber, quod æstuosa vi statim os adurat & linguā vellit.

Δικτυοειδὲς πλέγμα. retiformis plexus. Est multiplex implicatio contextusque ramorum arteria soporalis ad basim cerebri, in quo spiritus animalis ex vitali elaboratur. Arteria enim ea, quam Græci ἡ ἐὼν δὲ vocāt, posteaquàm ramo interno & maiore per obliquum foramen ossis λιδοιδῶς intra cranium penetrauit, in duos ramos non obscure diuiditur, qui deinde in alios atque alios sibi mutuò incumbentes retiū in modum per aream temerè iacentium simulque congestorum, ad latera τῆς κλινοειδοῦς ἀρτηρίας, in eo osse quod σφλωιδὲς dicitur, sub crassa meninge, variè inter se compllicantur. Illic enim nō exiguum spatium est in quo natura veluti thalamum quædam huic arteriarum contextui instruit, quem à retiū, ut dictum est, similitudine δικτυοειδῆ medici veteres cognominarunt. Hic quia mortuo homine calore spiritūque exolutis, & tam exilibus arteriis in sese confidentibus non facillè videri potest, multis calumniæ aduersus celeberrimos medicos occasione præbuit, tanquàm nullus omnino esset, sed merum commētum. Verùm si secta eo loco crassa meninge à qua hic plexus tegitur, carotidem in collo inflaueris, manifestò ipsum deprehendes. Tunc enim arterias ita sibi implicatas flatu plenas dissilite animaduertes, & ab iis, si quo loco violata fuerint, sanguinem vibrari. Caterùm hæ omnes arteriola postea in unum truncum redeunt, suo quæque latere, & crassa meninge pertusa in cerebrum & eius membranas infinitis propè ramis disperguntur: quorū alterum si lubet perinde atque inferiorem calamo inflare, videbis & totum eum arteriarum chorū flatu intumescere, excitari & assurgere, ipsumq; flatum ad inferiorem usque carotidem descendere. Præcipuus huius usus est spiritum animale percoquere atque

DEFINIT. MEDIC.

elaborare. Vt enim semini per multos gyros & anfractus ad testiculos via est, & lacti per longissima vasa ad mammas, ut illic diutius immorata absolutam concoctionem adipiscerentur: ita cum à corde ad cerebrum via nimium brevis videretur, plexum hunc veluti labyrinthum quendam natura contexuit, in quo mora longiore vitalis spiritus purior, tenuior similiorque animali spiritui euaderet, antequam in cerebri, ubi perficitur, ventriculos intrmitteretur.

Δίνοσ. vertigo. Est affectus quo caput circumagi videtur. In quo si præterea tenebræ oculis obuersentur, σκοτόδινος quasi tenebricosa vertigo appellatur. vide σκοτώμα.

Διορλουός ἕμπαλαστρ. describitur à Corn. Celso. lib. 5. cap. 19.

Διονυσία. sic vocata est hederà à Baccho qui primus eam ex India in Græciã asportauit. Διονυσία. sic à quibusdam ἡ χερμαπίτις dicta est.

Διονυσία. emplastrum est Heræ Cappadocis, ut ait Aëtius, à quo bis describitur lib. 15. valens mirum in modum ad abscessus & ad mammas & ad inguina, vim habens trahendi & per latentes meatus discutiendi. Recipit cera, terebinthina, manna thuris, spuma nitri, olei veteris singulorum sex uncem, misyos crudi unciam unam, aqua pileatorum quantum sufficit. Spumam nitri & misy cum aqua terito, & cum oleo coquito: cera verò cum oleo liquata terebinthinam adiecito, & paulatim ad compagem coquito, ut manus non inquinat, & ablatis ab igne manam thuris inspergito &, assidue agitando frigefacito, & ad reliqua prius trita ammisceto residuum lixiuij paulatim instillando, donec totum fuerit absumptum.

Διονυσίακον. est vel vitis vel hederà, ut scribit Gal. lib. 1. τῆς κρητὰ τὸ ποῦς, exponēs Ρουφί Ephesij versus: utraque enim Baccho sacra est, qui à poetis Διόνυσος appellatur.

Διονυσίας. dicitur à quibusdam ἡ ἀνδρόγαμος, vel ut Galeno placet, alterum genus est τῆς ἀνδρόσαμνον.

Διονυσίου κολυρίον. Dionysij collyrium, describitur à Corn. Celso lib. 6. cap. 6. Feruntur etiam Dionysij nomine emplastra duo, unum nigrum, alterum rubrum, quorum descriptiones habentur apud Scribonium Largum.

Διόνυσκοι. sunt ossæ eminentiæ quæ propè tempora nascuntur: dicuntur & κέρατα, hoc est, cornua detorto à cornigeris animalibus nomine. Author definit. medic. inter affectus præter naturã enumerat. Sic dicuntur à Baccho quæ poetæ cornutum fingunt.

Διόνυσος. collyrium apud Aëtium lib. 7. quod & inter διάσπορνα, & inter χυμοὶ collocari potest. Nam & myrrham continet, & vino Chio leuigatur. Non dissimilem ab eo compositionem Paulus recitat lib. 7. titulo malabathrini collyrii & isothei.

Διοπῆ. templi curator apud Hippocratem, quod quæ in eo sunt, inspiciat & curet. Dictio Attica est, à multis etiam usurpata.

Διορδοῦδα. est quæcunque aliquo modo excedunt, in naturalem & moderatum statum restituere, dicitur & ἐπαγορδοῦδα. Erotianus διορδοῦω interpretatur Διερτυπωῶ.

Διόρωσις. μεταβολὴ εἰς τὸ ὀρρώδες καὶ ὑδατῶδες. hoc est, mutatio in serum & aquam, apud Hippocratem.

Διὸς αἰθὴς. Plinius florem Iouis interpretatur. Est autem æstiuus, sine odore, soloque purpureo colore commendatur: rustici cocoloridas vocant.

Διὸς βάλανος. Iouis glans. Latinis dicitur castanea. Est arbor iuglandi non dissimilis, folio tantum venosiore & fimbriato, nuce intus solida & plurimum plana, triplici tegminis ambitu septa, membrana primum amara, mox lento cortice, demum echinato calyce.

calyce. Plura quidem sunt eius genera, sed duo præcipua. unum altile, multò maiore corporis tuberculo, Galli marronem vocant: aliud longè minus & veluti ferum. Galenus castaneã non esse mali succi scripsit. crassum tamen succum generat, agrè concoquitur & flatum excitat ventremque adstringit eodem authore.

Διοσκουροι. dicuntur à quibusdã αὐτοῖσι περὶ τῆς, ut habetur in libello definitionũ medicarũ.

Διοσπολιτικοῦ. nomen est compositi medicamenti, cuius compositionem Galen. geminam recenset lib. 4. sanit. tuenda: aliàs ex paribus omnibus, cumino, pipere, ruta, nitro: potestque ita magis ventrem soluere, præsertim si crassius apparatus est: aliàs cum reliquorum pari pondere miscetur nitri dimidium. Facit ad flatum discutiendos, & ad dissecandum humores crassos, & ad cruditatem quæ in primis venis continetur. Paulus lib. 7. præparat ex cumini aceto madefacti torrefactique uncia una, pipertis, zinziberis singulorum unciis duabus, ruta viridis sesquuncia, nitri drachmis duabus & dimidia, quæ omnia melle excipienda sunt.

Διοσπορον. nomen est arboris apud Theophrastum: quam nonnulli contendunt eam esse quæ appellatur Iouis barba, & quam alij διοσπορον malunt vocare.

Διοσπορον. sic dicitur à quibusdam ἡ λιδόσπορον. Aliis sic dicitur arbor quædam quæ vocatur Iouis barba, quæ in siccis nascitur folio argenteo, & in rotunditatem spissa.

Διοσπόρον. Iouis barba. dicitur à quibusdam ἡ χρυσόμα, ut habetur apud Dioscoridem.

Διοσκόρου φάρμακα. medicamenta urinam mouentia. Ea duum sunt generum. Aliqua enim mediocriter id præstant, ut διουρητικά, hoc est, poros expurgantia medicamenta, quia calida sint, tenuiumque partium: alia verò vehementius, ut quæ plurimam mouent urinam. Hæc prioribus acriora sunt, multoque magis siccant & excalfaciunt: cuius generis sunt semen apij, petroselini, fœniculi, dauci, smyrnij, & quæcumque lac augent & menses mouent, quod ab his sanguis nõ modò extenuetur, sed fundatur etiam atque secernatur. Siquidẽ quo faciliẽ ad se attrahant renes quod in sanguine aqueum, tenue & serosum est, hæc duo moliri oportet, primùm totius sanguinis fusionem, deinde segregationem, quorum neutrum absque valido calore fieri potest. Calori autem adiunctam esse oportet siccitatem, quod humiditas acrimoniam retundat in ciendis urinis necessariam.

Διπλωμα. vas duplex. Id quod patet ex scriptis Galeni lib. 7. τῆς κῆ τῶν, ubi Critonis arteriacas describit. Eas enim ipse ἐν διπλωματι coquendas præcipit, quomodo unguentarij unguenta sua præparare solent, in magnum lebetem calidam aquam infundentes, & in eum alterum statuentes, qui medicamentum quod coqui debet, contineat, deinde suppositis carbonibus aut lignis quæ fumum non faciant, ignem accendentes. Idem habet libro etiam quinto, ubi coquendi olei lentiscini rationem instituit. Verùm non semper ab eo διπλωμα dicitur, sed aliquando διπλωμα ἄγγεον, & διπλωμα σιδῆος quo nihil est in officinis pharmacopœorum vsitatus, à quibus & duplex vas & balneum Maria appellatur. Nec caret quidẽ magna ratione eiusmodi decoctio: impedit enim ne ignis violentia dissipentur eorum vires quæ coquere volumus. Minus enim aqua feruens agit quàm vel ignis vel calor siccus. Quare mitiora quidem sunt quæ ita decoquuntur, etiam si minus diu duratura videantur.

Διπλόσπορον. emplastri genus est à duplici facie seu colore sic dictum. vide διχρομον.

Διπλόσπον. instrumentum chirurgicum, hoc est, specillum duas cuspides seu capitula habens. πηλῶα enim Græci extremum specilli summamque cuspidem appellat. dicitur

DEFINIT. MEDIC.

tam singulari numero quàm plurali, aliquando absolutè, aliquando cum addito δι-
πύλω & μίλλη.

Διπυλίτης ἢ

Δίπυρ & ἄρτος. est panis genus apud Hippocr. delicatum, & ad aquam intercutem cibo
utile, ex quo coniectari licet pro biscocto capiendum esse.

Διερκαία. dicitur à quibusdam ἢ κερκαία, ut habetur apud Dioscoridem.

Δισκοειδὲς ὑγρόν. idem quod ἢ κρυσαλλοειδὲς, ut habetur apud Aëtium lib. 7. cap. 1.

Δισίχια ἢ

Δισίχιασις. affectus est palpebrarum, videlicet cum sub ordine naturali pilorum palpe-
brae alius ordo pilorum praeter naturam succrescit: hic oculorum membranas pungit
& fluxiones in oculum excitat. Oritur ex humoris cuiusdam in eam partem deflu-
xi, qui copiosus quidem, sed rosionis & acrimoniae expers sit. Nam acrior aut ma-
gis salsus, aut alio quodam modo rodens, spatio temporis etiam naturales palpebrae
pilos corrumpit: dicitur & τείχιασις hic affectus, sed τείχιασις generalior est, φα-
λάγγωσιρ etiam comprehendens.

Διτείχιασις. idem quod ἢ δισίχιασις, ut habetur ἐν τῇ εἰσαγωγῇ.

Δίφρυγες. diphryges. Est perfecti aeris veluti fex subsidens & cohærens ima fornacum
parti: tanquam vstorum in foco lignorum cinis ablato ære visitur. Enumeratur eius
genera quatuor, quæ omnia constant ex materia, seu lapide æroso torrefacto, vel etiã
cremato, aut excocto. Primum fit è luto quod è specu quodam Cypri sublatum pri-
mò arefit sole, mox circumdatum sarmentis vritur, atque ex eo δίφρυγες, hoc est, bis
crematum vocatur, nempe solis ardore & ignis calore. Id in sola Cypro fieri Diosco-
rides tradit. Alterum est veluti sedimentum quoddam & fex aeris excocti: quod
postquam æs affluxit in catinum, remanet in fundo fornacis: hoc Galenus in Cypro
proiectum inuenit in spatio intermedio inter ædes ante metallū extractas & vicum
eis subiectū, quod post cadmiam inuentū præfectus metalli inutile esse dixit, atque
iccirco nõ aliter quàm cinerem lignorum in foco vstorum proiici. Tertium fit ex py-
rite æroso, per aliquot dies in calcis modum cocto vsque dum rubricæ colorem cõtra-
hat. Quartū fit ex lapidis proprie dicti orbibus, qui si fuerint ex pyrite excocti eos
bis aut ad summū ter torrere satis est: sin ex lapide fossili, is quamuis multoties siue
in area siue in fornace excoctus, tamen vix diphrygis naturam assequitur. Omne
diphryges saporem habet aeris, itaque mistis etiam viribus præditum est: nam mo-
dicè & adstringit & acre est, ut æs vstum: vehemēter siccat, ideo vlcerebus rebel-
libus multum prodest. Præstantissimum habetur quod ad purpuram inclinat: dete-
rius cinereum est vel fuscum. secundi generis nigricat. habet & aliquod colorem ru-
bricæ, pro quo ochram vstam quondam vendi solitam Dioscorides author est. At
diphryges madefactum, vel aeris colorem contrahit, vel cæruleum euadit.

Δίχαιλον. pondus duorum areolorum, hoc est, tertia pars oboli: siquidem obolus ἔξ χαλ-
κούς, hoc est, sex areola continet. Proinde malè apud Paulum Aeginetam scriptum
est extremo cap. 29. lib. 3. ἑλαττοῦ δίχαιλον, ὃ ἔστιν ἡμιβόλιον. Siquidem ἡμιβόλιον
continet τρεῖς χαλκούς.

Διχαινοὶ. vocantur in utroque ordine quatuor dentes anteriores, quòd cibum diuidat,
qui eandem etiam ob causam τομῆς appellantur. vide τομῆς.

Δίχλωρον. est genus medicamēti cui geminus color inest, neque enim particularis alicuius

ius

ius medicamenti nomèn est, sed multorum quæ duplici colore prædita sunt. Horum autem colorum rationem Galenus explicat lib. 2. ad Glauconem, de sinu differēs. Ex lithargyro, inquit, & ærugine plurimum decoctis emplastra fiunt καὶ ἔξ ἢ φαιὰ dicta. His verò, statim ubi reposita sunt, quadam extrinsecus supereminentia fusca concrefcit, sub qua pars medicamenti profundior plusquàm ab initio fulua apparet, atque iccirco eiusmodi emplastra διαχρωμα & διπρωμα appellantur.

διαχρωμα etiam à quibusdam dictum fuisse ἔν τῷ πέντεστον. Dioscor. author est.

Διψια. sitis. est frigidi humidique appetentia. Ea autem duplex est, una naturalis, altera animalis, sicut & ipsa ciborum appetentia. Illa quidem naturali quadam inclinatione frigidam humidamque substantiam desiderat, quàm in dissipat & locum substituat, non aliter quàm ciborum appetentia calidam siccamque substantiam exposcit. Cum enim corpora nostra quatuor elementis constent, eaque expediat in eodẽ temperamento, quantum fieri potest, conseruare, natura cibi portionis que appetentiam nobis indidit, ut illo quidem, quicquid calidæ siccæque substantiæ dissipatum est, restitueretur: hac verò quod frigidi humidique effluxit, sarciretur. Animalis autem sitis est, cum ventriculus exugi se sentiens potum desiderat. Ad eam verò tot prorsus symptomata eodẽmque ordine concurrunt, quot & in ciborum appetentia Galenus constituit, de quibus vide ὄρεξις. Quinetiam quot circa cibos symptomata, totidem etiã in siti spectari Gal. lib. 1. de sympt. causis ostendit. Aliquando enim quadã priuatio sitis est, hoc est, nulla prorsus sitis, cum corpus vel propter excessum humoris & frigoris potum penitus non expetit, vel ventriculus affectionem suam sitimque non sentit. Aliquando verò minor quàm deceat sitis est, cum eadem ipsa remissiora sunt. Interdum autem etiam vitiosa est, habetque se ad portionem cum ea quæ alimentum vitiosum appetit, aliàs quidem immodicè potum affectans, si in ipsis ventriculi tunicis malus aliquis succus salsus aut biliosus continetur, aut naturale humidum in eo veluti feruet, ut per febres ardentes accidit, aliàs verò prauum & à natura adhorrentem, pro ratione vitiosi succi in ventriculo & corpore redundantis. His accedunt & aliæ causæ inexplebilis sitis, ut à vipera, aqua marina, medicamentis, & aliis eiusmodi quæ Galenus recenset.

Διψια ἐπιπόλαιος. sitis superficialis. Dicitur apud Hippocr. lib. 6. τῆν ἐπιπόλαιον, valdè exigua, quæ nec à toto corpore, nec ex magno ventriculi affectu excitata est, sed arefcntibus aut incalescentibus locis illis per quos ab ore in ventriculum humor delabitur.

Διψιας. à quibusdam dictus est morbus renum quem διαβήτις appellant propter vehementem sitim qua eo affecti torquentur. vide διαβήτις.

διψιας. herba est aculeata, binum ferè cubitorum, foliis lactucæ prælongis, geniculata, hispida, torulos habēs in quibus ros aut pluuus humor subsistit, undè nomen videtur traxisse, Latini labrum Veneris propterea appellant: herbariis virgã pastoris, vulgò pectorius cardo dicitur. Eius radix secundo ordine exiccatur, & nonnihil abstergit.

διωβολον. pondus est duorum obolorum, siue scripuli unius. γράμμα enim, hoc est, scripulum, duos obolos pondere efficit, dicitur & diuisis nominibus ὀβολοι δύο. Ex eo fit διωβολαίος, ut apud Gal. ἡ δὲ πάλαια τῆς ἰσοχρῆσις διωβολαίος. id est, ex aqua formato pastillos pondere duorum obolorum.

DEFINIT. MEDIC.

Δίωτος καλλίειος. habetur apud Aëcium lib. 7. cap. 29.

Δογματικοί. dicuntur qui ratione duce inveniunt remedia, ex quibus perfici possit morborum curatio. Iidem alio nomine λογιστοί, & aliquando μεθοδικοί, quod methodo remedia conquirant, appellatur, ut scribit Gal. initio lib. 3. meth. med. Diversi tamen sunt à methodicis propriè dictis. Cum enim ambo remedia per rationem & methodum inuestiganda censerent, in eo tamen differebant, quòd Methodici communia tantum quaedam dogmata, quæ νομώματα vocabant, considerata dicerent: Dogmatici verò non ea tantum, sed multò etiam plura in morborum curationibus spectanda esse arbitrantur. Neque enim curationis indicationes ab ipso tantum affectu petendas censent, verum etiam ab ægrotantis viribus, natura, ætate, sexu, habitu, cõsuetudine, anni tempore, cæli statu, regione: omniãque salubria, insalubria & neutra diligenter contemplantur, nihilque omnino negligi volunt quod ad curationem pertinere possit. Præterea verò rerum etiam usum atque experientiam adhibent, quam tamen negant inveniendis remediis solam sufficere. Eorum princeps fuit Hippocrates, quem sequutus est Diocles, Praxagoras, Chrysippus, Herophilus, Erasistratus, Asclepiades & Galenus, qui sectam eam constituerunt, nõ à Methodicis modò, ut dictum est, verum etiam ab Empiricis valdè diuersam: Siquidè Empirici res tantum evidentes consecrabantur, & iis tantum credebant quæ vel sensui patenter, vel memoriæ per sensum mandata essent: Dogmatici verò præter hæc, illis quoque fidem habebant quæ ex naturali rerum consequentia per rationem acquiri solent. Itaque Dogmatici rationes suas, quòd rerum essent occultarum, ἀναλογισμούς: suas verò Empirici, quòd essent evidentium, ἰδιολογισμούς appellabant.

Δοδίω. furunculus. Id nomen, ait Gal. nec locum affectum repræsentat, nec causam quæ ipsum efficit. Significat autem tumorem ἀρσσηματώδη, ex crassis humoribus in carnis plerumque partibus cõsistentem, mitem quidem cum solam cutem occupat, sed peruicacem & malignum ubi subter actis radicibus erumpit. Gal. lib. 5. τῆς ἐπιπόπους geminam eius differentiam facit, alios dicens esse duros, varis similes, & qui concoctionem vix admittant: alios verò esse φλεγμονώδεις & magnos, qui febrem etiam aliquando excitent, & in pus vertantur. Hi corpora paulatim conficiunt, & mortiferi sunt. Nascuntur furunculi passim & in quacunque parte.

Δοδίωον. emplastri nomen est, quod à Paulo lib. 7. describitur: dicitur & δοδίωον medicamentum valens aduersus δοδίωας, cuius meminit Paulus lib. 4. cap. 23.

Δοιδύς. cochleare, de quo vide in dictione καλαϊδειος. significat & radium siue pistillum quo aliquid in mortario tunditur.

Δολιχό. appellantur, ut ait Gal. lib. 1. de alimentorum facult. semina plantæ hortensis quæ alij λιβός, alij φασόλος appellant. Nec verò semen ipsum modò, sed & ipsa planta sic dicitur. Verum, ut idem eodem loco scribit ex dictis Hippoc. in lib. de ratione victus, dolichi videtur esse cicercula & phaseoli: & Diocles eos similiter pro phaseolis videtur accepisse. Idem sentit & Aëcius lib. 1. addens etiam quod ab aliquibus smilax hortensis appellantur. Gal. lib. de enchym. & cacochym. scribit dolichos cicerculis meliores esse, sed deteriores faba, piso, & lentibus.

Δοικώπης. dicitur à quibusdam ἰ ἀναγινώσκων, ut habetur apud Dioscorid. fortè quòd inani & concavo caule harundini similis sit.

Δόναξ. species est τῶ καλαμῶν, id est, arundinis eius quæ apud amnes nascitur crassa & concava,

concaua, quam alio nomine κούπερον κλάμων vocari Dioscorides scribit. Galli rosetum nominant.

Δορυδίου σφυγμός. capræans pulsus. Est motus inæqualis in una pulsatione unaque arteriæ parte, qui interciditur quiete, & post eam velocior euadit: sumpta est similitudo à capra, quæ post primum saltum in aëre adhuc suspensa manet, & denuo, velut ex insperato, multo velocius resilit. Vnicus est pulsus. Quamuis enim bis tactum feriat, hoc tamen in una diastole fit, ex mutuo certamine duarum inter se facultatum, tum eius quæ cor dilatat, tum alterius quæ cōtrahit. Oritur autem ea concertatio vel ex inæquali cordis aut arteriarum intemperie, frigidis partibus calidas moueri & plene dilatari vetantibus, vel calidis frigidas ad motum compellētibz: vel propter ingentem fuliginosorum excrementorum copiam, cum præcalida cordis intemperie, sicut Gal. lib. 2. de præsa. ex pulsibus explicauit.

Δορυδίου. sic dicitur à quibusdam δίκταμῳ, ut habetur apud Dioscor. Ratio est quòd ceruæ vulnerata dictamnū primum ostenderūt, quibus eo pastis tela statim decidūt.

Δόρυπος. cœna apud Hippocratem, quæ vesperi fiebat, dicitur παρὰ τὸ δορυ πῶσις. Nam quod nos αἰεσον vocamus, veteres δ᾽ αἰσον dicebant, μὲν ὁ δ᾽ αἰσον.

Δορυκίου. dicitur à Cratena frutex ferè cubitalis, similis oleæ recens enata quæ modo surrexit in vimen. Dioscorides τὸ δορυκίου idem esse cum solano furioso, in proximo lib. 6. prodidit: similiter & Plinius, qui præterea δορυκίου vocari dixit quòd olim eius succo lanceatum, quæ δόρυτα dicuntur, cuspides tingerentur inficerēturque: Demophon autem, quòd ad inferendam mortem pares τῷ δόρυτι vires habeat. Est enim venenum, de quo Theophrastus scripsit eum qui drachmæ pondere biberit sibi placere, ac se pulcherrimum existimare, mente iam tentari cœpta: qui verò duplicato pondere, magis insanire, spectris animo obuersantibus: si verò triplicato, perfecte & iugiter insanire: quòd si quid ponderi adiciatur, repente mori. Colore & gustu lactis est, & temperie frigidum, naturaque somniferū. Vide Alexipharmaca Nicandri & nostras in ea annotationes.

Δορυμῖ. palmus. Mensura est apud Græcos qua rerum dimetiuntur interualla: sic dicta est ἀπὸ τῆς δόρυ. Constat ex quatuor digitis, de qua sic Iulius Pollux, δορυμῖ δὲ συγκλαδέρης ἢ πῶσις δὲ δίκτυλοι. Eos autē transuersos intelligere oportet. Eadem mensura & δακτυλοδορυμῖ & παλαιῶν & δόρυ dicitur.

Δορυβῖ. est herba cubitalis, gracilibus virgulis, foliis lepidij, sed tenerioribus candidioribusque, in cacumine sambuci gerens umbellam, in qua candidi flores emicant: Alij orientale nasturtium, alij Babylonium vocant: semen eius piperis vicem supplet.

Δορυβῖος. sic dictum fuisse à quibusdam δὲ ἐυδρόδατον Dioscorides auctor est.

Δορυβῖον. dracunculus. herba est simplici caule, bicubitali, leui glabroque, baculi crassitudine, versicoloribus anguis maculis variegato, purpureis etiam intercurrentibus lituris, ita ut planè serpentis habitum coloremque referre videatur. Fructus illi in vertice est, uuarum modò collectus, herbaceo primum colore, deinde cum maturuit luteo, deinceps tanquam lingua concauo foliorum sinu, ceu rictu quodam serpentis exeritur, & quasi spectabili hiantis draconis formâ mediis è faucibus emicat, unde & nomen habet. Ea est quam officina herbam serpentariam nominant. Calfacit & tenuium partium est, acre & amarum, leuiterque adstringit. Itaque maxime viscera expurgat, crassos & lentos succos extenuans.

DEFINIT. MEDIC.

φρακύνιον. dracunculus. Malum est cutis, ut scribit Introductionis seu Medici author, varici simile, magnūque dolorem, dum paululum prominens mouetur, concitans: Aërius autem ex Leonida dracunculum lumbrico similem esse dicit, interdum magnum, aliàs paruum reperiri, & frequentius quidem in cruribus, aliquando verò & in brachiorum musculis oriri & consistere: nasci autem in Æthiopia atque India maximè pueris, lumbricis latis nō absimilem, moueri que sub cute sine molestia, verū temporis progressu circa dracunculi extremitatē suppurationem fieri, cutēque aperta dracunculum caput exerere, quem si quis tentet attrahere, dolorem ingentem moueri, præsertim si eum abrumpi contigerit: quod enim intus relinquitur, acerbissimos dolores excitare: proinde ut ne intrò animal recurrat, valido filo brachium constringi oportere, idque quotidie agendum esse, ut dracunculus paulatim progrediens integer excludatur. Verū Soranus, ut refert ex eo Paulus Ægita, non existimat animal esse, sed neruosam quandam substantiam, quæ opinionem motus solum præbeat. Sed quid reuera sit nemo medicorū explicare potest qui Europam incolunt: posse tamen animal esse ratio nobis dicitur, cum non modò in vètriculo atque intestinis creari, verū etiam ex cute erumpere, tum pediculos, tum maiora quandoque animalia compertissimum habeamus ex historiis.

Δρακύνιον. laquei nomē ab Oribasio descripti ad talū suo loco motum. Dicuntur verò eodē autore & dracones in machinamētis, qui in vicē manubrioli ductarij fabricantur.

Δρακύνιον. diuulsa, dilacerata, apud Hippocratem.

Δραχμή. drachma. nomen est ponderis, mensura & nummi. Ponderus non unum ubique fuit. Ægyptia obolum pendit, scribente Cleopatra, δραχμή δὲ καὶ δύνη ὁ μωνύμπος καλεῖται αἰγυπιακή, ἢ πρὸς ἑκτόν μέρους ὅτι τὸ ἀπικύς δραχμῆς, ἀγορα ὀβολῶν α'. Attica sex obolorum fuit, ut & ex sententia nunc citata palam est, & ex Cleopatrae verbis quæ sic habent: ἡ δραχμή ἔχει ἑξάμματα γ'. ὀβολῶν δ'. δερμῶν δ'. καράτια δ'. χαλκῶν δ' μί. Id etiam testatur Plinius scribens, Drachma Attica, ferè enim Attica obseruatione medici utuntur, denarij argentei pondus habet, eadēque sex obolos pondere efficit. Ergo apparet drachmam medicam eiusdem cum Attica ponderis esse. Mensuralis porro drachma etiam uncia octaua pars fuit, & nonagesima sexta libra, & in Romanorum cornibus, ut scribit Galenus, lineis intersectis distinguebatur. Cæterum δραχμή etiam nummus fuit pendens drachmam unam. Is ferè argenteus fuit, sicut apud Romanos denarius, de quo Suidas scribit, δραχμή δὲ ὀλκὴ τομίσματος ἀργυρίου. Et Fannius:

In scripulis ternis drachmam, quo pondere doctis

Argenti facilis signatur pondus Athenis.

Atque etiam Alexarchus apud Athenæum mutato more loquendi τὴν δραχμῶν ἀργυρίων nuncupauit. Verū hanc argenteam drachmam Galen. eandem cum denario Romano statuit lib. 8. τῆν ἑπτὰ τῶν πέντε. Quod si verum est, septem drachmæ argenteæ unciam constituunt, cum iuxta Celsum lib. 5. cap. 17. & Scribonium Largum in libri sui præmio in uncia pondus septem denariorum sit. Verū ea paulò leuior est denario, ut suo loco diximus. Fuit & aurea drachma quam δραχμῶν χρυσίου Hesychius & Suidas nominant. Dicta est ἡ δραχμή, ut Iulius Pollux scribit, quòd sit quasi manipulus obolorum, quem δραχμῶν vocant ἀπὸ τῆς φράσεως, quod comprehendere, pugnūque implere significat.

Δραχμή.

Δειμύ. acris. id dicitur quod linguam mordet, & cum multa caliditate erodit: sunt enim omnia acris valde calida & tenuium partium, proinde vehementer calfaciunt, incidunt, digerunt, aperiunt, purgant, irritant atque ad excretionem impellunt.

Δειμύτις. acrimonia. qualitas est gustatilis, iisdem facultatibus prædita quibus supra acris pollere dictum est.

Δειμύφαρμα. acrium esus. Vititur ea voce Dioscorides aliquot locis, utuntur & reliqui medici. Marcellus interpretatur vomitionem ciborum acramento qua sitam. In quo tamen non videtur vim huius verbi planè assequutus. Neque enim acres cibi citandis modo vomitionibus conducunt, sed ad alia etiam pleraque utiles sunt, ut ad calfaciendum, aperiendum, incidendum, digerendum. Hac enim per se præstare possunt cibi acres, vomitiones non item: quas etsi radricula, eruca, salsamentum vetus, origanus viridis, cepæ, porrum & alia quaedam acris prouocent, non tamen quicquid habet acrimoniam protinus vomitorium est. Itaque quod ὀδὴ ὠμσταίτην scripsit Dioscorides, ἐς τὰς δειμύφαρμας μάλα σα ἀεμύτην, intelligendum accommodari maximè & conuenire, quoties cibis acrioribus opus est, siue ad ciendos vomitus, siue ad calfaciendum, siue ad incidendum, siue ad aliud quiduis quod per acres cibos quaeritur.

Δροσόμελι. mel roscidum, quod & ἀρόμελι, id est, mel aërium, appellatur. Venit hoc ex aëre Vergiliarum exortu vel per Caniculam sublucanis temporibus, siue ille sit caeli sudor, siue syderum salua, siue purgantis se aëris succus, siue aqua sit liquor, siue naturæ, cum prima aurora locis quibus prouenire solet folia arborum herbarumque melle roscida inueniuntur. Quod si qui matutino sub diuo fuere, unctas hoc liquore vestes, capillumque concretum sentiunt. Hoc tanquam ros è caelo cadens, dum venit, obuio terræ halitu concrescens in mellitos grumos coit, qui herbis, arboribus & lapidibus interdum inuenitur hætere. Id manna ab Arabibus appellatur, ut ex ipso etiam Galeno patet, cuius hæc sunt verba capite de melle: In foliis, inquit, stirpium adnascitur quiddam, quod nec eorum succus, nec fructus, nec pars existimari possit, sed rorulentum quiddam, nec tamen continenter neque copiosè pronasci soleat. Nec me præterit per æstatem in arborum, fruticum, herbarumque foliis plurimum fuisse inuentum, sic ut à ludæibus rusticis Iuppiter diceretur melle pluuisse. Præcesserat tùm nox frigidior, pridie calida siccaque caeli cõditio diluxerat. Quapropter inter rerum naturæ peritos conueniebat, halitus quos terra vel aqua prospiraasset, extenuatos & excoctos, nocturni frigoris beneficio coaluisse. Id in regione nostra rarius euenit, in Libano monte quotannis, adeò ut extensis pellibus arbores succutiant, receptoque quod profluit, ollas & fictilia compleant, priuatòque nomine vocant δροσόμελι, id est, roscidum mel, & etiam ἀρόμελι, id est, mel aërium. Hac Galenus.

Δροσόμελις. filicula. herbula est in vetustorum roborum musco nascens, filici similis, multò minore foliorum incisura, radicibus inuicem implexis, hirsutis, gustu acerbo in dulcedinè vergente. Vis ei septica est, & caustica. proinde pilis glabram cutem efficit:

Δροσόμελι. olus est sylvestre filici simile, ramis sesquipedalibus, flore sambuci lacteo, femine gustu mordaci, quo vice piperis rustici vititur. Officinæ nemoralè myrtum vocat.

Δροσόμελις. drupus, hoc est, maturus & primum nigrescens. dicitur propriè de fructibus non olea modo sed reliquarum etiam arborum maturis & adultis & iam ex arbore casuris, ἀπὸ τῆς πίπτα ὀφρῦς:

DEFINIT. MEDIC.

Δρῦς. hoc nomine Græci omne genus arboris omnēque lignum comprehendūt, nam quod Gallicum vulgus cheſnam vocat, Græci ρῦν ἀγρῶν, Latini robur appellant. Habet autem omnis quercus vim adstringendi.

Δρῶπαξ. dropax. Medicamenti forma est, interdum liquidioris in modum malagmatis, interdum siccoris, emplastri modo, prout vsus exigit. Eadem materia, inquit Paulus, constat, qua & acopa & emplastra. Est autem dropax alius simplex, alius compositus. Simplex is est qui & πῆσις, hoc est, picatio appellatur. Pix arida cum exiguo oleo liquatur, deinde dum calet cuti illinitur, & præasis locis agglutinatur, & antequam omnino refrigescat, auellitur. Deinde rursus ad ignem calfacta reponitur, & similiter priusquam frigescat, auellitur, & tertio quartoque, vel sæpius etiam id repetitur. Conuenit frequentibus vomitionibus, & cruditatibus, & cæliacis affectionibus, & reliquis partibus alimentum non sentientibus. Maximè verò ante sinapismum adhibetur ad corporis præparationem, & post sinapismum etiam, ut reliquia morbi euellantur. Dropax verò compositus est, cui præterea adiiciuntur alia ad diuersos vsus, ut ad excitandum calorem piper, pyrethrum, semen rosmarini, bimumen: ad desiccandum verò, sulphur viuum, sal, cinis sarmentorum: ad lancinandum verò, limnestis quæ & adarte vocatur, aut euphorbium. Hæc enim trita liquefacta pici insperguntur, aut alia etiam eiusdem facultatis. Si vires agri imbecillæ sunt, liquidior fieri debet in formam malagmatis, & præradi pili in loco cui adhibebitur, & paulatim postea auelli. Sin valentes sunt, emplastri modo præparandus est, & non de rasis pilis admouendus, confertimque auellendus, nisi fortè capiti aut mēto, aut pubi applicandus esset. Sic enim plus habet efficacia, spiritumque remissum magis firmare potest, & ad superficiem reuocare, humoresque attrahere & discutere. Sed & medicamēta depilatoria ἄλσος proprie dicta, dropaces appellantur, ut constat ex versibus Martialis qui habentur lib. 10.

Leuis dropace tu quotidiano,
Hirsutis ego cruribus genisque.

Fortè quod sola pice constarent in oleo liquata, quemadmodum & dropaces.

Δρῶπαξ ἰσὶ φάρμακῶν. dicuntur vel dropaces, vel quæ dropacum modo illinuntur: appellantur eadem πῆσις à Galeno comment. 3. εἰς τὸ 10. τὸ ἰντῆσιν aphor. 32.

Δρῶπαξ. facultas. potentia. Est causa à qua actio procedit. Sed cum causa ad aliquid dicatur (est enim eius unius quod ab ea fit, reliquorum nullius) planum est facultatem quoque in relatione ad aliquid dici. Ac quoad agentis causæ substantiam ignoramus, facultatem eam siue potentiam appellamus, in venis quidem sanguificam, in ventriculo concoctricem, in corde pulsificam, & in singulis reliquarum particularum propriam quandam eius quam edunt actionis, siue etiã operis (primam enim actionis ipsius facultas est causa, deinde etiã operis ex accidenti quodam) effectricem. Itaq; si certa ratione & via quot & quæ facultates sint inuēturi sumus, inuestigare eas ab ipsis operibus oportet. Singula namque opera ab aliqua procedūt actione, hanc verò omnino aliqua præcedit causa, quam facultatē vocamus. Ergo cum variæ admodum sint actionum differētiæ, multiplices quoque facultates statuere necesse est, quas tamen medici in homine in tria summa genera reuocarunt, aliã vitalem, aliam animalem, aliam naturalem appellantes. Siquidem sub earum aliqua alias omnes particulares comprehendunt. Sub vitali quidem pulsificam & irascibilem quam

ἰσὶ φάρμακῶν

ἄνθρωπος & *πρῶτον* appellant, cuius tot etiam habentur differentia quot & animi passionum. Sub animali verò, sensificam, motricem & principem: sub sensifica, visoriam, auditoriam, odoratoriam, gustatoriam, tactricem, adhuc vigilandi dormiendique facultatem quæ ad primum & communè omnium sensum pertinet: sub principe imaginatricem, ratiocinatricem & memoratiuam: sub animali verò concupiscibilem & nutritoriam: atque sub his rursus attractricem, retentricem, concoctricem, expultricem, generatricem, auctricem & reliquas quæ pertinet vel ad generis propagationem, vel ad indiuidui conseruationem, ut sanguificam, ossificam, neruificam, spermaticam & alias cuiusuis particula formatrices, vel totius etiam fœtus opifices. Sic quidem se habent tres in hominum corporibus facultates, quas quidem ut operibus, sic etiam substantia, instrumentis & sedibus natura seiunxit. Hæ diuersi inter se generis gubernant animal, toti corpori ex suo quodam veluti fonte quæque distributa. Eas Plato animas vocat, propriam cuiusque substantiam inueniens, quæ, ut ait Galenus, tum in spiritu, tum in solidorum corporum temperamento consistit. Est autem earum una ad nutriendum animal necessaria, ac cum stirpibus communis, quæ iecur veluti pro fonte habet, canales verò ab hoc in totum corpus sparsos, ipsas venas. Hanc seu appetitricem, seu naturalem, seu altricem voces nihil interest, veluti nec si animam aut facultatem. Altera est quæ non modo ut stirpibus aut vitæ præditis, sed etiam ut animalibus anima est insita. Hæc sedem in corde habet, ipso quoque insiti caloris quodam ceu fonte. Ab hoc fonte canales arteriæ sunt: vocaturque hæc multis sanè nominibus: nam & facultas siue virtus vitalis, & facultas siue virtus animosa, & anima vitalis, & anima animosa dicitur. Tertia anima siue facultas ratiocinatrix in cerebro domiciliū habet: ea voluntariis actionibus unà cum sensibus præsidet. Vritur & hæc particulis quibusdam ceu canalibus, nempe ipsis neruis, sensum motumque per hos in totum animal transmittens. Ergo hæc facultates seruare, nihil planè est aliud quàm vitam seruare. Siquidem qualibet earum amissa, necesse est reliquas quoque perire. Sic enim inter se coherent, ut altera alteri subsidio sit & mutua ope consistant, quanquam fieri aliquando possit, ut una alterius affectionem non sentiat. Ortu quidem ipso prima est naturalis, deinde vitalis, postrema animalis: nobilitate & principatu prima est animalis, ab hac vitalis, postea naturalis. In actionum autem & vitæ necessitate omnium prima est vitalis, quod ex ea spiritus & vis influat vitæ in partes omnes, siue illæ moueri, siue sentire, siue nutriri debeant; atque per eam caloris innati (à quo omnium partium functiones proficiuntur) temperies in singulis partibus conseruetur. Ceterum præter facultates iam commemoratas alias quoque in medicamentis medici usurpant, à quibus singula suas actiones obeunt, quæ cum sint admodum differentes, in quatuor tamen summa genera ab iis reuocantur, quas appellant primas, secundas, tertias, quartas. Nec verò interest facultates an qualitates dicas: ipsa enim facultas reuera est qualitas, sola ratione ab ea differens, quædo qualitas per se dicitur: facultas verò quatenus ad aliquid refertur. Prima quidem dicitur quæ reliquarum communis est tanquàm basis, excepta ea quæ à cæca proprietate est: ex ipsis elementis nullius interuentu prodit, ipsiſq; omnium maxime tribuitur. Generatim quidem est calfaciendi, refrigerandi, humectandi, siccandi, tum simplex, tum per horum coniugationem composita: particulatim verò efficiendi id ipsum in principio, medio, fine ordinis primi, secundi, tertij, quarti, ac

DEFINIT. MEDIC.

primo quidem ordine, obscure: secundo, manifeste: tertio, vehementer: quarto, summe facultas ea tactum nostrum gustatumque afficit, idque in horum singulorum ordinum principio, medio, sine. Facultas secunda est, quæ primas facultates simplices, vel coniugatas nullius alterius interuentu sequitur, ut facultas molliendi vim humidam primo sequitur. durandi, siccam: rarefaciendi, attrahendi, aperiendi, tenuandi, calidam: densandi, repellendi, claudendi, incrassandi, frigidam. Vires & qualitates secundas in acerbis, austeris, acidis, dulcibus, salis, amaris, acris, digerentibus, astringentibus, contrahentibus, repellentibus, ex alto trahentibus, reserantibus, sensum stupefacientibus constituit Galenus lib. 3. τῆν κεν τὸ πρῶτον. Facultates autem tertiae sunt quæ ulterius procedendo propè particulatim appellantur, ut σαρκωτικὴ, ὑδατικὴ, ἐπουλοτικὴ, διαουρικὴ, ἐμπετικὴ, ἐκκοπτικὴ, ἐξερτικὴ, ἀρροφλεγματικὴ, menses ciedendi aut sistendi facultas, seminis generatrix vel extinctrix, prouocandi, reprimendi. Hæ magna ex parte primas simul & secundas sequuntur, ut sarcoticum, siccum primo gradu & detergens: colleticum siccans & adstringens: epuloticum siccans secundo gradu & valenter adstringens. Est tamen quando in nullam precedentium reuicere possis hæc tertiam: vomitorium enim aliquando est, ut bulbos vomitorius, nux vomica, agaricus & helleborus albus, non ob aliquam primam vel secundam qualitatem, sed quia vel substantiæ suæ raritate innatant, vel stomacho sua substantia sunt contraria. Facultates verò quarta sunt cum magis etiam procedendo, ad particulares perueniunt facultates, quæ à partibus nomen accipiunt, ut cephalica, cardiaca, stomatica, stomachica, hepatica, splenica: vel à morbis partium, ischiadica, nephritica, podagrica, colica, pleuritica: vel ab effectis, bechica, calculos frangentia, colletica, epulotica, cathartica, cathartica, carnem super ossa nuda creantia, fœtum corrupentia, fœtum extrahentia, ad charadas discutiendas, ad epilepsiam, spasmodum, & alia propè infinita similiter dicuntur. Tamen sarcotica, colletica, epulotica inter tertias numerantur à Galeno lib. 6. τῆν κεν τὸ δεύτερον. & alia ex tertiis eadē ratione inter quartas recenseri possunt, ut lac, semen, menses, urinas, sudores respicientia. Reuera enim quedam horum ambigunt, & utriusque generi vicina sunt. Ob id Auerrois 5. coll. cap. ultimo tertiam & quartam in unam miscet. Alij verò quatuor hæc facultatum genera aliter destingunt, ut primæ sint calfactrix, refrigeratrix, humectatrix, siccatrix: secundæ quæ primos effectus primarum sequuntur, ut vis aperiendi, claudendi, erodens, glutinatoria: tertiæ, quibus medicamenta unam partem magis quam aliam respiciunt: quarta quæ sunt à virtute & forma occulta seu specifica, ut purgatrix, theriaca, alexipharmaca: quibus οὐρανικὴ & ὑπερτικὴ mirum est per hos adiungi, cum manifestam causam habere videantur.

διῶμας. accipitur aliquando pro ipsa medicamenti compositione & structura, quod sæpe occurrit apud Galenum in lib. τῆν κεν τὸ δεύτερον, ut πρῶτον φάρμακος διῶμας, hoc est, medicamentum tetrapharmacum.

Διῶμα εἶναι. potestate esse. Quod quale dicitur tale nondum est, sed potest esse tale, hoc esse potestate dicimus. Hominem, verbi gratia, qui modò natus fuit, rationalem, & auem volatilem, scilicet quod eorum unumquodque futurum est, si nihil id extrinsecus impediatur, hoc ceterum iam sit appellantes: unde arbitror hæc esse potestate nõ actu dicimus. Perfectum namque est ac iam præsens ipsa energia, siue quod actu est: quod verò potestate est, imperfectum & adhuc futurum, & ut fiat quidem id quod dicitur,

tur, veluti habile, non tamen adhuc subsistens. Ac maximè quidem propriè sola ea potestate esse dicimus, in quibus natura ipsa suo pte impetu ad absolutionem venit, præterea: quæcunque sentium, ut sic dicam, continentes materiæ sunt. Dicitur autem potestate esse etiam quod ei quod ex accidenti dicitur est ex aduerso positum, ut si carnosus quis iuuenis in frigida lauacionem corpus eius ex accidenti, non ex propria potestate calefacere dicat.

Δυσαισθησία. difficilis sensus vel prorsus nullus. sic δυσκινησία non modò difficultatem motionis, sed etiam immobilitatem significat.

Δυσάνησις. sic dicitur ab Hipp. li. 3. τὸ ἐπιθυμῶν qui vilibus de rebus multū stomachatur, & de magnis plus ceteris mortalibus diutiùsq;, ἀνίαρος ἢ συνδρωτος, ut explicat Gal.

Δυσάλησις. is in quo ulcera ægrè sanescunt, cuiusmodi sunt corpora mollia & humida, & quæ aqua inter cutem laborant. ei apponitur δέλκισ.

Δυσεντεία. est exulceratio intestinorum, deiectiones ramentosas, cruentas & dolorificas inducens. Latini intestinorum tormina appellat. Exulcerationis causa est bilis mordax tum flaua, tum atra, sed hæc lethalem excitat dysenteriam, ut scribit Hippoc. quòd ulcera quæ ab ea facta sunt difficillimè sanentur. Morbus quidem ipse exulceratio est, symptomata autem plurima, in primis quidem ipsius biliosi humoris per initia excretio varia, mucosa & pinguis. deinde verò tunica intestinorum internæ abrasio, per quam prodeunt membranosa quædam corpora, quæ ipsorum intestinorum particulae sunt: postea verò cruenta deiectio sequitur, & ulcerum interdum crustula quæ ἐκελκίδες appellantur, & puris non raro magna quantitas, quo quidem tempore affectus ipse iam propriè dysenteria est. Consistit autem illa interdum in crassis, aliquando in tenuibus intestinis, id quod & ex cruore & ex ipsis ramentis diiudicatur. Nam si & cruor & ramenta ita mista sunt reliquis excrementis, ut uniuersa misceantur uniuersis, in superioribus: si vero supernatant, in inferioribus intestinis ulcus esse ostenditur. Talis quidem propriè dicta dysenteria est, nomen habens à læsa particula, quam solam plerique dysenteriam nominandam censent. Alij verò, inter quos ipse etiam Hippocrates est, dysenteriam interdum appellant non ipsam modò exulcerationem intestinorum, verum omnem etiam cruoris per intestina vacuationem: quo quidem modo morbi nomen symptomati tribuunt, ut annotauit Galenus comment. 4. ἐς τὸ πᾶσι ἀρδρωρ, aphorif. 40. Sunt autem excretionis sanguinis per intestina sine ulcere tres modi: unus propter boni sanguinis copiam in toto corpore aucti, qui ex venarum orificiis in intestina apertis effunditur, eò tantum differens ab hæmorrhoidum profluuiò, quòd in hoc venæ ani duntaxat, in illo autem secundum totam intestinorum longitudinem, perque omnes eorum anfractus, longèque ab ano venæ aperiantur. Talis δυσεντεία αἱματηρά appellatur, acciditque potissimum iis quibus aliquod membrum excisum est, aut intermissa exercitatio. Secundus est cum propter iecinoris imbecillitatem aquosus sanguis deicitur, loturæ carniū persimilis: quòd enim imbecilla sit vis eius retentrix atque alteratrix, sanguis eiusmodi excernitur: vocatur autè ea δυσεντεία ὑπερμερά. Tertius est cum sanguis propter bilis flauæ vel atræ permistionem acrior venarum orificia aperit, & per intestina fertur: hæc proprio nomine caret, & à Paulo comprehenditur sub ea dysenteria specie quam αἱματηράν vocant: distinguitur verò à Gal. lib. 3. de causis sympto. illam propter sanguinis copiam, hanc propter acrimoniam effici

DEFINIT. MEDIC.

afferenti. Itaque quatuor sunt in uniuersum dysenteriae: una uerè & propriè dicta, tres uerò impropriè à symptomate, quòd omnium commune symptoma sit sanguinis per aluum excretio.

Δυσουλοστά. dicuntur ulcera quae uix cicatricem recipiunt. Nec uerò cacoëthe eam etiam admittunt: differunt tamen inter se, quòd ulcera quae ex humorum confluxu uel multorum uel acrium oriuntur, si locus ipse affectus eiusmodi dispositionem non contraxerit, ut quod ad ipsum influit bonū probūque corrumpat, δυσουλοστά appellatur: si uerò locus affectus ad eam dispositionem iam peruenerit, ut corrumpat quicquid influit, κακώδη dicuntur.

Δυσήθη. qui non facillè tristatur aut morosissimus est. Critias ita interpretatur hoc nomen, quicumque propter parua tristatur & propter magna magis uel diutius quàm alij homines. Erotianus autem δυσήθηον interpretatur τὸν δυσδύμωρον καὶ δυσκόλως τὰς ἀνάγκας φέροντα.

Δυσδύνατοι. dicuntur apud Hippocr. in prognostico tum qui tardè & paulatim, tum qui cum dolore moriuntur.

Δυσκοιτῆρ. apud Hippocratem est implacide & moleste decumbere, ut annotat Galen. comment: 2. εἰς τὸ πᾶσι διαίτας ὀξίωρ.

Δυσκρασία. intemperies. Est mistio inaequalis quatuor primarum qualitatum: ubi enim ille ita coierint ut earum pares sint portiones uiresque, temperamētum emergit exquisitissimum, quod ceterorum omnium norma est. Ab eo quodcunque desciscit, intemperies dicitur: tunc enim aliqua qualitas exuperet necesse est, aut etiam duae. Itaque cum quatuor sint ex quibus temperamentum illud exquisitissimum, & ut ita dicam temperatissimum absoluitur, singulorū excessus simplices quatuor intemperaturae fiunt, calida, frigida, humida, sicca: & totidem compositae, calida humida, calida sicca, frigida humida, frigida sicca. Nec uerò singularum modus unus est & una ratio, sed immensa omnino latitudo, adeò ut intemperaturarum infinitae prope modum habeantur differentiae. Nec tamen omnes eiusmodi intemperies morbosae sunt, sed plurimae contra salubres, quae uidelicet intra limites sanitatis consistunt. Quum enim omnis actio à partis temperamento proficiatur, & varij prorsus generis actiones esse oporteat, multiplices quoque temperaturas esse oportuit, quae nō simpliciter, sed ad iustitiam temperamenta appellantur. Non aliud autem ad iustitiam significat, quàm prout cuique parti expedit. Itaque in singulis partibus primarum, qualitatum etiam inaequalis mistio, quoniam secundum naturam est, nō dicitur intemperies, etiam si ieuera intemperies sit, sed temperamētum, quandiu scilicet naturae modum non excedit: cum uerò excessit planè absolutèque intemperies est, & iam morbus aut morbi causa euadit. Est & praeter istas alia intemperiei differentia, per quā aequalis aut inaequalis dicitur. Aequalis quidem est quae in omnibus intemperanter affecti corporis partibus aequaliter solaque inest. Ea enim ita inducitur, & occupat corpus, ut depulsa naturali temperie, sola in corpore dominetur: neque enim ea in fieri est, ut aiunt, sed in facto esse. Itaque in habitum transit, & euadit ueluti altera natura acquisititia & priori contraria, neque ullo dolore molesta est. Eiusmodi intemperies in febre hectica esse perhibetur. Sicut autem in toto corpore, sic & in una certa parte corporis contrahi potest. Intemperies uerò inaequalis dicitur, cum idem corpus simul & calidius & frigidius, aut humidius si-
múlque

múlque siccius quàm pro naturali habitu redditur. Ea in fieri est, eámque ob rem dolore non vacat, & aliàs in toto animalis corpore fit, aliàs in una qualibet parte, idque vel cum fluxione vel absque materiae affluxu, quemadmodum Galen. libello de inæquali intemperie scripto declarauit. Dicitur etiã inæqualis intemperies quando singulae corporis partes non sũnt similiter intemperatae, sed varias fortitæ sunt intemperaturas, cumque corpus totum intemperatum sit, non tamen unica intemperies dominatur in toto corpore, sed plures in singulis partibus.

Δυσουρία. est urinae difficilis & cum dolore excretio. Sape quidem ambo hæc symptomata in dysuria concurrunt, ut ea & difficulter & cum dolore reddatur. nec tamen in dysuria semper coniuncta esse oportet, sed si alterum modò adsit, dysuria rectè dicatur. Ea namque manifestò distinxit Gal. comment. aphor. 48. libr. 7. duas dysuriæ species constituens, unam τὴν μετ' ὀδῶν, alteram τὴν μὴ δὴ ὀδῶν, ὡς ἰσχυρὸν ὄντα τὸν κῆρ. Illius causas recenset inflammationem, abscessum, exulcerationem, inæqualem intemperiem, & spiritum flatulentum: huius verò aut facultatis imbecillitatem, aut tumorem præter naturam. Ab his enim causis fit, ut cum meiere æger cupiat, non statim urinae excretio sequatur, sed magno cum conatu atq; etiã aliquando dolore. Iis autem duobus exceptis symptomatis urina naturalem excretionis modum seruat, neque intercisè fluens, neque guttatim neque maturiùs quàm natura conueniat. Hæc enim symptomata aliis nominibus appellantur.

Δυσωσμία. est deprauata alimèti concoctio, siue alimenti corruptela: symptoma est actionis naturalis coctricis deprauatae, quam libuit eo nomine appellare, sicut debilem, & ἄδυναμiam, prorsùsque abolitam, ἀσπῆν. Deprauatur autè, cum alimenta in qualitatè à natura alienam alterantur. Ea gemina statuitur κρισώδης & ὀξώδης, hoc est, nidorosa & acida: hæc frigidis, illa calidis de causis provenit. Intemperies ventriculi calida, eiusque morbi organici calidi, excrementum calidum & biliosum in eo redundans, cibi potùsque calidiores nidorosa gignunt: ea ructibus facillè deprehenditur. Non est autem unius generis, sed quilibet cibus id nidoris genus reddit quod naturæ suæ proprium est, alius virulentum quid, alius cæni fætores, alius pisciũ, alius ouorum putidorũ aut alterius absurda quæq; dici vix potest, putredinis nidorem ructu gustuque refert. Contra verò frigida ventriculi affectiones, excrementum pituitosum & frigidum in eo redundans, cibus potùsque frigidior & natura pituitosus τὴν ὀξώδην inducunt, quæ ructibus similiter dignoscitur. Nec tamè ructibus eas ciborum corruptiones perpetuò licet deprehendere, quòd, ut scribit Galen. si cibi calidiores fuerint aut flatulenti, & calori frigiditas quædam aliundè accesserit, vapore spiritùque ventriculus repletur, qui neque nidorem neque acorem vllum sapiat.

Δυσωπνοία. spirandi difficultas. symptoma est læsæ respirationis, commune orthopnoicis, pleuriticis, peripneumonicis, synanchicis, & aliis plerisque malè affectis, à quo ægri δυσωπνοῖσι appellantur. Galenus tamen lib. 7. τῆν ἰσχυρὰν τὸ πνεῦμα sic eos simpliciter scribit à veteribus vocatos quibus bröchia pulmonis crassis & viscosis humoribus sunt obstructa, & in quibus medicamenta præterquam quòd incidunt atque attenuant, humectandi etiã facultate prædita esse oportet. Aëtius addit sic proprie dici qui febris omnino expertes sunt, nec grauitatem pondùsque sentiunt, nec febricitantium in morem calidum spirant. Celsus ab orthopnoicis qui & asthmatici dicuntur, sola

DEFINIT. MEDIC.

causa magnitudine distinguit, dyspnoeam scribens esse spirandi difficultatem, non omnem quidem, sed eam quae modica est, neque ex toto stragulat. Nam cum vehementior est, ut spirare aeger sine sono & anhelatione non possit, ἀδμα appellari.

Δύσπνοορ. ἢ δύσπνοια, apud Hippocratem.

Δυσραχίης. emplastri nomen est quod à Galeno describitur lib. 5. τῆν κ' χεῖν.

Δυσώδης. graneolēs. de quo vide ὄσφρησις. Est & nomē malagmatis ad pleuritidē utilis: est & ἀκροπορ medicamentum. Vtriusque descriptio habetur apud Paulum lib. 7.

Δωδεκάδακτυλορ. principium est intestinorum ab imo ventriculi orificio exorietes. Id sub sede ventriculi posteriore, secundum dextram spinæ partem deorsum exporrigitur, sine ullo anfractu, quò det locum quibusdam partibus quas natura inter ventriculum & ieiunum intestinum collocavit: duodecim digitorum longitudinem ut plurimum aequat, ob idque δωδεκάδακτυλορ ab Herophilo primum appellatum est Sūt qui ipsum intestini nomine non dignentur, sed ἔκφυσι modò appellent, vel cum addito ἔκφυσι δωδεκάδακτυλορ. In id meatus inseritur à vesicula bilem cōtinente, per quem ea in ipsum expurgatur.

Δωδεκάδεορ φάρμακον. nomen compositi ex duodecim rebus medicamenti, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7.

Δωδεκάδεος. herba, cui folia septem lactucis similia exeunt à radice lutea. Eam quidam putant esse moly Homericum.

δωδεκάδεο & ἄλς. nomen salis è multis compositi, de quo antè in dictione ἄλς.

Δωεις. sic dicta est à quibusdam ἢ ψευδαγαθόν, ut habetur apud Dioscoridem.

Δώρορ. palmus. mensura est apud Græcos qua rerum interualla metiuntur. Est autem quatuor digitorum: sic dicta est ἀπ' τῆς τὰ πάλισα Δία τ' χεῖρὸς ἡμᾶς δωρεῖσθαι, ἀφ' ἧς μετρεῖται ἢ παλαιῖ. Id est, ab eo quòd manu plurimas res demus, qua metimur palmū. Eadem aliis nominibus παλαιῖ & δοχμῖ dicitur. vide in dictione δοχμῖ. Ab eo fit διδώρορ, περῖάδώρορ, πιντῖάδώρορ, & alia quæ passim apud authores occurrūt, & apud Plinium leguntur lib. 35. cap. 14. ubi scribitur διδώρορ lateris genus esse sesquipede longum. Sed aduerte num legendum sit semipede, cum manifestò δώρορ palmum esse dicat. Sic enim rectè lateris illud genus διδώρορ vocabitur, hoc est, duorum palmorum, quæ dimidij pedis mensura est, cum ipse quatuor palmis constet.

IO. GORRAEI PARISIENSIS

DEFINITIONVM MEDICARVM

TO E.



Aet. ver. est anni tempus primum & omnibus qualitatibus temperatum, æquinoctio quod hyemem sequitur incipiens, & Vergiliarum matutino exortu desinens. Nam cum singuli anni ætatem suam peragant, & quatuor ætatum spatia percurrant, ut initio quidem augeantur & pubescant, postea in vigore sint, exinde declinent, postremò emoriãtur, haud absurdè vernum tēpus prima anni ætas censebitur, quo annus per hyemis intemperiem penè extinctus & demortuus,

mortuus, quasi reduce vita repuerascit, & exerendis virgultis, floribus foliisque depromendis, maxima rerum omnium amœnitate & suauitate iuuenum more luxuriat. In causa Sol est, cuius accessione decessioneque quadripartitò anni tempora distinguuntur. Cùm enim peracta hyeme ad nos rediens noctis dieique pares horas facit, placidissimo temperatissimoque sydere terras illustrat. Tum calor vigorque omnibus redit, animalia atque omnia e terra virescentia maritantur, gestit natura semina accipere & sese aperit, à quo Aprilem mensem quasi Aperilem dictum aliqui existimauere: atque ille animam infert satis omnibus. Tunc enim genitalibus terra locis animantur semina. Eo tempore Fauonius mundi spiritus, & Græcis dictus, primùm state incipit, genitilis prorsus ventus, à fouendo dictus, ut multis visum est, ab occasu æquinoctiali ver inchoans. Vt autem ille est lenissimus, sic ver talem in modum afficit, ut nemo de eius frigore vel calore vel humiditate vel siccitate queri possit: est enim in eo quatuor harum qualitatum mixtionis æqualitas, quæ & mediam in eo temperaturam & salubritatem conciliat. Ver autem durat donec Vergiliae matutinò orientur. Earum enim is exortus, æstatis principium est. Itaque cùm hoc tempore apud nos æquinoctium quinto idus Martij peragatur, & Vergiliarũ ortus matutinus, septimo, octauo vel decimo die Maij fieri insueuerit, patet totum vernum tempus dierum ferè sexaginta esse.

Ἐβριος. ebenus. arbor est plerumque tenuis & frequentior, vimine raro, in crassitudinẽ caudicis extuberata, hiulco cortice & admodum reticulato, dehiscenibus venis, adeò ut per ipsos sinus pars intima vix tenui libro contegatur. Lignum omne atque mediale eadem fermè & facie & nitore quæ est in lapide gagate. Duo sunt eius genera. Rarum id quod melius, arborem, trunco enodi, materie nigri splendoris, ac vel sine arte protinus iucundi. Alterum cytisi modo fruticat, nodosum & candidis taniis vitiatũ. Nascitur in India atque Æthiopia. Tam graue est, ut aquis innatare non possit, sed protinus demergatur. Dioscorides Æthiopicum laudauit magno splendore, cornus expoliti nitore, citra leuorem prædensa materie, si frangatur gustu mordaci, odore cùm vritur iucundo, citra fumi radium. Ebenus caliginem oculorum discutit, contra veteres fluxiones & pustulas pollet. Huius speciem esse Gaiacum Ruellius scripto prodidit.

Ἐβριότερον. dicitur à quibusdam ἔβριον, ut habetur apud Dioscoridem.

Ἐβλιμαία. ἑμαλαία. mollificatus est, mollis factus est, apud Hippocr.

Ἐγλαστῖμοδοι. dicuntur apud Hippocratem qui clauso ore loquuntur, quia videantur ex ventre loqui.

Ἐγγυς. congenitum, proprium, apud Hippocratem.

Ἐγγίσωμα. est cranij fissura, in qua os affectũ loco naturali dimouetur & desidet, atque ad inferiorem cerebri membranam pertingit, quam etiam urget premitque. Est autem in eo fissuræ genere omnino ossis fragmentum grandius. Nam si os in plura fragmenta perruptum est, ἐπισημα appellatur: sic dicitur ἀπὸ τῆς ἐγγυς, id est, prope, quòd os fractum ad subiectam membranam appropinquet.

Ἐγγύφωσις. idem quod ἑγγύιασις.

Ἐγγύτιον. dicitur apud Hippocratem ἐν τῷ κατ' ἰντερον, habitus ille brachij qui est ad relictum angulum, sic ut cubiti os cum humero relictum angulum efficiat. Author Gal. in expositione huius loci, & comment. 1. ἔσ τ' ὁδὸν ἀγγῶν.

DEFINIT. MEDIC.

Ἐγκάθισμα. est sessio in aqua medicata ab imis pedibus vel feminibus usque ad umbilicum, ita ut supernae partes non madescant. Quod quidem auxilij genus cum plerisque morbis conveniat, iis tamen solis adhibetur qui partes intra peritonaeum conclusas infestant. Itaque inflammatis renibus sedere convenit in decocto fenigraci, malvae hortensis ac sylvestris & seminis lini: in calculosis affectibus convenit ἔγκάθισμα in iisdem propter inflammationem, & praeterea artemisia decocto & rosmarini & petroselini & spicae nardi, quibus etiam in vesicae morbo utendum est adiecta ruta. Ad uterum vero artemisia decocto, salvia, lauri & similibus. Ad sedem, meliloti, papaveris & rosarum. Ad haemorrhoidas & fluxiones uteri, plantaginis, polygonij, malicorij, rosarum, ruborum, & eorum quae similes vires habent. Ad vulnera vero ex quibus nervorum distentio timeri potest, aqua & oleo. Quod si ad alios praeterea affectus convenire potest, id accidit vel ob balnei penuriam, vel ob imbecillitatem aegroti, qui totius balnei usum non possit admittere, vel ob supernae alicuius partis debilitatem, vel affectionem cui aqua perfusio inutilis sit, aut aliquod aliud impedimentum. Ceterum qui in talibus decoctis sessuri sunt, omnes sunt illinendi & immergendi in aquam usque ad infimum umbilicum. Oportet autem partes quae non madescunt prius inungere, sed praesertim caput quod tegi debet ne repleatur. Qui medicinam nunc faciunt, id genus remedij semicupium appellant.

Ἐγκάμψα. innixu, apud Hippocratem.

Ἐγκάσις. ἐν βάθει. in profundo, apud Hippocratem.

Ἐγκάσις. proprie quidem dicitur oculorum angulus, tum maior qui naso est proximus & proprio nomine ἑσπία dicitur, tum minor qui est ad tempora, vocaturque παραπίσις. Inde vero eius etiam morbo inditum nomen est, & significat tuberculum quod in angulo minore nascitur carne naturaliter excrecente, & palpebras haud facile diduci patitur. Id sicut aliquando succedit oculorum pterygis, ita si vel à pharmacis nimium imminuatur, vel ab imperito chirurgus sic tollatur, ut una cum carne praeter naturam aucta ipse etiam oculi angulus excindatur, in alium affectum degenerat qui ἑσπία appellatur. Malum hoc in canibus frequens est, & homines minus corripit, sed eos magis qui in mari versantur. Cuius duae differentiæ observantur: siquidem aliquando hoc carnis incrementum benignum est, tenerum, laxum & sine dolore, quod medicamentis siccis consumendum est: aliquando vero malignum, durum, inaequale & cum dolore punctorio, quod manu curare & scalpro euellere oportet.

Ἐγκάρδιον. est medium cuiusque rei, interna pars & medulla cuiusque ligni. dicitur alio nomine ἐντελών.

Ἐγκάμμα. inustio, pustula ex ustione contracta.

Ἐγκάμμα est ulcus in oculo quod à febre ut plurimum cum crusta impura in nigro aut albo oritur. Ac in nigro quidem dum fit, saepe profundum est, ac ferè semper in ipsa expurgatione, maior tunicarum erosio contingit, adeò ut humores paulatim defluant, & totus oculus effundatur. author Aëtius lib. 7. cap. 26. Id oculi ulcus ἐγκάμμα Paulus Aegineta appellavit, à quo tamen diversum Aëtius scribit, quod ipse ἐμκάμμα nominat.

Ἐγκέκαμμοι. οἱ ἐπιελάτες καὶ γρυπτοί, hoc est, innitentes, incumbentes & adunci, apud Hippocr. dictum est autem de unguibus.

Ἐγκέλου. apud Hippocr. significat ὁ δὲ ἐδρῆσαι, id est, insidere & quasi inherere, ut interpretatur

interpretatur Gal. comment. 3. ἐς δ' ἰσθμὸν ἀγμῶν.

Ἐγκέφαλος. cerebrum. Est pars capitis mollis, alba, flexuosa, facultatis animalis principium. Medulla quidem similitudinem gerit, imò verò medulla etiam à quibusdam dictum est: permultum tamen ab ossium medulla differt, quòd nec liquefieri nec absumi, ut illa, possit. Non est omnibus sui partibus æquabiliter molle, sed extimis quidem & anterioribus humidius est: intimis autem posticisque, quòque magis ad posteriora tendit, siccius, coactius, densiusque. Totum in duas partes diuiditur, anteriorem & posteriorem, quarum illa Ἐγκέφαλος, totius nomine, hæc παρεγκεφαλὶς appellatur. Rursus anterior duplex statuitur, dextra & sinistra, duòsque sinus seu ventres habet, dexterum & sinistrum, qui à corpore calloso, quod τῶλοδὲς dicitur, dirimuntur. Hi posteriore sui parte in tertium sinum mediocrem sub psalloide concurrunt, à quo meatus est longus, τοῖς ἄλλοις subditus, qui in sinum alium quartum, omnium postremum minimumque inter cerebelli basim, spinalémque medullam situm, incidit. Istis quatuor maximè ventriculis spiritus animalis continetur, diffusus nihilominus per totam cerebri & cerebelli & spinalis medullæ substantiam, cuius opus est mouere, sentire & principibus actionibus defungi. Eum in subiectas partes cerebrum per nervos mittit, quos à seipso producit, molles quidem & ad sensum comparatos ex anterioribus humidioribusque sui partibus, duros autè qui motionibus deserviant, ex siccioribus, maximèque cerebello.

Ἐγκοπή. incisio. Dicitur propriè in capitis ossibus, inquit Gal. soluta cōtinuitas ab aliquò acuto occurrante & abscondente. Vocatur aliis nominibus Ἀγκοπή & ἔσφα.

Ἐγκελ. placentæ genus. farina bene subacta in oleo primùm coquitur, mox mel adiicitur, τὰ γὰρ Pollux vocavit, quòd patinis ferè frigatur.

Ἐκενός. genus panis, qui & ἀγοράς, id est, forensis & vana litius dicebatur, quòd in foro vendendus proponeretur.

Ἐκν. dicta est à quibusdam ἰσοίς, ut habetur apud Dioscoridem.

Ἐγρησις. ἢ ἐγρηγοσις, vigilantia, apud Hippocratem.

Ἐχελίωται. χελίνοῖς ἐμφόρως περιέκτου. veluti frenis cinctus est, apud Hippocratem.

Ἐχέραξις. scarificatio. Est cutis & subiectæ etiam carnis per scalpellum dissectio multarum foraminibus. Differt ἀπὸ τῆς φλεβοτομίας, quòd hæc uno vulnere venam aperiat, illa multis vulneribus cutem carnemque diuidat. Diuisio autè ipsa cum multas habere possit differèntias, in treis tamen referri potest secundùm Galenũ lib. 2. ad Glauconem: aut enim tenuis & superficiaria est, aut è contrario magna & profundior: aut longitudine & profunditate inter eas media. Quibus omnibus Galenus se usum fuisse prodidit in abscessuum curatione. Quæ in superficie sũt, non attrahunt è longinquo, non reuellunt, non deriuant, sed in summa modò cute hærentem humorem quæ ulcuscula facta sunt, educunt, nec magnis morbis opitulantur. Quæ longæ sunt & profundæ, plurimùm sanguinis exhauriũt (cuius rei Oribasius testis locuples est, qui scarificato sibi crure, cum pestilentia laboraret, duas ferè sanguinis libras inde detraxit) adeò ut animi deliquiũ aliquandò inducant, & è partibus etiam remotissimis, ut à capite in crura, à crure in manum reuellunt: & quia in carnem altius adactæ sunt, propriam curationem in modum vulnery efflagitant. Quæ ambarum mediæ sunt, earum pariter incommoda declinant, ideòque aliis præferri debent, si quando scarificationis usus incidit. Ea autem tribus de causis suscipitur, ad re-

DEFINIT. MEDIC.

uulsionem, ad deriuationē, ad uacuationem humoris tūm corpore toto redundantis, tūm ea in parte quæ scarificari debet, impacti. Quæ omnia quamuis per phlebotomiam consequamur; quia tamen (ut ex Apollonio refert Oribasius) multam nocere solet corporibus uenæ sectio sapius repetita, idē ea omiſſa, tutius est scarificationes moliri, quod ea citra validam totius molis corpore commotionem, eadem quæ & uenæ sectio commoda præſtare ualeat. Itaque ſi crura fluxione vexentur, ſi phlegmone laborent, manus scarificare conueniet, ut è contrario crura, ſi manus male affectæ fuerint: ſimiliter ſi dextrum crus doleat aut dextra manus, ſiniſtrū crus aut ſiniſtrā manū scarificare poterimus, quod reuulſio non cātum à ſummo deorſum, aut ab imo ſurſum, uerū etiam à dextris ad ſiniſtra, & contra fieri rectē poſſit, uti & ſecundū alias ſitus differentias. Iſto quidem modo mihi magis libet Galeni locum qui habetur lib. 13. meth. meden. intelligere, quā nimis dura interpretatione ε λαιπὸν, hoc eſt, reliquum, interpretari reliquam manum. Crus enim alterum Galenus mihi uidetur intelligere, gemināque reuulſionis ſpeciem iis uerbis indicaffe, unam quæ fiat à ſummo ad imum, cū manu laborante ſcarificamus crura, alteram uerò quæ fieri poſſit à dextris ad ſiniſtra, ut cū crure uno laborante, alterum ſcarificatur. Siquidem Galenus generalem reuellendi methodum eo loco explicās, eam duobus reuulſionum adductis exemplis patefecit. Adde quod ſcarificatio quæ reuulſionis gratia inſtituitur aut uacuationis è toto corpore, haud temerè aliis in partibus quā in cruribus uſurpata eſt à ueteribus medicis. Quæ namque aliis in partibus adhibetur, non ſolet reuulſionis cauſa fieri, ſed ut quicquid iſ inhaeret humoris, uacuetur: proindeque eo loco Galenum rectē interpretabitur, qui laborante uno crure, alterum ſcarificandum eſſe intelliget, quod reuelli poſſit humor qui in crus affectū inſluit. De quo tamen quiſque, ut uolet, ſtatuat ſentiātq;. Similiter ſi humorē deriuare uolumus, aut eū qui parte aliqua inhaeret, uacuaré, ſcarificationibus utemur, præſertim ſi acris eſt, ſi rodens, ſi uirulentus, uel nimius, qui uel maligna qualitate, uel ſui copia calorem partis natiuum obruat. Nec minor eſt etiam ſcarificationis uſus in tollenda plenitudine, ſiue eam conſuetæ excretionis ſuppreſſio, ut menſtruorum aut hæmorrhoidū, ſiue otium, ſiue alia quæuis cauſa induxerit. Cæterū, ut monet Antyllus, pars quæ ſcarificari debet, prius, ſi fieri poſſit, lauanda eſt: ſi minus, aqua tepida quouſque ruſceat perfundenda eſt, aut ſpongiis fouēda, aut ſoli igniue exponenda. Inciſiones etiam faciendæ in cruribus, abdomine, thorace, dorſo, ceruice κατ' ὀρθοίαν, in capite ſecundū capillorum poſitionem, in frōte autem per tranſuerſum. Debent etiam magnitudine inter ſe æquales eſſe, & paribus diſtare interuallis. Scarificationis autē principium idem conſulit ab infernis partibus ſumēdum eſſe: ſic enim fieri ut ſanguis ad ſuperficiarias partes decurrens eam non obſcuret quæ poſteà ſcarificanda uenit. Prætereà uerò ſcarificationem non κατὰ πλάγιν, δηλὰ κατὰ ſυμμόν, hoc eſt, non punctim, ſed caſim faciendam eſſe, quod ita minus doloris moueat.

Ἐγχυρῶδες. grumofum, granuloſum, micæ frequentes habens, cuiuſmodi mannā & thus eſſe oportere Dioſcorides ſcripſit. Hermolaus cartilagineum interpretatus eſt, quod à multis non probatur.

Ἐγχυρῶδες. ſolet Hippocrates uſurpare ὡδὶ τῆς ἐρεθδόντων ἐς δὲ ληλα, hoc eſt, de iis quorū alterum alteri inhaeret. ut annotauit Galenus comment. 3. ἐς δ' ὡδὶ ἄρθερον.

Ἐγχυμα.

ἔγχυμα. infusio. Species altera est τῆς πλεονείας, hoc est, plenitudinis & copia humorum, ea videlicet quam locus continens metitur. Cum enim duplex sit omnis multitudo una ad vires, altera ad vasa, illam τὴν πλεονείαν, hanc τὴν ἔγχυμα πλεονείαν appellant. Siquidem vasis tantum humoris affusum videtur, quantum ipsa capere & continere possunt. Non ad animantes modo pertinet, sicut ea quæ ad vires dicitur, verum etiam ad inanimata etiam aenea ferreaque: quod hæc quoque conclusio in iis copiosiore spiritu, rumpuntur.

ἔγχυμα. est sanguinis & humorum in partem aliquam naturalis effusio, per quam & partis eius venula repletur sanguine, & color viuidus parti redditur. Sic Hippocrates usurpat lib. 2. τῆς ἐπιδαμ. scribens, ἰδι πιδδίαρ ὀξυθυμῶν ἐμποιεῖν, καὶ χροματὸς ἀαλίψι & ἕκτα καὶ ἔγχυμώσεως. Nam, ut ait Galenus, ἡ ὀξυθυμία nativum calorem excitat & accendit. Est ergo ἔγχυμα siue ἔγχυμωσις affectio secundum naturam, differtque propterea ἀπὸ τῆς ἐκχυμώσεως, quod præter naturam est.

ἔσρα. sedes. anus. podex. dicitur & Græcis alio nomine δακτύλιον & πέλαις. Est meatus ventris inferior, continendis transmittendisque excrementis destinatus. Cum enim veter totus peritonæo undique conclusus sit, duo tamen in eo sunt meatus, superior quidem ad stomachum, πύλωρος dictus: inferior verò hic de quo nunc nobis sermo est, ad rectum intestinum, cuius ora ultimæ incumbit. Est autem instrumentum vacuandis excrementis comparatum. Cuius generis instrumenta cum sint duplicia, aliis excrementorum effluuium intempestivum cohibentibus, aliis verò tempestivum incitantibus, ea quidem ne intempestivè & præpropere labantur, musculi sedem ipsam constituentes non sinunt. Sunt autem duo ad sedem musculi, quorum unus rotundus est, solutus, & sine pari siue opposito musculo, per transversum ipsi circumfusus, adeo ut rectum intestinum exactè & firmiter occludat, & excrementa intus contineat. Substantiam habet labiorum parti ultimæ similem, mediam scilicet inter cutem & musculum, eundemque quæ & musculus usum præbet, præterquam quòd actionis robore multum illi musculus præstat. Eum anatomici σφιγκτήρα appellant, quòd anum adstringat: qua in re musculo vesicæ similis est. In eo perinde atque in musculo vesicæ plurimi errarunt, quasi ad excretionem superfluitatum conditus esset, neque perpèderunt quòd eo resoluto tantum foras excrementa prodeant, nobis etiam inuitis. Itaque musculus hic nihil agit ad excretionem, sed iis etiam reluctatur qui eam moliantur, nec nisi onere vel acrimonia vel alia causa irritatus relaxatur, adeo ut transmittendis potius quam expellendis excrementis inseruire videatur. Hic autem sicut proprium & à musculis diversum motum, ita & formam diversam possedit. Est enim contractis crumenis similis & rugosus, unde etiam anum Latini dixere, quemadmodum quibusdam placere video: quanquam alij quasi annulum sic dictum fuisse contèdant, quòd δακτύλιον à Græcis appelletur. Alter verò sedis musculus est geminus vel etiam tergeminus (eum namque in duos vel tres dividere possis) qui obliquè supra rotundum musculum situs, sedem sursum retrahit. Quò fit ut si quando resoluatur aut reddatur imbecillior, sedem ipsam prociduam & prolabentem, ut in magnis contentionibus corporis fieri aliquando solet, sursum retrahere & reuocare non possit, sed ea omnino eversa maneat, nisi manu reponatur.

ἔσρα. apud Hippocratem lib. de vulnerebus capitis, est ossis fracturæ species eiusmodi ut in eo teli vestigium remaneat, atque appareat quæ telum impactum fuit. Quem

DEFINIT. MEDIC.

quidem affectum à telo acuto fieri necesse est. Author Galen. comment. 2. εἰς τὸ πᾶσι ἀγμῶν. Idem verò scribit in lib. de causis morborum eo nomine peculiariter designari solutam in ossibus capitis continuitatem ab aliquo acuto occursante atque abscondente, vocarique etiam ἰσχυρὰ ἔσθ' Ἀσχυρὰ, ut habetur apud Hippocr. lib. de vulner. cap. Cum verò idem scribit εἰς τὸ μολαίῳ, κατὰ νεύρα σου δὲ τὰ ὑπερέχοντα εἰς ἔσθ' ἡ πῶρι ἢ δέναι significat τὴν οἰκίαν τὸ πορ.

ἔερχεται. ἐναπολαμβάνονται. comprehendunt, constringunt, apud Hippocratem.

ἔδειξεν. dixit Hippocrates ἀπὸ τῆς δυνάμει, id est, velle, pro posse. quemadmodum etiam Homerus, οὐδ' ἔδειξε πτόρεα. Iliad. φ. sicut annotavit Gal. comēt. 3. εἰς τὸ πᾶσι ἀρθερῶν.

ἔθος. consuetudo. Est natura longo rei cuiuslibet usu acquisita. Alij alteram, hoc est, secundariam naturam esse diffiniunt: sic enim frequenti usu rei cuiusvis natura ei assuescit, ut eam, perinde ac si naturalis esset, amplectatur. Ceterum ea contrahi potest in omnibus rerum nō naturalium differentiis, aëre, cibo, potu, motu, quiete, somno, vigilia, excretis, retentis, & passionibus animi. Earum enim rerum tantum consuetudo esse dicitur, in qua tantum usus valet, ut rei, etiam natura contraria, consuetudo nonnunquam inducatur. Itaque si cōsuetudo transit in naturam, patet vim eius non esse minimam tum in tuenda sanitate, tum in depellendo morbo, & magnam siue salubris victus inveniendi, siue agrorum curationis ex consuetudine sumi indicationem. Siquidem ea singulorum corporum naturam evidētius quàm reliqua omnia ostendit. Si namque omnes temperamentorum notas in unum colligas, hæc longissimè absunt ut parem ei quam consuetudo præstat faciant fidem: quando, si quis per sanitatem frigidam perpetuò biberit, nulla in re iecinore, vētriculo, renibus aut aliis visceribus offensis, planum est ex eo, non consultis etiam aliis signis, valida sanaque illi esse hæc viscera. Nec verò non offenditur solùm aut defatigatur consuetudine, verum etiam impensè delectatur natura, adeò ut ea quibus longo tempore assuevimus, & si deteriora sunt, insuetis tamen minùs molesta esse soleant, quemadmodum Hippocrates prodidit. Ipse etiam inter maximè necessarios scopos curationis eam constituit, eique secundam à natura indicationis vim assignavit. Primum quidem naturam ipsam inspiciendam seruandamque vel etiam restituendam esse docens, nisi quatenus pro cuiusque consuetudine variandum sit.

ἔθραυσεν. pupugit, stimulavit, apud Hippocratem.

εἶδος. species. pars quæ generi subiicitur, quæ aliis nominibus εἰσφορὰ ἔσ' ἑρὸς à medicis dicitur, ut scripsit Gal. comment. 1. εἰς τὸ κατ' ἰντέρον. Dicitur etiam εἶδος corporis natura & temperamentum, ab eo qui edidit quæ in extremo libro de natura humana habentur, ut Galen. in comment. annotavit.

εἰλαμίδης. mēbrana quibus cerebrū involuitur, quæ proprio nomine μίμηγδης vocatur.

εἰλώρον. est intestinum ordine à ventriculo tertium. Incipit ubi ieiunum desinit: eo scilicet loco, in quo chylus iam crassior effectus incipit consistere: chylus enim admodum liquidus è ventriculo prodiens facilè per ecphysim & ieiunum intestinum effluit: exuctus verò à venis quæ ieiunum circumstant, attractaque liquidiore eius parte, paulò crassior redditur, & in ileo diutiùs cunctatur, præsertim obtusa iam bilis acrimonia in ecphysim excreta, ileoq; ab ea minùs demorso atque irritato. Indè igitur ileon incipiens, desinit ubi crassa intestina incipiunt, quorum primum ileoque vicinum τωφλόν, hoc est, cæcum appellatur. Dictū est εἰλώρον à multis anfractibus & circunvolu-

circunvolutionibus, atque ab eo morbus qui αλωος vocatur. Idem verò & λεπὸν, hoc est, tenue simpliciter dicitur, nomine duobus etiam prioribus communi.

Εἰλωος. Est tenuis intestini obstructio peracuta & dolorifica, nihil sinens deorsum descendere. Sed nihil vetat etiam in crassiore intestino obstructionē eiusmodi fieri, ut scribit Gal. commēt. 2. in lib. 3. τῆ ἐπιδημιῶν. Hæc tamen minùs acuta, dolorifica periculosaq; est, quàm ea quæ in tenuibus consistit. Id quod fortè fuit in causa cur Diocles Carystius, ut scribit Celsus, plenioris intestini morbum αλωος nominarit, quamquam, ut idem ait, mutata est postea nominis significatio, & tenuioris intestini morbus αλωος cæpit vocari, qui antè χορδαλὸς dicebatur. Sunt autem huius morbi symptomata signaque ventris tormina, stomachus multa humiditate perfusus, exolutiones animi, ructus inanes, vomitus pituitosi & biliosi, & inde aliquando desipientia & conuulsiones. Morituris verò sudor frigidus, urinae difficultas, podex ita adstrictus, ut vel specilli extremum nequeat admittere, & vomitio stercoris. Verùm hæc omnia non omnibus pariter contingunt: unum tantum est huic morbo proprium inseparabile quòd nihil ad inferiora descendat, nisi fortè liquida quedam pauca & serosa. Vomitus non semper adest, sed morbo tantum exitiali: quod si vehementiùs æger laboret, stercus in os usque ascendit & singultus oritur. Cùm enim intestina quæ hoc malo tentantur appetant à se expellere quod nocet, quòdque iam longo tempore cæpit esse molestum, nec se propter obstructionem exonerare possint, concitant violentiùs noxiam materiam, & in partes superiores contra naturam propellunt. Obstructionis autem causæ sunt cruditates, & continua ciborum corruptio, lethalia medicamēta, enterocœle, inflammatiō, colicus affectus, & aliquando stercoris nimia resiccatio. Nomē hic morbus habet à parte affecta (αλωος enim dicitur tenue intestinū quod hoc malo prehenditur) vel symptomate, ut scribit Gal. lib. 2. meth. medendi, quòd per eū intestina αλωου, hoc est, cōuolui videatur: undè & quidā Latine voluulū dixere. vocatur & alio nomine χορδαλὸς, quòd qui manū loco dolēti admouerit, τὸ χορδῆς ἀπέται, hoc est, chordā attingere videatur, propter partis affecta tensionem. Εἰρ & . vocabulū est ab Hipp. usurpatum, de quo sic scribit Erotianus, alios quidē existimasse sic dici ὀγκιλικμὸν & circūscriptionē tumoris scirrhusi in liene consistētis: alios vero malam totius corporis affectionem interpretatos esse, sed neutros rectè sentire, quòd εἰρ & febris species sit.

Εἰρῦναι. hoc est, ἔλκεται, apud Hippocratem in prorrhético.

Εἰσβολή. dicitur in accessione primus eius insultus primaque aggressio. Est autem, ut ait Gal. lib. de morb. temporib. tēpus indiuisibile & exactè primum à quo ipsa accessio incipit. dicitur alio nomine ἐπισημασία. vide suo loco.

Εἰσπνοή. inspiratio. Est pars respirationis qua aër intra pulmonem per os & nares trahitur ad cordis refrigeriū. Is enim præcipuus est & necessarius inspirationis usus, cui & alius accedit, nimirum spiritus vitalis nutritio. Siquidē attracti per inspirationē aëris calidior, tenuior, puriorq; portio in eius nutrimentū cedit, primū quidē in pulmonis carne elaborata, deinde verò in sinistro cordis vētriculo percocta & cōfusa sanguinis vapor, qui ex dextro vētriculo profiscitur. Sūt autē inspirationis multa instrumenta, os, nares & aspera arteria eiuq; bronchia per pulmonis substantiā diffusa, per quæ spiritus intromittitur, pulmo, qui aërē continet non suis modò maioribus spatius sed etiā minimis (est enim eam ob causam factus à natura spōgiosus, mollis &

DEFINIT. MEDIC.

aërius) adeò ut totus spiritu plenus distendatur, & præterea diaphragma & thorax & thoracis externi musculi. Cum enim inspiratio voluntarius motus sit, aut omnino mistus ex naturali & voluntario motus, eam quidè musculi ut efficiant oportet, quos natura plurimos pulmone circumposuit. Nec tamen omnes omnem inspirationem edunt. Siquidè si modica est inspiratio, ad eam satis est unum diaphragma, quod deorsum descendens satis magnum pulmonibus spatium concedit quò sese dilatent & aërem sufficientem excipiant. Sin autè magna debet fieri inspiratio, præter diaphragma, quod est præcipuus respirationis musculus, thorax etiam modicè attollitur & dilatatur eorum musculorum ope qui inter costas interius conditi sunt. Verùm per maximam inspirationem præter diaphragma & eos musculos accedunt & ij qui thoraci extrinsecus incumbunt, ab humeris ad partes thoracis superiores derivati, & octo in super musculi epigastrii quorum omnium concursu thorax quam maximè fieri potest distenditur: cui quidem maxima inspirationi contraria est maxima expiratio quam proprie ἐκφύσησις appellant. Caterùm de musculis id unū scire oportet, eos qui inspirationem absoluunt quatuor esse, duos internos & duos externos: ex internis quidem unum qui ex clavicula in primæ costæ cartilagine ad sternon usque protenditur, alterum verò qui ex omoplate basi ad costarum novem superiorum ossa procedit. Externorum verò unum qui ex vertebrae cervicis in quatuor costas superiores inseritur, alterum verò qui ex spinis lumborum & metaphreni in quatuor costas inferiores peruenit. Quibus quidè distinctis, facile iam erit loca pleraque Galeni de respiratione intelligere.

ἐκκαταίου ἐμπλάστου. emplastrum est ab Hecateo compositum, præditum vi extrahendi. Recipit galbani P. XII. fuliginis thuris P. XIII. picis P. XVI. ceræ & resinæ terebinthinæ singulorum P. XVII. quibus paucum unguenti irini miscetur.

ἐκκατομβίου. nomē collyrii quod huiusmodi est. Cadmiæ vstæ lotæque, aris cremati & eloti, singulorum drach. VII. stimmios combusti, acaciæ rubentis, gummi, singulorum drach. X. aloës, gallæ, æruginis vermicularis, castorij, lycij, spicæ nardi, croci, opij, myrrhæ, cerussæ, ebeni ramenti, chalcitidis, singulorum drach. I. rosarum drach. LX. aqua pluvia teruntur. Detergendi vim habet, & crassas oculorum cicatrices extenuat.

ἐκκατοντάραχου. species est τῆς σαλευσῆς collyriorum: sic dicitur quòd uniuersa eius structura sit drachmarum cētum. Recipit autem aris drach. XII. cadmiæ drach. X. myrrhæ drach. III. acaciæ drach. XXX. opij drach. III. gummi drach. XXX. croci drach. I. Excipitur aqua, valet ad sistendam fluxionem, præsertim ubi affectio ad concoctionem peruenit, Aëtius.

ἐκκατοντόσραχου. nomen est viridis emplastri ab Andromacho compositi hunc in modū: Ammoniæ thymiamatis drach. VII. squamæ aris drach. XII. pollinis thuris drach. XVI. resinæ pinus drach. XII. adipis vitulini drach. XIII. terebinthinæ drach. VII. ceræ drach. XXX. acetum quantum satis est. Hoc magna vulnera glutinat, sordida ulcera exterget, crassa ipsorum labia deterit, sinus contrahit, discutit & repellit, & cauis ulceribus inditum ea carne implet: sic dicitur quòd centum drachmis constet, Aëtius.

ἐκβολία φάρμακα. sunt medicamenta quæ abortum faciunt, quæ & φθόρα appellatur. Eadem & fœtus demortuos extrahunt.

ἐκβράσματα. sunt papulae ardentes & feruidae, quæ alio nomine ἐκτίματα dicuntur, diuersæ

νετσε ἀπὸ τῆς Ἰσοδύματων.

ἐκ βροχῶν. ἐκ βάλανι, eiicit, expellit, apud Hippocratem.

ἐκ βυρσάματα. dicuntur à medicis recentioribus τὰ ὑπερῶντα ἀρθρα, hoc est, articuli excedentes, ut annotavit Gal. comment. 4. εἰς τὸ πᾶσι ἀρθρα.

ἐκ δεξιμ. Ἀφθολῶ, successionem, apud Hippocratem.

ἐκ δειλα. dicuntur medicamenta quæ utendi vi prædita cutem abradunt & exulcerant, ἀπὸ τῆς ἐκδιδου, quasi excoarantia, qualia ex catharidibus apparari possunt, ut habetur apud Dioscoridem libr. 3. πᾶσι ἀμμυ, quod ille eiusmodi medicamentis resistere prodidit.

ἐκ ζέματα. sunt pustulae ardentes & feruida, dolorem cientes, citra saniem. Ingens enim feruor omnem materiam absorbit.

ἐκ θηλώειν. effeminare, χαλινοῦ, corpus molle & laxum reddere, ac proinde imbecillius facere. sic libr. 6. τῆς ἐπιδημῶν Hippocrates τῆς σκελεῶν ἐκ θηλώειν intellexit, non enim aliud hoc nomine quam crutum imbecillitatem designavit: sunt enim mulieres natura viris molliores & laxiores, & præterea imbecilliores.

ἐκ θλιμμα. exulceratio quæ in summa cute ex compressu nascitur. sic enim appellat Hippocr. ut annotat Gal. comment. 2. εἰς τὸ πᾶσι ἀγμῶν.

ἐκ θύματα. papula per cutem erumpentes, sic dictæ ἀπὸ τῆς ἐκθύειν, quod significat ἰσορροπῆν, hoc est, impetu ferri & erumpere. Ortum habent ab humoribus superfluis & tenuibus. Ideo in cute leuiter extuberant, quod tenues humores exulcerationem potius quam tumorem creent. Dicuntur & alio nomine, ut ego arbitror, ἰσορροπῆματα: neque enim harum vocum discrimen ullum comperi. Eius generis sunt tum quæ per febres ardentes exeunt, tum variola vulgò dictæ & morbilli.

ἐκ κη. σαρκῶν. dicitur medicamentum acre & partium per adustionem tenuium, poros omnes corporis expurgans: idem alio nomine etiam ἐκ φρακτικῶν appellatur, hoc est, obstructions tolles. Contrarium est emplastico: nam neque viscosum est, neque mordacitatis expers, sed nitrosum & subtile. Eiusdem est generis cum τῷ ἐν πικῶ: differt tantum per magis & minus. Nam quæ in superficie sordem auferunt, siue in cute siue in ulceribus, ἐν πικῶ dicuntur: quæ verò poros etiam expurgant, subtiliorum sunt partium & maioris energia. Sunt autem ea facultate duplicia, tum nitrosa, tum amara. Nitrosa quidem cutis extrema poros expurgant: amara verò, præsertim si adiuncta est aliqua adstrictio, meatus minores, cuiusmodi sunt in cute, purgare non possunt: maiores verò meatus qui sunt in alto corpore, purgare abstergerè que possunt. Nam foris meatuum exiguitas prius ab adstrictione medicamenti occlusa, quam probe queat repurgari, non admittit in altum abstergentem facultatem. Ergo ἐκ κη. σαρκῶν sunt omnia nitrosa & amara: cuiusmodi sunt per se nitrum, aphronitrum, abrotonum: similiter & erui & lupinorum farina, maxime si amara fuerint, & amygdala amara, & urtica semen, & iris: vim enim habent crassos lentosque humores extenuandi in thorace, pulmone & iecinore, sed maiorem capparidis cortex, radix tamaricis, scolopendrium, scilla & asplenos, ut quæ maiores etiam lienis obstructions expurgent.

ἐκ κωλίμα. dicitur Hippocrati scapus filphij siue laserpitij quem ipse alio nomine κωλίμα appellat.

ἐκ κωλίμα. ἀπὸ λειπίσας. qui corticem detraxit, apud Hippocr.

DEFINIT. MEDIC.

Ἐκκοπή. excisio. Est caluariae fissura cum ossis offensi ruptura, ut ait Paulus lib. 6. cap. 90. Ἐκκοπέουσι. dicuntur medicamenta imbecillia, quae mouendi tantum stercoris, & ea quae in spatiis intestinorum continentur deiciendi vim habent, non etiam ex alto attrahēdi & vacuādi humoris. In eo genere Galen. aloē collocauit. dicitur ἀπὸ τῷ κόπεον. Ἐκλαπίσσειται. ἀπὸ τῆς ἐκχυφίσεως καὶ ἐκθνήσεως, ut annotauit Erotianus, qui se primum dicit eius uocis interpretem extitisse.

Ἐκλεγμα ἢ

Ἐκλεπτόν. est medicamentum quod ori inditum sensim liquefit & deglutitur: datur ad pectoris & pulmonis uitia: uocatur & alio nomine ἀσπειακόν. Verum Paulus etiā ἐκλέγματος nomen tribuit medicamētis quae deuorantur ad lumbricos lib. 4. cap. 57. dicitur ἀπὸ τῆς λέχεις, id est, à lingendo.

Ἐκλυκισμὸς. ὁ ὑπόγειος, subterrestris, qui desit albus esse, apud Hippocratem.

Ἐκλούδω. περὶ σκελετῶν. apud Hippocratem.

Ἐκλυσις. exolutio. idem quod ἢ λήπουρμια, ut habetur apud Aëtium lib. 5.

Ἐκμαγμία. σμυγμάματιον φύραμα καὶ κροκόμαγμία, massa subacta, apud Hipp. li. πρὸς ἀφόρον.

Ἐκμαίνειν. uehementer furere, apud Hippocratem in prorrheta.

Ἐκμάξει. formare, apud Hippocr. lib. πρὸς ἀφόρον, σακτύλων ἐκμάξει, τὸν περὶ εἰς τὸν κύκλιον ἀναπλάσσει. trochiscos fingere. Significat etiā ἐκδάλλειν, hoc est, exprimere apud Hippocr. lib. 1. de morbis maiore, de spongia & mercuriali & sambuci foliis.

Ἐκματῶσαι. ἀναζητῆν. inquirere & inuestigare, apud Hippocr.

Ἐκμίονται. inquinantur, ἀκρίνονται δὲ σπέρμα, apud Hippocr.

Ἐκνεφίας ὄμβρος. imber cum sole factus, apud Hippocr.

Ἐκνεφίας πυρετός. febris humida simulque inflammatoria, apud Hippocratem, sicut & ἡλιος ἐκνεφίας dicitur quando imber aestuosus est.

Ἐκνύειν. ἐλάφει, strepebat, apud Hippocratem.

Ἐκνύπειν. Ἰκνωλωμένη, explicata, explanata, apud Hippocr.

Ἐκπῶσις. diuaticari & diductis cruribus iacere, μεταφορικῶς uerò etiā Hippocrates lib. de fract. ἐκπῶσις γινώσκου ἐλεως dixit, hoc est, digrediens, diductū, & cuius labra expansa diductāq; sunt, translatione sumpta à cruribus per gressum diuaticatis.

Ἐκπῆξις. expansa. usurpatur hoc uerbum ab Hippocrate in uulneribus quae praeterquam quòd distant amplius quam par sit, utrisque labris expansa atque aperta inter se sunt: id quod ex uehementi inflammatione euenire interdum conspicitur. Cum enim caro ad multam usque altitudinē diuisa, & musculus per transversum sectus fuerit, conglutinatio autem & consolidatio fuerit impedita, tum inflammatio superuenerit, ex qua cutis distenta utrimque labrum sibi annexum retraxerit, utraque in parte ἐκπῆξις, id est, expressum os uulneris redditur. Annotat Gal. comment. 2. εἰς δὲ κατ' ἰσχυρῶν.

Ἐκπίσημα. est fractura caluariae in multas partes, in qua profundius fracta ossicula descendunt & membranam cerebri comprimunt. Significat & ἐκπίσημα apud medicos rei cuiusque retrimentum, quod expresso ab ea succo superest, nec id tantum, sed etiam saepenumero succum ipsum, ut cum dicitur μισροβαλάου ἐκπίσημα, siue quod idem est, μισροβαλάου πίσημα, quod & ἀπόδιμμα & μάγμα appellatur. Sumitur in ea significatione apud Dioscoridem lib. 4. de glande unguentaria.

Ἐκπίσημος. est totius oculi prolapsus extra cavitatem suam. Sic enim oculi aliquando exprimum-

primuntur, ut prominentes permaneant, Avicenna oculi exitum & egressionem vocat: differt ἄρ' ἢ πρὸς τὸ ὄραον, quod in hac vicia tantum tunica, in illa totus oculus foras erumpat. Id malum intellexit Celsus, cum ait, nonnunquam ingentem inflammationem tanto impetu erumpere, ut oculos sua sede propellat. Contingit & his qui strangulantur, ut scribit Aëcius, & in athleticis certaminibus, & feminis quæ in partu præ dolore vehementius distenduntur, aut ex magnis fluxionibus quæ à capite impetu descendunt, vide πρὸς τὸ ὄραον.

Ἐκ τῶν γὰρ. vehementer & ad stuporem usque metuere, apud Hippocrat. ut annotat Gal. comment. in prognost.

Ἐκ τῶν ληθῆν. timor subitus & vehemens. huic contraria est voluptas maxima, quam ὠδύνην quasi excessum gaudij appellant. Author medicarum definitionum dicit esse mentis abalienationem quæ ex repentina aliqua perturbacione extrinsecus provenit. Multi syderationem & tabem interpretantur. Galen. comment. aphor. 14. libri 7. Ἐκ τῶν ληθῆν esse scripsit cum quis ex morbo nec loquitur nec quicquam agit, sed apertis oculis quietus manet, veluti præ timore attonitus. quo loco obstupescencia ab interprete vertitur.

Ἐκ πνοῆ. expirationio. Est motus respirationis quo spiritus foras fertur. Constat enim respirationis geminis partibus seu motibus sibi contrariis, uno quo spiritus intro subit, & ἄνω πνοῆ appellatur: altero quo spiritus è pulmonibus redit, qui contrario etiam nomine ἔκπνοῆ dicitur. Ea solius septi transversi, quod φρενῶν appellant, opus est, quemadmodum & inspiratio, ut scribit Gal. lib. 2. de motu muscul. neque ab ullo thoracis musculo perficitur. Sed nec constricto quidem pectore fit, ut nec inspiratio eò dilatato, si modo sine vi foras spiritus feratur aut trahatur, sicut se aliquando Romæ in celebri virorum doctorum cætu demonstrasse Gal. prodidit lib. de præcognitione. Itaque quod ipse scribit tum libr. 4. de locis affect. expirationem fieri ab uniuersis musculis thoracem contrahentibus, tum in libello de causis respirationis, internos qui circum costas sunt musculos expirationem perficere, non est de simplici expiratione intelligendū, sed de violentiore, qualis per febres fit & apoplexias & post magnam exercitationem. Tunc enim magna violentaque expirationis est ἔκπνοῆς proprie dicta, à musculis tum intercostalibus, tum iis qui ex scapulis & dorso ad thoracem feruntur, facta. Maximam enim inspirationem externi, maximam verò expirationem interni intercostales absoluunt, ex costæ superno latere in supraposita lateris infernum oblique inserti. Est autem expirationis usus aërem, qui præcedente inspiratione attractus fuerat refrigerandi cordis gratia, foras expellere, ut alteri frigido aëri rursum inspirando locum faciat. Siquidem aër per expirationem nihilo fere paucior redditur quam qui per inspirationem attractus est. Quo in opere cõtingit etiam permulta simul fuliginosa excrementa quæ à sanguinis vstione in corde & pulmonibus redundant, vacuari. Ipse enim aëris motus & impetus, multa eorum quæ ex sese transire nequeunt, unà secum trahit rapitque:

Ἐκ πνοῆ ἡ

Ἐκ πνοῆς luxatio, hoc est, ossium è propria sede excessus sine fractione. Nec verò id modo significat, sed etiam ἰζῶν θρασύη siue ἰζῶν θρασύη apud Hippocr. ut Gal. annotauit initio comment. ἐς τὸ πρὸς ἀγμῶν. Est autem duplex omnis luxationis differentia, una sursum, cum à musculorum contetione articulus ad supernum locum trahitur: altera

DEFINIT. MEDIC.

extrorsum, cum in partem anteriorem aut posteriorem, dextram aut sinistram emotus transit. Omnis autem eiusmodi luxatio aut simplex est aut composita. Simplex quidem est cum luxationi nihil insuper accessit, non ulcus, non ossis denudatio aut fractio. Composita verò est cum præter luxationem aliquid eorum accessit. Causa verò omnis luxationis duplex, externa, vis omnis quæ articulum loco mouere potest, interna defluxio humoris articulum præ copia vel mollitie loco propellentis.

Ἐκπίωμα. dicitur ab Hippocr. uniuersi puris collectio tumore aliquo, qui præter naturam est concocto, & ἐκπίσκειν ad suppurationem perducere.

Ἐκρήγμασι. ἀρρήγμασι ῥακῶν. scissuris pannorum apud Hippocratem.

Ἐκρυθμός σφυγμός. pulsus ecrhythmus. Est pulsus arrhythmus, qui nullius ætatis, naturæ, temporis aut reliquorum rhythmum retinet, vel, ut ait P. aulus, qui omnem prorsus eurythmiam euertit. Tertia species est pulsus arrhythmi. de quo uide ἀρρυθμός.

Ἐκρῦσις. effluxiones. Aristot. lib. 7. de histor. animal. scripsit sic vocari eas conceptus corruptiones quæ intra septimum diem fiunt, abortiones verò ἐκρῦσις usque ad diem quadragesimum appellari.

Ἐκσάρωμα. non aliud est quam ὑπερσάρκωσις, hoc est, carnis excrescentia.

Ἐκσουργωῖται. ἀνασουργωῖται. aperiuntur, apud Hippocratem.

Ἐκστασις καὶ ἔκστησις. dicuntur apud Hipp. de vehemēti motione & abetratione mētis, eadē prorsus significatione qua μανία & ἀμαρῖναι usurpat, ut annotat Gal. initio cōmēt. 3. in lib. 3. epidem. & commēt. 1. in prorrhēt. fit à flaua bile uisita, per cerebrum diffusa, uigiliāsque habet coniunctas, atque ideo comati contrariam esse Gal. scribit. Ea non est quam plerique interpretantur abstractionem mētis à corpore, ad contēplanda cœlestia, quam alionomine ἀναγωγὴ appellant. hæc enim morbus non est.

Ἐκστατικὴ δὴαμις. dicitur facultas quæ vim habet abalienandi animum, qualis est in hyoscyamo, coriandro uiridi & ephemero.

Ἐκσρόα. dicuntur medicamenta hæmorrhoidibus cæcis extrahēdis aperiendisque conuenientia, quò postea facilius medicamēta adhiberi possint. Eiusmodi aliquot Gal. recenset lib. 9. τῆν κ' τὸ πρῶτον.

Ἐκπύς. mēsurā Attica, octo chænicas capiens. sic dictus est quòd sit sextarius medimni.

Ἐκλυή. hæctica. Geminam habet significationem. Vna quidem dicitur, omnis febris solutu difficilis, siue sit pituitosa, siue melancholica. Opposita est τῇ ἄκλυῃ, hoc est, febrī solutu facili. Vt enim ἄκλις qualitas est à subiecto facile mobilis, ἔκλις verò agrè mobilis, sic ἄκλυῃ & ἔκλυῃ inuicem opponuntur, ut scribit Gal. lib. 8. meth. medēdi.

Alterā verò significatione speciatim magis dicitur quæ & putridæ & diariæ opposita sit. Retinet tamen eandem nominis rationem: sicut enim ἔκλις agrè separatur à subiecto, sic hæctica curatu difficillima est, vel ἄκλυῃ dicitur quòd in habitu corporis, quem ἔκλυον appellant, tanquam in subiecto consistat. Est enim hæctica febris calor præter naturam in solidis partibus accensus. Hæc cum unicam habeat accessionem ab initio ad finem usque & mortem, diuiditur tamen in tres species à varia corporis dispositione sumptas. Prima est hæctica tātum, in qua corpus cordis & cæteræ partes solidæ iam primùm sunt incensæ: durātque hæc species quādiu in corpore cordis & aliis partibus solidis humor substantificus & radicalis, terreas ipsius partes glutinans, adhuc multus superest, ipsum calorem igneum nutriens & fouens, quomodo oleum, cera, sepum & similiter pinguia in ellychnio flammā alunt. Hæc cognitu difficillima

ficillima est, curatu verò facillima. Altera extrema est *μαρasmus* dicta, quòd *μαρasmus* calidum siccum habeat adiunctum: sic autem dicitur cum humor ille omnino absumptus est, partesque omnes solidæ, non solum corpus cordis, velut vsta sunt & versa in cinerè, ut putrefacta & vsta omnia, qualèque exustum est ellychnium quod nullius olei affusione non amplius ardet: sic enim absumpto humido substantifico, calor natiuus extinguatur, nec potest instaurari. Ob id hæc ut nullius visum & tactum latere potest, sic nunquam curationem recipit, & hanc à *μαρasmus* simplici, qui solius siccitatis excessu provenit, & composito frigido sicco senibus familiari, & quibusdam etiam pueris hydrope, lumbricis vel aliter atrophiam sine febre laborantibus, separat Gal. lib. i. de differ. febr. qui tamen nomine *μαρasmus* alterius compositi, id est, calidi sicci, hectica istam speciè comprehendit lib. de *μαρasmus*, atq; etiã aliquando *μαρasmus* pro hectica *μαρasmus* modo accipit, ut quandoque *μαρasmus* nomen minus latè pateat quàm lib. de *μαρasmus*. Tertia hectica species inter has media est, nunc illi, nunc isti propior, ut satis magnam latitudinem obtineat, uti etiam extrema duæ. Maioris enim & minoris ratione omnes hæc tantum differunt. Cum autè siccitas sit triplex, una sanguinis penuria, in propriis cuiusq; particula exilibus venis & arteriis: altera ex absumpta omnino humiditate propria in omnibus animalis partibus contenta, & roris modo sparsa, ipsas nutriente, quæ solo alimèto instauratur: tertia ex solida similarium partium substantia siccata, hectica tres species in his duabus postremis videntur esse, aut fortasse verius in solo humore substantifico & radicali siue tertio. Caterum hectica febris magna ex parte & frequèntissime sequitur febres ardentes, biliosas & æstivas, non etiam hybernas & pituitosas, cum ea laborantes calidi sicci, à causa calida sicca, in aère calido sicco, calidiores & sicciores evaserunt, vel ex longiore ieiunio, vel victu tenui, & eo calido sicco, nec frigida humida ab his tempestivè sumpta sunt vel admota. Interdum in homine calido & sicco nascitur à causis calidis & siccis, ira, mærore, cura, vigiliis, æstu: Interdum à phthisi & dysenteria & lienteria & principum viscerum aliis morbis, ex quibus alimentum vel non retentum vel malè coctum vel vitiatum partes solidas non humectat, quæ propterea alimento destituta, & calorem acriorem & febrilem concipientes resiccantur & incalescunt. Has tamen febres nõ propriè hecticas, sed potiùs symptomaticas quidam censent esse. Signa autem triplicis hectica à Galeno tradita sunt lib. i. de differ. februm, inter quæ maxima sunt oculi caui, squalor & siccitas totius corporis, sed maximè frontis, collapsa tempora, venter infetior extenuatus, & præcordia versus thoracem vehementer contracta, pulsus tenuis, durus, debilis, frequens, calor tangenti primùm quidem mitis, sed postea acer & rodens: nec tamen ager se febricitare sentit, non quidem ob caloris exiguitatem, ut qui mordax sit & medico molestus, sed quia alteratio illa diutina & paulatim facta est, non autem affatim, quòdque hectica intemperies omnino æqualis sit. Habet & hoc hectica proprium quòd sumpto semper alimèto in ea calor augetur, & pulsus maior & velocior fit, quamdiu cor ab alimento humectatum, intemperatum minus est, ob idque robustius evasit & ad motus magis expeditum, quod quidem febris hectica maximum, indubitatum, & inseparabile argumentum habetur.

ἐκλυὸς σφυγμὸς. hecticus pulsus. Est species inæqualis pulsus in una pulsatione & diversis arteriæ partibus, còfinis formicanti, qui Græcis *μυρμυκίον* dicitur, sed eo ad-

DEFINIT. MEDIC.

huc minor. Phthisi, empyemati, & febrī hectica proprius est. & sicut hæc, ita nec ipse magnam collamutationem sustinet, sed perpetuo similis manet, hoc est, gracilis & parvus, quia propter siccitatem in longum & latum diduci nequit arteria: & debilis, ob facultatis vitalis imbecillitatem, & præterea frequēs: quia cum propter auctum calorem pulsus velox esse deberet, nec tamen talis esse hecticis possit propter virium infirmitatem, necesse sit frequētia magnitudinem & velocitatem suppleri.

ἐκθῆλον. ἰλλεβόρου μέλαιον, veratri nigri, apud Hippocr. alij tamen ἔντομον legunt.

ἐκθῆλον. apud Hippocratem aliquando non significat extra, quæ loci differentia est, sed præter: in qua significatione & à Demosthene & aliis rhetoribus usurpatur, cum dicunt aliquid ἐκθῆλον τῆς πράξεως, hoc est, extra rem, sine præter rem dictum factum esse, ut annotat Gal. comment. ἀς τὸ κατ' ἰκτῆρον.

ἐκτραχίς. ægroti inclinatio ad latera, siue sit totius corporis, siue eius partis dūtaxat quæ ægra est, ut annotat Gal. comment. 1. ἀς τὸ κατ' ἰκτῆρον, & ἐν ταῖς γλωττίαις.

ἐκτροπιον. est affectus inferioris palpebræ oculū contegētis, ita inuersæ & retractæ deorsum, ut parū sursum attollatur, sed pendeat & hiet, neque ex toto oculum integat. Quod vitium si palpebræ superiori acciderit, λαγύφθαλμος dicitur: sed tamē λαγύφθαλμος naturaliter contingere potest, ἐκτροπιον verò non nisi à causa præter naturam, ut cicatrice, carnis excrescentia, relaxatione, à medicamento, sutura vel vstione inartificiose, interdum etiam senectute.

ἐκτροσις. abortio, non omnis quidem, Aristotele authore, sed quæ ad diem vsque quadragesimum fit: quemadmodum ἐκτροσις quæ intra diem septimum contingit, de qua vide paulò antè.

ἐκπιπίνα. ἔρημα. ἐκβροχία. ἐκφύα. erumpit, expellit, ebulit, apud Hippocratem.

ἐκφρακτικὰ. dicuntur medicamenta quæ pororum obstructions expurgant, facultate nitrosa & amara: dicuntur alio nomine ἐκκαταρκτικὰ, de quibus supra.

ἐκφύσις. efflatio siue exufflatio. Est, ut ait Galen. lib. 2. de motu musculorum, ἀθροία τῆς πνέματος ἔξω φορά, hoc est, expiratio confertim facta. Eius opifices sunt musculi omnes intus inter costas siti, adiuti etiam iis qui ad thoracem perueniunt ex scapulis & dorso, atque aliis etiam magnis qui in epigastrio habentur: efflationis enim gratia eos factos esse Galen. docuit lib. 4. de usu partium. Propria est vocis materia, neque vox citra eam fieri potest. Differt à simplici expiratione tum violentia, tum musculis à quibus efficitur. Nam & paulatim expiratio fit, & à solo septo trāsuerso. Gal. lib. 4. loc. affect. duplicē statuit τὴν ἐκφύσιν, unam ἀποφύσιν, alteram ἀποφύσιν, de voce verba faciens. vide in dictione ἐκπνοή.

ἐκφυσις. est intestinum à ventriculo primum. Id ventriculo coniunctum est, nec protinus in circumuolutiones reflectitur, prius quàm iis locum præbuerit quæ in medio inter ventriculum & ieiunum spatium locari necesse erat. Itaque cum intestinorum propria videatur esse circumuolutio, quidam ipsam ἐκφύσιν non dignantur intestini nomine, sed vel simpliciter ἐκφύσιν, vel ἐκφύσιν δωδεκαδίκτυλον, vel etiā absolute δωδεκαδίκτυλον appellant, quòd duodecim ferè digitorum longitudinem aquet. Sunt verò & qui non totum eum processum ἐκφύσιν appellandum censent, sed ipsius tantum officium quo dependet à ventriculo. Caterum ad hoc intestinum meatus defertur, qui bilē ipsam ex hepate in ipsum dimittit.

ἐκφυσις. in osse dicitur idem quod ἀπόφυσις.

Ἐκχύμωμα ἢ

Ἐκχύμωσις. *fugillatio. est sanguinis sub cutem per grumos effusio. Cutis affectio est. eius causa, ut plurimum contusio carnis est, à qua cum exigua venæ diuortium perpesa fuerint, sanguis per diapedesim profunditur, & sub integra cute colligitur per grumos. Inde tumor excitatur tactu mollis & cedens, & magna ex parte indolens, nisi quatenus ex contusione dolor est, & principio quidem rubens, deinde progressu temporis liuidus & niger. Ac cum in phlegmone quoque sanguis è vasis effundatur, distinguit tamen phlegmonem ab ecchymosi Gal. aphor. 20. sect. 6. quòd in phlegmone sanguis per musculorum cavitates sola ratione contemplabiles secundum minimas sui partes effunditur: in ecchymosi verò in spatia effluit quæ venis circūiacent. Species ecchymomatis sunt ὑπόπυον, & ὑπόσφραγμα, & sanguinis ad unguis cōkursus ex plaga. Id quidem propriè significat Ἐκχύμωσις: Hippocrates verò aliquando generalius appellat, effusionem omnē sanguinis è vena, & inanitionē quam alio etiam nomine ἰασιώσιον vocat, ut annotauit Gal. comment. 2. ἐς τὸ πρὸς ἀγμῶν.*

Ἐλαία. *olea. Arbor est saligneis ferè frondibus & perpetuis, angustis, quæ tam breui innituntur pediculo, ut quasi defixæ cohæreant: floribus pusillis quidem, sed foliatis, fructum ambiētibus, baccis maturitate nigrantibus. Huic supina foliorum, contrà quàm cæterarum, candicant magis quàm prona, minúsque sunt læuia, vertunturq; mox post æstiuum solstitiū. Viuax est & diutissimè durat: fructus eius Ἐλαία eodem nomine dicitur, cuius succus oleum est, ἔλαιον Græcis vocatum.*

Ἐλαία. *oliua. est fructus olea. Cōstat tribus partibus, nucleo, carne & amurca, quæ sanies eius est amara: succus eius oleum est. Traduntur autē oliuarum multa genera, sed præcipua decem: pausia, algiana, liciniana, sergia, nauiia, culminia, regia, murtea, orchis & circites, seu potius cercites. Sunt & inter eas particulares quædã differentia. ἰσχυμῶδες vocantur quæ oleo suo puræ, hoc est, sine accersita commēdatione innatant & velut urinabundæ fluitāt: eadem etiam ἄλμαδες, hoc est, muria cōdita aliquando dicuntur: κτείδες etiam dicuntur Iulio Polluci quoniam enatēt. Dicuntur & aliqua πτείδες, hoc est, furfuracea, quæ antequàm omnino maturescāt decerpuntur & condiuntur, sic dictæ à colore, nondum enim nigrae sunt.*

Ἐλαίον. *oleum. Est succus ab olea expressus: is propriè & simpliciter oleum dicitur. Humidum est & moderatè calidum, idque tantò magis quantò dulcius fuerit: tale fit potissimùm ex oliuis quæ φρυπητῆς, hoc est, drupas vocant, siue maturas. Quod enim ὀμωπειβῶς & ὀμφακίον nuncupatur, ex uuis scilicet immaturis expressum, id quantum in se habet adstrictionis tantum etiam illi inest frigiditatis. Quantò autem quòdque vetustius fuerit, tantò etiam euadit calidius & tenuius. Habet præterea mitigandi laxãdique facultatem. Ab eius similitudine succus omnis oleosus ex fructu quouis expressus oleum vocatur, adiecto fructus ex quo prodiit nomine, ut oleum riciniū, amygdalinum, caryinum, laurinum, terebinthinum, nec pauca præter hæc ex fructibus expressa omnia, sed tantum inter se facultatibus discrepantia, quantum & fructus ipsi ab inuicem dissident. Sunt etiam ab his alia oleorum genera, quæ æquiuocè cum ipsis dicuntur unguentis, ut rosaceum, melinum, liliaceum, & quacunque id genus floribus, fructibus, germinibus, foliis in oleo maceratis conficiuntur.*

ἔλαιον etiam à quibusdam dictus est ὀσφαλῶς, hoc est, bitumen liquidum, quia

DEFINIT. MEDIC.

maximè propter pinguedinem olei simile sit, vel quòd eo ad lucernarum lumina antiqui præsertim in Sicilia uterentur.

ἔλαιον ῥόδινον. oleum rosaceum, id est, quod aromatibus conditum non est, apud Hippocr. ut annotat Gal. ἐν τοῖς γλωσσεῖς.

ἔλαιόμελι. genus quoddam resinae Palmyris Syriae familiare. Id ex vetustis arborum caudicibus manat pingue, unguinosum, crassius melle, resina tenuius, perinde quasi nunc è lapidibus quibusdam, quod πετρελαιον nominant. Iis quibus infederit haeret admodum pertinaciter, atque sedatur marcore consumit & viribus destituit, veterumque inducit.

ἔλαιον σάφουλος. est fructus vitis in olea insita, utriusque ferè parentis naturam retinens.

ἔλαιον φύλλον. herba est quae & φύλλον & βενουλα dicitur.

ἔλατη. abies. Arbor est procera & recta, semper virens, pino non dissimilis, radice nervosa, singulari, hirsuta, caudice rotundo, foliis pinnatis & insectis, summo mucrone ridentibus, flore croceo. Duum generum est: mas & femina, mari pungentiora, acutiora, & magis flexa folia sunt: femina materie constat molliore, candidiore, operibusque faciliore, & caudicem prolixiorem habet, qui mari versicolor, latior atque durior est: praeterea maris nucibus pauci quidem nuclei parte priori insunt, sed feminae nucibus nulli omnino: à Gallis & sapinus & anetum dicitur. Sed nec Dioscorides nec Gal. huius arboris meminerunt.

ἔλατη Galeno est τὸ ἀπαλὸν ἐκ βλάστημα τὸ φύλλον, hoc est, tenerum palmae germè, cum quo idem sentit Hesychius. ut autem Dioscorides ait, ὁ πῶλεχόμος ὑπὸ αὐτῆς κερτὸς ἔλατη καὶ ἔλατη. Praeparatur autè ex abietino semine medicamentum ἀποπον, hunc in modum: Abietis semen septembri potissimum mense collectum coniicias in oleum quando voles, permittasque macerari aut trium aut quatuor mensium spatio, prius tamen contusum. Quantitas eorum talis esto: seminis eius modium Italicum in viginti quinque heminas siue libras olei coniicias: ubi satis semen erit maceratum, ipsum abiicias, humidum verò quod superest linteo percolabis: postea cetera quatuor libras iniicito, resinae abietinae librae unius partem unam, siue drachmas XXXII. resinae etiã pineae tantundem: aut si harum copia non sit, terebinthinae. Concoquas postea in vase duplici, aut igni lento. Valet ad eos qui in carne & tota corporis mole succos congesserunt, ut eos concoquant & digerant: valet ad omnem lassitudinem seu sponte ortam, seu alia quavis ratione contractam. Author Galenus lib. 4. sanitatis tuenda.

ἔλατιον. elaterium. Est succus ex fructu cucumeris agrestis expressus, & in orbiculos coactus, cuius quidem conficiendi rationem Dioscorides lib. 4. explicauit. Perutilis est ad medicationes. Eligi autem debet quod in candido leuiter humectum est, sine pondere, sine scabritia, gustu amarissimo, quòdque lucernarum luminibus obiectum facile ignem concipit. Improbatur asperum, turbulentum, herbaceum, aspectu medio inter eruum & cinerem, quod & ponderosum est. Dioscorides scripsit ipsum à bimatu tempestiuum esse ad purgationes, durareque biennio: Paulus verò Aegineta anno non vetustius deligendum esse docet: ab Aëtio inter venena recensetur. Ceteros menses & foetum interimit appositum, ceu alia amara omnia & subtilium partium, praesertim si calida sint, cuiusmodi est elaterium: summè siquidè amarum est, & secundo ordine excalfacit, habet & vim digerendi. Nec verò ex fructu tantum cucumeris

cumeris anguini elaterium fit, sed etiam expressis radicibus & foliis, quibus tamen vis inest imbecillior. Gaza apud Theophrastum ἐλατίου agitatorium interpretatus est: commouet enim vehementer corpus & superpurgationes inducit, sed hoc Latinis incertius quam si simpliciter elaterium dixisset. Nec verò tantum succus, sed & ipse cucumis ἐλατίου à quibusdam dicitur, ut habetur apud Dioscoridem.

ἐλατίου. non id solum quod ex agresti cucumere factum est, sed quicquid deorsum ventrem purgat sic vocatur ab Hippocr. ut annotat Gal. ἐν τοῖς ἁλωθῶσι.

ἐλατίνη herba est foliis helxina minoribus rotundioribusque, pilosis, tenuibus, & semipedalibus ramulis, quinis senisue, ab radice statim foliosis, gustu adstringentibus. Vulgus campestre rapistrum vocat.

Est & alia quæ elatine pampinaria dicitur, huic similis quam nostrates pimpinellam aut potius pampinulam dicunt.

ἐλαφόβοσκον. herba est quæ caulē emittit fœniculo vel rosmarino similem, angulosum; foliis latitudine digitorum duum, praelongis, infractis & aliquatenus asperis, propagines multæ umbellas anethi subluteas sustinent: ipsum quoque semen anetho simile est, radice tres digitos longa, unius crassitudine, candida, prædulci, esculenta. Officina & herbarij gratiam dei vocant. Excalfacit & desiccatur tertio ordine.

ἐλαφόβοσκον etiam quibusdā dictum esse ἢ ἐλελσφακον Dioscorides author est.

ἐλαα. ἄγρια id est, agrestia, apud Hippocratem, ut scribit Gal. ἐν τοῖς ἁλωθῶσι.

ἐλελσφακον. salvia. Est frutex oblongus, surculosus, quadrangulas habens & candidas virgas, folia cotonei mali effigie, longiora, scabriora, paulo callosiora, extritarū quoque vestium similitudine hirsuta & incana, vehementer odorata, sed virosa, semine sylvestris homini in summis caulibus. Plinius elelsphacon in censu frugum inter lentis species retulit sylvestris. Nunc tamen nihil est commune lentis & salvia, facileque fieri potuit ut Plinius ἐλελσφακον ἀπὸ τοῦ ἐλαφάκου ceperit. Est autem dicta ἐλελσφακον quasi tabida herba: est namque salvia squalida & scabra, ac retorrída semper & exucca apparet.

Est & alterum salvia agrestis genus quod σφακλον vocant, breuiori & leuiori folio: vulgus francā salvia appellat. Euidēter utraq; excalfacit & leuiter substringit.

ἐλένον. herba est folio verbasci angustioris, asperiore, oblongo. Caulem quibusdam in locis nō emittit, radice subcandida vel subrufa, odorata, subacri, vegeta, magna, tactu molli. Romani inulam dicunt, vulgus enulam campanam.

ἐλεοσίλιον. est herba humidis locis nascens, apio satiuo maior, folio rariore, cætera prorsus apio consimilis, odore, sapore, figura, viribus. Homerus Iliados β'. ἐλεόδεπνον vocauit. Gaza latinè paludarium reddidit.

ἐλεφαρῖσις ἢ

ἐλέφας. est extuberatio melancholica & contagiosa, totum corpus in speciem elephantis immutans. Totus hic morbus sub tumorum genere continetur. Non est autem tumor unus, sed multiplex & inæqualis, & per vniuersum corpus huc illuc dispersus; intus à visceribus factio initio, & progressu vsque ad extimam cutem continuato. Pares enim in internis visceribus tumores excitantur qui & exterius apparent. Siquidem, ut scripsit Archigenes, non est existimandum tum gigni morbum cum ad cutem tumores erumpunt, sed potius perfici, atque inde euenire ut morbus hic curatu difficillimus sit, quod principio, quia latet, nulla medicina reprimatur, sed vires in

DEFINIT. MEDIC.

interno corpore acquirit maiores, quàm ut possit postea superari. Siquidem vitiosus humor ipsum creat, qui malignitatem hanc non in summo corpore acquirit, sed in internis visceribus cocipit. Prima enim mali labes in iecinore & liene residet, atque inde vitium serpit. Humor autem qui morbum parit melancholicus est, plus minusve, siue fecis instar accumulatus, siue bile vsta genitus, siue syncerus, siue sanguini, aut bili, aut pituita mistus. Nam pro mistura modo varia elephantiasis differentiæ existunt: alia, ut vocat Paulus, ὑπὸ πύθρον, hoc est, subrubicunda, à sanguine melancholico & limoso, quæ mitiores vel minus maligna sunt: alia ἰκκιδναία, id est, alba, à melancholico humore cum pituita misto, vel ipsa etiam pituita crassa, salsa, nitrosa & acri: talis namque genere atra bilis est, eiusdemque natura particeps, quòd propter ingentem crassitiem, acrimoniam & salsuginem non parum sicca sit: alia verò maligna & pessima, ex humorum adustione genita, per quas & corpus uniuersum scattet ulceribus, & extrema etiam decidunt. Et has quidem tres elephantig differentias plerique statuerunt pro varietate humoris & coloris. Humores eiusmodi tam sunt maligni, ut verè inter venenatos habeantur, & contagione etiam sanos inficiant, non aliter quàm pestilentia & venerea lues. Verùm incurritur in eum morbum magna ex parte ex elephantico parentium semine, vel ex victus ratione gignendis iis humoribus congruente, præsertim quibus suppressi menses, aut varices vel diuturnæ hæmorrhoides cohibita. Hos autem humores in præcipuis visceribus noxios natura, sicut solet in omnibus morbis venenatis & pestilentibus, ita in hoc ad cutem propellere aggreditur, id quod aliqua quidem ex parte præstat, verùm humor propter crassitiem sub ea hæret, variosque toto corpore tumores pro sui copia excitat, itaque corporis uniuersi figuram immutat, ut veriùs elephantis quàm hominis esse videatur. Quam quidè morbi cum elephante similitudinem Aretæus lib. 1. de diuturnis morbis elegantissimè persequutus est, in hanc ferè sententiam: Elephantium tum morbo tum fera multa sunt & specie & colore & magnitudine & victu communia. Vt elephas nulli alteri animali similis est, sic neque hic morbus alteri morbo. Elephas omnia animalia magnitudine & crassitie superat: omnis niger est, tenebricoso colore, morti & nocti similis, facie est fæda & informi, collo perbreui, auribus magnis, latis & alarum similibus: corium habet asperum & crassissimum, præ tumidis fissuris inæquale & velut angustis longisque fossis inaratum, scissuris aliis cauis & transuersis intercurfantibus, aliis etiam obliquis & valde profundis: ac cum reliquis animantibus natura pilos aut setas dederit, hic solus habet lanuginem. Sic & morbus iste magnitudinem habet, non tantum quia genere magnus sit, sed quòd eo laborantes euadant seipsis maiores & crassiores, totumque corpus in tumorem attollitur. Tumores diuersi erumpunt, nondum quidem continui, sed crassi & asperi. Finditur autem tumorum interstitium, ut elephantis corium. Venæ latae sunt, non sanguinis redundantia, sed propter cutis crassitiem. Non multò post corpus equaliter intumescit. Pili ubique moriuntur, in manibus, femoribus, tibiis, pube, mento & capite, & caluities vel canities præmaturè aduenit. In capitis cuterimæ frequentes, profunda, aspera. Tumores in facie duri, acuti, albo sæpè fastigio, basi viridiores. Pulsus pusilli, graues, tardi, tanquam per cænum vix se mouentes. Lingua grandinosis varis exasperatur, impetigines summos digitos infestant, genua pruriunt, & cum voluptate scalpuntur. Rubet malæ cum modico tumore, supercilia prominent,

prominēt, glabra, deorsum versus pondere vergētia. Color liuidus aut ater est. Na-
res cum atris tumoribus salebrosa sunt, labia crassa prominent. Aures etiam consue-
tu grandiores videntur. Totum corpus rugis asperis excaratur, & altè descendunt
scissurae velut nigri in corio sulci. Morbo verò aucto tumores ulcerosi fiunt, ulcerá-
que foetida & insanabilia oriuntur, membráque ipsa hominem morte praeueniunt,
exciduntque de corpore nasus, digiti, pedes, genitalia & tota manus. Neque enim
hac labe prius perimit & à turpi vita seuisque cruciatibus hominē liberat, quàm
membratim totus dilaceratus sit: estque admodum longaeva, quemadmodum &
elephas animal. Hæc & alia plura Aretæus edisserit, ex quibus manifestò constat
veteres huic morbo nomen ab elephantis similitudine indidisse. Idem verò scribit
etiam λέοντα καὶ λέοντιον appellatum fuisse, propter extremarum frontis rugarum si-
militudinem cum leonibus aut iis qui irascuntur. Archigenes ut habetur apud Aë-
tium λέοντιον appellari scripsit, quum frons ægrotum cum quodam tumore relaxa-
tur perinde ac cutis flexilis superciliarum Leonis. Dicitur & σατυρία tum à gena-
tum rubore, & facie Satyris persimili, tum propter inexplebilem & impudentem
coëundi libidinem: vocarunt & veteres morbum hunc ἠερκλεῖον, hoc est, Herculeum,
quòd nullus eo maior sit & violentior: nam præter ea symptomata quæ ex Aretæo
recensui, morbo ingrauescente primùm quidem stupet cutis, deinde sensum prorsus
amittit, ut ne acui quidē compuncti dolorē sentiant, aut feruēte aqua affusa uran-
tur: estque, ut ait Paulus, velut cancer quidam totius corporis, qui nullam omnino
admittat curationē. Hic morbus verè est qui vulgò lepra appellatur, cuius quatuor
differentias recensent, alopeciam, tiriā, leoninā & elephantīcam nominum isto-
rum rationem non intelligentes.

ἠερκλεῖος. emplastri nomen est, quòd habet cerussa p. xxx. cera p. xxxv. olei
hemina, aquæ sextarium. Est autem compositio ea percandida, ideòque elephan-
tina nominatur. Habetur apud Aëtium gemina.

ἠληχθισάμιον. ἠδὲ παλῶρον διελέχθω. multum differui, apud Hippocratem.

ἠληθεῖον. ἠλιονθεῖον. insoletur, apud Hippocratem.

ἠληθεῖον. ὅς ἄρ' ἠλιονθεῖον. quod cenà sole calidum est, apud Hippocratem.

ἠληθῆ. cessare & totò corpore quiescere. dicitur de iis qui ex motu & actione ad ocium
& segnitiam transeunt, apud Hippocr. πῶς διαίτης ὀξείων, ut comment. 2. Gal. anno-
tauit. malè scribitur apud Hesychium ἠληθῆ: sic enim uti scripsimus, debet scribi.

ἠληξ. capreolus vitis vel hederæ. Sic etiam dicitur tertia hederæ species, quam etiam
Latini helicem vocant, quasi elaniculam: sterilis est, tenuibus viticulis, breuibus an-
gulosisque & concinnioribus foliis. Significat & ἠληξ extremam auriculæ oram, si-
ne, ut Rufus ait, ἠὲ συμπληροῦ πῶς πῶς φέρει τῆς ὀψῆς. Inde ἀνδελίνα appellat oppo-
sitam illi partem, ἠὲ συμπληροῦ πῶς πῶς φέρει τῆς ὀψῆς. Inde ἀνδελίνα appellat oppo-
sitam illi partem, ἠὲ συμπληροῦ πῶς πῶς φέρει τῆς ὀψῆς, in cuius medio cavitatis est quam
πῶς φέρει τῆς ὀψῆς. Dicuntur etiam ἠληξ anfractus & conuolutiones intestinorum.

ἠληχθισον. herba est cauliculo tenui, virenti, erecto & duro, foliis angustis ex interuallis,
abrotano similibus, comis aureæ lucis in orbem (unde quidam ἠληχθισον eam appel-
lant) umbella rotunda, aridis corymbis dependētib; radice exili. Dicitur aliis no-
minibus & χροῖδιαιμον & ἀμάραϊον. Proximè videtur accedere ad eam quam of-
ficinæ cotulam maiorem vocant.

ἠληος. ulcus. Est solutio continuitatis à rosione proueniens in omnibus præter ossa par-

DEFINIT. MEDIC.

tibus. Internam habet causam, humorem scilicet vitiosum & acrem, qui exedendo soluit particula in quam incubuit continuitatem, siue ea caro sit, siue cutis, siue cartilago, siue membrana, siue aliud quid ab osse diuersum: ubi enim id vitij in ossa incidit, *πρωδὴν* appellatur. Paulò generalius nomē ulceris Hippocrat. usurpauit, cum dixit omnem morbum ulcus esse, omnem continui solutionem eo nomine significās. Neque enim, ut arbor, indita adhuc fuerant nomina *δραύματος*, *ἐρύματος*, *δλάσθ*, *ἐργαμῆς*, *ἐρύσας*, & reliqua quibus recentiores medici solutæ continuitatis differentias distinxerunt.

Ἐλκλκῆ φάρμακῶν. attrahentia medicamēta quæ & *ὑδρωστικῶν* appellātur: Sunt medicamenta calida & tenuium partium, quæ humores ex profundo in superficiem proliciunt. Attrahit enim perpetuò calidum, nec quicquam est trahendi facultate præditum inter medicamenta quod calidum non sit. Verum quod cum caliditate coniunctam habet partium tenuitatem, trahit vehementius. Est autem duplex attrahentium essentia: alia enim sponte nascitur, ut dictamni, propoleos, thapsia, sagapeni, & succorum Cyrenaiici & Medici: alia verò ex putrescente & acescente materia est, ut fermenti & psorici. Quòd si simi quoque ex putrefactione generantur, omnes utique attrahendi facultate pollent. In his tamen non parum est discriminis: nam columbinus admodum attrahit. Ex æquo autem utrimque ab hoc recedunt, ad calidius quidem anserinus, ad frigidius verò gallinaceus: hoc etiam magis vincuntur humanus & suillus. At canū stercus simile est medicamentis extergentibus, maxime si vescatur ossibus. Nec verò valdè à se inuicè differunt τὰ ἔλκλκῆ ἢ τὰ ἄσφορητικῶν φάρμακῶν: etenim virtutes sibi vicinæ sunt eorū quæ in alto latet attractrix, & attractorum digestrix. Nam quæ trahunt etiā nonnihil omnino discutunt, & quæ discutunt pariter trahunt, verum in digerētibus medicamētis discussoria virtus, in attrahentibus attractrix præpollet: atque ab ea hæc quidem ἔλκλκῆ, illa verò ἄσφορητικῶν appellātur.

Est & aliud medicamentorum attrahētium genus, quod qualitatibus familiaritate attrahit: id quod non est aliud quàm totius substantiæ similitudine. Huiusmodi sunt omnia purgantia medicamenta & quedam alexiteria: virtus enim illorum purgatoria pars est, seu species facultatis attractricis: sed calida ut sint id genus omnia necesse est. Nā inter ea quæ essentiis similia sunt, quod calidius est, id potentiùs attrahit, utpote quod similitudini coniunctum habeat auxiliarium calorem. Siquidem cū id duabus causis attrahat, vehementius trahet quàm quod una dūtaxat attrahit.

Ἐλκλκῆ δυνάμις. attractrix facultas. Est prima facultatū naturalium, qua singule partes sibi conueniens nutrimentum adducunt. Nam cum sint quatuor facultates quibus natura regitur, attractrix, retentrix, alteratrix & expultrix, ociosæ sint oportet postremæ tres, si desit nutrimentum in quo occupentur. Itaque primūm attrahi nutrimentum oportet: id quod euidenter in ventriculo cernitur quod est primum concoctionis instrumentum, cibos per magnam famem semesos è faucibus ita rapiente, ut manu celerius & violentius vix rapi possint. Neque enim suo pondere cibi in ventriculum deuoluuntur, sed ab insita ventriculo facultate, quomodocūque situm corpus sit, attrahuntur. Verumtamen non omneis cibos indifferēter attrahit, sed naturæ tantum suæ familiares & consentaneos. Hunc autem attractionem præcedit appetentia, pro cuius modo, cibus auidius vel languidius à ventriculo attrahitur.

Caterum

Cæterum sicut ventriculus vim suam tractricem cibi possidet, ita in cæteris partibus facultas conuenientis, siue alimenti, siue alterius rei attracticem inesse existimandum est, venis quidem & iecinori chyli ad se trahendi, vesiculae fellis trahendæ bilis, lieni trahendi humoris melancholici, renibus trahendi seri & urinae, testiculis & utero trahendi seminis, pulmone non sanguinis solum, sed etiam aëris, & reliquis similiter partibus attrahendi aliud quo delectantur, & frui possunt: nulla enim pars est quæ eiusmodi facultate careat. Est autem ea vis à tota substantia & naturali proprietate cuiusque partis, à qua & magnes ferrum & succinum paleas, & medicamenta purgatiua humorem sibi familiarem attrahunt: ita tamen ut in eo opere natura uillis ceu fibris rectis, tãquam adminiculis utatur: siquidem fibris rectis attrahit, sicut transversis expellit. Porro nihil refert ἰδιωα σικω̄ aut ἐλκυστω̄ aut ἐλκυστω̄ δισω̄αμῡ dicas, ut nec Latine attrahentemne an attractoriã facultatẽ. ἑλκυστω̄. ulcusculum. sic dicitur omne ulcus paruum, nec eo nomine certa ulla species ulceris designatur.

ἑλκυστω̄. dicitur scoria siue recrementum argenti, iisdem ferè viribus, quibus & ἰμβροστω̄, præditum, ut habetur apud Dioscoridem.

ἑλκυστω̄. ἐμβροστω̄. instrumento quo fœtus ex utero trahitur, apud Hippocratem.

ἑμω̄δω̄. nomen est emplastri emollientis & discutientis abscessus etiam in pus transmutatos. Descriptio eius habetur apud Aëtium lib. 15.

ἑμεβοειν. sic dicta est à quibusdam ἰδιω̄ πικρῆς.

ἑμέβορ. elleborum, veratrum. Planta est duorum generum, unum album, alterum nigrum. Album folio est plantaginis aut betæ sylvestris, sed breuiore, & nigriore, rubescente: Caulẽ habet canum, quadrantalem, tunicis conuolutum cum arefcere cœpit. Radicibus nititur multis, tenuibus ab oblongo & exiguo capite exeuntibus, ceptarum modo fibratis. Optimum habetur cãdidum, friabile, carnosum, modicè extẽtum, nec tamen iunci modo mucronatum, quod frangendo puluerem emittit & tenuem habet medullam. Nigram autem folia habet viridia, platani similia, minora, foliis sphodyli proxima, subaspera, nigriora, pluribus diuisuris incisa, caule asperum, flores purpureos, candidos, racematim coherentes, semen cnici, quod in Anticyra σισαμοαδῆς vocabant, quo deiectiones olim moliebãtur. Radicibus coheret nigris, tenuibus, à capitulo cepæ simili confibratis. Eligi debet corpulentum & plenum, in quo tenuis sit medulla, acre gustu feruensque: utriusque coloris discrimen non in semine, neque in virgultis, sed in radice apparet. Candido vomitiones cientur, eoque stomachum & ventrem superiorẽ purgat. Nigro aluus inferior diluitur: utriusque periculosa sumptio: utriusque, calfacit & siccat tertio ordine: itẽ acre est & abstersoriũ.

ἑμω̄δω̄. emplastri nomen cuius duæ habentur descriptiones apud Gal. lib. 6. τῶν νετῶν, una Andromachi, altera Heræ.

ἑμω̄βω̄. Theophrastus appellat siliquata, hoc est, ῥόβω̄ς siue siliquas habentia, ut lentesc, fabæ, lupini, dolichi.

ἑμω̄τρω̄. dicuntur apud Hippocratem velamenta spinalis medullæ, quorum duo interiora sunt deducta à membrana quæ cerebrum inuoluit, reliquum verò exterius vertebrae omnes complectens, à caluaria, quæ cum prima vertebra committitur: author Galen. comment. 3. ἐς δὲ πῶδὶ ἄρθρω̄.

ἑμω̄χιορ. ellychnium; apud antiquos certum quoddam materiae genus fuit quod ἐς τῶν

DEFINIT. MEDIC.

λυχνίον, id est, ad funiculos lucernarum aptissimum erat. Id quod ex Galeno apparet qui eiusmodi ellychnion etiam spongiæ loco uti iubet lib. 14. meth. med. præsertim molliſſimo, quale, inquit, est Tharsense. cui etiam vis inest, ut ait lib. 13. ulcera quæ supercrescunt submittendi: verum quale hoc ellychnium fuerit, non constat mihi, nec Plinius prodidit, cum tamen multorum aliorum ellychniorum mentionem faciat, ut eius qui ex uua ricini fiebat, præcipua claritatis, præterea papyracei, & alterius ex phlomide compositi, quam ob id λυχνίον appellant.

ἑλληχνιώτην. linamenti genus apud Chirurgos, sic dictum vel quod in ellychnij formam componeretur. vel, quod verius est, ex eadem materia constaret ex qua ellychnia olim fiebant, quibus vis erat, ait Galenus, ad supercrescentia ulcera non mediocriter.

ἑλμινθες. lumbrici. Sic dicuntur animalia quedam longiuscula in vêtre genita. Ea ex omnibus corporis partibus maximè intestina occupant, nec alibi nasci videntur. Quod si quæ interdum ex auribus, aut vesica aut sordidis ulceribus prodeant, admodum exigua sunt, & σκώληκες non etiam ἑλμινθες appellantur. Sunt autem tres uniuersæ lumbricorum differentiæ. Prima teretum secundum crassitiem, secunda latorum, tertia ascaridum. Teretes, quos ἑλμινθες τρογγύλας vocant, aliis frequentiores esse solent. creantur plerumque in superioribus gracilibusque intestinis, & superiorem ventriculum subeunt, ideoque frequenter per os reiciuntur atque etiam per nares. hoc genus infantibus peculiare est, & plurima parte cum febricula. Latus verò lumbricus, ἑλμινθα πλατῆαι vocant, mutatio est, si ita dicere liceat, membrana interioris tenuium intestinorum in corpus quoddam viuum & animalis modo mobile, quod sæpe totum redditur longitudine incredibili aut in partes dissolutum. Nunc in iis qui febris carent abundat, nunc febricitantibus accidit, ex longo morbo continuas stomachi rosiones inferens, ac impotentem ciborum cupiditatem. Nam quod animatum euasit, in intestinis obiectum rapit alimentum, ut alio statim opus sit, & nisi assumpserit, intestina rodantur. Certissimum eius inditium est, si cum recrementis nonnulla semini cucurbitæ similia excernuntur. Talia enim ab iis gigni Aristoteles author est lib. 5. de hist. anim. cap. 19. Hi lumbrici etiam à medicis κείρα appellantur, hoc est, institæ, à similitudine quam ad institæ habent. Vocantur etiam πλωμα, quod instar fasciarum sint lati ac longi. Ascarides autem exigui sunt & tenues simulque teretes, vermibus similes. Hi reperiuntur in extremo longanone & musculi sphincteris initio, uehementem horum locorum pruritus excitantes. Omnes lumbrici in intestinis nascuntur ex crassa lætæque pituita frequentibus cruditatibus collecta. Animantur autem à plurimo calore nativo. Itaque pueri quàm adulti lumbricis sunt magis obnoxij.

ἑλξίν. planta fructifera est foliis hederæ, minoribus, ramulis exilibus, quibus completitur quodcumque contigerit. cognomento κισσάμπελος dicitur, quasi vitis hederacea. potest videri species conuoluuli. sic dicitur quod facillè adhærescat rei cui libet.

ἑλκυσσά. σκεπίσματα. hoc est, velamenta apud Hippocratem. Sic etiam dicuntur οἱ τερσοί, hoc est, extremi palpebrarum ambitus unde excrescunt cilia.

ἑλυμος. panicum. Est semen frumentaceum milio simile, denis cum minimùm foliis luxurians, culmo penè in surculum extenuato, nutante, rubido panicularum fastigio, prædensis acervato granis, aliàs purpureis, aliàs rufis, nigris aliàs, item & candidis. Eodem modo quo & milium in panes subigitur, eosdemque habet usus. minùs ta-

men

men & nutrit & stringit. A quibusdam μελιτι dicitur, ut scripsit Dioscorides.

Ἐμβάματα. intinctus condimenta, hoc est, liquores in quos cibos intingimus ad saporis commendationem & gulae irritamentum: ut garum, sapa, acetum. Latini etiam embammatis nomen usurparunt, ut apud Columell. lib. 12. cap. 55. Hoc sinapi ad embammata non solum idoneo, sed etiam specioso uteris: ἔμβάματα enim intingere est. Dicuntur & alio nomine ἀετύματα.

Ἐμβασίς. solium aquae calidae, labrum & piscina in qua aliquis lauatur. dicitur & κολυμβήτρα & πύλος & δεξαμενή & μακρὰ nisi quis ista ab inuicem distinguere velit longitudine & capacitate.

Ἐμβάδιον. ὄξυβάδιον, hoc est, acetabulum, apud Hippocratem.

Ἐμβροχία

Ἐμβροχία. auxiliij genus, cum locis affectis liquore aliquo humectatis perfusisque lanam deinceps aut linteum eodem liquore imbutum imponimus. Differt ἀπὸ τῆς κατωιοῦσας, quod haec τῆς ἔμβροχίης pars & principium tantum sit, cum ἡ ἔμβροχία praeter τὸ κατωιοῦσις adhibeat loco affecto remedium quod perpetuo insideat. Minus virium habet quam cataplasma: sed tamen ubi commodè aptari id non potest, ut in capite, ibi ἡ ἔμβροχία aptè adhibetur, & illis similiter qui propter imbecillitatem ferre non possunt cataplasmatum gravitatem: item praecordiis inflammatis, per initia morborum, quo tempore intempestivus est cataplasmatum usus: praeterea fracturis & contusionibus, cum emplasticis uti non licet.

Ἐμέτος. vomitus. Est eorum quae in ventriculo continentur per os excretio. Symptoma est malè affecti ventriculi, quemadmodum & diarrhoea. Differentia tantum in eo est, quod vomitio superioris partis ventriculi malè affecta symptoma sit, diarrhoea autem inferioris. Sicut enim ubi in imis partibus ventriculus vel multitudinis pondere vel mordentis acrimonia offenditur, ac firmæ partes sunt quae circa stomachum habentur, diarrhoea citantur: ita cum eius os sic afficitur, si caeterae partes sunt valentes, vomitiones cientur. Sunt autem vomitiones duae maximè causae: copia cibi & potus ventriculum gravans, & qualitas mordacis cuiusdam rei, siue ea cibus sit recens ingestus, siue excrementum biliosum, pituitosum aut serosum in ventriculo natum, vel exiecinore, vel liene in eum (sicut per crises saepe contingit & ferè semper in accessionum principijs) deriuatum, vel è cerebro distillans. Cient verò etiam aliquando vomitiones ea quae cum nec grauia, nec mordacia sint, in ventriculo tamen praeter naturam continentur, nec ab eo concoqui possunt, cuiusmodi est pituita acida aut salsa, & sanguis in ventriculum effusus. Adde his etiam malignam, venenatamque qualitatem & ab ea os ventriculi offensum. Tunc enim ferè perpetuae sunt vomitiones vel nauseae, hoc est, inanes quidam vomendi conatus, qui vomitiones ferè semper praecedunt.

Ἐμέτι. ἔμετι. hoc est, vomitus apud Hippocratem. Est autem Atticum nomen.

Ἐμμηνα. menstruae mulierum purgationes, vide κατωιοῦσις.

Ἐμμοτον. est medicamentum liquidum quod linteolis conceptis exceptum intra ulcera eiusque sinus reconditur. Liquatur etiam aliquando in eam rem, ut penitus subeat. Sic dicitur quod ἐν τοῖς ἕλκεσιν adhibeatur: ipsa enim linamenta ἔμμοτοι καὶ ἔμμοτα appellantur. Ab hoc medicamentorum genere ἔμμοτοι dicuntur, apud Hippocratem lib. πρῶτον ἀρθερωσίων, qui ulcere cano laborant, quod curationem ἀπὸ τῆς ἔμμοτων, hoc est, per li-

DEFINIT. MEDIC.

namenta desiderent, ut annotat Gal. comment. 3.

Ἐμπόσματα. inspergines. medicamēta arida quæ cuti insperguntur, ut immoderati sudores, aut alia per halitum digestio cohibeatur, aut ut cutis extrema scarificetur, aut pruritus excitetur. Sic quidem Oribasius lib. 10. collectorum medicinalium, qui etiam ab his Ἀγπόμετα differre scribit, quod hæc ad suauitatem tantum odoris alis, inguinibus, pedibusque adhibeantur.

Ἐμπειρία καὶ

Ἐμπειρία. est altera è primis medicina sectis. Eius author primus Serapion extitit qui natura cognitionem, rationalemque disciplinam nihil ad medicinam pertinere professus, in usu & experimentis eam posuit. Quem Apollodorus & Glaucias & aliquantò post Heraclides Tarentinus & aliqui non mediocres viri sequuti, ex ipsa professione se Ἐμπειροῖς appellauerunt. Erant autem τὴν Ἐμπειρίαν genera tria, πῶς πῶς πῶς, αὐτοχρόν, & μὴ μὴ μὴ. Primum quidem dicebatur cum aliquid experirentur, in quod forte fortuna, nihil tale cogitantes, incidissent. Secundum cum ad alicuius rei experientiam dedita opera venirent, siue per somnia, siue aliter admoniti. Tertium verò cum ea quæ profunt vel nocent, siue naturâ, siue fortunâ, siue aliquo consilio, in morbis iisdem experirentur, alios, qui eadem prius experti essent, imitantes. Quicquid autem iuuat aut nocet, hoc est, causarum omne genus dicebant vel naturale, vel fortuitum esse, vocâtes naturale quod casu fieret, neque haberet manifestam causam: fortuitum verò, quod sine electione quidem nostra fieret, sed evidentem causam haberet. Tribus autem his theorematibus utebantur, τῶν ἰσοειῶν, τῆν τῶν ὁμοίων μεταβάσει. Appellabant τῶν ἰσοειῶν quicquid aliquando obseruassent, quorum cum magnam habebant copiam, eam omnem ἀπομνηστικὰ nuncupabant, atque id rursus αὐτοῖς ἰσῶν, quæ est eorum memoria quæ frequenter & eodem modo visa sunt, quæ cum didicissent, eam ἰσοειῶν appellabant. Quæ in re diligenter considerabant quæcūque simul acciderent symptomata, eorumque omnium obseruationem συνθετικὴν appellabant, hoc est, concursum & congeriem symptomatum omnium quæ in affecto essent loco. Quod si in morbos nondum visos incidere, aut eò loci essent ubi inuictorum auxiliorum facultas non suppeteret, transibant ad cōsimile, quod μεταβάσει τῶν ὁμοίων vocabant, eamque triplicem statuebant, de affectu in affectum, de loco ad locum, de remedio ad remedium. Eam autem obseruationem quam per illam τῶν ὁμοίων μεταβάσει habebant, τῶν ἰσοειῶν τελετικὴν appellabant.

Ἐμπειρία. herba est nascens in montibus & maritimis, salso gustu. Romanis saxifraga dicitur. Est & alia eiusdem nominis quam Latini calcifragam appellant.

Ἐμπόσματα. Dicuntur medicamenta quæ poris corporis illita tenaciter hærent. Sūt autem eiusmodi glutinosa, terrea, & minimè acria, sed gustu potius aquosa. Nam si qualem tibi sensum præbet aqua omnis planè qualitatis expers, talem in re sicca & terrea inuenias, ea utriusque calore & frigore temperata est, aut paulò certè frigidior. Itaque consistentiam siccam habeat & terrestris sit, citràque morsum desiccet necesse est, atque si meatibus corporis illinatur, difficulter inde euelli & elui poterit. Eius generis medicamenta sunt plurima, si exquisitè sint lota, ut amyllum, pompholyx, cerussa, calx, cadmia, pinearum vesca pars aqua macerata. Verùm quedam eorum non solum terrea sunt, sed naturâ etiam aquea, quedam etiam aëris non parum habent, tenacia tamen sunt omnia, atque ideo emplastica. Duplex enim est emplasti-

corum

corum natura, altera exquisitè terrea & sicca, altera tenax omnino: mista verò ex aqua & terra & platumque etiam aëre, ut oleum dulce salis expers. Oni quòque album ex iisdem quodammodo mistum est, magis tamen terreum est quam oleum. Quinetiam caseosa lactis pars emplastica est, tenèrque ac recès caseus, & suilla pinguedo & ceteri quoque adipēs qui nondum acrimoniam contraxerunt, eoque magis quò sicciores magisque terrei fuerint. Eadem medicamēta etiam ἐμφρακτικὰ appellantur. His contraria sunt ἐκκαταρτικὰ quæ & ἐκφρακτικὰ vocant.

Ἐμπλάστῳ. *emplastrum. medicamentum in massam coactum quod præmollitum vulneribus imponitur. Differt à malagmate, quòd hoc magis è floribus eorumque etiã surculis fiat, emplastrum verò sicut & pastillus, magis ex metallicis paretur. Deinde malagma contusum abundè mollescit: nam super integram cutem iniicitur laboriosè verò conteruntur ea ex quibus emplastra pastillique fiunt, ne vulnera ledant cum imposita sunt. Inter emplastrum verò & pastillum hoc interest, quòd emplastrum utique liquati aliquid accipit, in pastillo tantum arida medicamenta aliquo humore iunguntur. Tum emplastrum hoc modo fit: arida medicamenta per se teruntur, deinde mistis his instillatur aut acetum aut si quis alius non pinguis humor accessurus est, & ea rursus ex eo teruntur, ea verò quæ liquari possunt, ad ignem simul liquantur, & si quid olei misceri debet, tum infunditur. Interdum etiam aridum aliquid ex oleo prius coquitur, ubi facta sunt quæ separatim fieri debuerūt, tum omnia simul miscentur. At pastilli hæc ratio est: arida medicamenta contrita, humore non pingui aut vino vel aceto coquuntur, & rursus cocta inarescunt, atque ubi utendū est, eiusdem generis humore diluuntur. Tum emplastrū imponitur: pastillus illinitur, aut alicui molliori aut cerato miscetur. Sic quidē distinxit Celsus lib. 5. cap. 17. Sūt autem multe & variæ emplastrorum differentiæ: quædam cruentis vulneribus cōveniunt, eaque agglutinant & fracturis accommodantur, alia maturant, discutiūt, attrahunt, sinus implent, resiccant, cicatricem inducunt, leniunt, quas uniuersas varietates varia simplicium medicamentorum natura misturæque distinguit. Sumuntur & à coloribus, unde alia λευκὰ, hoc est, alba appellantur, quorum magna pars cerussam habet: alia μέλαινα, hoc est nigra, ut quæ pice, resina & bitumine constant: alia χλωρὰ, id est viridia ex æruginè, chalcantho, squama æris: alia ἐρυθρὰ, id est, rubra, ut ex minio, siue rubrica sinopide: alia μελινὰ, hoc est, colore mali cotonei, qualia parantur ex æruginè moderatè cocta aut ex varia mistura (neque enim omnia μελινὰ æruginè constant) medicamentorum: alia verò διχρόμα siue διπέσωπα, hoc est, duplicis coloris siue aspectus, ut quum ærugo plurimum coquitur: alia autē κίτρινα, hoc est, fulua, propter nimiam æruginis coctionem, ut ostendit Galenus lib. 2. τῆν κ' χίμ. Dicitur ἐμπλάστῳ ἀπὸ τῶν ἐμπλάστῳ, quòd primariò quidē significat obstruere atque implere, secundo verò, videlicet ab effectibus emplastri, subigere, versando mollire, in massam formare, illinere, item cutem & ulceratum locum in integrum restituere.*

Ἐμπλάω. πλοῖον. *propè, apud Hippocratem.*

Ἐμπιδιμάτωσις. *inflatio. idem quòd ἐμφύσησις. de quo postea.*

Ἐμπείρησπις. *pulsus ferratus, seu ferratilis. Est pulsus inæqualis in una pulsatione & diuersis partibus arteriæ, in quo pars alia arteriæ magis elata distentæque, alia minùs, videtur: fit ob inæqualem arteriæ duritiem, ex phlegmone præsertim contractam: sic enim fit ut pars alia attolli, alia non attolli videatur, quòd durior sit mi-*

DEFINIT. MEDIC.

apta distentioni. Habet quiddam vibrati simile, & celer quidem est & frequens, non tamen semper magnus. Proprius est omnis magnæ inflammationis.

Ἐμπροσθίου. est perpetua totius corporis convulsio in partem anteriorem. Species est τὸ πταῖον sic à symptomate appellata, quòd qui ea laborant inclinantur in anteriora, nec se erigere valent. Est autem totius corporis convulsio non solius cernicis, ex quo constat non modò cervicis musculos, sed omnes etiam qui tota in spina habentur affici, & proinde hunc affectum ad neruorum, qui corpus in partem anteriorem inflectunt, principium pertinere. Quanquam fieri interdum possit, ut iis non affectis, sed oppositis potius resolutis id mali genus excitetur. Ac si totius quidè corporis est, ἔμπροσθίου simpliciter appellatur, si verò certarum quarundam partium, non simpliciter, sed addito eius partis nomine quæ ita distèditur, ut cervicis, vel maxillæ, vel lumborū. Oritur ab humore in neruis refrigerato. Pelops causam tribuit musculus repletis spiritu & aère crasso nebulosoque quem impensè frigidū & concretum, eoque ad motum contumacem affirmabat, vide ὀπίσθίου.

Ἐμπύημα. dici potest in omni corporis parte facta puris collectio, siue illud in inflammata parte adhuc contineatur, siue abscessus ruptus sit: alij non omnem quidem puris collectionem, sed eam modò quæ in internis visceribus facta sit, ita appellandam censent. Rursus alij nec eam quidem omnem, sed ubi inter thoracem & pulmonem pus effusum est, quæ quidem magis propria magisque usitata est τῷ ἔμπύηματος significatio. Symptoma est peripneumoniæ vel pleuritidis, si digeri vel per sputa vacuari nò potuit. Succedit etiam interdum angina, ut habetur apud Hippoc. aphor. 10. lib. 5. Rupto namque infernè abscessu, pus in vacuum thoracis locum effunditur, ibique fluctuationis cuiusdam sensum mouet, cum æger è latere in latus conuertitur, indè verò per occultos meatus in aluum, intestina vesicamque subit, vel aliquando ad cutem erumpit, sibi que foras viam uno aut pluribus ulceribus aperit. Ceterum non semper inflammationi succedit empyema, sed quandoque nulla febre precedente serosus aut pituitosus humor ex reliquo corpore eò loci delapsus putrescit, & empyema mouet, ut Aëtius scriptis annotauit.

Ἐμπύκηδης ἢ

Ἐμπύκος. ὁ ἔμπύημα ἔχωρ. suppuratus, purulentus, quacunque corporis parte pus collectum sit. Verumtamen medici, ut ait Gal. in prognost. solènt eos solos vel præcipuè ἔμπύκους nominare qui in thorace aut pulmonibus hoc modo affecti sunt.

Ἐμπύος μοτύος. linamenta concerpta & conuoluta, quæ vulneribus induntur ad purgandam saniem, vel λιμολοκίς, apud Hippocratem.

Ἐμπύρομα. reliquiæ caloris febrilis post solutam accessionē. Dispositio quædam est neutra, mediæque inter febrem, & febris intermissionem. Propria est intermittentium febrium & putridarum, in quibus soluta accessione superest tamen nonnihil caloris vel in ipsis humoribus putrentibus relictæ, vel in solidis etiam partibus impressi. Huic contraria est ἀπυρεξία. vide διάλυμα.

Ἐμπύση. significat apud Hippocratem σπιρίσμα, id est, conclusit, ut Dioscorides interpretatur, vel adnata habuit humore plena, in morem fungorum, sicut interpretantur plurimi.

Ἐμπύση. καμπύρα. contabuit, apud Hippocratem.

Ἐμπύση. ἰσχυρῶς. induruit, apud Hippocratem.

Ἐμφρακλίση.

Ἐμφρακτικόν. Medicamentum quod poros suo lentore obstruit : Ἐμφρακτικόν etiam appellatur. Huic cōtrarium est δ' Ἐμφρακτικόν, sed hoc quidem modo sumptum Ἐμφρακτικόν tantum lentore suo obstruit. Verum aliquando sumitur generalius, ut eo etiam nomine comprehendantur, quæ copia vel crassitie obstruunt.

Ἐμφραξις. obstructio. Est stipatio meatuum aut cavitatum naturalium ex abundantia aut vitiosa qualitate succorum. Speciem στεγνώσεως, hoc est, stipationis esse Gal. lib. 10. meth. med. prodidit, sicut Ἐμφραξις. Est autem obstructio morbus organicus, pertinetque ad formam organicæ partis corruptam, amissis videlicet meatibus aut cavitatibus parti alicui debitis, vel propter succorum abundantiam, vel propter vitiosam qualitatem, quod ἢ nimium lenti vel crassi sint. Hæ enim duæ esse possunt obstructionis causæ, quæ morbus est instrumentalis eorum quæ obstructa sunt corporum. Hanc symptomata multa consequuntur, & maxime quidem ipsa transpirationis retentio, atque rursus putredo, aliorum morborum antecedens quædam causa.

Ἐμφύσημα. inflatio. Est spiritus flatuosi collectio in inanibus corporum spatiis. Eius principium, inquit Gal. male concoctus cibus est, à calore videlicet debili, & à quo flatus excitati resolui nequeunt. Hi quidem collecti aliàs sub cute, aliàs sub membranis quæ ossibus circumdantur, aut musculos viscerumve aliquod includunt, Ἐμφύσημα generant. Colligitur verò non parum aliquando etiam in ventriculo & intestinis, itémque in medio spatio horum & peritonæi. Gal. duabus differentiis omnem inflationem complexus est: aut enim in maioribus cavitatibus continetur, aut in minimis spatiis, quæ non licet sensibus usurpare, sed sola ratione comprehendi possunt. Cuius generis tumores, ut scribit, aliquando extitere, quibus dissectis nullum pus inventum est, sed spiritus tantum, qui per totam carnem minimis portionibus disseminatus esset. Cæterum differt inflatio ab œdemate, quod & pressa digitis non retinet vestigium, & sonitum veluti tympanum reddit, itémque quod in cavitate sensibili subinde continetur, atque hac nonnunquam maxima. Hæc affectio non solum Ἐμφύσημα, sed etiam Ἐπιπιδμάτωσις καὶ πιδμάτωσις dicitur. Hæc enim nomina medicos confudisse apparet, neque rationem habuerunt in maioribusne an in minimis spatiis spiritus conclusus esset, ut illud Ἐμφύσημα, hoc verò Ἐπιπιδμάτωσις appellarent. Quæ enim in ventriculo & intestinis & medio eorum & peritonæi spatio nascitur, eam Gal. lib. 14. meth. med. Ἐμφύσημα vocat. eandemque Ἐπιπιδμάτωσις appellat postremo libro de symptomatum causis. Cum autem Ἐμφύσημα omnium partium cōmunis affectio sit, in oculo tamen propriè dicitur quum ille absque manifesta causa intumescens, decolorator, pituitosior & multum pruriginosus fit cum fluxione, ut Aëtius ex Demosthene recitat. Contingit autè, ut idem ait, plerumque senioribus, pruritu ab angulo qui ad nasum est incipiente; velut si quis à musca aut culice sit commorsus. estque hæc affectio per æstatem frequens.

Ἐπιπιδμάτωσις. cruentum & recens ulcus. Sic dicitur confestim ubi illatum est, & nondum ex toto siccum, sed sanguine & cruore adhuc stillans, quodque coniungi sibi labora tantum postulat, omnis adhuc expers alterius symptomatis.

Ἐπιπιδμάτωσις φάρμακον. cruentum medicamentum. Id dicitur ut ait Gal. initio comment. 3. ἐπιπιδμάτωσις ἄγμων, quod cruento vulnere iniicitur ut primum illatum est, & nondum ex toto siccum, sed adhuc cruetum, hoc est, cum cruor qui αἷμα dicitur, ex cute ipsa vulnerata, vel etiam ex carne in rotis speciem distillat. His emplastris, inquit Celsus,

DEFINIT. MEDIC.

nulla maiorem usum præstant. Nam reprimunt inflammationem, nisi magna vis eam cogit, atque illius impetum minuunt: tum glutinant ulcera, & cicatricem iisdem inducunt. Constant autem, inquit, ex medicamentis non pinguibus, ideóque ἀλπινα nominantur. Quæ enim huius generis sunt siccare debent, & citra abstersionem leniter adstringere: hæc maximè ex bitumine componuntur, cùmque varij sint generis, duo tamen habentur præstantissima, unum βύρβαρον, alterum κωκινωρ appellatum. hoc tamen paulò plus quàm cruenta exiccat, ideóque nisi diluatur nocet magis quàm profit, contrahens membra atque dolorem inducens. Cæterùm τὸ ἐναιμαρ φάρμακον etiam à quibusdam κωκινωρ nominatur, ut scribit Galenus. de quo vide suo loco.

Ἐναιώρημα. est portio urinae crassa candidaque in eius medio sublimis. Partem quidem urinae esse patet ex eo quòd omnes vias emensa sit, & mutationes sortita quas & urina, attracta primùm per emulgètes venas à renibus, deinde demissa in vesicam, & concoctionem iis in locis sortita non aliter quàm urina. Sed nulla etiam urina est quæ eam non habeat vel secretam vel in se confusam, quemadmodum etiam hypostasim, de qua suo loco dicemus. Differt autè ab ea sola crassitie & gravitate, unde fit ut hypostasis matula fundum petat, enaorema autem in media urina pendulum sit, aut si fortè exquisitè medium nõ est, paulò magis deorsum quàm sursum vergat. Est enim corpus urina paulò crassius & gravius, multò tamen leuius quàm hypostasis. Ac quanquam quòd optimum est, eo loco situm esse oporteat & in imum magis inclinare (quantò enim magis deorsum subsidet, tantò melius haberi Galen. auctor est) sæpè tamen in aduersa valetudine supra medium fertur, atque ipsi etiam urina supernatat, pendetque in ea, veluti nubes in aère, propter flatuum copiam, atque ab ea similitudine ab Hippocr. etiam κωκίλω nominatur. Sic enim putauit Gal. Ἐναιώρημα & κωκίλω apud Hippocr. idem significare: quanquam ipse comment. 2. in prognost. dubitare videatur num Hippocrates τὸ ἐναιώρημα genus faciat τὸ κωκίλω καὶ τὸ ζοιοειδὲς ἐναιώρημα τὸς, ita ut duæ enaorematis species sint, una nubecula similis, altera genitura. Cæterùm quòd pertinet ad colorem quem candidum esse decet, eius ratio posita est in perfecta concoctione, quemadmodum color albus lactis, seminis, atque ipsius etiam sedimenti, sicut suo loco dicetur. vide τὸ πῶδες.

Ἐναιωρόμυλοι ὀφθαλμοί. oculi instabiles & qui perpetuò mouentur, apud Hippocratem. Ἐναντιορ. contrarium. aliter Aristoteli, aliter aliis definitur. Hi enim non in corporum modò qualitate, sed etiam in quantitate & loco contrarietatem constituunt, quam utique Aristoteles oppositionem vocat, non contrarietatem. Neque enim magnum paruo vult esse contrarium, sed in eo quòd ad aliquid dicitur oppositum: neque multum pauco, sed nec rarum denso, neque relaxatum contracto, neque ipsi quòd secundum naturam est, id quòd præter naturam est, ut nec summum imo, dextrum sinistro, anterius posteriori. Verùm Hippocrati omnia id genus contrariorum habent appellationem, sicuti etiam Platoni, qui generationes ex contrariis esse dicit, sed nec Aristoteles suam ipsius legem in nominibus seruat, quo loco principia eorum quæ natura reguntur, materiam, formam & priuationem statuit: itaque nihil interest in medicina dicas, contraria contrariorum esse remedia, vel opposita sibi inuicem esse remedia. Siquidem copiam sanat vacuatio, defectum nutrimenta, in summa quòd exuperat, ablatio, quòd deficiens est adiectio. Cùm verò dicantur contraria quæ sub

uno

uno genere plurimum inter se distant, non tantum extrema extremis, sed medio etiam contraria sunt. Itaque si intellexerimus in uno quoque genere quod mediocre siue medium est, infinita quedam contrariarum rerum multitudo inuenietur, quae maioris minorisque ratione inter se dissideant. Haec enim quamuis à se non distent longissime, contrariorum tamen nomine censentur ab Hippocrate.

Ἐνὸς ἁπλοῦς. species est ἡ Ἀσπερῶσις. Dicitur autem cum cauitas articulum excipiens admodum profunda est, caputque quod in eam inseritur, oblongum. Eius pauca sunt exempla, ut cruris cum ischio, & fortè tali cum osse nauis speciem referente.

Ἐνὸς ἁπλοῦς. indicatio. Est significatio eius quod fieri in singulis rebus debet, sumpta à propria cuiusque rei natura. Cum enim in singulis rerum generibus quaeri possit quid sequendum quidue fugiendum sit, eius cognitio ab ipsa rei de qua quaeritur natura peruestiganda est, quodque illa faciendum insinuauerit ideius indicatio dicitur. Vt si quaeratur de sanitate quid sentiendum sit, primum perpendere oportet sanitatis naturam, quae quia bona omnibus mortalibus videtur, facit ut iudicemus eam à nobis seruandam esse, quamobrem sui custodia, sanitatis indicatio est. Idem verò & in morbo agendum, qui quoniam totus praeter naturam est & toto genere malus, indicat & ostendit se tollendum esse. Itaque quemadmodum duo sunt summa rerum omnium genera bonum & malum, ita duae sunt primae & generales indicationes Custodia & Ablatio, illa quidem boni, haec verò mali. Singula enim de seipsis alterum eorum necessariò indicant: quicquid enim est, aut secundum naturam, aut contra naturam, aut medium est, quod non naturale solent appellare. Quod secundum naturam est, vel est sanitas ipsa, vel vires nostri corporis triplices, vel causa sanitatis, ad quas temperies, atas, consuetudo & ambiens aër referuntur, vel sanitatis effectus, hoc est, actiones omnes quae secundum naturam sunt. Haec autem omnia custodiam sui medicis omnibus indicant: quemadmodum quod contra naturam est, sui ablationem. Id autem est, aut morbus ipse, aut causa morbi, aut symptoma. Est autem ea prima & communissima indicatio & idiotas etiam non latens, quae quid agendum sit declarat, à qua aliae sunt magis speciales indicationes, quarum illae fieri possit quod prima indicauit, aliae verò quibus remediis, ostendunt. Haec autem nihil aliud sunt quam rei propositae argumenta à quibuslibet rebus desumpta quae ad eius cognitionem conferre possunt. Vt si quaeratur de morbo an curari possit, indicatio siue argumentum primum petendum est ab experientia, deinde verò à ratione: illud Empiricorum proprium est, & πείρασις καὶ σμύειον vocatur, hoc propriè ἐνδείξις est, nec aliud quam ἡ ἀκούλουθια λογικὴ, diciturque alio nomine κλημείον. Petitur autem quadri-fariam, à substantia totius aut partis affecta, ab actione partis laesa, ab usu, à situ partis. A substantia quidem petitur argumentum hoc modo: nam si eius temperies aequaliter vitiata est, indicat id non posse praestari quò tendimus: contra verò si inaequaliter vitiata est, aut si solida aliqua substantia perierit, indicat ipsa se non posse reparari: si verò carnosae aut spiritalis, posse. Ab actione autem partis laesae in hunc modum. Nam ea tunc per quam vita est, tunc sine qua esse non potest, tunc per quam conseruatur si perierit, certum est argumentum morbum eum cuius vitio perierit non posse curari: si verò per quam melior vita est perierit, spem esse curationis. Similiter pars ea cuius usus ad vitam necessarius est si perierit, indicat morbum esse incurabilem, contra verò cuius non necessarius est usus. A situ quoque partis idem indica-

D E F I N I T . M E D I C .

tur. Nam si ita sita est ut medicamenta ad eam pertingere nequeant, argumentum est praestari id non posse quò tendimus, sicut econtra praestari posse si medicamēta ad eam deduci valeant. Similiter verò de alia quaestione statuendū, qua quaeritur quibus remediis praestari possit quod speratur. Argumenta enim petuntur & à rebus secundum naturam, & ab iis quae sunt praeter naturam. Quae enim secundum naturam sunt, ut sanitas, vires & causa omnes salubres, ad sui custodiam similia sibi adhiberi postulant: quae verò sunt praeter naturam, remedium insinuant contrariae cum morbo facultatis, ut qualitas contrariam qualitatem, repletio vacuationem, & praeterea definitum certa quantitate & numero. Sed quantitatem quidem metiri oportet tum ex morbo, tum ex natura. Morbus enim indicat medicamentum tanto excessu contrario à natura deficiens, quanto ipse natura modum excessit, ut si morbus primo ordine sit calidus, medicamentum indicat adhibendum primo etiam ordine refrigerans. Natura verò multiplices variasque deligendi medicamenti indicationes praebet. Spectare enim oportet, & totius corporis & partis affectae naturam. Totius autem natura partim à naturali temperamento partim à viribus nostrū corpus dispensantibus aestimanda. Ac temperies quidem medicamēta indicat cum totius temperie aequali mensura esse oportere. Vires autem si robustae fuerint, valida medicamenta: si imbecillae, mitiora indicant. Similiter & partis affectae natura distinguenda est: nam pars similis in corpore quidem temperato, si mediū est cum ipso corpore temperamenti, indicat remedium tantum esse oportere, quantum soli morbo debetur: si autem mediū non est temperamenti, indicat medicamentum plus quam morbus ipse exposcat ea qualitate intendendū quatenus plus minusve à mediocritate temperamenti recessit: verbi gratia, glandulosa pars minimè siccans medicamentum indicat, carnosae parum siccans, venosa non multum, arteriosa magis, membranosa & nervosa amplius, musculoſa medio modo inter carnosam & nervosam, chartilaginosa multò magis, ossea verò quod maximè desiccet medicamentum indicat. Eadem verò similis pars in corpore intemperato, si quidem ambo, pars videlicet & corpus totidem contrariis gradibus recesserunt à sua temperie, indicat medicamentum tantum esse exhibendum quantum parti debetur temperatae, quantum scilicet morbus ipse solus postulat: si verò pars sola in medio est temperamento, indicat eatenus intendendas esse vires medicamenti, quatenus corpus ad intemperiem deflexit: si autem & pars & corpus imparibus gradibus contrariis recesserunt à sua temperie, tunc quot gradibus unum alterum excedit, totidem gradibus vires medicamentorum augendas esse ostendit. Pars verò organica, tum ex sua figura, tum ex positu suo remediorū genera modumque indicat: sicut Galenus extremo lib. 7. meth. medendi demonstravit. Sed haec quidem simplices sunt indicationes, praeter quas aliae etiam habentur compositae, genere similiter triplices: aliae enim quid agendū sit, aliae an praestari possit, aliae quibus auxiliis praestari possit, ostendunt. Quid verò agendum sit, in compositis indicationibus non alia methodo inuenitur quam in simplicibus, quòd compositi cum aliis affectus non indicent aliud esse agendum quam si simplices per se subsisterēt. An verò praestari possit, indicari potest, vel aestimatis per se singulis affectibus, qui si curari nō possunt, nec ipsi quidem cum aliis compositi curationem unquam admittent: vel affectuum inter se collatione. Si namque inter se contrarij sint, aut si eorum unus alteri noceat, difficiliorem prolixiorē aut periculosam

periculosam omnino curationem indicant: si verò indifferentes sint, ut sibi mutuo nec profint nec noceant, prolixiorum: si verò alter alteri auxilio sit, faciliorem pollicetur. Quibus autem auxiliis præstari possit inuenietur non aliter quàm si simplex esset indicatio, siue remediij genus, siue qua mensura, aut quàm sæpe sit exhibendum requiratur. Verum in remediorum ordine discrimen est, & cui primò cui secundò medendū sit inuestigandū. Affectus quidem in ordine promiscui, quorum nullus altero prior est, nullum ordinem exhibendi medicamēti definitum indicant: in quibus verò ordo aliquis est, etiam medicamēta certo ordine sibi adhiberi postulant. Id autem indicabitur à causa eius quod post futurū est, id est, cuius curatio est causa curationis alterius: hoc enim prius remedia sibi adhibenda esse postulat: ab eo quod obtinet rationem causa sine qua nō: hoc enim antè alia medicamentū requirit: ab eo quod magis urget: siquidem id prius sibi medendum esse indicat. Hæ quidem fere præcipua sunt indicationes quæ in morborum curationibus spectari solent. Nec tamen in parte tantum medicinae therapeutica indicationibus locus est, sed in sanitate etiam conseruanda, & in re breuiter omni de qua trium earum quæstionum aliqua quas explicauimus institui potest.

Ἐνδημῶς ἢ

Ἐνδημῶς ἰόςος. morbus patrius, vernaculus, & regioni seu populo alicui familiaris. Hic in regione aliqua frequēs est & perpetuus, omnesq; ex æquò corripit, quòd causam habeat omnibus communem. Altera est communis morbi quem παῖδαμωρ appellant differentia. De hoc morborum genere agitur apud Hippocratem lib. de aëre, locis & aquis.

Ἐπιμα. infusum. quod per inferna in aluū infunditur. ἔπιμασμα, κλυσις. venit ἀπὸ τοῦ ἐπιμα. ἐπιμα. vocantur à Græcis, inquit Galenus comment. 2. εἰς τὴν κατὰ ἰντρεῖον, qui ab ortu surdi sunt, simulque indistinctè loquuntur. Vnde quidā apud Hippocratem ἐπιμα metaphoricè interpretantur inefficax & inutile: ut enim illi obeundis vitæ munus prorsus inutiles sunt, sic quicquid non iuuat ἐπιμα ab Hippocr. dici existimant.

Ἐπιμα. actio. motus est partium actiuus: vel, actio est agentis motus: vel, actio motus est actiuus, qui à se editur: hoc enim pacto pleræque actiones excluduntur, quæ verius passiones nominari debent, quales quibusdam partibus accidunt, cū ab alijs mouentur. Siquidem crurum brachiorūque ossibus motus inest passiuus potius quàm actiuus, qui sit à musculis ea mouentibus. Qui tamen & geminam quoque rationem habent. Nam si ipsum primum mouēs, quod est princeps animæ facultas, respexeris, musculi rationem instrumenti habebunt: sin autem ossa quæ ab ipsis mouentur, rationē habebunt agentis. Possidet autem omnis actio, ut & passio, in ipso fieri essentiā suam. Quamdiu enim sit, actio dicitur: cū facta est iam nō actio, sed ἔργον, id est, opus. Siquidē caro non est natura actio, sed opus: quanquam rectè etiam loquentibus actionem quidem licet opus quoddam natura appellare, ceu digestionem, concoctionem, sanguificationem: non tamen contrā licet opus actionem omnino nuncupare. Patet enim alterum eorum nominū bifariam dici, alterum non item. Habet verò omnis actio in animantis corpore peculiarē aliquam partem per quam perficitur, nec pars ulla est in animalis corpore quæ careat sua actione, verum primarias quidem actiones corpora simularia, secundarias autem organica partes, sed verasque quidē (si modò integra & inculpata fuerint) à proba & naturali qualita-

DEFINIT. MEDIC.

tum temperie perficiunt. Actio namque proba esse non potest sine corporis naturali affectu, ut nec vitiosa, nisi cum corpus fuerit vitio affectum. Sicut autem probitas actionis, sanitas, ita actionis vitium morbus dici potest. Itaque habent singulae partes animalis suam propriamque actionem, quae quamuis partis eius cuius actio est, usus etiam esse possit videri (visio enim actio est oculi, nec alium ab oculo usum exposcimus) idem tamen non est, sed ab eo differt, quod actio, uti diximus, motus sit actiuus, usus verò nihil aliud sit quam quae vulgò dicitur ὁρμησις, id est, ad agendum aptitudo, quòdque usus actionem quidem dignitate praecellat, actio verò constructione & generatione praecedat, ut in lib. de usu partium docuit Gal. Sunt autem omnium actionum duae summae differentiae, alterae animales, alterae naturales. Animales triplices, sensitivae, motivae & rectrices, siue principes, quas praecipuas obtinet ea quae à pueritia ad remissionem usque succedit aetas. Naturales verò, quae & corporales à Gal. dicuntur lib. 6. sanitatis tuenda, plurimas, quarum tum cor, tum iecur principia existunt, in pueritia praecipue vigentes. Alij verò treis summas actionum differentias constituunt à tribus partibus desumptas quae sunt in toto corpore nobilissimae animales, quae cerebri sint, vitales quae cordis, naturales verò quae iecoris, vocabulis tantum à prioribus dissidentes.

ἐὸς γαίης, id est, actu aliquid esse dicitur quod ὄντως, id est, reuera tale est quale esse dicitur, ut ignis calidus, nix alba, homo niger qui reuera niger est, & calidus qui calet: dicitur autem relativè πρὸς τὸ δυνάμει εἶναι, id est, ad id quod potestate tale est.

ἐνθλάσις, infringit, apud Hippocratem.

ἐνδοσιασμός, fanatica percussio seu afflatio numinis. Est veluti cum quidam mente in factis faciendis capiuntur, si qua viderint, aut si tympana vel tibias vel signa audierint, ut legitur apud authorem τῆς ὄρας ἰντελιωρ.

ἐνδοσιακὸν, inter olera sylvestria à Theophrasto ponitur. Athenaeus & Plinius anthoison maluerunt appellare.

ἐνθρῆσις, ἐκείμιον ὄνη, instans pungit apud Hippocratem.

ἐνιαύσιον, annuum. Vt annuus morbus. Id dicitur vel quod uno anno à prima sua origine soluitur, vel quod annorum numeris iudicatur. quemadmodum & quaedam septem annorum spatio finiuntur, sicut ab Hippocr. in aphor. scribitur, pueris plerisque morbos desinere, alios quidem quadraginta diebus, alios septem mensibus, alios annis septem, alios verò cum ad pubertatem venerint. Author Galen. comment. in lib. de nat. hum.

ἐνιαυτός, annus, est temporis spatium quo Sol à puncto uno zodiaci digressus in idem reuertitur. Id trecentis sexaginta quinque diebus, sex horis & circiter centesima unius diei parte peragitur. Ac sex quidem horae quarto quoque anno diem unum efficietes, eodem intercalantur. Nec dubium quin post annum quemque circiter centesimum, similiter dies unus intercalari debuerit. Quod quia à temporibus usque Iulij Caesaris neglectum est, solstitia aequinoctiaque quindecim vel sedecim diebus celerius apud nos hodie contingunt, ut patet cum ex multis, tum maximè ex Columella lib. 11. cap. 2. Eo autem curriculo cum sol nunquam eodem in loco consistat, sed varie nobis illuceat propius ad nos accedens, vel longius à nobis digrediens, etiam vario modo afficit atque immutat aërem. Cuius quidem mutationis cum sint quatuor magnae siue generales differentiae (tot enim modis inter se coeunt quatuor qualitates)

litates) ideo totum annum in quatuor partes genere siue specie differētes, quas Graeci καιρὸς, interdum simpliciter ὥρας, aliquando ὥρας τῆς ἐτους, Latini anni tempora appellant, veteres diuisere, ver, astatem, autumnum & hyemem eas nominantes. Quorum etiam singulas differentias si in magis & minus seces, particularia quaedam tempora constitues, sed nominibus carentia, praeter astatem particularia tempora, cuius medium ὥρα κατ' ἰσοχλῶν, postremum ὀπώρα nominatur. A quibus inducti quidam annum in septem partes diuiserunt, astatem secantes in duas, hyemem verò in tres, ut scripsit Gal. Ac primam quidem earum ver appellabant, ab aequinoctio verno usque ad Vergiliarum ortum, ipsumque indiuisum propter paruitatem relinquebant: Secundam verò astatem, usque ad Canis exortum: Tertiam ὀπώρα: Quartam φθινόπωρον, hoc est, autumnum: Quintam ἀπογεῖτον, id est, sementem: Sextam hyemem, eo nomine tempus id proprie intelligentes quod sub solstitium est: Extremam verò φυτόλιον, quòd in ferendis arboribus opportuna sit. Qua quidem diuisione ver & autumnum integra sinebant, propter temporis quod continent breuitatem: astatem verò in duas partes, hyemem autem in tres diuidebant. Attamen Hippocrates annum quadrifariam tantum partitius est, pro ratione, uti dixi, temperamentorum. Nec tamen tam firma rataque semper est partium anni temperies, quin per sepe propter aliorum haud ignobilium quidem syderum ortus, occasus & cōiunctiones euariet. Sed hanc quidem qui seruarit καὶ δὲ τὸ ἐνιαυτὸν, id est, cōstantem annum: qui verò non seruaerit, ἀνετάστατον, hoc est, incōstantem Hippocr. appellat: si enim, inquit, pro ratione facta fuerint signa qua diximus in ortu & casu syderum, & in autumno si aqua descenderint, & hyems mediocritatem seruaerit, neque valde serena neque frigore excedens, & vere aqua euenerint tempestiua & astate, par est annum fore saluberrimum.

Ἐνιαυτάρμακον. pessus nomen est qui ad vteri & sedis inflammationes conuenit. habet autem adipis anserini & bubuli, cera alba, terebinthina, butyri, medulla ceruina, mellis, olei rosacei & cicini, pares portiones. Haec omnia recentia simul liquefiunt & uniuntur. Est & emplastri genus, quod Aëtius lib. 15. dicit esse Hori Mēdesij. Recipit autem adipis anserini, vitulini, butyri, medulla ceruina, cera terebinthina, olei rosacei, cicini, mellis, singulorum aequas portiones. simul omnia liquefiunt & uniuntur. suppurat, laxat, & praecipue neruis per consensum affectis conducit: ex eo etiam pessus fieri potest. Aliud eiusdem nominis emplastrum describitur à Celso ad pus mouendum & purgandum valens, nouē scilicet simplicibus medicamentis compositum, cera, melle, sauo, resina terebinthina, myrrha, rosa, medulla vel ceruina vel vitulina vel bubula, hyssopo, butyro, omnibus pari pondere inter se mistis.

Ἐνιαυτὸν. herba nouē folia longa habēs, caustica natura. In lūborū doloribus & coxēdiciū imponitur utilissimè, lana circūdata ne urat latus. cōtinuò enim pustulas excitat: Ἐνορμωῦτα. impetum facientia. Sic dicti sunt spiritus ab Hippocrate, aptissima prorsus appellatione & rei naturam omnino exprimente. Est enim spiritus omnium quae sunt in corpore leuissimum tenuissimumque, nō tam aërea quam aetherea substantia praeditus, ex qua non modo celerrimè mouetur, sed etiam in omnia corpora subit & cōmeat. Triplex autem cū sit, naturalis, vitalis & animalis, omnes ab iis facultatum omnium actiones perscuiuntur, & quo singuli sunt, ut ita dicam, habitiores, firmiores, largiores, tenuiores, calidiores, eò plures & vehementiores & celeriores, & cre-

DEFINIT. MEDIC.

briores impetus motusque cient in suo quique genere. Itaque cum pro aetate, sexu, temperamenti, partibus anni, ratione victus & reliquis circumstantiis magna sit spirituum differentia, inaequales quoque ab iis in corporibus motus excitari oportet. Sunt tamen omnes, uti & spiritus, genere triplices, quot scilicet sunt & facultates ad quas motus omnes referuntur. Naturalis spiritus à iecinore prodiens, atque à solido eius corpore suam vim roburque sortitus, natiuoque calore comitatus instrumentum est cuius opera functiones omnes naturales perficiuntur cum magna etiam vehementia, toto corpore trahendo, distribuendo, excernendoque quicquid corpori officit. Vitalis autem quantos motus creat, praeter gloriae, honorum, vindictae & aliorum eiusmodi magnam cupiditatem aliosque animi affectus, ostendunt etiam cordis & arteriarum pulsus magni, vehementes, celeres, crebri, ab ipso quidem corpore cordis, seu facultate ipsi insita profecti, sed spirituum ministerio absoluti & continuati. Cerebrum autem per spiritus animales impetus edit omnium vehementissimos in omni sensuum genere, sed maxime quidem dum partem aliquam pro voluntate mouet, multoque adhuc magis cum tam repente dormientibus, timetibus, animo deficientibus, in cerebrum tam cito recurrit, aut à cerebro in membra omnia, dicto citius euolat experge factus, metu solutus, reuocatus, & per neruorum spiracula sensum fugientia penetrans atque permeans. Verum, sicuti initio proposuimus, tanti impetus non à sola spirituum copia, sed à caloris etiam robore, eorundem tenuitate & subiecti ipsius corporis raritate plurimum adiuuantur. Siquidem pueris, adolescentibus & aetate florentibus, quia omnes eiusmodi cause concurrunt, magno quoque impetu spiritus in iis agitur, aetate declinantibus minore, quod eae causa multo sint in iis remissiores, minimo vero senibus praesertim decrepitis. uide πιδίμα.

Ἐνθαλαρ. caro gingiuarum interna, ut scribit Pollux: quae enim externa est, ὄλαρ proprie dicitur, quae uero inter dentes ipsos media est, ἀρως.

Ἐρυθμος σφυγμὸς. pulsus erythmus. Est octaua pulsus differentia à Galeno explicata. Sic autem pulsus omnis dici potest: omnis enim pulsus rhythmum omnino aliquem habet. Sed qui naturalem & optimum seruat, ἄρρυθμος dicitur, unusque est & indiuisus: qui uero non seruat ἀρρυθμος, in tres diuisus differentias. Itaque ἔρυθμος genus est commune τῷ ἄρρυθμῳ καὶ τῷ ἀρρυθμῳ.

Ἐνθαλαρ. collyrii genus, sic dictum quod oculis instillaretur liquidum. Eius multae sunt apud Aetium differentiae. Habetur & collyrium apud Gal. ἔνθαλαρ appellatum lib. 4. τῆν κατὰ τὸ πῶς. Paulus Aegineta σαρκακὸν appellat.

Ἐνθαλαρ. emplastri nomen quasi dicas intensorium. Constat magna ex parte iis quae penem possunt intendere. Descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 17.

Ἐντορα. intestina. Sunt corpora membranosa, caua, rotunda, ab imo uentriculo ad anum usque protensa, distribuendi in iecur chyli & continendi expellendique stercoris instrumenta. Eorum substantia non multum à uentriculo diuersa est. Sunt autem illis duplices tunicae propriae, partim ut expultrice ui maiore pollerent, partim uero naturae quadam prouidentia, ut si interior aliquo morbo putrescat uel exulceretur, exterior salua sit, ne chylus effluat. Est autem interna carnosior, externa uero membranosa. Utraque fibras ferè tantum circulares siue transuersas habet ad chyli & stercoris expulsionem, alicubi tamen & rectas, ad earum firmitatem, quod periculum esset transuersas à se inuicem diuelli, nisi à rectis ueluti ab aliquo ligamento extrinsecus

secus continerentur. Ac tunicis quidē his intestina à ventriculo differunt, quòd huius interior tunica, contrā quā in intestinorum membranosa est, rectis que fibris intertexta. Præter eas verò duas proprias etiam tunicam habent tertiam à peritoneo duabus illis circumdatam. Sunt autem intestinorum duæ summa differentia: alia enim tenuia sunt, eaque superiora, ἐκφυσις, νῆστις, ἐλαῖον ἢ λεπτόν: alia verò crassa & inferiora totidem, τυφλόν, κώλον, ἀπιδιδυοσύνον. Illa quidem chyli à ventriculo cocti in hepar distribuendi instrumenta: hæc verò stercore colligendo magis destinata, quāquam ex his quoque chylus aliquis in iecur perferatur. In id autē vena porta sobole numerosissima in partem eorum simam (nam cum permulti in iis sint gyri atque anfractus, necessario pars eorum altera gibba, altera caua existit) inseritur, chylū undique exuens. Verūm is succus potissimum in tenuibus intestinis perficitur: iam enim ex chylo stercore fieri formarique incipit, ubi ad cæcum intestinum peruenit: quod quia terrestrius acriusque cunctando morandoque efficitur, ideo inferiora intestina, quibus continetur, carnosiora minusque sensibilia natura perfecit & magis sinuosa atque anfractuosa, ne nimium frequenter & cumulatim fierent excretiones. Cæterum præter venas etiam arteriæ quamplurimæ ad intestina perueniunt à maioris trunci, qui lumbis insidet, profecta, & nervi insuper à ramo sextæ coniugationis, qui ab ea per costarum radices ad partes ventris inferni demittitur. Sunt autem omnia intestina sex numero, hoc ordine sese consequentia, sumpto à superis partibus initio, ἐκφυσις, quæ & δωδεκάδακτυλον dicitur, νῆστις, λεπτόν quod & ἐλαῖον vocant, τυφλόν, κώλον, ἀπιδιδυοσύνον, hoc est, duodenum, ieiunum, tenue, cæcum, colon, rectum, de quibus vide suis locis. Hic omittendum non est quod annotat Gal. comment. 4. in lib. 6. τῆν ἐπιδημιῶν, cum δ' ἑτέρου singulari numero dicitur apud Hippocratem alios τὸ κώλον interpretari, alios verò cæcum: illud quidem κατ' ἰσοχλί, propter magnitudinem, hoc verò quòd solum ex intestinis in scrotum descendit & ἐπιτροκίλω committat.

ἐπιπεύων. pars interna cuiusque rei, siue medulla sit, siue nucleus, siue ossiculum, alio nomine ἐκάρδιον appellatur.

ἐπιτροκίλω. est tumor scroti, intestino & omento in ipsum simul deuolutis. Tumor est compositus, ut scribit Gal. lib. de tum. præter nat.

ἐπιτροκίλι. est tumor scroti, delapso in id intestino. Accidit magna ex parte laxato, nonnunquam verò & abrupto eo meatu qui à peritoneo ad testiculos pertingit. Sic enim ad ipsum meatum aut ad tunicam quæ ἐνδεροίδης dicitur intestinum delabitur. Id autem ferè cæcum est, Græci τυφλόν vocant: facile enim, cum omni vinculo solutum sit, descendit in scrotū, quoniam solum hoc intestinum solutū sit, cum reliqua omnia lactibus alligentur, ut scribit Gal. comment. 4. in lib. 6. τῆν ἐπιδημιῶν.

ἐπιτρόμφαλοι. quibus intestina ad umbilicum procedunt, ipsumque extuberare faciunt, species una est τῆν ἰσομφάλων, ut habetur ἐν τῷ ἰητῷ.

ἐπιτεχόμενα. sic à quibusdam dicuntur οἱ τερεοί, hoc est, extremi palpebrarum ambitus, unde excrefcunt cilia.

ἐντύποις. humeri acetabulum. Articulus humeri cum brachio, sicut habetur apud Iulium Pollucem, qui alio nomine ἀμοστίλω scribit vocari.

ἐξάγιον. ponderis nomen est quo vititur Actuarius in aurea antidoto Alexandri. Pendet autem quatuor scriptula: Latini sextulam appellant.

DEFINIT. MEDIC.

Ἐξαλίπης. κωνιάτης. χλίσης. illitor, unctor, apud Hippocratem.

Ἐξαλίχοιτο. ἐκκενοῖτο, euacuatur, apud Hippocr.

Ἐξαιδήματα. papulae. Sunt eruptiones leues humorum per cutem: sed illae diuersorum omnino generum sunt. Nam ἔφλυκταινας ἔμυβοῦα ἔιδιούκιδας ἔλεχῆνας ἔαλια multa tumorum genera comprehendunt. Earum autem quaedam in altum atolluntur ἔextuberant, à calidiore videlicet humore genitae: quaedam depressae sunt ἔlatæ, nec cutem ferè excedunt. Præterea aliae toto propè corpore efflorescunt. ut quae per malignas ἔpestilentes febres oriuntur, ἔquae per Gallicum morbum erumpunt, ἔvariola vulgò dictæ ἔmorbilli: aliae in parte tantùm aliqua consistunt, ut capite, facie, quas omnium malignissimas Herodotus medicus dixit, circa labia ἔnasum, quales sunt in februum declinationibus. Sunt ἔearum ex colore differentiae plures. Quoniam enim omnis humor in cutem potest erumpere, iccirco ἔrubra ἔpallida ἔflaua, nonnunquam verò ἔnigra ἔliuida apparent. Pro materia verò unde nascuntur varias habent appellationes. Alias enim feruentes papulas, alias nigras medici nuncupant: ipseq; Plinius eas quae à pituitoso humore sunt, pituitae eruptiones vocat. Præterea ἔpapularum quaedam sine dolore, sine pruritu, sine ulcere sunt: aliae pruritum inducunt tantum, ut scilicet scilicet scilicet continuo labore vigiliæ succedant. Aliae verò exulcerantur, ἔaliquando ad quandam catbunculorum speciem accedunt, quas ἀγλας, hoc est, feras Celsus scribit à Grecis appellari: in iis enim cutis plurimum exasperatur, ulceraturque ac vehementius ἔtodditur ἔruberet: interdum etiam pilos remittit: quod papularum genus plerique λεχῆνας, hoc est, impetiginem interpretantur.

Ἐξάντης. ὑγιής. sanus, apud Hippocratem.

Ἐξάρραγμα. σῶπτεμμα. confractio, collisio, apud Hippocratem.

Ἐξάρθρημα. vide ὀλιδαίημα.

Ἐξάρθρημα. luxatio. Est positio articuli deprauata ἔpræter naturam. Ea fieri potest sursum, deorsum, intus, foras, antè, retro. Sex enim istis differentiis in articulo ossa à sua sede transponi possunt. Est autem luxatio morbus ossis, non quia os pars similis est, sed quod partis organica portio sit. Sic enim ἔin multis aliis partium organicarum morbi partibus similaribus per accidens tribuuntur, ἔcontra similarium morbi organicis. Sunt autem qui per Ἐξάρθρημα non omnem luxationem intelligant, sed eam tantùm in qua totus articulus à sua sede omnino recessit. Nam paruam luxationem πειράρθρημα vocari contendunt. vide ὀλιδαίημα.

Ἐξάρθρους. Hippocrates appellauit eos quibus articuli naturaliter extant ἔprominent, ut annotat Gal. comment. 1. ἐς τὸ πρὸς ἄρθρων.

Ἐξάρθρωμα siue Ἐξάρθρωσις, dicitur ab Hippocrate cum os citra fracturam suo loco mouetur, quod malum etiam alio nomine ἐκπῶμα atque ἐκπῶσις appellatur.

Ἐξάρυατοι. ἐκκενοῦτοι. ἐκθλιβετοι. euacuatur, exprimitur, apud Hippocr. Quidam verò interpretantur Ἐξάρυατοι καὶ ἀπειλῶ ποιῆται, hoc est, ag greditur ἔminatur.

Ἐξάρυσις. ἀπείντησις. exhaustio, apud Hippocratem.

Ἐξασίαις. quidam apud Hippocr. interpretantur lina eminentia in oris linteorum scissorum, ἔà vilibus pannis fila. Galeno autem etiam antequam scindantur, extantia eodem modo videtur Hippocrates appellare.

Ἐξέρθρημα

ἰξοῦσθαι. valde rubens, apud Hippocratem in prothet. ut Galenus interpretatur. Annotauit autē Erotianus à quibusdam ἰξοῦσθαι intelligi ἢ ἰξω γινώμιον ἐρύθνημα, inq; ea sententia fuisse Philonidem Siculum.

ἰξυχοβόρροι. gutturosi, apud Hippocr. lib. de artic. id est, qui guttura habent in anteriorem partē protuberantia: βοβόρροι enim ipse appellat vel totam asperam arteriam vel fauces duntaxat.

ἰξυκοντάρροισι. species collyriorum τῆν σαπκῶν, sic dicta quòd uniuersa eius structura sit drachmarum sexaginta, sicut ἰξυκτάρροισι, quòd sit drachmarum centum.

ἰξυκτελασμίον. ἄντησι Δξ τῆ ἰκτείου ἰθνηλίου. hoc est, panno vili colatum, apud Hippocr. Est autem ἰκτείου tenue quoddam ἔρ rusticum subtegmen.

ἰξυκτικὰ φάρμακα, eadem sunt quæ ἔρ ἰδιωσασικὰ. de quibus vide suo loco.

ἰξυς. habitus. varia significat: primùm quidē eo nomine in re omni uti solemus quæ stabilis est ἔρ agrè amouetur à subiecto, quomodo ἔρ Aristoteles usurpauit in logicis, distinguens ἄρ τῆ Δξ. δέσας: hic comparatur à multa longaque Δξ. δέσας. Proinde secundum eam significationem id quod est ἐν δουλήτῳ Δξ. δέσας, siue sanitas, siue morbus, siue aliud quodlibet, καὶ ἰξυ Δξ. δέσας dicitur, ut scribit Gal. lib. 2. meth. med. Huic contrarium est κατὰ ἄσιν, siue ἐν ἄσας. ut idem initio lib. 8. docet, idem significans quòd simpliciter ἐν τῆ Δξ. δέσας. Sic autem simpliciter dictus habitus neque bonum neque malum significat: sed eum in hominis valetudine designare volentes, illum διεξῆαι, hunc καχέξῆαι nuncupamus. Sunt enim hæc duæ τῆ ἰξυος differentia, medicis supra ceteras usurpata. Hippocrates verò ἐν τῷ πῶδι διαίτης ὄξῆσιν etiam ἰξυ ἠνοικαὶ ἄντῆ τῆ σάμικος πῶ κατὰ σκεδῆν, hoc est, ipsius corporis constitutionē, per quā vel raro aut denso corpore, vel gracili aut obeso, vel aliter quis dicitur, sicut Galen. comment. 2. annotauit, quam tamen idem Hippocrat. etiam ἄσιν ἐν τῷ πῶδι ἀρθερῶν appellat, duo hæc nomina confundens, ut habetur apud Gal. comment. 1.

Idem Gal. lib. de arte medica scripsit totius corporis habitum de his maximè partibus dici, quæ primæ intuentibus obuiantur, cuiusmodi sunt muscoli ossa omnia cingentes, ex simplici primæque carne, ἔρ fibris, quas ipsa conuestit, constātes, quòd quidem non est aliud quam ipsa κατὰ σκεδῆν τῆ σάμικος, cui propriè competit raritas, densitas, gracilitas ἔρ obesitas. Verùm Galenus scribens de his maximè partibus habitum dici quæ sunt oculis peruiæ, intellexit proculdubio ἔρ alias quasdam particulas esse, oculis licet non obuias, quæ habitus nomine comprehendantur. Ea nimirum sunt omnia etiam interna viscera, cor, pulmones, ventriculus, iecur, lien, renes ἔρ reliqua omnia, præter contenta ἔρ impetum faciētia. Siquidem τῆν ἰξυτῶν, hoc est, continentium nomine intelliguntur. In hac significatione accipienda sunt quæ dicuntur à medicis febres intermittentes gigni humoribus in habitu corporis putrentibus. Neque enim hi in extrema modo carne putrēt, sed in intimis etiam visceribus, ventriculo, iecinore ἔρ liene, quæ non minus quàm muscoli, habitus nomine designantur. Similiter cùm dicitur tertiam febrium speciem quæ ἐλκῆν dicitur, corporis habitum occupare: siquidem ea consistit in his omnibus partibus quas solidas nuncupant, ἔρ quæ ἰξυτῶν ab Hippocr. nuncupantur, pluresque earum differentias pro locorum affectorum varietate, ut ventriculi, iecinoris, pulmonis, pectoris, mensarai, ieiuni, coli, uteri, renum ἔρ septi etiam transversi, Gal. lib. 10. methodi medendi annotauit. Quare nemo veteres medicos cauetur dicentes febrem

DEFINIT. MEDIC.

intermittentem in habitu corporis gigni, quod illa in ventriculo, iecino, mesenterio atque alibi nascantur: quasi vero hæc quoque partes habitus nomine non comprehendantur. Quod attinet ad febrem hecticam non est necesse sic dictam esse intelligere quod habitum corporis occupet: fieri enim potest ut illi nomen hoc inditum sit secundum primam ἡξίως significationem, quasi sit ἐν τῇ ἡξίᾳ, non ut alia febres ἐν ἡξίᾳ. Significat ἡξίς apud Hippocr. ἐν τῷ κτ' ἰηρῆσι, τὴν ἐν τῷ μύδι τὴν ἐπίθεσι καὶ ἡτάσασιν τῆν ἰδιόδεμίων, hoc est, post deligationis tempus membrorum deligatorum collocationem, ut comment. 3. Galen. annotavit.

ἡξίσαδου. delirare vehementer & furibundè, apud Hippocr. in prothetico.

ἡξολισμός. translatio ossis ex superficie in profundum.

ἡξόμφαλος. dicitur cui umbilicus indecore prominere, ipsumque malum ἡξόμφαλον πάλῃ vocatur: alij rupturam, alij egressionem umbilici vocant. Accidit, inquit Paulus, vel peritonæo ea parte rupto, ac procidente omento aut intestino: interim colluivie ociosi & inutilis humoris sub umbilico contracta, interim carne subnata, aliquando sanguine irrupente propter venæ aut arteriæ rupturam, ut in aneurismatis, interdum non sanguine, sed spiritu solum irridente. Si omentum procidit, circa umbilicum tumor concolor, mollis tactu, indolens & inæqualis apparet. Si intestinum, præter hæc tumor magis inæqualis est digitis cedens & evanescens aliquando cum strepitu, balneisque & distentionibus magis increfcit. Humorem denotat mollis tumor qui compressu non cedit nec decrefcit, neque tamen augetur. Si præter superiora signa lividior tumor est & durior, adnatæ illic carnis signum est. Introductorij author tres tantum causas videtur novisse, scribens omnes ἡξόμφαλους tribus differentiis comprehendendi, alios appellans πιδματομφαλους, alios ἐντόρομφαλους, alios ἰδρόμφαλους. Non est autem malum hoc peritonæi solius, sed oportet omnino transverso quoque musculorum epigastrij nerueas appendices affectas esse.

ἡξόσσις. ossis eminentia & extuberatio, quacumque corporis parte præter naturam contigerit. Peculiari tamen nomine ossium tubera quæ in genis contingunt σατυρισμοί appellatur. Non dubium est huius tumoris qui præter naturam est materiam crassam esse & melancholicam. Sunt autem huiusmodi tumores Gallico morbo laborantibus frequentes.

ἡξουρα. ἐξ στενοῦ (λωπιχίνα. in angustum contracta, apud Hippocr. quæ & μύουρα dicuntur.

ἡξοχίς. est in ano genitum tuberculum quod callum nondum contraxit: si namque iam contraxit κοινύλασμα vocatur. Dicitur & ἡξοχί.

ἡξυάπσις. idem quod ἡ ἀπυχία ἢ αἱματώσις, id est, frustrata sanguificatio: sanguinis enim loco humor aquosus reponitur, unde promptè aqua inter cutem emergit.

ἡπαγύλας. laquei species apud Oribasium, quo sinus super sinum iniicitur, faciens ad corpora figuranda.

ἡπαρῆγια. dicuntur membrorum genitalium præputia, sed malè tantum affecta: videlicet curta & quæ facile reduci non possunt, siue à natura, siue ex circumcissione: sic enim usurpat Dioscorides cap. πιδί διαφίας & πιδί ἀλούς. Quæ autem naturaliter se habent, ποδάϊ vocantur.

ἡπαμμασιός πυρετός. species una est febrilium quas σαώχους appellant, quæ cum unam quidem à principio ad finem usque accessionem habeat, non tamen eodem tenore perseverat, sed assurgit atque inualefcit. Dicitur & ἀναβαπτός alio nomine.

ἡπακρά.

Ἐπακρά. τὰ ἐς σείον πλιθιῶντα. in angustum desinentia apud Hippocratem, quæ etiam ἔξουρα ab eodem dicuntur.

Ἐπαλίωρ. ἐπιπάλωρ, apud Hippocratem: additur autem ad denotandā vehemētiam.

Ἐπανιδιδίμ πυρετός. increfscens, resurgens febris. Est differentia febris apud Hippocr. lib. 6. τῆν ἐπιδημῶν, sumpta à caloris motu, cui ipse ὄξω, id est, acutam opposuit: sic dicitur cuius calor initio minùs mordax postea assurgit, manύmque admotam mordet. Huius generis sunt pituitosa febres. Nam quum primùm medicus manum thoraci admouerit, illæ nec mordēt, nec tactum calore suo feriunt, quòd materia frigida humida igni contraria, non facillè accenditur. Manu autem diutiùs immòrante & calorem paulatim fouente atque excitante, calor accensa iam materia mordax effluuiio fumidi excrementi manum mordet. Nec tamen ista febrium differentia à motu caloris ita sumitur, quin & febris essentia, id est, calori intensiori & materia in qua calor accenditur, aliquid suæ generationis debeat.

Ἐπανιδίπλωσις, siue

Ἐπανάλυσις. idem quod ἀναδίπλωσις in febribus Galeno authore comment. 2. in lib. 6. τῆν ἐπιδημῶν. vide ἀναδίπλωσις.

Ἐπαροδουῖσαι. significat apud medicos, quæcūque aliquo modo excedunt, in statum naturalem restituere, ut hiantia coniungere, quæ abscesserūt propellere, peruersa dirigere: dicitur & διοροδουῖσαι.

Ἐπίεματα. vocantur ab Hippocrate tumores præter naturam qui secundùm aures egrotantibus exoriantur. Ea etiam οἰδήματα communi significatione appellat. Recentiores proprio nomine παρῶπιδες nuncuparunt.

Ἐπρωξῆς νόσος. increfscens morbus. Dicitur apud Hippoc. qui procedente tempore augetur, semperque, nisi priùs soluat, labitur in peius: ut podagra, arthritis, nephritis, epilepsia, melancholia: increfscunt enim unà cum ætate. Sabinus verò ἐπρωξῆς νόσους interpretatus est morbos pueriles, qui unà cum ipsis pueris crescant donec ad uenerē ætati sint, ut scribit Galenus comment. 5. in lib. 6. τῆν ἐπιδημῶν.

Ἐπαφαίρεσις. repetita sanguinis missio, apud Galenum.

Ἐπαφάση ἡ δακτύλω. ἀπὸ τῆς ἐφάση. apud Hippocr. dicitur autem παρὰ τὴν ἐπαφάσαι, ut annotat Erotianus.

Ἐπαφρα. τὰ διάλυτα & δὴ ἀφρώδη, apud Hippocratem.

Ἐπυλάσονται τὰ ἐπιμύνια, ἀπὸ τῆς ἐμποδίζονται, apud Hippocr. ἡλύγα enim apud Atticos idem quod ἡ σκιά, ut annotat Erotianus.

Ἐπυγάστριον. abdomen. Est pars humani corporis, inquit Celsus, quæ à coxis & pube sursum versus ad præcordia peruenit, ab exteriori parte, euidenti cute: ab interiori, leui membrana inclusa quæ omento iungitur, πῶδωποιῖος autem à Græcis nominatur. Sic quidem ille lib. 4. cap. 1. quid abdomen sit, diffiniuit. Alij verò multò aliter ὑδὴ γάστριον interpretantur, sic appellantes eam tantum partem quæ supra umbilicum est, quæque iecinori & lieni incumbit, decepti vel nominis etymologia (γάστρις namque uentriculum significat) quasi sic dicatur id quod uentriculo insidet, vel malè intellecto Gal. comment. in aphor. 35. lib. 2. Nam cum Galenus initio eius commentarij statuisset τὴν ἐπυγάστριον commune nomen omnium partium quæ in imo uentre continentur, conclusit circa finem ἐῖς τρία πάντα διαίρεσθαι τὸ σῦμπαν, ἑπὶ τὸ ἰδριον, τὰ πῶδω ἡ ὀμφαλῶν, καὶ τὸ ἦτρον, hoc est, in tres partes omnem eam regionem (epigastrium intelli-

gens) diuidi, in hypochondrium, in partes umbilico circumpositas, & in venterem inferum. Est enim hypochondrium pars superior epigastrii. Itaq; relicta ea interpretatione nostram sequamur, qua dicitur ἡ ὑπὸ τῆς κοιλίας tota ea caro qua ab imis costis ad pubem usque protenditur, quasi ὑπὸ τῆς κοιλίας καμῶν, propterea quod ventri incumbat. Constat ea octo musculis, quorum quatuor obliqui sunt, duo recti & duo transuersi siti. Sunt autem obliqui omnium primi discissa cute statim obuij, quorum duo priores à costis profecti in pubis ossa obliquè inseruntur, reliqui verò contrario fibrarum situ ab ilium osse exorti in extremas nothas costas feruntur. Hi autem quatuor musculi tum qui ab ilibus ad costas, tum à costis ad ilia ducuntur, Græcorum literam χ referunt, eodem modo sese intersecantes. Secundum eos recti apparet, toti carnosissimi, à pectore usque ad pubis ossa per medium ventrem extensi, atque ab his transuersi, qui à notharum costarum finibus exorti illos medios angulis rectis diuidunt. Ac cum recti quidem prorsus carnosissimi sint, à prima origine ad finem usque, reliqui quæ rectos non contingunt, sunt quidem pariter carni: quæ verò eos attingunt in membranasas ἀπὸ τοῦ ῥαχιδίου mutantur. Valent autem hæ musculorum differentia non modò ad attractionem, retentionem expulsionemque excrementorum, verum etiam ad efflationes conducunt vocemque acutam & magnam, præterea ad vomendum meiendumque inferiore præsertim sui parte, qua vesica incumbunt. Caterum nemo Galenum reprehendat, si horum octo musculorum ordinem aliquot in locis ratione optima mutauerit. Siquidem lib. 6. meth. med. & lib. 5. administ. anatom. eo ordine describit quos nos supra explicauimus, naturæ videlicet ordinem sequutus. Idem verò lib. 5. cap. 6. loc. affect. primos recenset rectos, quanquam primos non appellet, ut clariùs explicaret reliquos tres ordine legitimo descriptos quæ rectos attingunt in aponeuroses commutari: similiter lib. 5. de usu partium rectos primos describit, quorum comparatione transuersi primum, deinde obliqui, ex angulorum cum rectis musculis varietate appellantur, ut lib. 2. sanitatis tuendæ de frictionum differentiis agens Gal. explicauit. Rectum namque & natura & dignitate prius est transuerso, & transuersum obliquo: neque transuersum aut obliquum nisi per rectum definiri possunt. Quare eo ordine modòq; musculos epigastrii describens Gal. ordinem doctrinæ sequutus videtur.

Ἐπιχεινῆμα. idem quod σὺμπῆλωμα. quanquam aliqui ita distinxerint, ut symptoma esset quicquid præter naturam animali accidit: ὑπὸ τῆς κοιλίας verò non omne, sed quod solos morbos necessario sequitur.

Ἐπιγαστῆς. femoris & natis pars exterior apud Arist. histor. animal. lib. 1. cap. 14. Ἐπιγαστῆς autem caro sub natis ad femur depressa.

Ἐπιγαστῆς ἡ

Ἐπιγαστῆς. ligula. Est membrana cartilaginosa, rotunditatis oblonga, laryngis meatui superposita. Eius substantia cartilago est, eaque prætennis, quod eam & attolli & collabi crebrò oporteat. Quo enim tempore animal respicit, attollitur, ut viam aëri faciat: cum autem quiduis transglutit, laryngi accumbit, ne id in pulmones decidat. Quod enim transglutitur, ceu primum ipsius radici incidens, post autem dorso inuectum, inclinare ipsam cogit & collabi. Rotunda autem est & magnitudine paulò maior laryngis orificio, ut velut operculum quoddam totam laryngem exacte claudat. Vergit autem ad stomachum, positionemque habet tertiæ cartilagini arytæ-noidi contrariam, ut quæ ex aduerso etiam loco exoriatur.

Ἐπιγαστῆς ἡ

Ἐπιγονῆς ἢ

Ἐπιγονῆς. mola, patella. Est os cartilagosum, latum, rotundum, intus laeve & cauum, toti genu suprapositum. Duabus constat substātiis, una ossea, interiore, altera cartilaginea, quæ exterior superficiariaque est, sic ut cartilagine quodammodo incrustatum videatur interna præsertim parte qua articulum respicit. Verum à lateribus asperum est, quò commodius ei tendines tibiam extendentes ipsumq; femori atque tibiæ alligantes aptarentur: propter quos etiam iis locis cartilagosum videri cum Galeno possit, maxime in iuuenum corporibus: at grandioribus, abrasis cultello aut coctura abscedentibus tendinibus, manifestò osseum apparet. Contegit femoris tibiæq; articulum, alioqui nimis patentem, prohibetque ne antrorsum luxetur. formam propè orbicularem habet, fastigio ad tibiam acuto. Umbonem imitatur, medio corpore crassiore, orisque tenuibus.

Ἐπιδερμῖς. est cuticula sensu destituta & toti veræ cuti supertensa. Sensu differt à verâ cute: hæc enim à nervorum extremitatibus dilatata fit, ἠδὲ δερμῖς verò à cutis excremento provenit. Itaque vel sensu caret, vel exigui admodum sensus est, proindèq; citra dolorem faciliè à subiecta cute separatur. Sic dicitur quòd supra cutem nascitur, quòdque eius veluti quædam efflorescentia sit, sicut δ' ἠδὲ δερμῖς τῆς δὲ μὲν, καὶ τὸ ἠδὲ δερμῖς βρομῖς τὸ δὲ μὲν βρομῖς.

Ἐπιθεῖς. sic dicitur in muliebri pudendo suborta veluti caruncula, quæ aliis nominibus τὸ μὲν, μὲν τὸς καὶ κληθεῖς vocatur.

Ἐπιθεσιός. dicitur ab Hippocr. fascia summa, quæ primæ superiniicitur: quæ enim proximè partem affectam contingit, ἔπειθ' ἀπὸ τοῦ ἐπιθεσιός ab eo vocatur.

Ἐπιθεσιός ἡμέρα. index dies. Est quartus dies cuiusque septimana, indicans qualis futurus sit septimus. Nam cum iudicia soleant à natura fieri dierum hebdomadibus, sicut à Galeno demonstratum est in libris de diebus criticis, eaque nisi cōcocto humore fieri nō possint (nulla enim crudi humoris excretio critica est) ut crisim concoctio precedat omnino necesse est, quòque perfectior concoctio fuerit, eo crisim meliorem fore. Itaque ubi concoctionis signa videri incipiunt, spes est propediè futurā crisim: ut si quarto appareant, futuram septimo: si undecimo, futuram decimoquarto: si decimo & septimo, futuram vigesimo, atque ita deinceps aliis septimanis quemadmodum prodidit Hippocr. aphor. 24. lib. 2. ubi quod de duabus septimanis dictum est quasi sub exemplo de aliis intelligendum nobis reliquit. Itaque in præfagienda crisi, qualis sit cuiusque septimana dies quartus, diligenter considerandum est, quem ea de causa θεωρεῖτο Hippoc. appellavit: designat enim qualis futurus sit proximus ab eo septimus. Si namque quarto die cuiusvis septimana signa mortifera appareant, certa perniciès septimo expectanda: contra si illo die salutifera signa se prodant, salus die septimo promittitur. Quod cum in omnibus morbis verum sit, in acutis tamen omnium manifestissimè deprehenditur, in quibus mutationes maiores magisq; subitæ contingunt. Adeò verum est quod scripsit Hippocrates, septenorum semper quartum diem esse indicem. Quod si fuerit aliter aliquando observatum, sciendum id non ex ipsius diei natura, sed alia de causa contigisse. Ex sua namque natura, hoc est, si nihil rarū magnūmq; vel extrinsecus, vel ex ipsa morbi specie morèque, vel etiam ægrotantis habitu acciderit, quartus omnino septimum qualis futurus sit, declarat, sicut Gal. de diebus criticis lib. 1. cap. 11. apertissimè demonstravit.

t iij

DEFINIT. MEDIC.

Ἐπιδημικὸν ἢ

Ἐπιδημικὸς ἢ ἐπιδημικὸς νόσος. est morbus communis & à communi causa natus, non tamen patrus & familiaris, sed potius externus & aduentitijs. In hoc enim differt ἀπὸ τοῦ ἐπιδημικοῦ. Nam uterque cum ἐπιδημικός hoc est, communis sit, hic tamē familiaris est alicui regioni & quodammodo vernaculus: ille verò non assuetus, sed à cōmuni causa & insolita natus. habet autem duas differentias: quod alius λοιμώδης est siue pestilens, alius verò mitior, quem generis videlicet nomine ἐπιδημικὸν ἢ ἐπιδημικὸν vocari scribit Galen. comment. i. ἐξ ἃ ὁ δὲ δὴ αὐτῆς ὁξείας. aphor. 9. Sed satius fuerit omnes eas morborū differentias in tabula sub oculos ponere, quemadmodū Galenus distinxit.

Morborum alij

κατὰ μέρος. hoc est, dispersi, qui singulos separatim corripiunt. Sunt plures simul morbi vagantes & genere diuersi, quorū alius aliū inuadit. Nō ab aère, sed à ratione victus nascuntur, quā singuli habent propriā & peculiarē.

Ἐπιδημικὸν ἢ ἐπιδημικὸν. hoc est, patrij, vernaculi & alicui regioni familiares. Hi in aliqua regione frequētes sunt & perpetui, & omnes ex aquo corripiant, ob causam quæ omnium communis est. De his agitur ab Hippocrate lib. de aère, locis & aquis.

κοινὸν ἢ παρκοινὸν ἢ παρκοινῶδες. hoc est, communes. Sunt certi morbi & singulares qui alicubi vagantur, & multos aequē simul corripiant. Ut autē omnibus sunt cōmunes, sic & causam habent cōmunē, ut aērē quem omnes pariter inspiramus, vel aqua mala potū, vel cibū etiam aliquādo à cæli intēperie aut alia de causa vitiatum, aut graue tetrāmq; exhalationē, vel simile quid quod vitari nullo modo potest.

Ἐπιδημικὸν ἢ ἐπιδημικὸν. cōmunes quidem morbi, & à communi causa nati, non tamen patrij & familiares, sed potius externi & aduentitij.

λοιμώδης. pestilentes. Hi sunt contagiosi & omnium perniciosissimi.

κατὰ μέρος. non pestilētes, sed pestilētibus mitiores. Carent proprio nomine, quāquam Galenus quasi oblitus eorū quæ in procemio lib. i. epid. scripserat, asserit alibi eos qui pestiferi non sunt vocari ἐπιδημικῶδες, mutuato scilicet generis nomine, ut plerisq; alijs accidit rerum differentijs.

Ἐπιδημικῶδες. est propria & intima testium tunica & illis omni ex parte contigua, dura, crassa & admodum valida. Eius supernae parti vena atque arteria, sanguinem spiritūque testi deferentia, inseruntur, & multi ab ijs ramuli intra testis corpus peruadunt. Huic alia tunica superposita est, ἰσχυρῶδες dicta, non eam modo, verūm tota

tuna

tum etiam testem comprehendens. Dicitur ἐμδιδυμῖς, quòd testiculo, quem διδυμῶν vocant, superinducta sit. Malè quidam eo nomine testiculi quoddam caput & veluti efflorescentiam significari putant, nominibus manifestò abutentes (id enim πρᾶσις vocatur) & ob id in errorem lapsi, quòd existiment τὴν ἐμδιδυμῖδα eadem ratione dici, qua τὸ ἰδιδυμῶν & τὸ ἰδιδυμῶν βρομ.

ἐπίδοσις. incrementum. vide αἰξυσις.

ἐπιμαρῖς. apud Hippocratem significat verisimile & probabile, ut annotat Galenus comment. 3. εἰς δ' ὡδὶ ἀγμῶν.

ἐπιμαρῖος. significat apud Hippocr. modicè, hoc est, neque perfectè siue omnino vehementer, neque ex toto sed mediocriter, ut annotat Gal. comment. 3. εἰς δ' ὡδὶ ἀρθρῶν. Idem præterea author est comment. in prorrheticum ἐπιμαρῖος in symptomatis usurpari quæ nec multum spei, nec multum etiam timoris habent.

ἐπίδημα. est medicamentum quod in malagmatis formam compositum mediis corporis partibus aptatur ad varios usus: ἐπίδηματα καὶ δακρυγὴ pleraque describuntur ab Aëtio lib. 3.

ἐπίδυμβρομ. vocatur à Paulo id quod supra thymbram siue satureiam provenit, quod cirrorum modo comas & ramos crebro volumine complicat, sæpenumerò purpurascens. Atram bilem perinde atque τὸ ἰδιδυμῶν purgare dicitur.

ἐπίδυμῖς. à quibusdam dicitur ὁ δύμως, ut habetur apud Dioscoridem.

ἐπίδυμῶν δὴ δὴ αἰμῖς. concupiscibilis, appetitrix facultas, quæ & φυνικὴ & δεξιτικὴ appellatur. Est pars animæ irrationalis, cibum, potionem, & omnis generis voluptates appetens. Eius principium iecur est secundum Hippocratem & Platonem, non cor ut Aristoteles existimavit, in quo irascibilis potentia sedes est, à concupiscibili tam diuersa, ut eam nunquam adiuuet, sed unà cum ratione repugnantem sæpe habeat. Vbi namque pars ea animæ concupiuit, ratio primùm de concupiscentia iudicat, quæ si appetitum sequatur, sponte unà cum ratione accedit etiam irascibilis: sin autem concupiscentiæ aduersetur, continuò etiam insurgit in eam irascibilis, socia rationis & adiutrix.

ἐπιγλαυθῖς. oculorum ambo anguli, qui & ἐγκασθῖς, & καὶ δολὸς vocantur. vide ἐγκασθῖς.

ἐπίκωμῶν. maior & grandior apud Hippocratem, & qui vim in re quacunque magnam habet: quemadmodum nervi qui non longè distant à spinæ medulla & maxime pleni sunt: dicuntur ab eo ἰδὶ καὶ γότα τοι, sicut annotat Gal. comment. 1. εἰς δ' ὡδὶ ἀρθρῶν, & comment. 2. εἰς τὸ ὡδὶ ἀγμῶν.

ἐπικράτῳσσι. ex uno vase in aliud transferre. dicitur & καὶ κρᾶσσι. Nam τὸ ἐκράσσι significat euacuare.

ἐπίκωμμα. dicitur à Gal. ἐν τῷ ἐκούρωϊ, exulceratio tuniçula in superficie inusta, vel etiã profundius: quod ulceris genus Scribonius Largus ὕσθιονem appellat, alij etiam inustionem. Sed aduertendum est duo ulcerum genera hoc uno nomine apud Paulum & Aëtium designari. Scribit enim Paulus ἐπίκωμμα ulceris esse oculi sordidum, impurum, crustosum, quod dum repurgatur, sæpe humores oculi effluunt: Id verò ab Aëtio non ἐπίκωμμα sed ἐγκωμμα appellatur. Vocat enim ἐπίκωμμα ulceris superficiarium, cum videlicet nigrum oculi in superficie exasperatum inustum fuerit, & coloris cinerei euaserit; cuius ulceris non meminit Paulus.

ἐπίκωμῶν. fœnumgræcum apud Hippocr. dicitur & αἰγῶν ἢ αἰγῶν ἢ αἰγῶν ἢ αἰγῶν.

DEFINIT. MEDIC.

- ἑπιπικρασιασίων. vocari potest, quicquid paulatim bonum succum sufficit in locum mali vitiosiq; succi paulatim vacuati. In hac enim significatione Gal. ἐπιπικρασιῶν usurpauit. Propriè vero dicitur medicamentum temperans & obtundens malignitatem vel morsum humorum in aliqua parte contentorum, veluti uua passa mordētes medicriter stomachum humores obtūdit apud Gal. lib. 2. de alimentis: Idem medicamentorum genus etiam καταπικρασιῶν appellatur.
- ἑπιπικρασιῶν. cilium ut interpretatur Gaza, quo nomine veteres extremum ambitum genæ superioris designarunt.
- ἑπιπικρατικὴ δυνάμις, facultas coercendæ ac retinendæ alui. ut apud Galen. lib. 11. simpli. medic. ubi de iure gallinarum & gallorum loquitur: ὁ γὰρ μὲν τῆν ἀλεκτριδῶν ἀπαιτοῦς ζωμὸς ἐπιπικρατικὴς ὄντι δυνάμις, ὡσαύτῃ ὁ τῆν παλαιῶν ἀλεκτριδῶν ὑπακτικὴς. Quam sententiam ita Paulus refert lib. 7. ut manifestè appareat legendum esse apud Gal. ἐπιπικρατικὴς, non autem ἐπιπικρασιῶν.
- ἑπιπικρασις. est ratio curandæ cacochymia, seu potius, ut ait Galen. cacochymia curatio, per quam, ut scribit lib. 9. meth. paulatim vacuatur quod vitiosum est, inque locum eius paulatim quod bonum est reponitur. Est enim in uniuersum duplex omnis curationis ratio. Aut enim in totum summouetur vitium, si & vires valēt & humor concoctus se facile educi patitur. aut si vires imbecillæ sunt, ut cōfertim factam vacationem admittere nequeant, vel humor propter cruditatem non sit futurus obediens medicamento, tunc ubi eum attemperaueris, tenuaueris, mitificaueris, paulatim educere oportebit, inque locum eius benigniores sufficere. Quanquam non est necesse ἐπιπικρασιῶν vacatione perfici. Nam quæ etiam in corpore manēt, alterari mitigarique possunt, permissa soli nature vacatione, quæ eorum partem vel conuertat in corporis alimentum, vel per alium, urinas, sudorem aut aliter expurget. Hæc quidem curandi ratio propriè ἐπιπικρασις appellatur. Atque in eo sensu accipiendum est quod scribit Galenus de vinis fuluis lib. 12. meth. ἐπιπικρασιῶν δ' εἰσὶ καὶ θραπικῶν. Id enim postea interpretatur, dicens, τρεῖς φασὶ δὲ μᾶλλον καὶ κακοχυμῶν ἐπιπικρασιῶν. Quod non videtur Linacer animaduertisse, de mixtione non de hac quam tractamus ἐπιπικρασιῶν interpretatus.
- ἑπιπικρασιῶν. ἐπίσιον. pars muliebris quæ pubes dicitur, apud Hippocratem. In lanificio autem significat puluerem pectini insidentem.
- ἑπιπικρασιῶν. est fœtus alter grauida iam muliere conceptus. Id quod fit, ut scripsit Hippocrates, cum fœtu iam concepto non clauditur exactè uterus, sed semen aliud etiam postea intro admittit.
- ἑπιπικρασιῶν. habetur hoc nomen apud Hippocratem lib. 6. τῆν ἐπιπικρασιῶν. Id nonnulli interpretantur mutationem temperamēti ad calidius & siccius: hoc enim ætatis progressu velut flamma effulget. Alij uerò interpretantur corporū perfectionem, quod iuuenes per ætatem euadant carnosiores, magis adulti, colore formaque gratiores, & uiribus ingenioque præstantiores, ut quodammodo fulgere uideantur. Verum eo loco alij non ἐπιπικρασιῶν sed ἐπιπικρασιῶν scribunt, aut ἐπιπικρασιῶν ὡσαύτῃ τῆν ὑπερπικρασιῶν interpretantur, ut annotat Gal. comment. 1. in eum librum.
- ἑπιπικρασιῶν. comitialis morbus. Est conuulsio totius corporis non perpetua, cum mentis & sensuum oblesione. Eam molesta rei sensus inuehit, & cerebro noxia tum quantitate tum qualitate. Quæritas quidem cerebro grauis est, eiusque vim expultricem excitat,

excitat, consistitque in humore vel pituitoso vel melancholico, sed ferè semper frigidò, crasso & viscoso. Quem tamen non adeò multū esse oportet ut penitus obstruat, vimque ipsius cerebri exuperet, alioqui non epilepsiam sed apoplexiam potius pareret, sed quantitate mediocrem, ut ad eius depulsionem, quam natura totius corporis concussu molitur, cerebro vires adhuc suppetant. Qualitas verò maligna & venenata, & virtuti animali infesta est, siue à veneno sumpto, siue ab ulcere cacoëthe cerebri vel subiectarum partium, siue ab alia affectione, ut ventriculi cruditate & largo meri potu proficiatur. Itaque ubi eorum aliquid in cerebro præter naturam fuerit, ipsum mouendi sentiendique principium in sese recurrit & contrahitur, atque ita totius corporis conuulsionem inducit. quinetiam eam à se amoliri contendit, crebra & inæquali cerebri totiusque corporis concussionem. Apparent enim manifestò in eo morbo hæc duo symptomata; conuulsio concussioque tanta, ut spumam etiam eliciat. Valido enim motu humor qui in cerebro continetur exagitat, non aliter quàm oui candidum, spumam creat. Sunt autem (quanquam loci affecti nullum signum appareat) cerebri ventriculi, anterior maxime & posterior huius mali sedes, in quibus spiritus gignitur atque continetur, primum animæ instrumentum, tum in sensilibus actionibus omnibus, tum in iis quæ à consilio & voluntate prodeunt. Spiritus igitur cum laboret & veluti attonitus in depellenda morbi causa versetur, alias interim functiones deserat necesse est. Quare non imaginari, nõ ratiocinari, non meminisse potest. Et quia se ferè totum in suos vètriculos tanquam in arcem recipit (quod & spiritui vitali calorique accidit, si quid cordi molestum est, tunc enim in cordis ventres spiritus calorque vitalis se recipiunt, reliquis partibus calore destitutis & frigentibus) iccirco agri neque vident neque audiunt, neque aliter omnino sentire possunt, sed facultate pristina destituti muscoli urinæ, stercus, & semen quasi resoluti profundunt. Horum enim symptomatum ego potius eam causam esse existimo, quàm cerebri ventriculorum obstructionem. Nam præterquam quòd non est tanta vètriculorū obstructio (qualis in apoplexia esse perhibetur) ut cursum prorsus intercipiat spiritus animalis, certum etiã est eam nõ esse cõmunem omnis epilepsia: Tres enim cum sint, authore Galeno, comitialis morbi differentia, una omnium frequentissima cerebri propria est, hoc est, ab humore in ipso cerebro genito aut cumulato: altera ab ore ventriculi, affectu scilicet ab eo ad cerebrum per consensum ascendente: tertia verò à quavis alia parte, à qua affectus ipse incipiens, sentiente ægro ad cerebrum usque conscendit. Ac primam quidem Galenus docuit à crasso viscosoque humore fieri ventriculos obstruente atque impediante ne spiritus animalis, qui in iis continetur, inde exire possit. Quod quidem ut in ea specie verum sit, in reliquis tamen duabus verum esse nequit. Quandoquidem neque ab ore ventriculi, neque ab aliis partibus, ut utero, & (quod se in duobus vidisse Galenus scripsit) crure, talis humor sursum ferri potest (hic enim præter naturam motus esset) sed vel vapor, vel tenuis & spiritalis quaedam substantia, vaporis in modum sursum ascendens, vel nuda quaedam qualitas, alteratis per continuationem partibus cerebrum petens, quemadmodum Pelopem præceptorem suum differentem Galenus se audivisse prodidit, epileptica cõuulsionis, reliquorumque symptomatum causa est. Ea igitur cum obstruere ventriculos non possit, conuulsionem tamen & concussionem vehementem totius corporis nihilominus inducat, patet ea symptomata ab obstru-

DEFINIT. MEDIC.

Etione non fieri, sed à rei tristis & infesta sensu, facultate animali in suum principium se recipiente, quòdque nocet à se depellere tentante. Eorum autem quæ nocēt, sicut initio proposuimus, duplex est differētia. Aliud enim copia, aliud qualitate nocuum est. Sed copiam quidem in epilepsia non oportet esse tantam, ut prorsus obstruat, & vim cerebri expultricem exuperet, sed mediocrem, ut in eā natura valeat insurgere. Virtus enim propter copiam nimium oppressa, & veluti coarctata, non habet spatium quo se moueat, insurgatque ad excutiendum humorem totis cerebri ventriculis infarctum. Ob id namque in apoplexia concussio illa corporis exagitatione fieri nequit, futura alioqui, si minus esset humoris. Est enim hoc præcipuum inter apoplexiam epilepsiamque discrimen, quod & inter paralysem tremoremque esse animaduertitur. In hoc enim tremor epilepsia quodammodo similis est, sicut paralytis apoplexia. Ergo ut tremoris causa non est obstructio, sed superfluus tantum humor naturæ grauis, & grauitate duntaxat non etiam obstructione, sicut in paralyti, motum conatusque naturæ impediens, ita in epilepsia iudicare licet, humorem qui copia sua cerebro nocet, non ea ratione epilepsiam aliāque eius symptomata excitare, quòd obstruat, sed tantum quòd grauis & molestus cerebro existat, eoque fieri ut inde concitata facultas animalis in suum principium se recipiat, quò tota in eius depulsionem postea incumbat. Non est igitur omnis epilepsia causa obstructio, sed quemadmodum singultum, inquit Galenus, generari aliquando cernimus, sic etiam epilepsiam quandoque fieri putandum est. Si Galenus piper plus æquo edisset, ilico singultu se correptum fuisse memoriæ prodidit. Proinde existimauit similem quandam in cerebro motum fieri posse, qualis aliquando stomacho singultiēte accidit, atque acrem quoque humorem non modo singultum, verum etiam conuulsionem per uniuersum corpus excitare, ipsumque; neruorum principium, quò à se expellat quicquid molestiam exhibet, isto motu concuti. Morbus hic uniuersalis quidē, diuturnus est, ut qui à pueritia maxime incipiens (qua de causa, opinor, Hippocrates lib. de aere, loc. & aquis, πᾶσι τοῖς παιδίου appellauit) ferè semper consenscat: particularibus verò accessionibus, inter acutos, qui sine febre sunt, à Galeno numeratur. Eundem morbum veteres ἰόσον μέγιστον & ἰερίκλαον & ἰδρᾶν vocarunt, iis nominibus eius magnitudinem designantes. Latini comitiales dixerunt, quod in comitiis & hominum frequentia maxime inuadat.

Ἐπιλογισμός. est communis ratio & omnium assensu comprobata, ut definit Gal. vel est ratio apparens nec recedens ab his quæ manifesta sunt, sed illa semper vsurpans, ut idem ait lib. de sectis. Huiusmodi rationes multe habentur, apud Hippocratem in prognost. ut quæ à facie ægri & signis aliis euidentibus sumuntur.

Ἐπιμόδιον. vindicta Romanis. caulis est nõ magnus, hederæ foliis denis vel duodenis, neque florem, neque fructum ferens, radice tenui, nigra, graui odore, gustu fatuo. Refrigerat & humectat.

Ἐπιμυλῖς. est alterum genus mespilli, ut ait Dioscorides, in Italia nascens, quod à rusticis, ut scribit Galenus, unedo vocatur, & plurimum in Calabria nascitur. Est autem arbor mali similitudine, folio tantum minor, ferens pomum rotundum esculentumque, adstringentem & tardè maturescentem. Dicitur à quibusdam alio nomine σιτάιον. Galenus quoque author est eandem etiam ἀμαμυλῖδα dici.

Ἐπιμυλῖς. ἢ ἰδιόμοτις.

Ἐπιμυλῖς

Ἐπιπυθικός σφυγμός. *annuens* siue *innuens* pulsus dicitur à Latinis interpretibus. Idem verò Ἐπιπυθικός ab Archigene dictus est. Species est pulsus inæqualis in una pulsatione Ἐ diuersis arteria partibus, quoties pulsus magnus circa duos medici digitos medios sentitur, minor autē ab extremis. Sic enim appellauit Archigenes, volens indicare diastoles breuitatem cum utriusque extremi quadam ἰδιωσει, hoc est, inclinatione. Neque enim ut præcisus affatim, sed veluti inflexis utrinque partibus in breue contrahitur, fitque *μυοῦε*, hoc est, decurtatus magnitudine, secundum extremam utramque sui partem. Hic pulsus proprius est macrescentium ex inflammatione quæ discussa non sit, nulli eorum conueniens qui aliam ob causam in marasimum incidērint, ut scripsit Galenus in Isagoge pulsuum. vide *μυοῦε*.

Ἐπιπυθίλιον σῦρον ἢ ἐραιώρημα. vide *πεφίλη*.

Ἐπιπυκτίς. pustula est, ut ait Celsus, pessima colore vel subliuida, vel subnigra, vel alba, suo videlicet humori similis, circa quam vehemēs inflammatio est. Ἐ cum ad aperta est, sanies inde defluit Ἐ reperitur intrus exulceratio mucosa. Dolor in ea supra magnitudinem eius est: neque enim ea faba maior est. Oritur in eminentibus partibus, suāq; sponte erumpit, Ἐ ferè noctu, unde nomen quoq; ei ἰδιωκτίς impositū est, sicut etiam placet Galeno. Scribunt autē Paulus Ἐ Aëtius eam non magnopere per diem excruciare, sed noctu grauissimum ciere dolorem, atque inde nomen habere. Vera autem est utraque ratio: nam qua hora orta est, eadem exacerbari verisimile est. In reliquis cum Celsū consentiunt, scribentes ἰδιωκτίς ulcuscula esse sponte erumpentia, phlyctænis similia, subrubra, ex quibus ruptis sanies cruenta effluit. Nec obest quod ille pustulas, hi ulcuscula dixerint: sunt enim Ἐ ipsa pustula ulcuscula: nec similiter quod Celsus varij coloris, hi subrubra dixerint, quoniam sub istis Ἐ subliuida Ἐ subnigra comprehenduntur. Omnis enim sanguis etiam biliosus (à quo subrubrū illum colorem fieri verisimile est propter dolorum vehemētiam, quod à bile dolor omnium vehemētissimus sit) sub cutem effusus, facile in eos colores mutatur. Qui enim ab atra bile talis est, non habet ferè magnum dolorem adiunctum, quantum inuehunt epinyctides. An verò Ἐ alba tantum inferre valeant, dubitari potest, nec de eo tantum, sed an alba etiā omnino sint, præsertim cum scribat Celsus circa eas vehementē inflammationem esse. Præterea tūm hi, tūm Celsus saniem iis ruptis emanare scribūt, nec illi negant in fundo ulcerum mucosum quid reperiri. Quod verò bilis mista sanguini dolorem non moueat nisi cum mouetur, quodque noctu interdum moueri soleat, declarant Ἐ febris tertiana Ἐ hemicrania accessiones aliquando per noctem contingentes statis periodis.

Ἐπιπυκτίον. scapula. ἢ ὠμοπλάτη.

Ἐπιπυκτίς. frutex est pusillus, exiguis folijs, qui alio nomine ἰλλεβοειν dicitur.

Ἐπιπυκτί φάρμακον. medicamenta qua insperguntur: dicuntur Ἐ κατὰ πύκτι, de quibus vide suo loco.

Ἐπιπυκτίον. sic dicitur ἄκτιον authore Plinio. Hanc Hippocrates lib. πδὲ ἰλικῶν aduersus tumores Ἐ inflammationes commendauit: refrigerat enim Ἐ modicè adstringit. Sunt tamen qui eo nomine ἀεζαοῦ intelligāt, quod ἀεζαοῦσιν à quibusdam dici Dioscorides scripserit.

Ἐπιπυκτίς χιτῶν. adnata tunica. Est tunica oculi extrema orta ex pericranio, oculum continens Ἐ vicinis partibus alligās. Sic dicta est quod alijs quæ oculum constituūt

DEFINIT. MEDIC.

tunicis forissecus sit adnata. Ea oculum uniuersum non complectitur, sed à lateribus tantum, adhærescens cornea tunica eamque complectens ad iridem usque progreditur, quò cum peruenerit summa tenuitate euanescit, nec ad pupillam usque extenditur, ne visioni officiat. vulgus coniunctinam appellat. Vocatur autem à Græcis ἡ ἐπιπλοὴ ἢ ἡ ἀδικορῆ, ut scribit Galenus.

Ἐπίπλοον. pars cubiti superior, sicut ἡ ἄρσος inferior.

Ἐπίπλοισμα. idem quod κατὰ πλοισμα. de quo suo loco.

Ἐπιπλοοὶ. est delapsus omenti in scrotum. Morbi genus est in situ præter naturam. Est autem herniæ species, cuius cum sint plures differentiæ, hæc ab ipsa parte quæ excidit et tumorem facit sortita nomen est. Descendit autem id rupto laxatõe peritonæo, sicut et intestinum, præsertim quibus longius fuerit: multis enim breuius est.

Ἐπίπλοον ἢ

Ἐπίπλοον. omentum. Est pars membranosa, dupla, pluribus nervis, arteriis venisque intertextis, intestinis incumbens. Id secto peritonæo primum venit in conspectum, ac primo quidem obtutu nuda simplexque membrana apparet: sin totum eius corpus contempleris, multis præterea venis, arteriis, nervis, plurimòq; etiam adipe eam constare deprehendes. Ac venas quidẽ habet ab ea magna πῆ ὑδὶ τὰς πύλας, quam portam vocant: arterias verò ab illa arteria quæ secundum lumbos descendit: nervos autem à sexta cerebri coniugatione, eiusque ramis qui in iecur, lienem et ventriculum feruntur. Ad quorum vasorum tutelam natura illi glandulosum corpus, καλλιπρεας et πύμας dictum, inseruit, inferiori eius membranæ ad fundum ventriculi innatum, ut illorum diuaticatio securior redderetur. Ita instructum omentum reti non est absimile, proindeque et γαγγαμὸν et σαγῆνι à plerisque dictum fuit. Nascitur à peritonæo, duplùmque est, tunicis videlicet duabus constans densis, tenuibus, sibi que incumbentibus, nec usquam secum unitis, ex quo per æ aut marsupio Galenus ipsum comparauit. Dorso ad undecimam thoracis vertebram, et iecinoris cauo, et ventriculi fundo, et duodeno intestino, et lieni et colo ligamentis adhæret, reliquis autem intestinis prætenditur et quodammodo ἐπιπλοῖα, hoc est, innatat, unde et nomen habet. Vsus eius maximus est ut ventriculum, cuius fundo incumbit, foueat, innatùmque calorem etiam per inediam tueatur, deinde verò ut venæ portæ ramos quoquò versus protensos, sibi que implexos fulciat, et arterias pariter nervos que proximis ipsi partibus inserendos tuto deducat.

Ἐπιπλοῖον. significat apud Hippocratem idem quod πλοισάον, hoc est, redundans, vel quod syncerum est aliisque impermixtum, ut annotat Galenus comment. in librum de natura humana.

Ἐπιπλοῖον. significat apud Hippocr. idem quod οὐκ ἐπιπλοῖον. ut annotat Gal. comment. ἐς τὸ α. τῆν ἐπιπλοῖον.

Ἐπίπλοον. pubes. pecten. Idem quod ἡ βὴ καὶ ἐπιβασον. alij aqualiculum interpretantur. scribitur et ἐπίπλοον.

Ἐπιπλοῖον. dicitur ipsum principium siue insultus accessionis febrilis in quo ægri solent horrere, refrigerari, oscitare, pandiculari, dormire, aut alia quædam his similia pati. Est autem insultus accessionis, ut explicat Gal. lib. de morb. temporib. tempus indivisibile, exacte iam primum, quo ista ferè quæ retuli, solent oboriri: horum si quod ægri senserint, iam accessionem adesse, quasi eo signo præsentiant, eamque ob causam
tempus

tempus id ἰδιωμασία, hoc est, significatio nominatur: dicitur autem ἔσβολι παροξυμοῦ. Ac eiusmodi quidem accessionis significatio, quæ scilicet cum talibus signis inuadit, simpliciter ἰδιωμασία appellatur, estque febrium putridarum propria. Verum habent ἔσβωλῆν suam ἰπιωμασία hectica febres, sed ab illa differentem: ea autem est una ferè hora vel duabus post assumptum cibum, quo tempore qui hectica febre laborantem tetigerint, quandam febris veluti accessionem deprehendent, calorem ἔσβωλῆν pulsum magnitudinem atque celeritatem intendi sentientes, nec quicquam tamen eorum obseruantes accidisse, quæ solent in putridis febribus euenire, hoc est, nõ horrorem, non extremitatum refrigerationem, non dormitationem, non aliquam pigrityam aut aliquam omnino inæqualitatem in calore aut pulsu, sed neque paruitatem neque debilitatem, neque aliud quid simile. Ideo hæc quia ἰπιωμασία non est, nõ absolute sed cum addito ἰπιωμασία ἀδλιπὸς nominatur, quòd careat iis angustiis molestiisque, quibus alij grauiter premuntur per initia accessionum. Est autem hæc febrium hecticarum propria, ut docet Galen. lib. 1. de differentiis febrium.

ἔπιπλαροῖς. induratis, apud Hippocratem.

ἔπιπλωῖον. vocatur extrema frontis ruga, quam oculis superinducimus, quoties atterius aliquid cogitamus, aut erubescimus, ut scripsit Rufus. Sunt autem qui partem eam carnosam quæ superciliis subiecta est, ἔπιπλωῖον appellent. Nicandri Græcus scholiastes, in Theriacis ἔπιπλωῖον interpretatur ἢ ἐπιπλωτῆρ ὀφθαλμῶν. Id quod Nicander simplici nomine πλωῖον dixit. GaZa supercilium interdum apud Aristot. vertit.

ἔπιπαστῶν φάρμακον. attrahens medicamentum, quod aliis etiam nominibus ἐκκλιῶν καὶ ἔπιπαστῶν appellatur. de quo vide in dictione ἐκκλιῶν φάρμακον. Sũt autem multa eius generis medicamenta, quorum nonnulla habentur apud Galenum lib. 6. ἔπιπαστῶν καὶ ἔπιπαστῶν. Ἐ apud Scriboniũ Largum certum quoddã emplastri genus ἔπιπαστῶν ab eo appellatũ nomine sui generis, quod aperit ἔσβωλῆν educit pus, aut si quid aliud subest.

ἔπιπαστος. dicitur apud Hippocr. aphor. 3. 4. ἔσβωλῆν 35. lib. 7. id quod insidet ἔσβωλῆν supernatat vrina, siue bulla, siue pinguedo, siue quid aliud.

ἔπιπαστος. cunctatrix, cogitabunda, hæsitans, apud Hippocratem.

ἔπιπαστος. prima vertebra nomen fuit apud antiquos medicos. Nam ea super secundam vertitur, veluti super axem quendam, quam ob causam etiam hæc ἔσβωλῆν à veteribus dicta est.

ἔπιπαστος. os transversum ἔσβωλῆν latum in imo ventre quod pubi subiacet ἔσβωλῆν munit intestina: latine pecten ἔσβωλῆν os pubis dicitur.

ἔπιπαστος. dicitur ab Hippoc. ἀρχὴ τῆσ παροξυσμοῦ, hoc est, initium accessionis, ut annotat Gal. comment. ἐσβωλῆν τῆσ διατῆσ ὄξυμοῦ.

ἔπιπαστος. sic dicitur à quibusdam ἰδιωμασία.

ἔπιπαστος. dicuntur ab Hippocr. aphor. 2. 3. lib. 5. ardores ἔσβωλῆν feruores alicuius partis, velut à flamma ὕστα propter exuperantem humorum caliditatem. Idem prorsus eo nomine significatur quod τῆσ φλεγμονῆσ, quo veteres omnem ardorem etiam citra tumorem notabant. Dicitur ἔσβωλῆν Hippocrati φλεγμονῆσ.

ἔπιπαστος. est impetus omnis humoris in quamcunque partem influentis: quod vocabulum quamuis Græcum sit, sepe tamen usurpat Plinius, dicens epiphoras vteri ἔσβωλῆν ventris ἔσβωλῆν oculorum. Verum de oculis aliquando simpliciter ἰδιωμασία dicitur, ἔσβωλῆν significat fluxionem in oculos irruentem. Paulus verò lib. 3. non simpliciter, sed τῆσ

DEFINIT. MEDIC.

ἡ ἐπιφύσις ἐπιφορὰς dixit, & Galenus lib. 4. τῆς ἐπιφύσεως, describens Nectarium Marci, dicit πρὸς ἐπιφορὰς ἐπιφύσεως λειπῶν efficax esse.

Ἐπιφοροί. dicuntur apud Hippocratem in prothetico, ut nonnullis placet, mulieres grauidæ & iam vicinæ puerperio: ut aliis autem videtur, quæ facile cōcipiunt & crebrò pariunt, ut annotat Galenus in comment.

Ἐπιφύσις. est unio ossis cum altero osse, quasi os alterū ossi innatum sit. In epiphysi enim ossa in se mutuò subeunt, quò securius uniantur, & fere ad ossis alterius finem portio hæc maioris ossis per epiphysim agglutinatur, tanquam natura sui oblita os breuius fecerit, quod deinde epiphysi addita perficiat atque producat. Quo in opere naturam ars fabrilis videtur imitari, quæ breuius lignū alterius adiectione ceu epiphysi auget. Apparet manifestius epiphysis in infantibus, nō ossis, sed cartilaginis specie. Tempore autem in os durefcit, adeò ut senibus commissura quandoque nulla appareat, nisi eam interdum vis aliqua detegat & separet. Est verò epiphysis ossibus quibusdam unica, aliis duplex, triplex quibusdam, aliquando quadruplex vel etiam quintuplex. Vsus epiphysios est, ut scribit Galenus, nō tantum quod medullam in magnis & raris ossibus operit, sed quòd tutam etiam articulationem reddit, quòd per epiphysim os dilatatum in magnas, sæpe etiam multas apophyses, tutā magis diarthrosim efficiat, dum pluribus partibus os utrūque cōmittitur: quomodò columnarum bases & epistylia amplificantur ad sustinendi securitatem. Nam si angusta & acuta his partibus essent ossa, ac veluti puncto sese tangentia, fallax omnino & periculosa esset diarthrosis. Ne verò os propter epiphysios amplitudinem esset oneri, raritate & cauernulis amplioribus & pluribus succum illum medullosum ad sui nutritionem continentibus, natura prouidit. Caterum quòd ἐπιφύσις differat ἀπὸ τῆς ἀρθρώσεως Gal. lib. de ossibus annotauit, scribens ἀπὸ φύσεως totius ossis partem esse, ἐπιφύσις verò non esse partem ossis, sed aliquid ossi adnatum.

Ἐπιχρῶμα. ἐπιπλάσιον. χροῶδιν. concretum, lanuginosum, apud Hippocr.

Ἐπομφάλιον. medicamentum quod umbilico illitum subducit aluum. Cuius generis multa describuntur ἐπιδέματα apud Aëtium lib. 3.

Ἐπρυξάριον. ἐπεκταδίσιον. extensa, apud Hippocratem.

Ἐπύλαριον. palmes ex quo nascitur quippiam, ut ex colocynthide, apud Hippocr.

Ἐπυλῖς. est tuberculū & carnis excrescentia in gingiuis proueniēs & ad intimos molares dentes pertinēs. Oritur ex inflammatione, febrēque interdum, & dolorem habet adiunctum, eumque aliquando tantum ut aeger os aperire nequeat. Quanquam autē Paulus lib. 3. scripserit intimi molaris affectum esse, generalius tamen dicit lib. 6. carnis esse excrescentiam iuxta dentium aliquem in gingiuis exorientem.

Ἐπουλατικὴ δύναμις. cicatricem inducens facultas, dicitur & σπουλατικὴ.

Ἐπουλατικὸν φάρμακον. est medicamentum valdè siccum & adstringēs, ulceri cicatricem inducens. Nam quia cutis carne ipsa siccior densiorque est, qui carnem cuti persimilem reddere cupiet, eam necesse est contrahat, constingat, constipet, denset, prætereà siccet & calli instar induret, quippe cūm cutis velut in callum durata caro sit. Hæc quidem est medicamēti quod cicatricem inducit summa, verūm ea non satisfacit ad intelligendam planè eius naturam. Nam & glutinatorium medicamentum, quod κολλητικὸν dicitur, tūm siccet, tūm etiam adstringit. At in glutinatione ulcerum siccandum modò est quod affluit, quò videlicet affecta pars superuacuis vacet: in

cet: in cicatrice verò ducenda, non modò quod affluit, verùm etiã humor qui in ipsa carne continetur est consumendus. Itaque multo siccus est quod cicatricem inducit, quàm quod agglutinat, quando glutinaturò unum id propositum est, ut eius quod secundum naturam est redundantiam cõsumat: qui cicatricem inducet, non hoc modò, verum etiam ut eius naturalem humiditatem absumat. Sunt autem huius generis medicamentorum multi gradus, pro diuersa corporum natura & partium: galla immatura, mali corium, Ægyptiæ spina fructus, modicè siccantia sunt: chalcitis, æs ustum, æris squama, misy, fissum alumen, multò his valentiora sunt: misy quidem & chalcitis præcipuè, mitior autem æris squama, atque etiã hoc mitius æs ustum. Talia quidem sunt ἐπουλοπιγὴ φάρμακον, cicatricem primariò proprièque inducentia. Nam sunt & alia quæ per accidens & secundariò id possint, veluti κθαυρὸπιγὴ, si ad exactum pulueris leuorem redacta per specilli cuspidem carnem leniter contingant, & ea quæ absque adstrictione desiccandi vim habent mordacitatis expertè. Nam & hæc quoque ex accidente ἐπουλοπιγὴ sunt, ut myrrha, lithargyrus, ostreum & diphryges combusta: nam & hæc sæpe cicatricem inducunt illita.

ἐπλάτωρον. dicitur à quibusdam τὸ ἀριόλωρον, hoc est, plátago, ut habetur apud Dioscoridem: ratio est vel quòd septem crassioribus fibris quasi costis in dorso per longitudinem folia eius distincta sint, ob quam causam etiam à plerisque πολύθυρον appellatur: vel quòd maior foliis septenis, laterum modo includitur. Graiorum imitatione septineruia dici potest. Verùm Paulo Æginetæ ἐπλάτωρον alia videtur herba quàm plantago, id quod aperte in emplastro cui nomen est βοτανισμὸν, aduersus collectiones inuento demonstrauit: quippe in quod tres quærantur herbae plantago ternis uncis, heptapleuron senis, leoneuron quoque ternis.

ἐπλάφάρμακον. medicamentũ laxans, suppurans, carnemque gignens: sic dictũ quòd septem pharmaca admittat, cerussa beßem, spuma argenti trientem, ceræ, picis colophonie, adipis taurini, thuris, singulorũ sextantem, ut habetur apud Aëtium lib. 15. cap. 22.

ἐπλάφυλλον. herba est quinquefolio similis nisi septem haberet folia. Ea utrinq; lanuginosa sunt, florẽ habet luteum, radicem puniceã & intortam. Officina bistortã vocant.

ἐπλομῖνοι. dicuntur οἱ ἀπὸ πλομῖνοι, hoc est, stupidi & mente consternati, ἀπὸ τῶ πλομῖνοι quod est trepido & artonitus sum. Sunt qui παραλυτικὸς interpretentur.

ἐπώδης. δυσαδης καὶ ὀδὸν ἐπώδης. fœtens, malè olens, apud Hippocr.

ἐπωκαστέρα. τῷ ἄξει πλείονι καὶ χυμῶν. multo utens aceto, apud Hippocr.

ἐπωμῖς. dicitur à Galeno comment. 1. ἐστὶ δὲ πῶδι ἄρθρον, pars humeri superior quæ ad cervicem usque porrigitur. Rufus definit esse partem eam quæ à tendine ad humeros pertingit. Hanc autem quidam musculum esse interpretantur, articulo humeri superiniectum & brachium sursum mouentem, quem etiam veteres δελτωδὴν appellauerunt. Id quod ego magis arbitror quàm dicere ossis portionem esse, cum Galenus nullam eius ossis mentionem fecerit lib. de ossibus, neque ab acromio distinxerit.

ἐραίνθιμος ἴ

ἐραίνθιμον. dicitur ἰ ἀνθιμος, quòd vere floreat: tamen si non omnia anthemidis genera quidam censent hoc nomine appellada, sed propriè illud modò cui flos colloßinus est, foliorum fruticisq; amplitudine maiusculum.

ἐραυθ. lapillus quidam qui in Euphrate reperitur. Quidam turchicam vulgò dictam esse putant.

DEFINIT. MEDIC.

ἑρεβινθος. cicer. Est legumen radice surculosa, eademq; altissima, caule lignoso, obliquo, foliis circinatis, siliqua rotunda, semine vario, tum colore, tum sapore, tum forma. Eius genera sunt arietinū, κρεπός à Græcis dictū, quod arietino capiti simile sit, Columbinum idēque venerium, erui similitudine, ὀροβιάων ob id appellatū, à Columella puniçū. his generibus sylvestre adiicitur à Dioscoride, Galeno, Pauloque, cuius vis alia duo excedat ὀροβίος calidior arietino, subamarūque ut erui, unde nomen. In columbino & orobiazon & sylvestre contineri putamus. Est autem cicer copiosi nutrimenti aluo mouendæ habile, sciendæ urinæ idoneum, lacti & semini generando aptum, prolicit verò & menses. Sed arietinum ceteris efficacius urinam prouocat, eiusque decoctum renum calculos cōfringit. Ceterum ὀροβιάων eadem vi pollet, puta attrahendi, digerendi, incidendi, extergendi. Sunt enim calidi & modicè sicci, participes item sunt amaritatis, per quam viscera expurgant.

ἑρεγμός. simpliciter quidem & absolute faba fresca fractaque: ut sit ἑρεγμός in faba quod πιαστίν in hordeo, & χοιδός in alica. Quòd si faba molā experta sit & in farinam redacta, iam non ἑρεγμός, sed vel κνάμιον ἄλθρον vel ἄλθρον ἑρεγμίου dicitur. Quāuis autem de faba sapiçimè ἑρεγμός usurpetur, obseruatum tamen est etiā de aliis leguminibus itēque radicibus eodem modo fractis dici, non simpliciter quidem sed nomine ipsorum appposito, ut κελδὴς ἑρεγμός, ἕρας aut πιαστίνης aut ὀροβίου ἑρεγμός. Non est idem quod ἕρνος, neque quod λίκνθος. Nam ἑρεγμός, ut dictum est, fabam ipsam aut aliud leguminum genus fresum fractūque significat, sed crudum adhuc incoctūque. ἕρνος verò & λίκνθος, ipsum iam elixatum ita ut mandi possit. Dicitur ἑρεγμός ἀπὸ τῆς ἑρέρας, ut ait Galen. quòd frangere significat, unde & alicubi ἑρεγμός inuenitur scriptum.

ἑρεθισμός. pruritatio. Hoc uno nomine Hippocrates omnia comprehendit & designat quæ quouis modo virtutem reddunt infirmiozem, ut morsus quem acris humor vel in intestinis vel in ventriculo & præsertim eius ore, excitat, vigilia, ira, mæror, lumbrici ab intestinis ad ventrē ascendentes, pruritus totius cutis aut partis cuiusdam per noctem molestus, à quo non solum propter irritationem, sed etiam vigilias vires exoluuntur. Hæc enim omnia Hippocrates ἑρεθισμός appellauit ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξείων, sicut Galenus comment. 3. annotauit.

ἑρεσμία. idem quod ἑρεσμία, hoc est, partis ægra fulcimentum per fasciam & vinculum, ut ait Galenus.

ἑρετρία γὰρ

ἑρετριάς. Eretria siue Eretriensis terra. Regionis & loci è quo effoditur nomē habet: sic enim dicitur ab urbe Eubœæ Eretria, sita propè Chalcidem. Ea est modicè pinguis, sed densane an rara fuerit non facile sciri potest, quòd nihil ea de re veteres prodiderint. Sunt autem ipsi duæ colorum differentia: alia enim cædida, alia cinerea est: Illa pictores, hac medici utuntur, præsertim verò admodum molli & quæ per examenta tractim si ducatur, lineam violaceam refert. Extergendi vim habet valentem, sed citra morsum, maximè si elota sit. Quòd si vratur subtilitatem & acrimoniam acquirit, & vim etiam digerendi. Sin post vstionem lauetur, deposita acrimonia & retenta tenuitate, desiccantior euadit. Quo autem modo eam tum lauare tum vrere oporteat Dioscorides exponit lib. 5.

ἑρεθγὰ. ἐρύγιον. ἀπόβλημα. ructus, reiectio, apud Hippocratem.

ἑρεθίς.

Ἐρβίς. vide ἰερὰ.

Ἐρυμὸς. vide ἰερυμὸς.

Ἐρίκη. erice. est arbor fruticosa, bis anno florens, prima videlicet & ultima sylvestriū. Plinius ait non multum à myrice differre, colore rosmarini & penè folio: multo tamen quàm myrice minor est. Athenienses τὴν ἰρίκην authore Plinio appellant tetradicē: vel, ut habetur apud Theophrastū, nisi mēdosus sit codex, tetralicem. Eubœi σισάρο, vel, ut Varro habet, sisaram. Vescuntur apes eius flore, unde mel ἰερικῶν vocatum; sylvestre, improbum & simile arenoso faciunt. ἰρίκη vi pollet discutiente citra rosionem, sed flore eius potissimum & foliis utendum. Sūt qui putent esse eam quam officina genistellam nuncupant.

Ἐρικῶν. species est collyriorum τῆν σαλικῶν, cuius aliquot differentias Aëtius recenset. Non dubium est sic vocari à fructu erices quem recipiunt, quem Gal. lib. 4. τῆν τὸ πένυ inter mediocriter adstringentia enumerat.

Ἐρίκη. αἰ. ἀδελφῶν δισημῶν κελδῶν. hoc est, hordea in crassiores portiones diuisa, apud Hippocr. quidam bifariam diuisa interpretantur. Nam & ἰερυμὸν quod bifariam diuisum sit vocari aiūt. Galeno tamen utrumque dictū videtur ἀπὸ τῆ ἰερικῆ, quod non significat bifariam diuidere, sed frangere simpliciter, unde & placenta quoddam genus ἰερικῶν vocatur quod facile frangatur.

Ἐρίκη. à quibusdā dicuntur οἱ ὄλωδοι, id est, grossi, de quibus vide in dictione ὄλωδοι.

Ἐρίκος. caprificus. qui & ἰερῶ.

Ἐρίκος. herba est foliis ocymi, sed minoribus, parte superna diuisis, quinis senisue, dodratalibus surculis, flore candido, semine nigro & acerbo: in cuius foliis & caulibus lacteus succus continetur. Quam autem Dioscorides ἰερῶν appellauit, Galen. ἰερῶν vocat, qui τῆ ἰερῶν non meminit, uti nec ille τῆ ἰερῶν: in reliquis eadem dicentes, separauit tamen eas Paulus, & de utraque seorsum egit. Quia autem ἰερῶς ocymi similitudine sit, ab aliquibus ὀκυμαδῆς dictus est, & à Romanis ocymū aquaticum, propterea quòd apud fontes & fluuios nascitur. Herbarij herbam lactis & ocymum aquaticum appellant.

ἰερῶς. caprificus. Est ficus sylvestris generis, nūquā maturescens, carpensque muros ac parietinas: longè validior est quàm ficus & nodosior, nullis ferè vitis obnoxia. Est & fico multò viuacior. Habet & vires multò etiamnum efficaciores: dicitur & ἰερῶς.

Ἐρίκη. dicitur apud Hippocr. de iecinore, ut ait Gal. ἐν ταῖς γλωσσῶν. scriptum tamen est in plurimis δεῖξ: significat autem partem hepatis superiorem qua eius fibra à se inuicem diuiduntur.

Ἐρίκη. lana. magni est in medicina usus. Eius duæ differentia sunt, pura & sordida: pura dicitur quæ lota est, sordida verò illota, quæ Græci ἰερῶν ἑυπταρῶν & οἰσπταρῶν, Hippocrates verò πύον καὶ πύονος appellant: est autem πύονος idem quod ἑυπταρῶν.

Ἐρίκη. est bulbi genus authore Theophrasto, circa ripas amnium nascens, cuius inter summū corticem partemque eam quæ edendo est, lanea continetur materia, ex qua mappæ vestesque quondam conficiebātur. Nomen ex eo accepit quòd lanam ferat.

Ἐρίκη. vide ἰερῶν.

Ἐρίκη. herba est septem lanuginosis ramulis apij modo foliata: purpureo flore & perenni, semine fabaceo, totidem radiculis, quot ramis. Hanc magi prodidère in auena

DEFINIT. MEDIC.

scarabæum habere sursum deorsumque decurrentem, cum sono hædi, unde nomen accepit, simulque nihil ea esse ad vocem præstantius.

ἑρμασμία. dicitur ab Hippocrate partis agræ fulcimentum chirurgi industria adhibitum, iniecta fascia & vinculo: quod conuenit iis modò partibus quæ mouentur. Differt à τῷ σκληρῷ, id est, à firmamēto, quòd hoc & sine vinculo & partibus illis, quatum motus necessarius est, à quo cessatio non est in nobis, adhibetur: dicitur autem alio nomine ἑρμασμία, ut annotat Gal. comment. 3. ἔς τὸ κατ' ἰστέον.

ἑρμαφρόδιον. est vitiosa membrorum genitalium conformatio, præter legitimum pudendum, alterius etiam sexus pudendo apparente. Huius vitij quatuor differentias esse Leonides memoria prodidit, tres quidem in viris, unam in mulieribus. In viris quidem aliàs iuxta τὸ πῶδιναιον, aliàs in medio scroto pudendum muliebri pilosum apparet, aliàs verò, quæ tertia differentia est, per idipsum quòd in medio scroto pudendi formam habet, urina emittitur: in mulieribus autē supra pudendum, iuxta pubem virile frequenter genitale reperitur, tribus quibusdam extantibus corporibus, uno tanquam cole, duobus autem veluti testiculis. Sed ferè fit ut è duobus pudendis alterum iners sit & inualidum, nec nisi rarissimè utrumque ad venerem idoneum habetur. Pluribus verò etiam utrumque imperfectum est, ut nec maris nec feminae opus exercere possit, id quod Ausonius poeta hoc epigrammate significauit.

Mercurio genitore fatus, genitrice Cythere,
Nominis ut misti, sic corporis hermaphroditus,
Concretus sexu, sed non perfectus utroque,
Ambiguae Veneris, neutro potiundus amori.

Nomen huic malo datum est ab Hermophrodito quem Mercurij & Veneris filium fuisse & ἀνδρῶνιοι, hoc est, virum & mulierem perhibent. A quo qui utrumque similiter sexum habent ἑρμαφρόδιτοι ἢ ἀνδρῶνιοι appellantur.

ἑρμασία. compositionis cuiusdam nomen est, qua magos quondam vsos esse perhibent ad liberos generandos pulchros bonosque. Constabat nucleis pineæ nucis tritis cum melle myrrha, croco & palmeo vino, atque ita admixto lacte bibere iuebant: similiter & à conceptu puerperas partum enutrientes. Sic fieri constantes animo & forma excellentes atque bonos alumnos pollicebantur.

ἑρμαδικτύλος. à recentioribus Græcis dicitur bulbi genus quod folijs emicat pinguiusculis, caule semipedali, flore croci, candido, qui autumnii exitu erumpat, radice bulbacea, forinsecus nigra, intus alba, lacteo dulcique succo plena. hæc lethifera, pruritum exterius ciens, interius vellicans, cum graui stomachi exastuatione, mistum cruorem strigmentis in aluum depellens. Eius duo genera Actuarius dicit esse, candidum & purpureum, quæ veterum καλακὸν & ἐφίμδρον esse plerique existimant. Assueuat tamen Ruellius τὸ ἐφίμδρον Hermodactylum non esse ex quo catapotia illa aduersus arthritidem tantopere commendantur.

ἑρμαδικτύλος dicitur à quibusdam τὸ πντάφυλλον, ut habetur apud Dioscoridē.

ἑρμόλοι. sunt species collyriorum τῷ σακκῷ. Eorum autem alter magnus, alter paruus dicitur. Paruus recipit Cadmiæ unc. i. croci drach. IIII. myrrhæ drach. IIII. aloës drach. VIII. acaciæ drach. VIII. gummi drach. VIII. nam malè apud Aëtium legitur κόμμι < κ' pro < κ'. quorsum enim tanta gummi copia? excipiuntur aqua pluuia. Magnus autē habet hoc modo: Cadmiæ unc. VIII. spicæ nardi sesquiunciam, aris sesquiunciam,

sesquiuncia, croci unc. III. aloës unc. VIII. lycij Indici unc. II. acaciæ unc. VI. opij unc. III. zinzibetis unc. III. tragacanthi unc. I. gummi unc. VI. excipiuntur aqua, Aëtius.

Ἐρμαῖον πικρὸν. vocatur à multis eo nomine ἰ ληθῆσις, quam Latini vocant Mercurialeni, propterea quòd eam à Mercurio inuentam perhibent.

Ἐρμακωνος κολυρίον. est collyrium quod refertur ad Hermonē authorem, cuius descriptio habetur apud Cor. Celsum lib. 6.

Ἐρπικῆνιδος. dicitur à quibusdam ἄνειδος, ut habetur apud Dioscoridem, quòd natura sua hareat, nitatur, longiúsque foliis suis serpat.

Ἐρπικτὰ. pediculi capitis & reliqui corporis.

Ἐρπης. herpes. Est tumor exulceratus à flaua bile syncera proueniens. Sūt autem tres eius differentia. Nam si bilis substantia crassior est atque acrior, totam cutem usque ad carnem subiectam exulcerat, & dicitur ἕρπης ἰσθιόμορϕος: qui ulcus inaequale est, ut ait Cor. Celsus, cano simile, cui multus humor glutinosus in est, odor intolerabilis, maiorque quàm pro modo ulceris inflammatio, sic dictum à Græcis quia celeriter serpendo penetrādōque usque ad ossa corpus vorat. Quod si bilis tenuior est & minus acris, superficiem solum velut inurit, appellaturque simpliciter ἕρπης, eodem cum suo genere nomine, citra cognominis adiectionem. Sin autem bilis ipsa tenuior, & minus tum acris tum calida est, pustulas exiguas multasque per summam cutem excitat, κῆρυκος, hoc est, milio similes, atque ob id ἕρπης κῆρυκος dicitur, quem Latini miliarum interpretantur. Idem verò etiam ἕρπης φλυκταινώδης nuncupatur, à pustulis suis indito nomine. Caterum ἕρπικτα à Latinis zonam vocatum fuisse aliquot locis apud Scribonium Largum intelligitur, ut cap. 62. Est autem zona ignis sacri species qua medium hominem ambit cingitque, dicitur alio nomine ζώνη.

Ἐρπίον. medicamentum quod naribus purgādo capiti infunditur. Quicquid autem eam habet facultatem, extergens & acre sit oportet: sic enim & commodissimè attrahit, & vim expultricem irritat. Eiusmodi est betæ succus, cuminum, medulla cucumeris sylvestris, melanthium, cyclaminum, sal ammoniacus, nitrum, iris sicca, veratrum, staphis agria tum oleo aut unguento aut lacte aut alio liquore excepta, & naribus inuncta, tum in puluerem trita tenuissimum & per arundinem insufflata. Quod ubi actum est, eger deorsum pronuere debet, quò videlicet coactus humor distillet.

Ἐρπίσις. prostratio & deiectio corporis. Signum est extremae imbecillitatis. Nam stare aut sedere aut surgere non posse graue quidem est, at tanquam mortuum & inanimatum corpus deorsum ferri & à culcitra sublabi ad pedes longè grauisimum. Neque enim id accidit nisi omni robore prorsus & soluto & perduto. Talem quidem iacentis habitum Hippocr. lib. πρὸς χυμῶν ἕρπίσις appellauit.

Ἐρπίσις. abicit. repudiat, apud Hippocratem.

Ἐρπίσις. ructus. Est excretio flatulenti spiritus, à ventriculo per os erumpentis. Symptoma est quod ad motum quidem facultatis expultricis pertinet sensu tamen percipitur & cum voluntario communicat, non aliter quàm horror, rigor, pruritus, tusis, stertamentum, oscitatio, pandiculatio, singultus, vomitus. Quos motus quamuis sola natura, hoc est, facultas nostrum corpus regens, edat, ea tamen à causa aliqua morbifera cogitur: ob id symptomatis præter naturam annumerantur, quia causa præter

DEFINIT. MEDIC.

naturam cogunt eam ad eiusmodi motus ciendos, ut quod noxium & superuacuum est, à se depellat. Itaque si quando in vetriculo collectus est halituosus quidam spiritus & flatus, eiusque excretionem per os natura moliatur, ructus fit: quæadmodum si per sedem excernatur, crepitus aut silens flatus. Is autem gignitur, & ab humore vel cibo manat propter eius inconcoctionem, quòd ventriculus humori cibòue concoquendo par esse non potuerit, siue ex cibi ingesti humorisque natura, illaso manente ventriculo, siue à ventriculi imbecillitate, rem còcoctu facilem non valentis concoquere. Eam autem imbecillitatē calida aut frigida intemperies excitat, tum per se, tum cum humoris affluxu. Sed calida quidem nidorosos & fumosos edit ructus, frigida verò acidos, quos proprio nomine ἔξυεγμύλας appellant. ἔξυεγμύλας ab Hippocrate ἢ ἐρυθὰ dicitur lib. 6. τῶν ἐπιδυμῶν, ἀπὸ τῆς ἐρυθρίας, quo tamen nomine quidam, ut illic Gal. annotat, contendunt Hippocratem appellasse omnem flatuosi spiritus vacationem, undecunque & quouis modo ille prodeat, secundum quos & ructus & sternutatio & singultus & crepitus ἐξυεγμύλας vocabuntur. Alij verò omnem non spiritus modò, sed quorumuis etiam humorum excretionē ἐξυεγμύλας ab eo dictam esse volunt, Homerúmque testem citant qui scripserit, ἐξυεγμύλας ἀλὸς ἔξω.

ἔξυεγμύλας ὁδὸς ἰόδου. morbus ructuum effectiuus & flatuosus, apud Hippocrat.

ἔξυεγμύλας. nomen est malagmatis, cuius compositio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 18.

ἔξυεγμύλας rubia. Herba est caule anguloso, geniculato, aspero, foliis circa articulos per intervalla stella modo radiatis, semine primùm herbofo, mox rubro, denique nigro, semper rotundo, radice rubra, tantæ altitudinis ut raro tota queat effodi: hac tinguntur lana pellisque, & ob eam causam rubia tinctorum in officinis dicitur.

ἔξυεγμύλας ἢ

ἔξυεγμύλας tunica testium & vasorum spermaticorum, ubi extra ventrem processere: quamdiu enim intra ventrem sunt, eorum tunica, quòd illic nihil habeat eximium, nullo proprio donatur nomine: posteaquam verò extra vetricem processit, quia rubet, ἐρυθρὸς incipit appellari. Rubet autem tum à colore rubro muscoli testium gracilis, tum à vasis multis quibus implexa est. Epiphysis est peritonæi, testémque totū eiusque proximam tunicam ἐπιδυμύλας dictam inuoluit, præsertim in viris: ea namque mulieribus vel nulla est, vel tam exigua & obscura, ut oculis videri non possit.

ἔξυεγμύλας. à quibusdam dicitur ὀξυεγμύλας, quem vulgò sumach appellant.

ἔξυεγμύλας σέαρ. ἢ ἔξυεγμύλας apud Hippocr. hoc est, adeps cruentus & sanguinolentus.

ἔξυεγμύλας. σιελύμα, apud Hippocratem.

ἔξυεγμύλας. herba est foliis acanthi, flore luteo.

ἔξυεγμύλας. irio. Est legumen Cereale quod culmo consurgit ferulaceo, in lori modum flexili lentoque, foliis eruca syluestris, floribus luteis. In cacumine siliquas gerit graciles & corniculatas, in quibus semina continentur parua, nasturtij specie, gustu ardenti. Sunt qui existiment frumentum Turcicum esse.

ἔξυεγμύλας. erysipelas. Est tumor præter naturam in cute à sanguine & flava bile calidioribus, vel à sanguine feruente tenuique proueniens. Continetur in genere tumorum præter naturam: sed tumor ad solā cutim pertinet, nec subiectas cuti partes inuadit. Cutim appello tum hanc externam quæ omnium partium commune est tegumentū, tum membranofam & tenuem, quæ singulis internarum est circumdata. Habet quidem doloris aliquid, sed longè moderatius quàm phlegmone, neque, ut illa, pulsat,

pulsat, premit aut distendit. Verum multò calidior est & aspectu flauior, & si tetigeris, sanguis facile refluit, rursusque affluit valde tenuis & rubes. Tale quidem est proprie dictum erysipelas & exquisitum. Fit à flaua bile, non syncera quidem & secreta à sanguine (nā pro erysipelate herpes facile fieret) sed sanguini calidiori mista: vel sanguine quidem, sed feruido & tenuissimo, ut scripsit Gal. lib. 2. ad Glauconem. Ergo exquisiti erysipelatis causa sanguis est, non simpliciter quidem dictus sanguis, hoc est, & qualitatibus & substantia moderatus, qualis in carnem effusus phlegmonem gignit, sed vel flaua bile mistus, vel feruens & tenuis. Talis autem biliosus utriusque fuerit, aut etiam potentia bilis, iisdem ferè, quibus illa, qualitatibus præditus, nec viribus longè impar. Itaque cum Galenus scribit, id quod facit multis in locis, erysipelas flauæ bilis aut biliosæ fluxionis sobolem esse, non oportet eam puram & ab omni sanguine secretā intelligere, ut quæ herpetem nõ erysipelas excitet, sed sanguini calidiori mistam: vel sanguinem feruidum & tenuissimum, ut qui proximè ad bilem accedat, neque aliud unquā tumoris genus quàm erysipelas committat, si in sola cute hæserit. Neque verò propterea ita genitum erysipelas exquisitum non est: si quidem non ab ipsa materia exquisitum aut non exquisitum erysipelas dicitur, ut quam habere possit cum multis aliis morbis communem, sed ab ipsa tumoris specie & natura. Itaque exquisitum est, quod non est alterius tumoris particeps: non exquisitum, in quo tumoris alterius generis nota confusa sunt & permixta. Vbi enim rerum species distinctæ sunt, exquisitæ & legitimæ dicuntur. Si quod igitur erysipelas ita in cute consistit, ut tangenti calidum appareat, intuenti flauum aut rubes, sed rubore multò viuidiore magisque splendens quàm naturalis mediūsq; sanguis, adhæc cum paruo dolore, sine pulsu, sine distensione, sine renixu, sine laxitate & mollitie, sineque duritie, exquisitum censendum est & alteri tumori impermixtum. Verum si non cutim modò, sed carnem etiam subiectam fluxio inuasit, tumorque occupat, si dolor pulsatorius est, si humor non planè tenuis sed crassior est, si color verè ruber, sicuti cum notis erysipelatis mista sunt phlegmones symptomata, ita erysipelas hoc non dicitur exquisitum & simplex, sed ἐρυσιπέλας φλεγμονώδης, si modò propria erysipelatis symptomata præualeant. Si enim contra phlegmones signa potiora fuerint, φλεγμονὴ ἐρυσιπελατώδης appellabitur. Quòd si neutrius luculenter vincant sed paria cernantur, duo affectus misti esse dicentur, phlegmone scilicet & erysipelas. Similiter si unà cum erysipelate mista esse videatur propria œdematis symptomata, non simpliciter dicitur, sed ἐρυσιπέλας οἰδηματώδης: atque ad eundem modum σκίρρωδης, si tumoris scirrhus nota quædam propria simul insint. Ceterum tam exquisitum quàm nõ exquisitum erysipelas duplicem præterea habet differentiam. Nam vel absque exulceratione, vel unà cum hac incidit. Nec tamen quod cum ea est, herpes est, quòd bilis quæ herpetem committit tenuior sit & syncera: quæ verò erysipelas, paulò crassior & semper alteri humori confusa. Nõ ignoro quidem Paulum lib. 4. cap. 21. erysipelatis duas apud Galen. significationes annotasse, unam, ut ait, propriam, alteram verò communem: quas ego peritioribus relinquo diiudicandas.

ἐρυσιπέλας dicitur à nonnullis ὁ ἀσπὲρ ἄλατος, ut habetur apud Dioscoridem. dicitur & à quibusdam ἰ ἀσπὲρ ἄλατος eodem authore, fortè propter aculeos & vitilium modo lentorem quem habet. dicitur & à nonnullis chamæleo albus, ut habetur apud eun-

DEFINIT. MEDIC.

dem. Dicitur & à quibusdam ὁ κὺπρος, ut habetur apud eundem, & confirmat etiam Hesychius in suo lexico.

Ἔσσι Φάσις. εἰς δ' ἴσω χαλασῶς ὅσπερ μάλιστα, hoc est, intimè & penitiùs relaxans vel diducens ut aliquid inuestigetur, apud Hippocratem.

Ἡ ἴσθη. Esdra antidotus apud veteres celebris.

Ἐδιδόμυθ. est herpes unà cum cute carnem pariter exedēs: fit à bile magis usta & paulò crassiore. vide ἴσθη.

Ἐσμάθηδου. altè inquirere & inuestigare, apud Hippocratem, ut annotat Gal. commēt. 2. εἰς τὸ πῶδι ἄρθεωρ.

Ἐσπεριὸν μύλαρ. malum citrium, ut habetur apud Athenæum.

Ἐσπεῖς. herba est generis violarum, ramosa, cubitali caule, exili folio quasi brassicæ longo latoque, aspera lanugine, canescenti, ambitu rariuscule laciniato, flore quadrifolio, non unius coloris: nam alij purpurei sunt, alij niuei: foliaceum semen tenuibus siliquis teretibusque continetur. Noctū fragrantius spirare quàm interdiu dicitur, unde illi nomen hesperidi. Rustici girofleam vocant.

Ἐσία. nomen nobilis apud veteres emplastri, quod sic dictum est, quia ex Græci nominis literarum calculo quæ in ἔσια cōtinentur, indicetur ipsum drachmis D X V I. constare. Refertur ad Necepsionem regem. Conducit omni vulnerum generi. descriptio eius habetur apud Aëtium lib. 15.

Ἐσφικωμύλα. (σφιδεμύλα. σφισσφρυμύλα. colligata, constricta, apud Hippocrat.

Ἐσθῆρα. crusta. dicitur ea propriè quæ ab ardente ferro aut medicamento caustico induta est. Eius generatio, inquit Galenus, ex subiectis circumpositisque corporibus, ut sic dicam, semiustis, sic ut cuiusmodi in hyemem extinctos hos carbones rem parat, eiusmodi ipsæ crustæ carnis exusta sint reliquæ. Quare quantum particule adustæ ad crustam est, tantum ipsi de naturali carne deperditur. Hic verò dicitur & ea quæ sponte sua ulceribus canis accrescit crassa nigraque. Nam quæ leuior est, non ἔσθῆρα, sed ἰφελκίς appellatur.

Ἐσθῆρα λυθὸν φάρμακον. crustificum, seu crustam inducens medicamentum. Est autem duplex τὸ ἔσθῆρα πύρρον, ignitum ferramentum, & crustificum medicamentum: hoc autem calidum & siccum est quarto gradu, crassæ essentiæ & dolorificum: id carnes colligat & adurit, sicque crustam facit. Eius usus in primis necessarius est, ubi ex erosione putrescentis alicuius profluvium sanguinis excitatur, atque ubi quod computruit sublatum est, ad adurendam ipsius veluti radicem. Est autem incrustantium medicamentorum materia non utique solus calor, sed cum quo adstringendi facultas sit coniuncta, qualis in chalcitide & mysi & atramento sutorio, siue ustis, siue inustis. Quæ verò ex calce non extincta conficiuntur, ea utique valentiora his sunt: ceterum calx adstringendi vim non habet. Excidunt igitur citiùs quæ ab his sunt crusta, hærent autem corporibus diutiùs quæ ab adstringentibus: quod utique longè est utilius in profluvio sanguinis, quando ita priùs nascitur in imo earum caro, efficiturque profluenti vasi velut operculum quoddam: unde nec nosmet precipites esse ad crustas, ubi hæmorrhagiæ periculum imminet, detrahendas oportet, nisi in illis tantum affectibus in quibus propter putredinem candens ferrum admouere coacti sumus. Tunc enim celerrimè crustam excidere expedit.

Ἐσθητα. extrema. Sic dicuntur τὰ κῆλα, hoc est, manus pedesque apud Hippocr. Significat

cat vero etiam ἰσχυρὰ apud eundem vigorem seu statum morbi: ut aphor. 7. lib. 1. quo ait peracutum morbum extremos labores statim habere, hoc est, accessiones & symptomata, id enim nihil aliud est, quàm morbum in vigore esse, sicut Gal. extremo lib. 1. de diebus decretoriis interpretatur.

ἔσθρα. πλοσιον. propè, apud Hippocratem.

ἑπόκριδος. genus hordei, quod nunquã ravigine vitiatur, quoniã incurvum nascatur.

ἑπόκριστα. idem quod ἰμικρῆστα.

ἑπερὲς πένθ. dicuntur apud Hippocr. ἐν τῷ πένθι διαίτης ὀξείων dies, magnas in utrumque, hoc est, tùm ad salutem tùm ad mortem vires habètes. Siquidem insignes ab his mutationes contingunt. Eiusmodi quidem sunt dies impares.

ἑπόρρηθμος σφυγμός. est pulsus qui rhythmum remotioris alicuius ætatis, nature, sexus; partis anni, & reliquorũ quæ peculiare pulsus habent, propriũ mutatur. Species est τῆ ἀρρῆθμου, ut qui nullius proprium rhythmũ conferuet. Cuius etiam cùm species sit ὁ παρῆθμος, ab eo tamẽ differt, quòd hic propinqua vicinãq; ætatis, nature & reliquorũ proprium rhythmũ habeat, ille verò, multùm ab iis remota. vide ἀρρῆθμος.

ἑπείαι. Etesia. Anniuersarij venti qui circa decimum vel duodecimum diem à Canicula ortu flare incipiunt vsque ad Arcturi exortum, hoc est, vsque ad æstatis finem. Qui eos antecedunt venti πένθεμοι appellantur. Eos autem Canis ortus dirimit.

ἑπίος. edulium est ex leguminibus fractis concisisque paratum. Itaque ex omni leguminum genere fieri potest, faba, lente, panico, milio, auena, frumento, sicut ex eorũdem farina λίκνδος. Sic enim Galenus distinxit lib. de bono & malo succo, ita ut κναιμίον ἑπίος non aliud sit quàm faba fresa elixata, & κναιμίον λίκνδος nihil aliud quàm fabæ lomentum elixatum. vide λίκνδος.

ἑπίος. annus. vide ἐπιωτός.

ἑπιμόστος. sic dicta est apud Macedonas quercus quæ dulcem glandem produceret, quasi veri quercus.

ἑπίθρα. sic videtur ab Hippocrate dici ἰσχυρὰ.

ἑπίθρα. medicamenti nomẽ conuenientis ad hæmorrhoidas, cuius Nicomedes medicus author fuit, sic dictum à lenitudine. describitur à Gal. lib. 9. τῆ κατὰ τόπος.

ἑπίλακτος. sic à quibusdam dicta fuit ἰσχυρὰ, ut habetur apud Plinium.

ἑπίπρωσι. dicuntur ἢ quibus libera corporis transpiratio est, quod hominũ genus nec assiduè agrotat, nec longo tempore, quòd excrementa vsta & fuliginis speciem præ se ferentia facillè per halitum digerantur. Id quòd Hippocrates testatus est his verbis: Laxitas corporis ad transpiratum, quibus plura per cutim feruntur, salubrius: quibus pauciora, minùs salubre. Patet autem iis raram esse cutim, ideoque eosdem aliqui tùm medicorum tùm gymnastarum ἀραιούκειπος appellantur.

ἑπίλας. dicuntur homines quibus facillè sanescunt vlcera, quibus opponuntur δουλας: utrorumque mentio fit à Gal. lib. 6. meth. med.

ἑπίλα. bonus habitus. Species est ἰσχυρὰ, hoc est, habitus, sed de bono tātùm dicitur: malus enim καχεξία vocatur. Est autem duplex ἰσχυρὰ, una est ἰσχυρὰ ὁμοίως, quæ in optima corporis constitutione deprehenditur: altera verò σὺχ ἰσχυρὰ, sed μετὰ περὸς ἰσχυρὰ, quam habent singulæ corporum natura propriam, & in comparatione dicitur. Itaque ἰσχυρὰ ὁμοίως nihil aliud est quàm ἰσχυρὰ ὑγιανὸς ἰσχυρὰ ἰσχυρὰ, hoc est, perfectissima & absolutissima sanitas, quam sequuntur necessariò, bona omnium

DEFINIT. MEDIC.

partium temperies, actionum robur, enchymia, & præterea sanguinis, carnis, totiusque corporea molis symmetria. Et quia species & ipsa τὸ ἕκαστος est, non facile à causis insalubribus offenditur, sed firma cōstansque in corporibus perseverat. Quæ autem ab hac deficit, modò nondum vitiosa sit, nò iam δὲξία, sed ab omnibus ἰγνεία, hoc est, sanitas nuncupatur, quæ eadem est cum τῆ μὲν περὶ αὐτῆς δὲξία. Tunc enim non simpliciter, sed huius vel illius δὲξία dicitur. Sic ἡ τῆ ἀδελφῶν δὲξία non simpliciter dicitur, quoniam optima non est, quam periculo proximam esse Hippocrates pronunciauit, & negavit naturâ esse comparatam: nam ut reliqua habeat optima, attem sanguis & præcipuè carnosum genus in ea supra modum excrevit.

Εὐζωμοῦ ἢ

Εὐζωμοῦ. sic dicta est eruca propter suauitatem, quasi iuribus grata.

Εὐήθης. facilis, simplex, ἁπλοῦς. sic dicitur ab Hippocrate morbus qui nihil habet malignitatis & facile soluitur: annotauit tamen Gal. commēt. 3. in lib. 1. prothetici, ἐν δὲ στεροῦ aliquando significare τὸ κακὸν δὲ στεροῦ, & multos veterum videri eo verbo ὕσος in hac significatione, quanquam significet etiam τὸ ἁπλοῦς.

Εὐδαιμόν. ἢ ἐγγενετὶ τῷ σώματι ἕξις. ingenitus corporis habitus, apud Hippocr. unde & ἀννὸς δὲ δαιμόνιος vocatur, ὁ ἐνφοείας ἀπὸ γαμῶν, hoc est, fertilis & sæcundus.

Εὐδουλοῦ. sic à quibusdam dicitur ἢ ἀλλοῦ ἐξίς, ut habetur apud Theophrastū lib. 9.

Εὐδωτῶ. dicuntur quæ in rectum è curuo reduci possunt. vide καμῖα.

Εὐδύπορος τὰσις. tensio recta siue in rectum procedens, quæ utique membrum quod fractum est tendit in directum, de qua Galenus lib. 6. meth. med. in glossocomi mentione. vide ἄλλοσκόμορ.

Εὐδουαία. rectitudo, rectus trames, recta via. Non est aliud quàm directio quæ dā meatuum per quos humorum deductiones commodè fieri possunt: Hippocrates peculiari nomine ἰξίρ vocauit.

Εὐδαιμόν. εὐδαιμόν. apud Hippocratem.

Εὐδρασία. bona probaque temperies, quæ ex optima & conuenienti mistura calidi, frigidi, humidi & sicci provenit. Illa sua cuique est, ex quo patet magnam esse eius latitudinem. Ea proprie partium similarium est, & prima est omnis earum functionis causa. Hanc qui adeptus est, δὴ κρατος, hoc est, optimè temperatus dicitur.

Εὐνή. non solum significat cubile, sed & coitum apud Hippocr. ut lib. 2. de morbis mulierum: καὶ ἂν τὰ σφοδρὰ τὰ διπλῶ, id est, coitu vehementissimè offenditur.

Εὐνούχορ. sic dictum est à Pythagoricis lactuca quoddam genus suapte natura latū & caule viduum, quasi spadonium, quoniam maximè refragetur veneri.

Εὐοργατότερα. ἁπλοῦς. ἁπλοῦς. apud Hippocr. ὅρατι enim dicuntur οἱ ἁπλοῦς.

Εὐόχορ. epitheton vinculi apud Hippocr. ἐν τῷ πῶδι ἀρθεῖν, quasi dicas gestabile: sic autè vinculum vocat, quod benè gestat & sustinet, hoc est, firmiter & sine ulla compressione continet.

Εὐπαιτέλορ. est herba fruticosa surculosaque unicum efferēs caulem, tenuem, lignosum, subrectum, nigricantem, hirsutum, cubitalem & aliquādo ampliorem, folio per interualla inciso & magna ex parte quinquepartito: semine leuiter plumoso, è medio caule prosiliente. A rege sic nuncupatum esse multorum opinio est: alij ἡπαιτέλορ καὶ ἡπαιτίρ appellant. videtur ea esse quæ in offic. agrimonia dicitur. Quod enim in illis eupatorium vocatur sunt qui putent esse τὸ ἡπαιτίρ.

Εὐαίταλος.

- Εὐταλας. dicitur à quibusdam ἡ δαφνοειδής, ut habetur apud Dioscoridem.
- Εὐταπίας. facile & promptè, apud Hippocratem.
- Εὐπνοια. spirandi facilitas. respiratio quæ secundum naturam fit, apud Hippocr. ut annotavit Gal. comment. in prognost.
- Εὐφρα. expeditio, promptitudo, facilitas, apud Hippocratem.
- Εὐφροιο. sic à nonnullis dictus est lapis Iudæicus, quasi facile fluens, quod urinam mouere & calculos frangere dicatur.
- Εὐρυθμος σφυγμός. pulsus eurhythmus. Est pulsus eurhythmus, seruans rhythmum proprium ætati, naturæ, temperamento, parti anni & reliquis omnibus circumstantiis. Nam cum suus sit cuique ætati naturalis pulsus, qui rhythmum seruat ætatis, δὲ ρυθμὸς vocatur, ut qui eum labefactat ἀρρυθμὸς. Idem de naturis ac anni temporibus & locis omnibusque aliis statuendum, quod horum singulis certus quidam rhythmus sit, qui seruatus δὲ ρυθμὸν pulsum facit. Eum autem qualis sit Galen. libr. 3. de pulsuum causis in singulis generibus sigillatim explicauit. vide εὐρυθμὸς.
- Εὐρυπικν. iunci genus, cuius semine somnum allici dicunt.
- Εὐρυχωρία. sinus. cavitatis & spatium internum.
- Εὐρώς. caries, situs, putredo. δὲ ῥωπῶν Gaza apud Aristotelem exponit vermiculari, atque Dioscorides δὲ ῥωπῶν ἀφροσύνην, quæ situm sentiunt, quæq; nimis inueterarunt & mucum redolent.
- Εὐσαφής. homo bene habitus, optimè compositus. Linacer apud Galenum quadratum interpretatur. Is porro est quem nec gracilem dicere nec crassum possis, sed nec calidum nec frigidum, nec alio quouis nomine ex his quæ excessum defectumve indicant appellare. Est enim eius habitudo media, qui sicuti debitam partium convenientiam speciemque inculpatam habet, ita mediocri & nullis vitis obnoxio temperamento est.
- Εὐσίτη. sic dicta est à quibusdam ἡ ἐλξίτη, ut habetur apud Dioscoridem.
- Εὐσίτης. cibi appetens, & εὐσίτην quod cibi appetentiam excitat, ut apud Hippocr. ῥωσὶ δὲ καὶ οἱ πόνοι & αἱ μακροτέραι ἀφροσύνη. id est, iam verò & labores & longiores perfectiones cibi appetentiam inducunt.
- Εὐσαφής. significat apud Hippocratem valdè mite & blandum, quodque citò consistit, & veluti in æquilibrio positum nihil habet periculi, ut interpretatur Galenus.
- Εὐσσορ. montanum hordeum, quod alio nomine ἀμυδίκωσις appellatur.
- Εὐτόπου. est collyrium τριχράμαλον Oribasij. describitur ab Aëtio, quod aliis etiam nominibus ἀρμάπου & ὀπιδοβαρὶς vocari scribit.
- Εὐτόπος κίνσις. dicitur à Gal. motus qui violenter & sine velocitate fit: nã qui cum violentia celeritatem habet, σφοδρὸς appellatur. ut ait lib 2. sanit. tuendæ.
- Εὐφοβία, siue
- Εὐφοβίον. est arbor ferulacea nascens in Aphrica, succo madens acerrimo, lacteo, & valdè tenuium partium. Ab incolis propter eximium eius ardorem non sine metu legitur. Quapropter vētriculos ouium elutos, in quos succas profluat, arbori adalligant, & eminus caulem contis incidunt, confestimque è plaga tanquam è vase quodam magna vis eius in subiectos ventres effunditur. Huius autem succi duo sunt genera, unum orobi magnitudine, sarcocollæ modo translucidum: alterum vitreo nitore, in ventriculis concrefcens. Eligendum est translucēs & acre: sed difficile gustus ex-

DEFINIT. MEDIC.

perimentum, quia vel levi lingua tactu os accensum diu detineat, & admota omnia euphorbiū resipere faciat. Vim habet discutiendi suffusiones & fedandi coxarū dolores, in odorifera portione haustus, aut cum melle cocto, sic enim eius drachma una epota, ut scribit Paulus, pituitam, vel potius aquas exturbat atque emolitur. Euphorbinum Iuba Ptolemæi pater appellavit nomine inventoris medici sui & fratris Musæ à quo Caesar Augustus cōservatus est, dicato illi priuatim volumine. Fit autem ex eo ceratum ad neruos vulneratos optimum, cuius descriptio habetur apud Aëtium lib. 14.

εὐφροσία. herba est hyssopo similis, cauliculis purpureis, folio paruo & per ambitum serrato, flosculo albicante, quæ in opacis collibus nascitur. De ea veteres nihil prodidisse scripto, etsi Græcam nomēclaturam præ se ferat: εὐφροσίων fortè dici debuit, quòd faciat ad animi hilaritatem. Valet autem ad oculorum caligines & suffusiones.

εὐφρόσιον. dicitur à quibusdam εὐφροσίων, cui dos hæc præcipua traditur quòd in vinum coniectum animi voluptates auget. Dicitur & eo nomine ἰεὺφροσία.

εὐχρόον. nomen emplastri quod describitur à Scribonio Largo, & ab eo appellatur Tryphonis viride emplastrum. Est & huius nominis cataplasma quod habetur apud Gal. lib. 4. τριχρόον, oculis conueniens.

εὐχρόον. dicitur alimentum quod boni succi est. Id autem duplex est, tum quod portionem quandam boni succi continet ad nutriendum habilis, sed plurimum habet recrementi, tum quod plurimum habet quod nutrire potest, minimum autem quod sit inutile, ut habetur apud Galen. lib. 9. meth. med.

εὐώδης. bene olens, de quo vide ὀσφραϊς: est & nomen malagmatis quod habetur apud Paulum lib. 7. Item collyrium quod alio nomine ἀδανύσιον & Ἀδανύσιον appellatur, & à Scribonio Largo describitur.

εὐώνυμος. est arbor Punica mali magnitudine atque folio eiusdē, maiori quàm vincaperuinca & ut Punica, tenero: flore albo & viola proximo, odore grani ac pestifero, folliculis sesami, in quibus acinus quadrangulus, solidus, pecori gustatu lethalis. Sunt qui eam ἀνώνυμος vocent.

εὐφροσία. herba quam & caucum appellant.

εὐφροσία. αἰ γλονοί, hoc est, nates.

εὐφροσίων. herba quæ & ἰσάουρος & ἀνύβουρος dicitur. Sic vocatur ab insidendi natura: ascendit enim proximas arbores, & iis insidens coma propendet iuncea.

Significat etiam εὐφροσίων apud Hippocratem sedem vel corpus aliud stabile, ut in eo desidere aliquis firmiter possit, ut exponit Gal. comment. 2. ἀ τὸ πρὸς ἀγμῶν.

εὐφροσίων. crustula quæ ulceri obducitur. Dicitur tum de externis ulceribus, tum de internis: quandoque enim crustula eiusmodi & per tusses è pulmonibus, & per deiectiones ex intestinis vacuantur.

εὐφροσίων. nomen emplastri egregiè resiccantis, quod & μάγος alio nomine dicitur. Eius descriptio habetur apud Aëtium lib. 10. inter remedia hydropicorum.

εὐφροσίων. pubes. pecten. Id totum quod est ab hypogastrio vsque ad pudenda, ut scribit Rufus. Dicitur etiam ἰβν καὶ ἐπίσιον.

εὐφροσίων. pubertas. idem quod ἰβν. vide ἰβν.

εὐφροσίων. quid sit, ait Cels. lib. 5. cap. 5. à plerisque ignoratur, cum nihil aliud sit nisi asperitas quædam & durities mali coloris. Provenit potissimum in facie ex inflammatione

tione aut ardore solis: præsertim verò, ut scripsit Crito, circa malas & nasum eiusmodi macule apparent, non quidem in alto fixæ, sed instar flosculorum productæ. Nomen inditum ἀπὸ τοῦ ἰλλου, non quòd à sole tantùm vitia illa in cute contrahantur, sed quòd à reliquis inducta causis, similem asperitatem & colorem habeant. Quæcunque enim causa ea excitarit, cutis ceu multo sole exusta, candorem & lenorem amittit, contrahitque nigritiem & aspredinē. Plinius aliquando discolorem à sole cutem, aliquando à sole vsta, vel à sole adusta interpretatur, eoque vitio deformes solagos appellat. Alij vitia cutis simpliciter latine reddunt.

Ἐφίμωρον. ephemerum. Duplex est Dioscoridi & Gal. unum quod irim sylvestrem dixerunt, foliis & caule lilij, tenuibus, radice oblonga, una, digitali crassitudine, saporis adstricti, odoris non ingrati, flore candido, amaro, semine verò molli. Ea videtur esse quam lilium conuallium, & rura muschetum appellant. Alterum verò deleterium & lethale est. Alij κολχικόν, Romani bulbum agrestem vocant: flos illi croceo similis, subcandidus, caulis semipedalis, semen rufum, radix rotunda, foris è nigra rufescens, quæ desquamata intus albicet, teneraque ac lacte succosa, gustatu dulcis inuenitur, fungorum modo iugulat, bulbi similitudine inuitate. A quibusdam hermodactyli genus esse proditur. Verùm Ruellius contendit hermodactylos è quibus catapotia tantoperè commendantur ad podagras, non esse ephemerum, fretus auctoritate Aëtij & Pauli. Vtriq; ephemero et si nomen unū est, diuersa tamen est nominis ratio: illud enim sic dicitur quòd flos illi confestim deciduus, non longius uno aut altero die cōmoretur, aut decerpto longior vita quàm dies, nullā enim ei vim mortiferam Dioscor. & Gal. tribuerunt: hoc verò ita vocatur, quòd eodē die perimat. de hoc vide Nicandri alexipharmaca quæ nos aliquando versibus latinis reddidimus.

Ἐφίμωρον. dicitur à quibusdam ἑφίμωρον, id est, cicuta, ab interitus celeritate, ut Phocion author est.

Ἐφίμωρος πυρετός. diaria febris in spiritibus accensa, cuius tota constitutio unica accessio est horarum viginti quatuor. Hæc excitant causæ febris aliis communes, præter putredinem: motus multus tum corporis tum animi, quies immodica & omiſsa exercitationum consuetudo, suppressio calidi effluuij densata cute, obstructio mediocris à succo multo, crasso, lento si modo per initia rectè tractetur, alioqui facile in putridam transit: præterea contactus calidæ substantiæ, satietas & ebrietas, cruditas, fames, & omnes animi affectus vehementes. Huius febris signa sunt in primis calor mitis & blandus, pulsus nullam habens inflammationis notam, nullamque omnino inæqualitatem in una pulsatione, aut certè minimam: vrinæ omnino similes naturalibus, aut parum ab his mutata, bene colorata & rufa, in quibus quod vel pendet vel subsidet, optimum est: adhæc facilitas tolerandi accessionem. Est enim hæc febris mitissima, quia calor illi vaporosus est, quibusdam primo manus occurſu, aliis paulò postea: hæc quidem sunt diariæ febris signa communia. Singula autem quedam habet sibi propria, quæ naturam causarum sequuntur à quibus sunt excitata.

Ἐφιδότης. significat apud Hippocratem ἐν τῷ πρῶτῳ διαίτης ὄξυος exolutionem virium corporis ab humido calore inductam, quasi corporis quandam elixationem, ut Gal. in comment. annotauit.

Ἐφιάλης. incubus. Est nocturna corporis oppressio & suffocatio: Quidam demonem esse putauerunt, aut externam quandam vim quæ quiescentes inuaderet, & pon-

dere suo oppressos grauaret: ex quo nomen ἀπὸ τῆς ἐφάλλωσθαι indiderūt, quòd hoc malo correpti imaginētur se ab aliquo inuadi & violari. At demon nō est, nec vis ulla externa, sed tota mali causa intra corpus est. Ea autem est nō humor, sed crassus & frigidus vapor, ut scripsit Posidonius, ventriculos cerebri implens, & prohibens spiritus animales per neruos ferri. Per somnum tantum fit, eoque laborantes per ipsam accessionem eadem patiuntur quae & apoplexia correpti, sed tamen mitiora. Quia enim vapor in causa est non in totū opplentur ventriculi cerebri, nec tam difficulter excitantur qui eo laborāt. Manent tamen aliquādiu immobiles: deinde verò multo labore & conatu tenuato discussōq; spiritu, & meatibus obstructione solutis, derepente è somno excitantur. Leditur illis potissimum imaginatio: ex quo verisimile est in priori potissimum ventriculo morbum consistere. Ex his intelligi potest incubi differentia ab apoplexia & epilepsia. Præludium tamen proœmiūque eorum morborum est, atque etiam insania. Diurnior enim & frequenter repetens, crudo humore in ventriculis cerebri paulatim cumulado, in eos facile degenerat. Præcedunt incubum suffocatio, vocis amissio, grauitas & immobilitas, & hæc rursus crapula & cruditates ex quibus crassus ille frigidusque vapor suscitatur. Proinde quidam morbum hunc rectè quidem, sed imperfectè definiunt, πῶς ἐς κεφαλὴν ἀνατρέχουσαν ἀναδουμίαςιν ἢ ἀδδσφάγας & ἀπεψίας, hoc est, vaporum in caput discursum ex nimio cibo & cruditate. Themison verò à suffocatione πνιγίμωσι appellauit.

Ἐφάλλωσι. antiquis vocata est pœonia, ut quæ aduersus ἐφάλλωσι, hoc est, suppressiones incuborum nocturnas valeret.

Ἐφιδρωσις. duo significat, vel sudoris circa thoracem & caput exortum, vel in vniuerso corpore sudoris prouentum qui & paucus sit & inutilis: cūque eo nomine frequenter prothetici author utatur, non liquet tamen utro modo πῶς ἐφιδρωσις intellexerit, ut annotat Gal. in comment.

Ἐφλυβοσι. ἐχολάσθαι. apud Hippocratem.

Ἐφοδος. dici solet proprie de hostibus aut latronibus. Sed ab his Hippocrates trāstulit ad dies criticos, appellans ἐφοδὸν τὰς τῆν κρίσιμων ἡμέρων περιόδους, ut annotat Galenus comment. in prognost.

Ἐφουδον. sic dicta est à quibusdam ἡ ἰσσοῦσι, ut habetur apud Dioscoridem, nisi ἐφουδον legendum sit.

Ἐχέκομος. dicitur medicamentum glutinosum & tenax, quod affecta parti appositum extrinsecus firmiter adheret, ut ipsum vinculo contineri non necesse sit. Idem distrahendo plurimum extendi potest.

Ἐχέπλωσις. ἡ λθικὴ βρωγία. apud Hippocratem.

Ἐχίνος. non recensetur vel à Galeno, vel à Rufo inter partes corporis humani. Eustathius tamen in Odyss. σ' scribit partem ventris esse, sicut & τὸ ἕνισσον. Nicander in Theriacis:

Ἡ ἐλάφου νιδῶ, πῶς δὲ καὶ λείουσι ἐχίνου :

Ἄλλοι δ' ἐγκατόντα κενρύφαλα.

Dicitur autem à multis eo nomine designari sinum illum ventris in ruminantibus animalibus qui parte interiore asper est, cancellatus, crustatus, & magnitudine reticuli. Hermolaus omasum interpretatur. Vocatur & ἐχίνος in stirpibus quicquid numerosa cōgerie aculeorum stipatur, siue tegmen, siue caput, siue cacumen, ab erinacei

nacei marini similitudine.

Dicitur & à Gal. ἔχινος herba, quæ alio nomine ἔχινος, aliquibus ὠκυμοδῆς, Romanis ocimum aquaticum appellatur. Significat etiam ἔχινοςollam magnam multumque patentem apud Hippocr. ut annotavit Erotianus.

Ἐχινος. herba est cui folia prælonga, hirsuta, aliquantum tenuia, anchusæ proxima, sed minora, subrubra, pinguis, & spinulis horridula. cauliculi exiles & numerosi, quibus minuta utrinque folia, expansa, pinnata, nigra, in summo caule minuscule flores secundum folia purpurei, in quibus semina insident viperarum capitulis similia. Sunt qui anchusæ speciem eam esse dicant quam ἀλκυβιάδιον appellant. Nicander etiam ἔχιν in Theriacis vocavit.

Ἐχίνος. species una τῶν κληματίδων apud Plinium.

Ἐχίνος. καπεχίνος. βιαζόμλι. apud Hippocr. aphor. 16. lib. 6. ut in comment. Galenus annotavit.

Ἐχίνος. sic dicitur flos cnicii.

Ἐχίνος. genus piscium apud Hippocratem.

Ἐλίμα ἢ ἔλιμα. sapa, defrutum. Vinum ad tertiam mensuræ partem vel dimidiam etiam decoctum. σίραμιον etiam Græci appellant. Nec tamen ἔλιμα pro sapa semper usurpatur, sed aliquando simpliciter pro decocto & coctura, ut apud Gal. lib. 2. τῶν κατὰ τόπους, cum ait: οὐκ ἐστὶν τῶν ἔλιματος ἐν ἀρχῇ, ἀλλ' ὅταν ἡδη πῶς γένοιται τακτοῦ. Similiter à Dioscor. lib. 5. cap. de nitro: ἐκ ποδιστοῦ δὲ τὸ νίτρον καὶ σρόφους παύει λευκὸν δὲν μὲν κινέου, καὶ ποδὲρ μὲν ὑδρόμελιτος ἢ μὲν ἔλιματος ἕνος τῶν ἀξιοφορῶν διωαμῶν πινδύματα.

Ἐλίμα. elixatio. Est coctio indefiniti humoris facta à calore humido. Genere quidem τῶν ἔλιμα est, fit ab humido calore: quæ enim elixantur, & ab aqua calida, & in calore humido concoquuntur. Perficitur autem eiusmodi concoctio, definito eo humore qui indefinitus, hoc est, flatuosus vel aquosus mistus erat reliquo humori. Est autem elixatio eorum proprie quæ possunt elixari. Non est autem elixabile tum in quo nihil humoris inest ut lapis, tum in quo aliquis quidem est, sed propter densitatem superari & excerni non potest, ut lignum, sed id cui humor inest ab humido calore passibilis. Quod si alia elixari dicantur, id non proprie sed per metaphoram & similitudinem quandam dicitur. Sic enim aurum elixum esse dicitur, cum ignis vi humorem alienum remiserit. Dicitur similiter & lac & mustum elixum esse non proprie, sed metaphora & similitudine quadam, quum flatus aut aquosus humor discussus concoctusque est, etiamsi eorum concoctio propius quam auri & ligni & similibus accedat ad veram elixationem. Nec tamen proprie elixati dicuntur, quod neque lac neque mustum dum coquuntur posita sint in humore calido, neque ab eo concoquatur illorum humiditas, sed ignis vase in quo continentur circumfusis eorum humiditatem concoquat. Est autem elixis proprium ut seipsis sicciora euadant: humor enim qui circumstat, propter calorem attrahit ad se rei elixæ humiditatem, eaque facile sequitur propter pororum laxitatem, contra quam in iis quæ assantur, in quibus conclusi & conuenientes ab ignis calore pori humorem intus continent. Quo fit ut elixæ proprio humore destituta, sicciora intus sint assis: foris autem alieno humore madeant. Elixæ tamen nutrimentum humidius præbet quam assa, præsertim si in aqua dulci elixæ sunt: omnes enim qualitates quæ initio sibi inerant deponunt, ita ut tandem aquosa & aquosa euadant & aquæ qualitatibus prædita.

IO. GORRAEI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM

TO Z.



ῥάδουρα. barbarū nomen est, sed tamen à Græcis recentioribus usurpatum. Est autem radix teres, aristolochiæ non absimilis, sapore & colore gingeris, quæ ex India ad nos defertur. valet aduersus pestilentiam.

ζάδαρ. idem quod ῥάδουρα, ut author est Aëtius.

ζακλπίς. sic voluit Nicæder rapam appellari. Alij verò non rapam, sed cucurbitam ita dici arbitrantur.

ζάλαα. dicta est à quibusdam ἡ δάφνη ἀλεξάνθηρα, ut habetur apud Dioscoridem.

ζέα ἡ

ζέα. frumenti genus est tritico simillimum, radice multiplici & alba, culmo numerofo, sed tritico fuscius & minus. Duae sunt eius differentiae, una simplicis grani, altera gemini duabus tunicis inuoluti, qui ob id διωνκος cognominatur. Ex zea olim fiebat alica, sicut far ex frumento: neque est assentiendum Asclepiadae, qui authore Gal. cap. 3. lib. 9. τῆν κατὰ τόπον far & zeam idem esse existimauit. Siquidem τὴν ζεάν Latinus non far ipsum, sed semen ex quo parabatur, à frugis praestantia appellarunt.

ζεάν ἀπὸ τῆς ὀλύρας usurpauit Hippocrates, ut scripsit Galen. ἐν τοῖς ἡλωσάις.

ζεόπυρον ἡ

ζεόπυρον. frumenti genus, mediae inter Zeam & triticum naturae: nascitur in Bithynia.

διὰ ζεμάτωρ. Collyrii nomen est quod habetur, apud Paulum lib. 7. cap. 16.

ζζ. duplex, apud medicos veteres τὴν σμύρην, hoc est, myrrham designabat, ut annotauit Hermolaus Barbarus lib. 1. corollariorū, propterea quòd ζμύρην perinde atq; σμύρην diceretur. Nunc tamen vulgò per duplex ζζ. omnes zinziberi intelligunt, magno & periculoso errore.

ζιβήρον. est sordes animantis odoratissima, ex eius genitalibus locis deprompta. Nonnulli è recentioribus Græcis hoc animalis genus ζαπίρον vocant, vulgus nostrum hodie suettam nominat.

ζιγγίβερ ἡ ζιγγίβει. Zinziber. planta est in Arabia Troglodytica magna ex parte nascens: qua virente ad multa, perinde atque nos ruta, utuntur. Radices habet cyperei modo paruas, candicantes, odoratas, & piperis sapore. Impensè calefacit: nec viribus dissimilis est piperi, ut scribit Dioscorides.

ζιγνῆ ἡ

ζιγνῆ. est species casiae purpurei coloris, crassiore sarmento, rosam spirans, & praecipui in medicina usus: vide κασία.

ζιάνιον. sic dicitur à quibusdam ἡ αἶρα, hoc est, lolium.

ζιζιφος. arbor est flore oleæ, sed magis odorato, cuius fructus corni baccis similior est quam malis. Est duum generum, ut scribit Columella, una rutila, altera cãdida: omnibus officinis iuiuba dicitur.

ζιμύρην. idem quod σμύρην. myrrha.

ζυγλα. carpinus. arbor procera: sic dicta quod ex ea iumentis iuga optima fiunt, quia, ut scribit

scribit *Vitruvius*, fragilis non est, sed habet utilissimam tractabilitatem. Galli charme vocant.

ζύρις. est serpyllum sylvestre, quod rectum, exilibus ramulis & longis attollitur, foliis ru-
ta, oblongioribus & angustioribus, flore gustu acri, odore iucundo.

ζύρωμα. os iugale, ingumentum. Est os ex duabus, una ossis temporalis, altera ossis par-
uum oculi angulum constituentis apophysibus, inter oculum & aurem coeuntibus
conglutinatum. Nec verò interest apophysésne an ephyses dicantur: harum quidem
posterior, à capitis osse quod iuxta aurem est: anterior verò ab osse quod ad paruum
oculi angulum est, procedit, iunguntur autem in medio sutura obliqua. Ob id ζύρωμα
sive οὐρῶδες, quasi coniugiale & ex duobus coniugatum vocatur. Est autem soli-
dum & durum in lapidis modum, medullæ expers, & foris quidem gibbum: intus
verò cavum, quò musculus temporalem quem subiectum habet, & cui velut pro-
pugnaculum obiectum est, contineret & ab externis iniuriis vindicaret. Siquidem
sub hoc osse musculus ille magna ex parte delitescit.

ζύθος. zythum, est potus qui fit ex hordeo aqua macerato resolutoque in liquorem vino
similem, qui propterea οἶνος κρηθρῶς à quibusdam dictus est. Inabriat enim perinde
ac vinum, & acris gustu est ex putrilagine quam ipsa preparatione concepit.

ζύμη

ζύμασμα. fermentum. Est farina subacta, quæ acorem contraxit. Subigitur aqua prius-
quam addatur sal, & quia non perfecte coquitur, putrescit, caloremque & acrimo-
niam à putredine concipit, ut & alia quæ putrescunt omnia. Simul autem & te-
nuitatem partium & aciditatem acquirit, quemadmodum acetum quod putrescen-
te vino tale euadit. Ergo quanto vetustius fermentum fuerit, tanto est præstantius.
Sic enim calidius, acrius, & tenuius est, magisque ea quæ in alto fixa sunt attrahit
& discutit. Miscetur ob id panificiis, leuioremque panem & concoctum digestumque
faciliorem exhibet. miscetur & medicamentis extrahentibus & digerentibus, at-
que etiam suppurantibus.

ζύμασις. fermentatio, ut Plato definiuit, est τὸ κρόδους οὐσίας ὁμοῦ κίνησις καὶ ἀέρος. Est
enim motus fermenti vi factus in terreno crassoque corpore, quò in tumorem leuem
attollitur, conceptoque aëre distenditur, inflatur, & quodammodo ebullit. Id quod
fermentum farina triticeæ subactæ inditum, euidenter præstat, & in multis rebus
tùm simplicibus tum compositis quæ per se eam vim fermenti acquirunt, manifestò
cernitur. Ipse enim vini feruor in dolio, & solidiorum medicamentorum ut *Mithri-
datij*, *theriacis* & *conseruarum*, ut appellant *pharmacopola*, ebullitio (neque enim
Plato inter ζύμη & ζύμασις distinxit, utrumque eadem definitione comprehen-
dens) quædam fermentatio est, etiamsi inde acida non fiant, ut nec ipse panis fer-
mentatus. Idem effectus & in atrabile apparet, quæ incendio bilis flauæ genita, ter-
ram, in quam effusa fuerit, abradit, & partes quæ raduntur omnes in altum attol-
lit. Est enim is humor aceto simillimus, ex quo in terram effuso idem omnino fieri ap-
paret, eumque propterea veteres humorem acidum nominauerunt, æquè ut pallidæ
bilis, amarum. Ab eadem causa etiam οὐρῶς ἐζύρωσις, hoc est, urina fermentatæ di-
cuntur ab Hippocrate, ut annotat *Gal. comment. 2. in lib. 1. porrhæ*. Sicut enim in
terram acetum acre effusum protinus intumescens quasdam terræ partes sursum si-
mul attollit, sicque compositum quoddam ex terrestri substantia, aceti humiditate,

DEFINIT. MEDIC.

Et vaporoso spiritu, aut quemadmodum effusa in terram atra bile, aut in feruente musto, motio quaedam spirituosa manifesto assurgit, aut sicut in panibus quotidie misto farina subacta fermento et mediocriter macerato fermentatio fieri cernitur, fusca simul et intumescere quae fermentatur substantia; sic et in urinis aliquando crassis multum spissisque leuis quidam feruor per agitationem excitatur, motisque et rarefactis spiritibus in ea coeclusis, in maiorem quam cum primum excreta fuerant, tumorem attolluntur.

ζύμωσις ἡπατος. iecinoris tumor oedematosus, apud Hippocr. ut annotauit Erotianus.

ζωή. vita. Est coniunctio animae et corporis. Hac enim coniunctio cum primum in utero coepit, et quamdiu durat post ortum, homo uiuit, adeo ut vita aliquot locis à Galeno dicatur actio animae primaria. Continetur autem ea coniunctio uno calore natiuo, quo quidem ut praesente uiuimus, sic extincto morimur. Quamdiu enim vel scintillula huius caloris erit in corpore, uita erit, uitaque functiones, licet aliquando ualde obscurae, perseverabunt. Quod autem eo quasi vinculo uita constet, mors ipsa ostendit, quam omnes philosophi caloris huius extinctionem esse prodiderunt. Vita igitur consistit in calore, non eo quidem elementari, sed diuiniore, ut suo loco dicetur, ita tamen ut non sit censendus opifex omnium functionum, atque causa per quam omnia in corporibus nostris perficiantur (id enim animae proprium est) sed tanquam instrumentum animae eiusque facultatum, sine quo nihil prorsus agere ualeant. Abundat ille uigēt que potissimum in corde, à quo tanquam è fonte quodam in omne corpus diffunditur. Ex quo patet uitam in corde tanquam in penu conditam, in omne corpus eius beneficio distribui, quod propterea primum uiuit postremumque moritur, sedemque in medio habet corpore, quò uitam, calore suo per arterias diffuso, in omnibus particulis tueatur.

ζωμός. ius. ius esculentum, liquor eorum quae cocta sunt adiectis condimentis: ex quo ζωμοποιον uocatur à Dioscoride quicquid gratiam iuribus conciliat, seu quod gratiam in iuribus habet. Cum autem plura sint condimentorum genera, duo tamen apud ueteres maxime celebria fuerunt, ius album, et ius nigrum. Illud ζωμός ὁ λευκός dicebatur: fuit autem conditurae genus coquendis edendisque non piscibus modo, sed gallorum etiam testiculis et columbarum pullis aliisque carnibus dicatum. Erat quidem, ut scribit Galen. cocturae genus praestantissimum, atque hunc in modum apparabatur. Copiosa aqua primum iniiciebatur, deinde olei quod satis esset affundebatur, cum pauco anethi et porri: postea cum pisces semicocti erant, salis tantum aspergebatur, quod totum ius salsum non redderet: eratque preparatio eiusmodi etiam aegrotis accommodata, nec eo quidem modo coctas carnes Galenus, uel in febre, uel in dolore capitis ex ebrietate contracto exhibere dubitauit. Tale quidem fuit ius album antiquis, sed simplex. Siquidem aliam cum garo et uino, aut alia quadam superuacua conditura, cuiusmodi νεγυρία Graeci uocant, preparabatur, sed minus salubriter. Dicitur autem ius album ad nigri differentiam, cuius tamen parandi quamnam fuerit ratio, ignorare me profiteor. Nigritiem enim potest contrahere varia mistura, et multa praesertim sapa, sicut Galenus comment. 1. in lib. 1. prorrhēt. annotauit. Eo utebantur senes Lacedaemonij, ut refert Plutarchus in Apophtheg.

ζώνη. dicitur pars ea corporis qua cingimur apud Hippoc. quamquam sunt qui τὸν ὀσφύον interpretentur, ut annotauit Erotianus.

Est

Est & ζών ignis sacer, siue herpetis species, sic dicti quòd mediũ quodammodò cingat & completatur hominẽ, ut author est Scribonius Largus cap. 62. scribens medicamentũ Andronis facere ad carbunculos & ad ignem sacrum & ad zonã quã Græci ζώντα dicunt. Sed magis usitato nomine ζώνη appellatur. C. Plinius Secundus in lib. 3. quem scripsit de medicina, ait τὸ ζώνη à quibusdam circinum appellari, fierique hunc in modum: vesica tanquam combusta exeunt & crepant, primum pauca, deinde citò multiplicantur, quæ si hominem cinxerint, occidunt.

ζώνη. species τὸ καθύπευθεν, quæ in fornacibus legitur Zonarum similis.

ζώφθαλαμν. dicitur à nonnullis τὸ ἀέζωον siue sedum maius, apud Dioscoridẽ, ab oculorum animalis similitudine.

ζώπασα. est pix cum cera derasa nauibus maritimis quam aliqui ἀπόχυμα vocant. Ea dissipandi naturam habet, quoniam marino sale macerata sit. Sunt autẽ qui pineam resinam hoc nomine appellarint.

ζώπυρος. nomen est antidoti quam dicitur Zopyrus regi Ptolemao cõposuisse atq; Ambrosiã nominasse, ut scribit Celsus lib. 5. cap. 23. valens ad colicos dolores & alui inflationes & incipientes hydropas & venena. Describitur à Cor. Celso atque à Paulo Aegineta eodem prorsus modo, ac ne ponderibus quidem medicamentorum, nisi admodum paucis, immutatis. Habetur & apud Aëtium ζώπυρος ἀντιδότης, eadem quoque omnino materia constans sed diuersis mensuris. Describit & Scribonius Largus antidotum quandã zopyri ad lethalia venena & omnem serpentis ictum efficacem, sed plurimùm diuersam à superiore.

Est & ζώπυρον herba nomen quæ κλινωπόδιον dicitur.

ζώνη. est ignis sacer qui medium hominẽ ambit cingitque. Scribonius Largus eum alio nomine sed parum differente ζώνη appellat cap. 62.

ζώνη. à quibusdam dicitur species una fuci marini, cui folium latum viridẽque est, & ob id πέλαγον etiam nominatur.


ζωτικὴ δύναμις. est facultas vitæ conseruatricis. Nam cum vitæ non aliud sit quàm copula animæ & corporis, eaque uno calore natiuò contineatur, merito ea facultas vitæ conseruatricis haberi debet, cui à natura caloris huius gignendi, continendi, partibusque omnibus impertiendi cura commissã fuit. Eam facultatem medici vitalem appellarunt multò præstantiore nomine quàm reliquas facultates, quæ quamuis tam sint ad vitam necessaria, ut sine ipsis ea nullo modo constare possit, prærogatiuam tamen eam habet vitalis ut per eam vitæ cõsistat. Siquidem calorem natiuũ, quo uno viuimus, sola moderatur. Cuius rei causa in corde residet, viscere nobilissimo: quod propterea omnium in corpore primum vitæ fruitur & postremum viuere desinit, situmque est medio in corpore, ut quoquoersum calorem suũ in omne corpus effundat. Neque enim satis natura visum est natiuum calorem singulis partibus in ipsa prima conformatione indidisse, qui fixus à medicis dicitur, sed quoniam multis de causis alterari, imminui, digeri extinguique potest, eũ perpetua alterius caloris ἀμερῶν accessione refici atque instaurari oportuit. Quod quidẽ munus facultatis vitalis proprium est. Eo autem ut defungeretur natura, cor condidit huius caloris sedem, in cuius ventriculo maximè sinistro tanquam in fornace coqueretur. Materia eius pabulumque sanguis est atque sanguinis vapor quem dexter cordis sinus suppe- ditat, qui postea perenni cordis motu elaboratus & calidior tenuiorque effectus

DEFINIT. MEDIC.

vitalis spiritus nomen accipit, non tam iam pabulum caloris illius nativi quam vehiculum. Calor namque natus duobus iis comitibus in singulas corporis partes per arterias decurrit, earumque perpetua pulsatione calorem ipsis à natura insitum temperat atque refocillat. Idem enim præstat uniuerso corpori arteriarum motus, quod cordi respiratio, quæ aëris inspiratu non modo calorem, in corde alioqui exardescentem, leniter ventilat, sed etiam adauget, expiratione verò fuliginosis excrementis liberat. Itaque cum facultatis vitalis munus proprium præcipuumque sit vitæ conseruatio caloris nativi beneficio: vel, si manis, caloris nativi, quo vna vitæ cõtinetur, generatio & custodia: præstari autem id nõ possit absque cordis & arteriarum pulsu, ut qui eo in opere habeat rationem causæ per quam vitæ calorque natus conseruentur, consentaneum est vim quoque pulsificam facultatis vitalis functionem esse: neque enim pulsus aliud est quam caloris nativi motus. Sed nec minus inter eiusdem facultatis actiones annumeranda sunt animi pathemata, quæ & ipsa motus sunt nativi caloris, sed diuersi à pulsu generis. In pulsu namque tum in ipso corde motus fit, tum per arterias: per animi vero pathemata non in corde modo cõtinentur caloris motus, sed per uniuersum etiam corporis habitum sentiuntur. Siquidem in mœre & metu, adhuc ira & verecundiæ initio calor natus intrò cum spiritu & sanguine recurrit: contra in gaudio, ira, & verecundiâ iam vigente, ad cutem cum spiritu & sanguine plurimus erumpit. Quorum quidem motuum concitandorum facultas à philosophis appellata fuit. Ex quo patet facultatis vitalis geminam esse differentiam $\sigma\upsilon\upsilon\mu\alpha\tau\acute{o}\varsigma$ & $\delta\upsilon\mu\alpha\delta\acute{\iota}$. de quibus suis locis agetur.

IO. GORRAEI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM

TO H.



- P**. pubertas. Tempus est ætatis quo lanugo circa pudenda oriri incipit. Id quia incerto fit tempore, ut ait Gal. comment. in aphor. 27. lib. 3. propter frigiditatem temperaturæ (calidi enim citius, frigidi tardius pubescunt) idcirco pubertatis initium varium est, aliis à duodecimo, aliis verò à decimoquarto anno, vel sæpius etiã pubescuntibus. Sed cum omnes cum cæterarum rerum tum maxime ætatum mutationes annorum hebdomadibus cõtendant, initium pubertatis post annum decimum quartum rectè videtur à Galeno assignatum. Durat autem vsque ad vigesimum quintum, sicut Hippocratem sensisse Galenus scribit comment. in aphor. 7. lib. 5. qui de comitiali morbo editus est. Quamquam Modestinus iurisperitus plenam pubertatem decem & octo annis definiat.
- P**. pubes. pecten. Est postrema pars hypogastrii siue aqualiculi, qua scilicet pili nascuntur. Dicitur alio nomine $\iota\phi\acute{\iota}\beta\alpha\upsilon\upsilon\upsilon$ & $\iota\pi\acute{\iota}\sigma\epsilon\upsilon\upsilon$.
- P**. ossa pubis, pecten. sunt apophyses ossis sacri tenues, perforatæ & in anteriore protensa. Illæ inter se in extremo symphyssi cõtunguntur, præcipuè in viris: in mulieribus

lieribus autem laxius coherent, quò facilius in partu diuelli possint.

ἡ γὰρ ἑστὶν ἐπιπλεγμένη. implicatus est, apud Hipp. ἀγκυρῶσθε δὴς συμπαίφικα, ut explicat Erotianus.

ἡ δὲ ἐπὶ δ. in super, apud Hippocratem.

ἡ δὲ ἀφ' ἑαυτῆς. dicuntur apud Hippocr. quæ inter se similia sunt & valdè, quasi dicas, cognata. Namque inter cognatos non est maior propinquitas & affinitas quàm fratrum: annotat Galen. comment. εἰς τὸ πᾶσι διαίτης ὄξυωρ.

ἡ δὲ ἀφ' ἑαυτῆς. οἰκείωται, apud Hippocr. ἐν τῷ πᾶσι ἀφ' ἑαυτῆς, hoc est, affine cognatumque est & maxime simile.

ἡ δὲ ἐπὶ. etiam si tempus plerumque denotet, sæpe tamen adiicitur ad aliquid comprobandum, & significat præsertim, apud Hippocr. ut cum dicimus, καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας καὶ ἡμέρας ἀπὸ τῆς ἡμέρας, annotat Gal. εἰς τὸ πᾶσι ἀγμῶρ.

ἡ δὲ ἐπὶ. voluptas, delectatio. Est sensus lenis in corpore motionis: eius fons & radix sensus est, sine quo nulla voluptas esse potest. Plato eam passionis nomine comprehendit, eo significans omnem motum qui fit ab altero in alterum. Epicurus & Zeno definierunt esse, ἐπιπλεονεχτικὴν αἰσθητικὴν δυνάμει, hoc est, elationem ob rem quæ sequenda videatur. Pertinet ad facultatem irrationalem: siquidem ad voluptatem vis irrationalis omnes pertrahit, atque ad eam ex concupiscentia trahimur. Sensibus omnibus, ut & contrarius illi dolor, cõtingit, sed in oculis minus quàm in cæteris, euidenter. In tactu autem & gustu maxime luculenter, ab iis deinceps in odorata, & post hanc in auditu. Communis eius, ut & doloris causa est, naturæ ad se reditus vniuersim & celeriter factus. Quod enim sensim & paulatim fit, sensum latet. Itaque eius quod periclitabatur diuelli, reditus ad naturam simul & celeriter factus, voluptatè adfert. Itcirco oculis iucundissimum spectrum caruleum est, sicut è diuerso grauissimum tristissimùmque quod splendidum simulque album est, quemadmodum sol, sicut Gal. demonstrat lib. 1. de causis sympto. mediij verò colores medio etiam modo. In auditu similiter iucundissima vox est quæ lenissima tardissimàmque est & in agris etiam parua & exilis, atque hac etiam magis quæ numerosa est. Est autè voluptas in hoc sensu quàm in visu euidentior, propterea quòd est sensu crassiore. Sicut in odoratu adhuc manifestior est voluptas, propterea quòd adhuc eius substãtia est magis crassa: postea in gustu. Omnium autem maxima in tactu, dum ad naturalem statum reducimur. Proinde iis quæ ipsum exasperat, vel concoquendis, vel difflandis, vel sensibiliter excernendis, quia ad naturam suam reuertitur, voluptatem percipit. Quin etiam qui lassitudine laborant, ubi molli frictione, vel in balneo loti, ab iis quiescunt, euidentem sentiunt voluptatem. Nec verò solum lauando, aut fricando voluptas comparatur, sed etiam in maioribus doloribus pertractatio quæ mollis, blanda, & lenis sit, solatium quoddam nõ exiguum adfert. Cæterum in omni voluptate sensus, ad quem ea pertinet, sese totum comparat ad excipiendum id quod delectat, ut contra in dolore intrò refugit, proindeq; spiritus eò accurrit, & magna fit facultatis sensifica relaxatio, expansis veluti vlnis rem gratã amplectentis. Sic fit ut plurimi maximo gaudio (ὡδὴν χαρῆς Græci vocant, quasi gaudij quendam excessum, oppositum timori subito & vehementi, quem iidem ἑκπαύσησιν nominant) repente interierint prorsus dissipatis spiritibus. Quanquam verò non semper voluptas iugulet, at certè facillè resolubilem infirmùmque spiritum reddit. Ex quo fit ut omnium maxime imbecilli euadant qui nimias voluptates consecantur.

DEFINIT. MEDIC.

ἰδωθῆς πῖστα. pix odoribus condita, apud Hippocratē. coquitur autem cum aqua & aromatibus. Similiter apud eundem ἰδωθῶν σταρ dicitur adeps in aqua & aromatibus coctus.

ἰδύοσμορ. herba est duūm generum apud Dioscoridem: una sativa, altera sylvestris est: illa mētha dicitur, nec à Dioscoride describitur, hæc verò mentastrum vocatur, seu mentha sylvestris. Herba est si symbrio procerior, folio hirsutiore, maiore & graviori odore: maiores flosculos habet, colicorum fastigia coronantes. Calfacit tertio ordine, habetque humorem semicoctum, cuius causa venerem stimulat.

ἰδύποϊς. genus est sylvestris cichorij quod prodit latiore folio.

ἰδύσαρον. securidaca. frutex est folia ferens ciceris, pusilla, folliculos modo corniculorum aduncos, semen complexos rufum, securiculæ ancipitis figura, à qua πικκῆϊος etiam dicta est. inter hordeum triticūmque provenit.

ἰδύσματα. dicuntur unguenta ipsa quibus ad suavitatem odoris aromata adiūcta sunt.

Alij non unguenta, sed aromata sic appellant, quibus odor unguentis conciliatur, cuiusmodi sunt amaracus, costus, amomum, nardus, carpobalsamum & myrrha, ut patet ex Dioscoride in descriptione unguenti amatacini: item coriandrum, mentha, apium, ruta, quæ etiam olera emensibus dari fuisse solita gratis præter legitimum pondas atque precium Galenus scribit. Cæterum unguenta ea quæ ἰδύσματα vocabantur, succus tantum erant, hoc est, liquida, ut quæ solis ferè constarent oleis, eoque differerant ἀπὸ τῆς συμμάτηρ, ut Plinius scribit, quod hæc corpus haberent, hoc est, solidiora essent: utrisque tamen eadem odoris gratia. Dicuntur ἰδύσματα ἀπὸ τῆς ἰδύωσθαι, quod est suave, & odore gratum facere: unde & ἰδύσματα generaliter dici possunt quæcunque rem aliquam iucundiorē gratiorēque reddunt. In qua significatione Galenus lib. 3. de alimentis pinguedinem & adipem, carniū ἰδύσματα esse dixit: cibus enim suavitatem potius conciliant quam in alimentū vertantur.

ἰδύσματα etiam apud Hippocratē dici τὰ χαρὰ καὶ ἕρα ἀρτύματα, vocemque

Atticam esse Erotianus annotavit. ex quo ipse lib. 2. τῆς γυναικῶν σταρ ἰδύ appellat & ἕρωδιον.

ἰδύχοορ. est magna per pastillos digestum, multis aromatis constans. Primum ab Andromacho inuētum descriptūque proditur. Eius compositio refertur à Galeno lib. 1. de antidotis & lib. de Theriaca ad Pisonem. Describitur & à Paulo & Aëtio. Non habet postremum locum in Theriaces compositione, ut cui præter alia & saporis & odoris suavitatem conciliet. Nec verò Theriacæ tantum convenit, sed unguenti etiā loco usurpatum fuit & ozanis odoris gratia illitum à Galeno, qui resiccando etiam per odorē pulmōni à se exhibitum fuisse prodidit lib. 4. de locis affectis.

ἰθμοφῆς ὄστω. sic dicitur os illud quod ad summam nasi radicem intus fixum hæret tenue & latum, & magno illi foramini oppositum quo è cerebro in nares excrementa descendunt. Ratio nominis est quod cribri modo, ἰθμῶρ Græci vocant, pertusum sit pluribus locis. Alij spongiæ id ipsum conferunt & ἀσπυγῶδης nuncupant.

ἰθμός. dicitur à quibusdam pars nasi superior, quæ superciliis proximè subiacet.

ἦκτα. significat apud Hippocr. minimè, vel, ut alij interpretantur, nullo modo. Contrarium est τῶς μάλιστα, ut annotat Gal. comment. ἐς τὸ πᾶσι διαίτης ὀφέωρ.

ἦλεκτεῶδης. λαμπρὰ καὶ σίβουσα. dicitur ab Hippocrate de alui deiectione, παρὰ τὸ ἦλεκτρον, ut annotat Erotianus.

ἦλεκτρον.

ἡλεκτρον. succinum. Est succus quidam pinguis, oleosus & leuis, qui in lapidem mollem
 cōcreuit, ignem flammamque facile concipiens. Sed cuius generis succus ille sit, plu-
 rimum variat authorum sententia. Multi dixerunt esse arborum succum, ex arbo-
 ribus littori vicinis stillantem in fluuios & mare: qui cum sit genere triplex, lacry-
 ma scilicet, gummi, & resina, Aristoteles succinum lacrymam esse scripsit, nec ta-
 men definiuit cuius sit arboris: multi verò popali esse censuerunt, cuius opinionis
 & Dioscorides meminit, scribens lib. 1. quosdam existimare lacrymam populorum
 quæ in Padum amnem defluat, durari ac coire in succinum. Quæ opinio vel potius
 fabula unde profecta sit, Plinius explicat. Idem verò narrat poetas aliquos fuisse
 qui dicerent esse gummi, sed nec eos qui id senserint, nec arborem ipsam ex qua fun-
 ditur, nominat. Ipse verò pineæ succum esse arbitratur: alij verò cedrinæ, verum alij
 nec quæ succi species sit, nec quæ arbor eum exudet speciatim explicarunt, contenti
 in genere dixisse, succum esse arboris: inter quos plurimi fuerunt authores Græci, &
 è Latinis Cornel. Tacitus. Sūt & qui succinum terræ succum siue sudorem esse di-
 xerint, & crediderint solis radios circa occasum vehemētiores in terram actos pin-
 guem sudorem ex ea elicere è quo fiat succinum: alij etiam è limo terra gigni prodi-
 derunt: alij concreti maris purgamentum esse. Adeo multum pugnant inter se vete-
 rum sententia. Nouissimè verò Georgius Agricola vir doctissimus & acerrimi
 iudicij, repudiatis veterum sententiis, scripsit succinum esse bitumen fossile quod in
 lapidem mutatum sit, quoniam omnes bituminis proprietates habeat. Caterum om-
 nes cōsentiunt succinum in littoribus maris colligi, præsertim ad septentrionē, atque
 tempestatibus in littora eiici: verum è terra quidem, quæ sub mari est, oriri Serapio
 prodidit, non aliter ac fungi oriuntur ex ea quæ eminet à mari, ipsumque fluctibus
 & tempestatibus è natali solo erutum ad littora impelli. Cateri verò omnes nō na-
 sci in mari, sed è fontibus in mare influere sentiunt, ibique durari. Non est autem
 succino color vnus: aliud candidum est, quod habetur præstantissimū: aliud fuluum
 & perspicuum instar vitri, quod genus Græci nuncupant ὑαδρον: aliud nigrū, quod
 est deterrimum. Omne admoto igne accenditur & ardet, ut reliqua bituminis ge-
 nera, affrictūque calefactum plānias, paleas resque alias leues ac minutas, tanquā
 magnes ferrum, ad se trahit & retinet, eamque ob rem Græcorum quidam ἀεραία
 ipsum appellarunt. Præbet multiplicem vsum, eius ramenta in suffitus cedunt qui-
 bus fetidus & pestilens aër corrigatur: est enim odoris iucundi. Illinendi vim obti-
 net, atque ob id potum sistit sanguinem undecunque profluentem, & vomitus &
 alui profluvia & catarrhos. Et quia odorum est, cordi amicum esse, eiusque tremori
 mederi creditur. Caterum non in Oceano modò, sed etiam in mari Mediterraneo
 colligitur, quod tamen ad nos adferri negant, dicentes in eius locum substitui facti-
 tium ex benzoo, cera candida noua, carie fraxini & arborum musco, vel ex styrace,
 ladano, & ramentis xyloaloes: ad utramque verò compositionem addi muscum vel
 Zibetum, atque omnia cum aqua rosacea commisceri: facile tamen fraudem depre-
 hendi, quòd natiuum non tam citò atque factitium aquis mollescat. Mauri atque
 Arabes ambram citrinam & caraben appellant.

ἡλιάδι. herba est folio myrti in Themiscyra regione & Cilicia montibus maritimis pro-
 ueniens. Ea scribunt quidam cum adipe leonino decocta, addito croco & vino pal-
 meo perungi solitos Magos & Persarum reges ad conciliandam corporis gratiam,

DEFINIT. MEDIC.

ideoque eandem ἡλικίαν ἀλλοῖα nominatam fuisse.

ἡλικίον genus est τῶ κίβρωτος, quod ἔ κῶμι μέγα vocatur, ex rebus triginta sex constans.

Eius compositio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 22.

ἡλικία. etas. Est annorum decursus corporis temperamentum immutans. Ita nāque fert natura conditio, ut corpus humanum nequeat diu eodem in statu perseverare, quod sit omni genito corpori corruptela inheritusque connata necessitas. Cū enim ita nati simus ut in natura nostra primordiis calidum frigidum, humidum sicco prepolleat, constetque nobis ex humida substantia genitura origo, quam tamen humidam perpetuo seruari conueniens non erat, quod ex ea solida partes fieri deberent, natura statim in generationis initio ignē terramque copiosius admiscuit, quæ non torrerent quidem vrentēne, sed tamen abundē siccarent. Id quidem in causa est cur progressu temporis temperamentorū mutationes contingant, quæ non aliud reuera sunt quam etates. Ab hoc enim primū cogitur paulūque cōcrescit quod in utero cōceptum est, mox siccius redditum veluti lineamenta quædam & rudimenta cuiusque membri obtinet: ulterius verò etiam siccescens, non lineamenta rudimentæue modò, sed etiam exactam uniuscuiusque speciem ostendit: iam verò in lucem editum & magnitudine proficit, & tūm siccius tūm valentius seipso semper efficitur, donec ad summum incrementum sit peruentum: tūm verò & incrementum omne sistitur, ossibus nimirum ipsis per siccitatem non ultra sequacibus, & sanguinis spiritusque vasa spiritus ipsius flatu in latum aguntur: cuncta denique membra non solum robusta fiunt, sed etiam vires suas summas obtinent. In eo verò quod sequitur tempore, omnibus iam partibus supra iustum siccescentibus, non solum cuiusque officium minùs probè administratur, sed etiam corpus ipsum macilentius graciliusque quàm antè redditur, & postea etiam rugosum euadit. Quò ubi peruentum est, summa artuum atque viscerum imbecillitas seniūque oritur. Talis quidem in genere est totius vitæ decursus omnes temperamentorum mutationes etatumque differentias complectens. Hæ autem quamuis nisi annorum spatii certis contingere nō possunt, sed eas necessario annis metiri, definirēque oporteat, non facile tamen est id exactè præstare, certòsque fines statuere, sed tantum in latitudine quadam. Nam prout calidior, frigidior, humidior aut siccior aliquis est, etiam celerius aut tardius vel pubescit vel senex est. Earum namque qualitatum temperamentis etates distinguuntur. Itaque ut quatuor sunt temperamentorum differentia, quas homo toto vitæ suæ spatio sustinet, ita par est quatuor etates esse illis respondentes. Primū enim ubi natus est homo eum calidum & humidum esse constat, deinde calidum & siccum fieri, postea siccum & frigidum euadere, tandem verò frigidum humidumque effici, & per eas quatuor temperies decurrere, perinde atque annum per sua tempora eadem quoque temperatram sortita. Quod enim in anno tempus, id in vitæ hominis etas est, non eadem modò temperie prædita, sed humoribus etiam & reliquis plerisque affectionibus. Habent autem & etates sua nomina, veluti anni tempora, quarum prima dicitur ἡλικίον παιδίων, id est, pueritia veri admodum similis & abundans sanguine, quæ tamdiu dicitur quamdiu corpus calidum & humidum existit. Eam autem medicarum diffinitionum author τῶν ἡλικίων ἡλικίον appellat, id est, iuuentutem, pueros cum iuuenibus confundens. Secunda autem ἡλικίον ἡλικίον ἡλικίον, id est, adolescentia sine flore & virilis etas, quæ durat dum calor & siccitas exuperant, a stari

æstati simillima, in qua, ut in hac quoque, multa bile corpus scatet. Tertia ἡ τῆν πε-
 ρακμαζόντων, quos etiam μέσους Græci appellant, id est, decrescens siue inclinās ætas,
 quæ est cum frigiditas & siccitas corpus occupat, autumno non dissimilis tum tem-
 perie tum humoris melancholici prouentu. Quarta est ἡ γῆρας, id est, senectus, frigi-
 da & humida instar hyemis, propter abundantis in ea pituitæ copiam. In quo tamen
 nemo me criminetur si senectutem frigido & humido, non autem sicco definiui. Ego
 enim Galenum sequutus sum sic ætates distinguentem lib. 8. de placitis Hippocrat.
 & Platon. & in commēt. quos scripsit in lib. πρὸς διαίτης ὑγιαίνουσ. Verum aliis aliter
 ætates distinguere placuit, maximè per septimanas, quod eo ferè numero natura
 magnas mutationes efficere consueuerit. Nec tamen de earum nominibus vel quo
 temporis spatium describi debeant satis cōuenit. Omnes primam statuunt τὴν τῆν
 παιδῶν, cui duas septimanas tribuunt, uidelicet usque ad decimumquartum annum.
 Ab eo incipit ἡ ἡβη, id est, pubertas, & secundum Hippocr. sententiam usque ad an-
 num vigesimum quintum extenditur, ut annotat Galenus cōment. in aphor. 7. lib.
 5. quo tamen in tempore τὴν τῆν μετὰ παιδείας ἡλικίας, id est, adolescentiam contineri idem
 Galenus auctor est comment. in aphor. 29. lib. 3. scribens τὴν τῆν μετὰ παιδείας mediam
 esse inter τὴν ἡβη καὶ τὴν ἀκμὴν, id est, inter pubertatē & florentem ætatem. Quod
 si verum est, pubertas erit ab anno decimoquarto usque ad annum decimo octa-
 uum, spatium uidelicet dimidiæ septimanæ: ab anno autē decimo octauo usque ad vi-
 gesimum quintum adolescentia, ut scriptum reliquit Gal. cōment. in aphor. 9. lib. 5.
 Itaque pubertatis nomine adolescentiam comprehendere Hippoc. uidetur. Ab an-
 no autem quinto & vigesimo ἡ τῆν ἀκμαζόντων ἢ νεανίσκων ἡλικία, id est, flores & iu-
 uenilis ætas incipiens, quinta septimana terminatur, id est, anno trigesimo quinto.
 Ab hoc postea ἡ παρακμὴ, id est, ætas declinans incipit, iuuentuti ad ferendos labores
 multum impar, & ad duas sequentes septimanas extenditur, ut docet Galen. com-
 ment. in aphor. 30. lib. 3. Ea igitur est à trigesimo quinto anno usque ad quadagesi-
 mum nonum. Indè succedit senectus, quam triplicem Gal. esse docet extremo quin-
 to libro de sanitate tuenda: cuius primam partem τῆν ὠμαζόντων appellat, id est,
 eorum qui cruda viridique adhuc senecta sunt, propterea quòd nodum habent sen-
 sum senectæ manifestum, sed adhuc ciuilia negotia obire possunt. Nec verò sola se-
 nectus trifariam ita diuidi intelligenda est, sed & reliquæ perinde ætates, ut prima
 pars viridis sit, deinde adulta, postea præceps. Ætatem M. Varro diuisit in infan-
 tiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentam, senectam. Auctor est Aulus Gellius lib.
 10. cap. 28. Seruium Tullium Regem, cum census faciendi gratia illas quinque clas-
 ses populi Romani instrueret eam rationem sequutum, ut pueros esse existimaret
 qui minores essent annis septemdecim: indè ab anno decimo septimo quos idoneos
 iam esse reipubl. arbitrareretur, milites scripsit, eosque ad annum quadagesimum-
 sextum iuniores dixit, supraque eum numerum seniores appellauit.

ἡλιοκαθ. nomen est compositi medicamenti, aridi, quod vel maximas carnis excrescen-
 tias usque ad penitiora adurit. Habet autem auripigmenti libram unam, calcis vi-
 uæ drachmas duas. Aqua leuigantur per dies canicula, deinde siccantur.

ἡλιοκαλλίς. herba quæ & ἡλιαδὴ dicta fuit.

ἡλιπός. est species squamæ æris, sic dicta quasi clauatis. vide χαλιπὸς λεπτός.

ἡλιόπους. idem quod ἡ ἡλιοφόρος maius, sicut habetur apud Dioscoridem.

DEFINIT. MEDIC.

ἡλιόστροφον. sic à quibusdam dictū est ἡλιόστροφον μέγα, ut Dioscorides scribit. Plinius tamen heliostrophion & tricoccon genera facit duo heliotropij.

ἡλιόστροφον. solaris herba Celfo dicitur. cuius duo genera, maius & minus.

ἡλιωσις. insolatio. Est corporis in sole apricatio. Remedij genus est veteribus medicis usurpatum variis modis & ad varios affectus: alij enim uncti, alij non uncti, alij decumbentes aut iacentes super multiplici strato, alij stantes aut deambulantes solis radiis exponebantur: ex quo ista ferè comoda consequebantur, corporis per spirationem uberiorem, sudores, alui adstrictionem, adipis consumptionē, tumorum laxorum, maximèque hydropicorum depressionem, totius corporis exiccationem, respirationem faciliore, omnisque superflui humoris absorptionem. Proinde eo remedio iuuabantur hydropici, ischiadici, nephritici, paralytici, elephantici, cœliaci, scæminæ hysterica & alba uteri fluxione laborantes: adhæc cephalgici, præmissa per aluū vacuatione. Quæ quidem omnia ex Antylli libris Aëtius plenius explicauit.

ἡλως. clauus. Est callosum tuberculum, album, rotundum, capiti clauorum simile. Prouenit toto corpore, sed pedum plantis digitisque potissimum, nascitur frequens & in calcaneis, præcipuè tamen ex contuso, quamuis interdum aliter, doloremque etiam, si non aliàs, tamen ingredienti mouet. Sed & in summis manuum digitis sæpissimè oriri solet. Accidit & oculis: sic autem vocantur callosa in eorum albo tubercula, ut ait Celsus lib. 7. Aëtius agens de staphylomate scribit ἡλως in oculo appellari postquam staphyloma maximum euaserit, adeò ut palpebras excedat, & induruerit, cornea tunica undique callosa euadente. Caterum clauus omnis dictus est à figuræ similitudine. Nec verò in homine tantum, sed in olea etiam ἡλως dicitur, ceu quadã solis inustio qua infestatur, quam, ut scribit Plinius, quidam fungum malunt appellare, alij patellam, quæ Græcis λῆπας etiam dicatur.

ἡμέρα. dies. Duobus modis potest intelligi. Vno spatij id modò quod est à Solis ortu usque ad occasum, quo quidem à nocte distinguitur. Est autem duodecim quidẽ semper horarum sed inæqualium, prout dies longiores sunt aut breuiores, alioqui si in horas æquales diuisus fuerit, in ipsis tantum æquinoctijs duodecim horarum erit: aliis autem temporibus plurium omnino erit vel etiam pauciorum. Altero verò totum id temporis spatium dicitur, quod est ab uno Solis ortu usque ad alterum proximè sequentem. Is verò etiam noctem simul comprehendit, eumque à se intelligi plerisque in locis Galenus professus est. Est autem horarum viginti quatuor æquinoctialium. Hic quandam cum toto anno similitudinem habere dicitur, in quatuor partes similiter diuisus. Tempus namque matutinū humidum calidumque perhibetur, perinde atque ver, ut ex Antyllo Orbasius scripto prodidit: meridies æstati cõparatur, pars quæ ad occasum spectat, autumnò, ut & noctis prima pars, quæque circa vesperam est, occasui similis: mediæ autem noctis tempus, hyemi. Eo namque tempore, quemadmodum & per hyemem, Sol plurimum abest à nobis. Quamobrẽ utroque tempore corporū perspiratio æquè intercipitur, & fluxiones dolorisque maximè recurrunt & urgent. Vltima verò noctis pars ad auroram spectans, propterea quòd matutino tempori propinqua est, eiusdem cum eo particeps est temperamenti.

ἡμέρα κρλισμος. vide κρλισμος ἡμέρα.

ἡμεις. quercus placida. Roboris genus est, trunco neque erecto, neque laui, neque excelfo, sed caudice in orbem comofo, contorto, sinuosoque.

ἡμερον. Μις.

ἡμφοκυλλίς. herba est folio & caule lilio similibus, nostri liliū agreste, vel liliū martinum nominant.

ἡμί δραχμῶν. pondus duarum drachmarum. vide δραχμῶν.

ἡμικύβητος. ὃ ἡμῶν τῆς ἑκτέου, hoc est, mensura chænicas quatuor capiens. Pars est duodecima medimni Attici.

ἡμικρανίος. fasciæ nomen ad dorſi & pectoris deligationem: refertur à Galeno lib. de fasciis sub nomine Apolloniū iunioris.

ἡμικρανία. hemicrania. Est morbus mediæ partis capitis summo cum dolore: hic modò dextram, modò sinistram partem occupat, & ad suturam usque protenditur. Ea enim dolorum interstitium est. Per circuitus plerūque reuertitur, vel quotidianos, vel tertianos, ac quibusdam extra caluariam, quibusdam in profundo capitis, plurimis circa temporum musculos, vel altiùs etiam consistit. Dolores autem aliquando tam sunt vehementes, ut ne manum quidem ferant, affecto scilicet pericranio & cute non experte morbi. Causa doloris tanti est vaporum, aut humorum, aut utrorumque, vel multorum, vel calidorum, vel frigidorum, vel acrium salforūque influxus siue per venas, siue per arterias. Affluunt autē hi vel quòd à cerebro eiusque membranis foras pellantur tanquam redundantes aut vitiosi, vel quòd à subiectis partibus sursum mittantur. Ac vapores quidem tenuis doloribus afficiunt: biliosa excrementa mordaces inducunt: plenitudo grauitatis sensum adfert: rubor & calor calidos humores significant.

ἡμικρανία φάρμακα. dicuntur medicamenta topica, curandis hemicraniis conuenientia. Ea non sunt unius generis: alia enim magis, alia minùs calida sunt: omnia tamē calida esse oportet, multum quidē, ubi non est multus calor, moderatiùs verò, si multa caliditas in dolore percipitur: tunc enim ad reprimendum caloris excessum, calidis pharmacis aliquid refrigerans miscendū est. Omnia etiam aliquid habere oportet quod firmitatem & robur addat, quod adstringentē scilicet habeat facultatem.

Porro eorum materia plurima est apud Gal. lib. 2. τῆν κῆ τὸ πους.

ἡμιόβητος. ὃ ἡμῶν τῆς δραχμῶν. dimidia drachma, apud Hipp. ut interpretatur Erotian.

ἡμίξυστος. idem quod ἡ κτύλις. propterea quòd ξύστος capit duas κοτύλας, vide κοτύλας.

ἡμιόβητος ἡ

ἡμιόβητος. pondus est dimidiū oboli, siue duodecima pars drachmæ: drachma enim sex obolos habet.

ἡμίονος. herba quæ & ἀσπλιῶν & σκολοπέδου appellatur.

ἡμίονος. herba quàm ἀσπλιῶν plerique vocant, alij τῶνριον, alij etiam ἡμίονος.

ἡμίονος. ἡμῶν. dimidium, apud Hippocratem.

ἡμιπληγία ἡ

ἡμιπληγία. dicitur paralysis dimidiū ferè corporis, quæ apoplexia succedit. Eadem videri potest cum παραπληγία siue παραπληγία, de quibus vide suis locis.

ἡμίτιος. deligaturæ nomen apud Hippocrat. ut annotauit Erotianus.

ἡμιτεταῖος πυρετός. semitertiana febris. Est febris continua, ex quotidiana & tertiana febre, quarum una continua, altera intermittens sit, confusis genita & cum horrore inuadens. Continuum quidem esse Galenus ex Hippocrate docet, atque in eo Archigenem & Agathinum reprehendit, quorum ille semitertianam in febrium intermittētium numero posuit, hic verò in eodem genere cum tertiana locauit, & sola

DEFINIT. MEDIC.

accessionis vehementia ab ea differre existimauit. In eodem errore est & Celsus lib. 3. cap. 3. Nec tamen ex eo continuatum genere est, in quibus humor intra venas maiores putret, & una tantum à principio ad finem usque accessio perseverat, sed ut vel ex ipso nomine semitertiana intelligi potest, reduplicaciones habet tertio quoque die, non quales quidem habet tertiana, sed dimidia ex parte similes. Nam tertiana confusa quotidiana, accessionis tertiana verum typum necessario immutat. Cum autem quatuor modis hæc febres misceri possint, vel ambæ intermittentes, vel ambæ continuæ, vel una earum intermittens, altera continua, ambarum intermittentium mistio quia & febrem omnino parit intermittentem, non potest semitertianam, quam continuam esse oportet, gignere: ambæ continuæ, continuam quidem efficiunt, sed sine horrore (quo tamen Hippocrates hemitritæon maxime definiuit) quòd omnis febris continua nullum per se rigorem vel horrorem parit. Itaque alteram earum intermittere, alteram continuam esse oportet. Nec verò interest utra continua sit aut intermittens. Vtroque enim modo & continuitatem seruabit, & mista simul bile & pituita cum horroreprehendet. Sed accidit multò frequentius ut quotidiana continua & tertiana intermittens febrem hanc constituent quam contra eò quòd facilius sit quotidianam fieri continuam quam tertianam, cuius etiam exquisitæ accessiones longiores esse soleant quam tertiana. Horror autem non quotidie, sed alternis tantum diebus inuadere debet, quibus scilicet tertiana & quotidiana accessiones simul concurrunt & confunduntur. diebus autem aliis mediis & paribus refrigeratio sola incidit, quam febris quotidiana propriè accersit. Ab eo horrore Hippocrates hemitritæon horridam febrem (græcè *ἡμιτρίτων*) appellauit. Itaque cum eiusmodi febrium mistio semitertianam pariat, duòque sint omnino modi quibus misceri secum possint, duæ pariter erunt hemitritæi differentia. Nam si æquales sint utriusque febris vires, nec bilis pituita, aut contra pituita bili præualeat, hemitritæus fiet exquisitus, qui non aliud est, quam æqualis earum febrium compositio, per quam æqualis quoque humorum pugna euadit. Sic enim & bilis celeritatem cohibet pituita, ac rursus pituita tarditatem atque hebetudinem excitat bilis. Cumque proprium sit tertiana febris rigorem mouere, quotidiana verò refrigerationem, mista ex utraque æqualiter febris horrorem necessario afferet, rem quidem rigore minorem, maiorem autem refrigerationem, tantòque hac ipsa maiorem, quantum à rigore magnitudine superatur. Ut enim extremi humores æqualiter confusi sunt, sic horror pariter medius inter rigorem & refrigerationem nascetur. Quare non temerè febris hæc hemitritæos, hoc est, semitertiana dicta est. Nam ex quotidiana continua & tertiana intermittente tota eius natura confusa, dimidiam partem utramque ex iis febribus retinet, non rigoris modò & refrigerationis, sed etiam reliquorum utriusque febris symptomatum. Sin autem magnitudine vehementiæque impares febres sunt quæ hemitritæon gignunt, non iam exquisitus erit, sed ei magis affinis quæ in mistione præpolebit, ideoque & propria eius febris symptomata in ipsa mistione magis erunt conspicua. Nec verò satis est febres eas mistas complicatasque esse, sed ita confusas esse oportet, ut utriusque accessio eodem tempore inuadat. Id quod & perpetuum esse potest, accessionibus eundem semper ordinem seruantibus, & potest non esse perpetuum, sed semel tantum aut bis terue in earum febrium complexu contingere pro accessionum acceleratione vel retardatione. Quo quidem casu

non

nō tota ea febrium complexio hemittitans erit, sed eius modò accessiones illa hemittitans vocabuntur quæ simul concurrent, eademque hora invadent.

ἡμιτύβιον. linæi crassioris pars, apud Hippocratem.

ἡμιὠβολιον. pondus dimidiij oboli, sine duodecima pars drachmæ. Sunt enim sex in drachma oboli.

ἡναι. ἡναι. ἔναιον, κακομυδιον, apud Hippocratem.

ἡναιον. est ventris sinus in quadrupedibus. abomasum dicitur. Hic venter est magnitudine amplior omaso, quod ἔχρον vocant, forma oblongior, cancellis intrus & crustis multis, magnis & leuibus inornatus. Ab eo proximè intestinum sequitur.

ἡοίας. τὰς πρῶτας. matutinas horas, apud Hippocratem.

ἡπαρ. iecur. Est viscus natura primum, facultatis naturalis sedes & principium. Nam cum corpus humanum tribus principiis gubernetur, hepar omnium quasi quoddam fundamentum existit, sine quo alia esse non possunt, cum tamen ipsum sine aliis initio consistat. Est enim sedes animæ vegetabilis, quæ primum animal præditum esse necesse est in modum plantarum, sicut Gal. lib. de formatione demonstravit. Oriur autem affuso sanguine crassiore & concrecente ferè sexta die à cōcepto semine. Itaque non modò sanguinis substantiæ simile est, sed eius etiam qualitates retinet: calidum enim humidumque est. Vt autem ex sanguine gignitur, sic & gignendi sanguinis vim possidet, quod insitum sit unicuique parti cuiusmodi ipsa est, tale quid etiam creare. Ea namque naturali propensione iecur chylum quem intra se recepit, in sanguinem conuertit: non eum quidem tantum quo se ipsum alat, sed qui etiam alendo uniuerso corpori utilis sit & planè necessarius. Talis autem bonus sanguis & vitio carens fuerit: quem ut efficiat, necesse est insitas esse iecinori quatuor facultates, unam materiæ eius attractricem ex qua sanguis generetur, alteram eiusdem retentricem, tertiam verò concoctricem, tum demum absoluta concoctione, eorum expultricem quæ tanquam aliena concoctionem adipisci non potuere. His quatuor facultatibus primo & per se iecur præditum est, tanquam naturalium operum principium, quæ in solido eius corpore sedem habent, atque ab eo vim omnem accipiunt. Eas functiones cum per se exercent, spiritu tamen, quæ per se ipsum gignit, caloréque tanquam instrumentis utitur, sicut ἐνοργανῶτα explicantes diximus, ex quibus non modò perficit hæc opera, sed eandem quoque facultatem reliquis omnibus corporis partibus impertit. Quæcumque enim nutriuntur & augentur, iisdem præditas esse oportet facultatibus quas à iecinore tanquam à fonte hauriunt. Itaque cum iecur venatum & nutritionis principium sit, est & concupiscibilis facultatis, quæ nobis non cum brutis modò, verum etiam cum plantis communis est. Proindèque iecinoris facultatem plantæ quodammodo similem dicit Galen. lib. de plac. Hipp. & Plat. Ipsum enim iecur plantæ, venæ autem mesaraicæ radicibus respondent. Omnes autem in unam conueniunt, quæ vena porta dicitur, à qua & ortum habent, chylum ab intestinis deferentes. Inferitur autem ea vena in partem cauam iecinoris quam & simam nuncupant: inde chylus in partem gibbam siue conuexam peruenit, in qua propria iecinoris caro refidet (eam περὶ γυμνα Erasistratus appellasse traditur) quæ primum est sanguinis generandi principium. Ibi autem sanguis genitus in aliam maximam venam, quam cauam vocant, recipitur, ex iisdem sedibus prodeuntem & subiectam venam portam suo officio prope osculantem, quæ eum in omnes corporis par-

tes uehat. Quod ut fieret comodiùs, natura iecur ferè medium collocauit: siquidem
 sima parte uètriculo incumbit, gibba uerò septum transuersum attingit. Est autem
 iecur lobis nunc nullis, nunc duobus aut tribus, nunc quatuor, etiam quinque Hip-
 pocrati præditum, nobis plurimùm quatuor, magnis duobus & paruis totidem, in
 carne sua continentibus vim sanguinis effectricem. Caterùm sanguis quem iecur
 facit, multis de causis crassus est, & ad obstructiones facilis, quare ad eas uitandæ
 natura sima eius parti, quòd in ea crassior sit magisque feculentus, arterias inseruit
 quæ insiti caloris symmetriam in toto uiscere conseruarent: nullas autem gibbæ de-
 dit, quòd ex diaphragmatis uicinia motus illi esset continuus. Ambit autem totum
 uiscus mēbrana neruulo prædita, qui propago est nerui à sexta cōiugatione ueniētis.
 ἡπατὸς δυσεντέρας. sic dicitur unum dysenteria genus, quo aquosus sanguis excernitur,
 ei aqua perfimilis in qua caro recens casa lota fit. Prouenit à retentrice uel alte-
 ratrice iecinoris facultate imbecilla. uide δυσεντέρας.

ἡπαλιὸς. Generaliter quidē dici possunt omnes qui ex iecinore quotiis modo affecto la-
 borant: nūquam tamen tam latè eius uocis significationem medici extenderunt, sed
 ueteres quidem sic appellarunt eos qui propter iecinoris inflammationem febricitar-
 rēt, ut & pleuriticos & peripneumonicos qui lateris aut pulmonis phlegmone ue-
 xantur. Recentiores uerò non ita, sed si tumor aliquis in hepate est, hepatis inflam-
 mationem, uel abscessum, uel scirrhum, uel aliter morbum ipsum appellant, non au-
 tem hepaticam affectionem: cū uerò citra manifestum aliquod iecinoris malum
 imbecillitas sola acciderit, tunc agrum hepaticum appellant. Hanc ergò imbecillita-
 tem ex qua hepatici dicuntur, sola intemperies prouocat, eaque omnis generis, cali-
 da, frigida, humida, sicca, propter quam facultas eius alteratrix ad tantam imbecil-
 litatem peruenit, ut quæ priùs ex proba temperie sanguinem probum gignebat, tunc
 ab ea deficiens sanguinem crudum & semicoctū reponat, & aqua modo liquidum
 in qua recens macerata carnes abluta fuerint. Is propter facultatis etiam retentri-
 cis debilitatem è iecinore excidit & per intestina excernitur, eamque dysenteria
 speciem facit quam propriè ἡπατὸς appellat. Singula autem intemperies sua ha-
 bent symptomata, calida quidem ingens cibi fastidium, sitim uehementem, febrim
 insignem & uiciorum humorum uomitum, frigida uerò omnia contraria. Com-
 mune uerò omnium est, sanguinis aquosi & semicocti excretio, ne quis putet à cali-
 da intemperie superassari humores & reddi non modò nigriores fecique similes, sed
 etiam crassiores. Id enim uerum quidem est iecinori contingere cū sola intempe-
 rie calida citra imbecillitatem laborat, cūque morbus nondū iecinoris substantiam
 affectit: uerū hepatica hæc affectio, non ad solam intēperiem, sed ad iecinoris sub-
 stantiam pertinet, quæ propter intemperiem quamcumque longo iam tempore con-
 tractam, imbecillitatem contraxerit: sanguinē enim & humores superassare, intem-
 perati quidem, caloris excessu, sed nondum prorsus imbecilli iecinoris est.

ἡπατὶς φλέψ. iecoraria uena. Sic dici ab Hippocrate uenā cauam Gal. annotauit lib.
 de format. fœtus, & comment. in lib. de nat. hominis. uide φλέψ.

ἡπαλιὸς. sic à quibusdam dici ὁ δὲ πατὼριος Dioscorides author est.

ἡπαλιὸς πυρετὸς. Epiala febris. Species est febris quotidianæ continua. Inter continuas
 quidem eam recenset Gal. comment. 1. lib. 6. τῆς ἐπιδημίου. De genere autem quoti-
 dianarum esse non potest esse obscurū, quòd à pituita uitreā & acida oriatur. Nam

ubi

ubi ea moderatè, aut potius dimidio sui putret, febrim excitat hepialã, in ea autem quævis pars corporis, eodem tempore, totaque febris constitutione febrim & rigorem sentit, febrim quidem à portione vitreæ pituitæ incensa, & putrente, frigus verò à reliqua eius parte non putrente nec incensa, sed frigida manente: siquidem non pituitæ pars per omnes venas vel uniuersum corpus dispersa rigorem concitat. Quæ verò iam putruit, febrem accendit, non aliter quàm si pituita vitrea & bilis flava simul abundarent & per partes sentientes mouerentur. frigoris ergo calorisque sensus in hepiala febre eodem tempore, eademque parte contingit, eoque à lipyriis & reliquis febribus differt, in quibus vel interna uruntur, cum extrema frigeant, vel ardor summus in visceribus est, cum extremæ partes algeant. Nam quod in his maioribus portionibus accidit, hoc in hepialis contingit exiguis portionibus, eoque uniuersum corpus pariter ambo persentiscit. Huiusmodi febris genus Græci medici ἡπιαλῶν propriè dixerunt: putauitque Archigenes nulli unquam alteri rei id nomen accommodatum fuisse. Verumtamen & Attici, ut Galenus & Hesy chius scripserunt, ita vocarunt ἡ πῶ τῆ πυρετῶ ἐλγες, eoque nomine καὶ αἱ πυρετοὶ nuncupabantur, ut non sit quæreda alia ratio huius nominis, quàm quòd hæc febris perpetuò frigida sit. Quidam tamen aiunt sic vocatam hanc febrem ἀπὸ τῆ ἡπικου καὶ ἀλγῆς. quòd mare in summa etiam tranquillitate perpetuò agitetur, vel παρὰ τῆ ἡπικῶς ἀλειψίμῃ, quòd molliter & moderatè incalescat.

ἡπιαλῶδης πυρετός. ὁ μὲν φερέκως καὶ ἐλγῶν γινόμενος, apud Hippocratem, ut annotauit Erotianus.

ἡρκελῆα νόσος. Herculeus morbus. sic dicta est ab Hippocrate & veteribus ἡ ἰωδι ληψία, non quòd Hercules, ut ait Gal. eo morbo laborarit, sed ut eo nomine ipsius magnitudinem καὶ τὸ δυσκαταμάχτορ designarent. Aristot. tamen problematum sectione 30. scripsit Herculem reuera eo morbo laborasse. Sunt autem qui eo nomine apud Hippocratem πῶ μάλια interpretètur, quòd eo morbi genere Hercules è priscis Heroibus solus laborasse dicatur. Aretæus etiam elephantiasim Herculeū morbum dictam fuisse à veteribus prodidit, quòd vehemens magna que sit, & nullo remedio superari possit.

ἡρακλῆα. sic dicta fuit à plerisque ἡ ἐλξίμη.

ἡρακλῶν. sic dicitur à quibusdam τὸ ἀβρότονον, ut habetur apud Dioscoridem. Fortasse ab Heraclea Ponti ciuitate, in qua, totòque eius agro abrotonum plurimum atque probatissimum nascitur.

ἡρακλῶ λίθος. lapis qui & μαγνῆς dicitur.

ἡρακλέους ξηρόν. medicamenti nomen siccantis, & carnem quæ supercrescit exedentis: recipit autem squamæ aris, misyos, calchitidis vsta, atramēti sutorij, aluminis scissi æquas portiones, ut refert Aëtius.

ἡρακλῆς. nomen collyrij fistularis, & quòd agilopas radicitus tollere dicitur. Descriptio habetur apud Aëtium lib. 14. cap. 55.

ἡραχλωκῆρ. tenuibus & multis venulis instar tela atanearū implicauit, apud Hippocr.

ἡρακῆρ. ἐβοήθιαρ. apud Hippocratem, ut annotauit Erotianus.

ἡρακῶσαι. ἐρερεῖσαι ἢ ἡρακῶσαι ἢ σπειρεῖσαι. firmatum innixumque esse vel aptatum, apud Hippoc. sic dicitur ἀπὸ τῆν ἐρμάτων, τούπεσι τῆν ἐρμάτων: quo nomine Homerus vsus est eo versu, ἔπειθετον ἔρματα νῶν.

DEFINIT. MEDIC.

ἡερμαλοσφίν. firmata, subnixa. Dicitur ἀπὸ τῆς ἡερμαδοῦ. de quo supra.

ἡελζόφω. senecio. herba sic dicta quod eius flores capillorum ritu vere canescant.

ἡελζίωρ. dictum fuisse à quibusdam eo nomine τὸν ἡελζέωρα, habetur apud Dioscor.

ἡέρυμα

ἡέρυγιωρ. herba est aculeis prædita, cui folia lata, & extremo ambitu aspera, gustu aromatica. Cum autem eryngium adoleuit, complures in eo ramulorum striæ rubent, in quorum summitatibus globosa capitula, durarum & acutissimarum spinarum ambitu stellatim circumallantur, quorum color aliàs viridis, aliàs albus, interdum ceruleus inuenitur. Radix oblonga, lata, foris nigra, internè candida, pollicis crassitudine, odorata: vulgus centum capita appellat. Calfacit modicè, sed valde siccatur. Meminit eryngij cuiusdam montani Aëtius lib. 6. cap. 16. cui folia, inquit, angusta & minora, flores autem aurei & oculis similes.

ἡέρυγιωρ etiam à quibusdam dictam esse aloëm author est Dioscorides, fortè à spinis quæ sunt utrique cõmunes. In reliquis enim nullã prorsus similitudinem habent.

ἡόρας. ἡόρας, apud Hippocratem.

ἡόρη. quies. ocii. Est cessatio à motu. Ergo cum corpus aliquod ab iis sub quibus antè fuit in nullo immutatur, quiescere dicitur: ut si in aliquo ab iis recedit, secundum illud id moueri. Itaque cum multis modis corpus à statu in quo erat recedere possit, multisque modis moueri dicatur, totidem modis dicetur quiescere, ubi moueri desierit: neque enim quies aliud est quàm motus priuatio. Quare ut cõtrarium contrario, ita quies motui semper succedit, cuiuscunque generis motus ille sit qui præcesserit. Itaque cum omnis motus apud medicos genere duplex sit, in qualitate & loco, vel ex iis duobus compositus, patet quietem quoque geminam esse, & sicut omnibus iis motibus communis est prioris status immutatio, ita è diuerso quietibus prioris status conseruationem. Cumque natura certa quadam contrariorum moderatione vitam nostram cõtineri voluerit, patet etiam quietem omnium quæ in nobis mouentur esse communem. Proinde factum est ut somnus (qui non est aliud quàm facultatis animalis quies) vigiliis interponeretur, interque vehementes corporis motus atque exercitationes, mediam quietem interuenire oporteat. Neque enim parua eius vis est in tuenda valetudine, ut quæ spiritus instaurando, calorem natiuum augendo & lassitudinem tollendo vitam retineat. Sed cum ea inter causas salubres censeatur, quarum recto vsu bene nobis est, deprauato autè malè, modus quoque in ea non minus quàm in omni motu tenendus est. Quies enim tum quæ infra modum est, tum quæ eum excedit mala est. Ex quo patet omnem quietem in relatione dici ad suum motum, ut quantus is fuerit, tantam quoque illam esse conueniat. Quiete namque parciore refici corpus nequit, immodica verò nimio redundat humore, vel etiam (quod fieri posse Galen. comment. 3. in lib. 7. τὸν ἐπίσημον. annotauit) interdum contabescit. Quorum quidem utrumque non propria vi & natura quietis, sed ex accidenti contingit. Quies enim nihil reuera est, uti nec tenebra, nec cecitas, nec silentium, sed mera priuatio. Quamobrem nulla eius actio per se esse potest, sed ex accidenti tantum, quod vel incommoda nimia exercitationis quiete & remissione tempestiua declinentur, vel abundantia ocio exercitationis commodis priuemur & tandem torpeamus. Itaque quies ex accidenti refrigerat & humectat, corpus replet excrementis, nervos debilitat, effeminat, omniumque partium actiones deteriores reddit.

dit. *Quanquam autem quies ex eorum genere videatur esse quæ in nostra potestate posita sunt, attamen ita comparatum est à natura, ut inter duos motus cōtrarios eam mediam interponi necesse sit, quòd non ferat contrariorum ratio, ut secum uniri continuarique possint. Nam prius contrarium motū natura ordiri non potest, quàm priorem sedauerit: atqui sedare, subsistere est & quiescere. Exprimit ergo necessitas quoddam esse tempus inter duos contrarios motus quo quies agatur. Id quod in pulsu (qui cordis & arteriarum motus est) liquidò observatur duobus motibus inter se contrariis constāte, quorum uterque quietem suam habet. Cū enim facta arteriæ dilatatione facultas pulsifica non possit eam comprimere nisi à dilatando cessauerit, nec similiter absoluta arteriæ contractione eam denuo explicare, nisi contrahēdi finem fecerit, constat geminam esse in singulis pulsibus quietem, unam post peractam diastolen quæ externa siue supera, alteram post systolen, quæ interna quies siue inferior appellatur. Earum utraque pars pulsus à medicis censetur, non propriè quidem & per se ut diastole atque systole, qui verè motus sunt, sed per accidēs potiùs, quòd reuera nihil sint, sed cessatio tantum priuatiōque motus. Conferunt tamen & illæ plurimum tum ad pulsuum cognitionem, tum ad præfagiendum ex pulsibus, sicut postea in explicatione τῆς σφυγμοῦ dicemus.*

ἡττορ. pars ventris ab umbilico ad pubem usque, ἡττορδύσιον. *Gaza* apud Aristor. *sumen* siue abdomen interpretatur.

ἡττορδύσιον. *emplastri nomen ad inducendam cicatricem optimi. Parabatur ex testa ea maximè quæ in fornacibus usta esset, eò quòd desiccandi abstergendique vim maiorem haberet.*

ἡττορ. sic dicitur totus oculorum ambitus.

IO. GORRAEI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM

TO Θ.



*Q*uis. est ceratum quo faciei rubor conciliatur, quod constat croci, erythrodani radice, fuci, thuris, myrrha, singulorū drachmis II. Quæ omnia adipe vitulino & mastichino oleo excipiuntur. author Paulus lib. 3. cap. 25.

Est & Quis vinculi genus quod capiti adhibetur, ubi summum caput & quod inter ipsum frontemque est vincire conuenit. Cuius generis tres differentias recenset Galenus lib. de fasciis. Nec verò dubiū est sic ab elegantia appellari, quòd vel Thaidem deceant.

Ⓞαλαστερορ. est collyrium Hermophili accommodum suffusionibus & hebetudini visus. Descriptio eius habetur apud Gal. Aërium & Paulum in hunc modum: Cadmiæ drach. XVI. æruginis drach. IIII. atramenti Indici drach. XVI. piperis albi drach. VIIII. liquoris Medici drach. IIII. opobalsami drach. IIII. gummi drach. XI. vel XII. aqua adiicitur, qua pro diuersis affectibus variè temperatur:

℞

DEFINIT. MEDIC.

facit ad omnem visus hebetudinem & incipientes suffusiones, habetque odorem quàm gratissimum.

οαλαστω. dicitur à quibusdam δ' αιδεουσις, ut habetur apud Dioscoridem.

οαλαστω οϊνος, siue θαλαστω, siue παραλαστωριος. est vinum mari mistum, siue cui aqua marina addita est. Cuius miscendæ rationem Dioscorides variâ fuisse scribit lib. 5. & Columella lib. 12. cap. 25. latius explicat. Ex quo facile apparet vinum marinum fieri non modò affusa maris aqua, sed etiam muria, ut in mediterraneis regionibus, quò non est facilis aquæ marinæ innectio. Quod postremum vini conditi genus si quis nõ marinum, sed salsum appellari malit, parum quidẽ arbitror interesse. Equidem mihi videtur utrumque & salsum & marinum vinum dici posse. Certè Celsus semper vinum salsum, nunquam marinum nominat: id quod ex duobus maxime locis intelligi potest, primùm ex lib. 3. in morbi regij curatione, deinde ex cap. 6. lib. 1. ubi negat inter soluta alui remedia salsum homini bibendũ vinum. His enim in locis manifestè per salsum vinum marinum intellexit, ut qui easdem vires falso tribuat quas Dioscorides marino. Nec est qui aliquam inter ea differentiam apud veteres annotarit. Græcorum inuentum fuisse constat. Sic enim non fortia quidem & nobilia vina, sed imbecilla, ut ait Gal. lib. 12. meth. med. condiebant, siue ut gratiam illis conciliarent, siue ut illis præcox vetustas accerferetur. Cæterum vini falsi septẽ genera Plinius enumerat, viæum quod sit siccatis in sole vis & affusa aqua marina largiore: leucochron quod sit eodem vino in album mustum translato, quæ quidem duo vini genera sunt Græcis propria. In aliis autẽ gentibus simili modo factum vinum παραλαστωριον dicit appellari. Quartum genus thalassiten vocat, vasis musti deiectis in mare, quò præcox fiat vetustas. Ex quo loco manifestum est quæ differentiam ponat inter παραλαστωριον & θαλαστω οϊνον. Quintum est Coum, cuius etiam concinnandi rationem Constantinus Cæsar explicat Agricultura lib. 8. cap. 23. Postea Rhodium Coo simile: ultimum Photineum falsius Coo. Omnia autem eiusmodi vina aluum subducunt & stomacho aduersantur authore Gal. lib. 12. meth. quo loco recenset vina quæ stomachum roborant, & digestionem alimenti in corpore iuuant.

οαλαστωμελι. est compositio quedam constans aquis portionibus maris, mellis & aquæ pluuiæ defecatis, & in picato vase per canis æstum insolatis. Sunt autem qui decoctæ maris aquæ partibus duabus unam mellis adiiciunt, & vase condunt. Vtrumque vim habet purgatoriam, sed hoc multò imbecilliolem.

οαλδρον. θερμὸν ὡς ἀπὸ ἡλίου. hoc est, calidum ceu à sole, apud Hippocrat. dicitur ἀπὸ τῆς θερμότητος.

οαλις. herba est cuius folia coriandri similia sunt, cauliculus rutæ crassitudine in quo summa folia consistunt. Nascitur maximè in campestribus. Omnia ferè paria habet cum ea herba quam nunc argentinam appellant.

οαλλια siue

οαλλια. dicitur germen omne, sed præcipuè & κατ' ἔξοχὴν oliuæ: ut apud Paulum lib. 3. cap. 66. ἀφ' ἑμῆμα σιδίωρ, ἔσθωρ, θαλλιας, κνπαιώσου. Sunt autem in olea summi ramentum coliculi teneriores, nec à foliis sua mollitie magnopere diuersi. Attamen Festus θαλλια cepæ folliculum priuatim intellexit.

οαλπιδι. sic dicta fuit à quibusdam ἰταῖς, sicut habetur apud Dioscoridem.

οαλις.

☉ *ἀνάτης*. mors, est copula animi & corporis dissolutio. Opposita est vita, quae cum calore nativo contineatur, sicut antè diximus, eiusdem priuatione mors rectè defini videtur, sicut fecit Aristoteles, mortem dicens esse caloris extinctionem. Siquidem calori illi quo vita constat cum elementaris non sit, sed planè diuinus & caelestis nulum frigus opponitur, sed ipsa tantum caloris priuatio, quemadmodum luci tenebrae, visioni caecitas, & motui quies.

☉ *ἀνάτης*. lethale. Dicitur ab Hippocrate tum de iis quae necessario mortem afferunt, tum de iis quae magna ex parte.

☉ *ἄνωτος*. sic à quibusdam iuris dicta est, quòd magna florum varietate, sicut arcus quidam caelestis, sui admirationem praebeat.

☉ *ἄνωτος*. planta est in Thapso primum inuenta, tota natura ferulae similis, cuius radix & incisa lacte manat, & contusa succo vehementer acri, calido, humido qui eodem cum sua planta nomine *ἄνωτος* vocatur. Romani ferulaginem & ferulam syluestrem nuncupant.

☉ *ἄνωτος*. thapsus. herba est, quam Romanos herbam robiam appellare, & aureo colore splendere Paulus scribit lib. 3. cap. 2. Eadem esse videtur cum ea quae apud Theocritum poetam legitur tingedis lanis utilis. An verò eadem sit cum thapsia, nò constat.

☉ *ἄνωτος*. sulfur. Est succus terrae pinguis & concretus, vi caloris ex ipsa expressus. Tale autem est fossile, quod Latini sulfur uiuum appellat, Graeci ἄνωτος, quod Celsus interpretatur ignem non expertum. Reperitur ut plurimum in locis ardentibus, ut in insulis Aelii & Phlegraeis campis inter Puteolos & Neapolim, quam planiciem sulfurosam Graeci ἄνωτος ἀνωτος appellarunt, figuraque est ferè semper glebosa, rarissimèque in stiriarum modum de speluncis vel cuniculis depèdet. Est autem aliud sulfuris genus factitium quod variis modis paratur. Nam aut ex aquis coquitur, aut ex gleba effossa & in vasis cocta perficitur igni, aut ex pyrite in ollis cocto stillat. Fit etià ex sulfure & squama ferri simul coctis & in urceos transfusis, quod, quia equorum scabiem sanat, caballinum nominant. Non omne unius est coloris. Aliud enim est luteum, aliud cinereum, aliud rufum. Sapore est subpingui, odore graui, fulminis & fulguris, cumque uritur nares ferit aura acri & ignea. Omne rarum leuèque est & tenuium partium, trahendique vim possidet, èstque temperamenti calidi. Valet maximè ad morsus venenatorum animalium, si & siccum ictui inspergatur, & cum salua mistum. Cum resina autem terebinthina aut melle psoras & lepras optimè extergit sanatque.

☉ *ἄνωτος*. diuinum. Dicitur quod est à Deo, vel à caelo, quòdque ut Deus magnus est aut excellens aut admirabile, aut incomprehensibile, hoc est, cuius causam non sensu modò sed ne cogitatione quidè assequi possumus. Ea significatione intelligi debet id quod in morbis diuinum esse Hippocr. dixit: quanquam in eo explicando variae fuerint, ut scribit Galenus, interpretum sententiae. Sed omnibus refutatis ipse suam dicit, non aliud esse id diuinum, quàm ambiētis nos aëris constitutionem. Verum ea cum possit esse multiplex, quam propriè intelligat, non explicauit. Primarū quidem qualitatum temperamentum non est verisimile Hippocratem intellexisse, quòd illud non dicam medicis, sed idiotis etiam notum sit, id autem diuinum cuius notitiam Hippocrates haberi vult, à doctissimis tantum medicis cognoscatur. Itaque aliud quid latentius cognitūque difficilius intelligit, quod certè si temperamentum nò est,

DEFINIT. MEDIC.

qualitas quaedam siue constitutio sit oportet, non primis qualitatibus, sed proprietate totius substantiae nobis infensa, quam in lib. de natura humana ἡ ἀέριος ἀπόκρισις appellauit. Eam Gal. comment. 2. expirationem siue exhalationem interpretatur, quae magis proprietate totius substantiae quam qualitate corpora offendat, cuius curationem recte tradiderit Hippocrates positam in loci mutatione, & exigua inspirationis usu. Haec autem aëris insalubris proprietas, vel à specu, vel à cloacis, vel à cadaueribus putrentibus, vel ab ipsis etiam astris aliquando esse dicitur. Ex ea omnes ferè morbi epidemici prodeunt, quorum τὸ φορὰν considerandam esse Hippocrates praecepit: verumtamen non in solo aëre diuinum illud esse potest, sed in alimentis etiam, ut in semiputri tritico, & aquis vitiosis, aliisque eiusmodi.

εἰς τὴν ἄνω. *vola manus palma.* Pars manus interior à magno digito ad indicem, vel ut alij, spatium quod est à digitis ad carpum. Sic quidem plerisque visum fuit: Galenus autem commēt. 1. εἰς τὴν ἄνω ἀγῶν dicit δέτωρ appellari palmæ partes magis eminentes, ἀπὸ τῆς δέτωρ, hoc est, à percutiendo. Nam quod percutimus, partibus illis eminentioribus percutimus. Alij verò, ut idem scripsit, non omnes eminentes palmæ partes sic appellant, sed eas tantum quæ pollicis subiiciuntur. Rufus ἐν τῷ πρῶτῳ τῆς ἀνδρώπου μετρίων, scribit vocari δέτωρ spatium illud carnosum medium inter indicem & pollicem, & τὴν δέτωρ autem partem quatuor digitis subiectam: videri tamen sibi δέτωρ ab Hippocrate nūcupari totam eam partem manus quæ lata est, hoc est, palmam. Aristoteles totam eam manus partem quæ est à carpo vsque ad quinque digitos, δέτωρ, hoc est, palmam vocat: quæ cum duabus etiam partibus constet, internam quidem quæ carnosa est, & scissuris vitæ indicibus distincta, δέτωρ σαρκώδης nuncupat, externam verò quæ nervosa est, & quinque ossibus cōstat ad digitos tendentibus, proprio nomine carere dicit, iuniores tamen alij μετακρίτων, alij ὀμοδέτωρ appellarunt.

εἰς τὴν ἄνω. *sunt collyria multorum generū.* Eorum enim plures differentias recenset Aëtius lib. 7. sic autem dicuntur ab eorum authore Theodoto: nam & Θεοδότου κολυτρίων describit Celsus & Paulus paucis admodum immutatis; quod à quibusdam Celsus scribit ἀχολύτων appellari. Verum sicut plures eorum differentiae sunt, ita diuersae facultates: alia extergent, alia desiccant, alia corroborant, alia verò repercutiunt & poros obstruunt, ut ea quibus Paulus vititur aduersus πρῶτον οφθαλμῶν.

εἰς τὴν ἄνω. *est antidoti nomen quæ διὰ τὴν ἀντιδοτῶν dicitur, ad frigidas capitis affectiones, omniâque pectoris vitia, atque ad eos qui vix sese ex morbo recipiunt, multosque alios morbos perutilis.* Huius geminam cōpositionem describit Paulus lib. 7. cap. 11. quibus tertiam ex aceto mulso addit Aëtius lib. 13. quo loco pluribus verbis agit de hac antidoto.

εἰς τὴν ἄνω. *est nomē antidoti ex hircino sanguine preparata, quæ nephriticis calculosisq; presenti remedio est.* Habetur apud Aëtium lib. 11.

εἰς τὴν ἄνω. *est collyrium τριχλωμαπνῶν, describitur apud Aëtium lib. 7.*

εἰς τὴν ἄνω. *pars est medicinae quæ curandi rationē docet.* Duobus modis sumitur, proprie & communiter. Proprie dicitur quæ morbo iam facto curando tollendoque intenta solūm est, cuiusmodi est diariarum atque hecticarum febrium. Earum enim vera & propria curatio est. Siquidem maxime propria in soluendo morbo intelligitur curatio. Verum per abusum etiam siue cōmuniter, siue improprie curatio appellatur, mistum genus tum ex vera curatione, tum provisione quam περὸν ἀκλῶ appellant,

pellant, quæ propriè non ad διαπραπλω, sed ad υγιανω pertinet. Eiusmodi est febrili curatio quæ ex putrescentibus excitatur humoribus. Siquidem ea πεφουλακω quoque sibi adiunxit: cuius officium est causam, quæ morbum creat, adimere. Nominatur tamen hæc ipsa quoque artis pars διαπραδωκω, hoc est, curatrix, quæ utique ab ea quæ purè sincerèque πεφουλακω dicitur, in eo distincta est, quod sub hac iam sensibiliter ex ipsa causa morbus est genitus, in prophylactice verò est futurus. Cæterum τω διαπραδωκω tres sunt partes ad morborum absolutam curationem necessaria, διατακω, φαρμακω, χειρουργικω: quarum prima victus rationem egrotis cõnvenientem, altera medicamenta præscribit, tertia verò manum, si opus est, adhibet.

Θειρεσωρ. locus ad æstiuandum commodus, & in quo æstate habitare conducit, apud Hippocratem: sunt tamen qui θεϊσωρ scribant.

Θειωρ. nomen collyrij quod describitur à Gal. lib. 4. τω κω τοπωρ.

Θρωμαδω. febricitare, apud Hippoc. lib. 1. τω επιδωμωρ, ut Gal. annotauit in cõment.

Θρω. febris, apud Hippocratem.

Θρωωρ. calidum. Duo significat, qualitatem & substantiam: illam quidem ut cum dicimus ignem calidum, aut ferrum aut piper: intelligimus enim calore seu caliditate præditum. Id quod tribus modis accipi potest: absolute seu simpliciter, ut quando ignis elementum calidum dicitur, quod summum calorem possideat: in excessu, ut ferrum candens, piper, leo, canis, quoniam plus caloris habeat quàm frigoris: in comparatione, ut cum homo homine, leo leone calidior dicitur. Aliquando verò significat calidam substantiam, ut annotat Galenus comment. in aphor. 4. lib. 1. & comment. 4. in lib. 6. τω επιδωμωρ. atque etiam æream, aqueam & bene temperatam, quemadmodum idem in cõment. eiusdem aphor. annotauit. Talis autem substantia calida non est aliud, ut idem alibi scribit, quàm calidum innatum cuius vi omnium animantium vitam natura moderatur. Est enim aut anima, aut primum & præcipuum animæ instrumentum, quo omnia quæ sunt ad viuendum necessaria, administrat. Id non est nuda aliqua aut elementaris qualitas, non ignis aut aliquid quod ab igne originem ducat, sed substantia cœlitus in viuencia corpora delapsa, & aliquid proportionem respondens elemento stellarum, sicut Aristoteles de generat. animal. lib. 2. cap. 3. explicauit. Itaque quoniam elementare non est, sed planè cœleste & diuinum, nullum habet contrarium, non aquam, nõ terram, aut aliquid quod ab iis originem ducat. Sui ipsius priuatio opposita tantum illi est, sicut lumini tenebræ, & visioni cæcitas: proindeque ut eo vita, sic eiusdem extinctione mors ab Aristotele definita fuit. Eo omnis generatio perficitur, eo omnia vitam adipiscuntur & conseruant, eo rationamur, sentimus, mouemur, nutrimur, crescimus, non ut opifice quidem harum omnium functionum, sed tanquam instrumẽto animæ eiusque facultatum, sine quo eæ non possunt eiusmodi res præstare. Ex his patet illic animam vitamque esse, ubique calor ille natiuus fuerit. Est autem inæqualiter in singulis corporis partibus dispersus. In corde enim viget & flagrantissimus est: in ventriculo & præcordiis multo moderatior: in capite & cerebro præsertim adhuc eo minor: in ossibus perexiguus, prout natura unicuique particula expedire iudicauit. Hic fixus insitúsque dicitur, hoc est, à natura in prima cõformatione singulis partibus certa mensura modoque inditus, qui earum velut forma quædam atque anima esset, & illis vitale principium roburque impertiretur. Residet ille maximè in partium singularum spi-

DEFINIT. MEDIC.

rituosa substantia, & humido substantifico pingui, crasso, lento, multo, nec facile putrescenti in corporibus praesertim sanis, & quae non facile in morbos incidunt. In tali namque humido calor ille singulis partibus insitus diutissime conservatur, qui tamen nisi subinde novi alterius caloris accessione instauraretur, paruo temporis spatio marcesceret atque extingueretur. Proinde natura calorem vocatum à medicis fluentem in corde tanquam in penu collocavit, qui ab eo per arterias cum spiritu & sanguine suis vehiculis & pabulis continenter depromitur, ferturque in singulas partes, ut earum calorem nativum fixum insitumque foveat atque instauret. Ille in mœrore, metu, verecundiae initio, frigore, accessionum principis & somno intro cum sanguine & spiritu in cor recurrit, ob idque per eos affectus cutis & subdita illi partes frigent & pallent: contra in gaudio, verecundia iam vigente, statu accessionum, vigilia ad cutim copiosior effunditur cum spiritu & sanguine, à quibus calor, rubor, tumor, & nitor inducitur.

ἑρμῆος σφυγμῶς. calidus pulsus. In quo arteria calidior apparet quam partes vicina, sicut in febre hectica evenit. Neque tamen ἐκπνῶς est, quod hic sub differentia pulsus inaequalis comprehendatur, ille verò aliam quandam speciem constituat. Huic oppositus est ψυχρῶς. Hac quidem differentia inter primas & simplices numeratur, sumptaque est à qualitate arteriae, impropria tamen videtur: verum addenda quidam censuerunt, non minus quam eam quae mollitiae & duritiae arteriae definitur.

ἑρμῆος. lupinus. pondus est duas oboli tertias partes pèdens. Etenim cum obolus pendat grana duodecim, lupinus pendet grana octo: de hoc scribit Cleopatra: ὀβολὸς ἔχει δέκα μύρια .ς. id est, obolus habet lupinum unum & dimidium. Diuiditur autem lupinus εἰς δύο κερὰ πικρὰ, id est, in duas siliquas, siue in grana octo, ut dictum est.

ἑρμῶν. ὁ πνεύμων, apud Hippocratem.

ἑστῆος. aestas. Est tempus anni calidum & siccum, Virgiliarum matutino exortu incipiens & Arcturo oriente desinens. Illa ex aetatibus quidam media & florenti, ex diei partibus, meridiei, ex humoribus flavae bili, ex elementis igni respondet. Est enim ex sua apte aestimata natura, non ex alterius comparatione, calida & sicca temperie, si modo exquisitè suam naturam servauerit. Est autem sol caloris eius causa, qui ad verticem nostrum quam fieri potest proximè accedens, diemque faciens longiorem, aërem nos ambientem excafcit. Itaque cum Virgiliae circiter octauum diem Maii exoriri consueverint, Arcturi autem ortus ferè secundo Septembris die contingat, palam est totum aestatis tempus quatuor paulò minus mensium esse. Quod quidem spatium etiam antiqui in duas partes diuiserunt, primam appellantes proprie aestatem, ab eius initio usque ad exortum Caniculae, alteram verò ὀπώρειαν, à Canicula ad finem usque aestatis. At verò è Graecis etiam aliqui totam aestatem in treis portiones partiti sunt, quarum primam totius nomine δέσθη, mediam ἑσθῆν per excellentiam, in qua maturescentes fructus ἑσθῆν dicuntur, tertiam verò ὀπώρειαν nuncuparunt.

ἑσθῆν ἡ

ἑσθῆν. confectiois nomen authore Apollonio, cuius descriptio habetur apud Gal. lib. 7. τῆν κτὶ τὸ πνεύμα. Conuenit tussentibus, phthificis, sanguinem reiicientibus, valétque ad omnes internos pectoris abscessus. Describitur etiam ab Aetio lib. 8.

ἑσθῆν ἡ

ἑσθῆν. contemplabilis dies: hoc est, ex cuius diligenti obseruatione quando & qualis

qualis futura sit crisis intelligitur. Is autem cuiusque septimana quartus est, qui si manifesta concoctionis signa proferat, ostendit proximum ab eo septimum diem finem morbo salutarem allaturum, ut qui contra signa edit maligna, mortem pronunciat. vide ἐπιθιλος ἡμῶρα.

Θιωρελ. dicuntur apud Hippocratem qui deorum oracula sciscitatum mittebantur. ut annotavit Erotianus.

Θιβιίου ἔμπλαστος. emplastrum est aduersus achoras efficax: cuius descriptio habetur apud Galenum lib. 1. τῆν κατὰ τὸ πους.

Θιλν. papilla. Est mamma capitulum, unde extrahitur lac. Hac media in mamma protuberat. Substantia constat ad penem proximè accedente. Est enim illi neruea quodammodo cutis spongiosam intus substantiam continens, qua dirigi ac vicissim laxari non minùs quàm penis potest. Habet autem tenues & conspicios meatus, fibræ prorsus ac nerui modo albicantes, qui venarum surculi sunt, multiplici serie per glandulosam mammarum substantiam excurrentium, ex quibus lac effunditur. Ceterum papillam ambit circulus quidam subniger, qui φῶς appellatur.

Θιλωπιδιδεῖσαι σαφυλι. uua passa extra uitam, hoc est, uua sole siccata, non quidem in uite, sed postquam è uite detracta fuerit, & loco calorifico exposita, quod tùm in cratibus tùm super cannas commodè fieri posse ostendit Columella lib. 12. quo nomine etiam ea potest intelligi qua sarmentis suis adhuc hærens & pendula, in umbra sub tecto siccatur. Vitur sæpe Dioscorides eo vocabulo, Ruellius uuam sole siccata in area exponit, Marcellus uuam in cratibus siccata. Est autem θιλωπιδιδεῖσαι locus in quo uuæ siccantur, dictus ἀπὸ τῆς θιλωπιδιδεῖσαι ἢ τῆς θιλωπιδιδεῖσαι. Quæ uua passa simpliciter dicitur, hoc est, qua in uite adhuc manēs à sole siccata est, παθηθεῖσαι σαφυλι nominatur.

Θιλόχορον. herba olea folio, qua fæminei sexus fœtum edere dicitur.

Θιλυκραια. cornus fæmina: sic enim composito nomine dicitur à Theophrasto, quasi fæminicornus.

Θιλυπεις. filix fæmina. herba est foliis filicis, surculosis, altioribus, & qua non singulari, ut illa, pediculo fulciantur: radicibus longis, pluribus, obliquis, qua ex nigro in luteum flauescunt: aliqua etiamnum rubra inueniuntur. Vim siccandi & amaram possidet, & modicè constringit.

Θιλυπεις. dicta fuit à quibusdam eo nomine ἢ θιλυπεις, sicut habetur apud Dioscoridem.

Θιλυφθόρον. sic dictum esse à quibusdam & ἀβρότον scripsit Dioscorides.

Θιλυφθόρον. dictum sic est à quibusdam & ἀρῆνιον, quòd, ut Theophrastus & Plinius scribunt, radix eius genitilibus omnium quadrupedum fæminini sexus indita, mortem eodem die inferat.

Θιμῶρ. ὁ θῆρς. cumulus, aceruus, apud Hippocratem.

Θιμῆς. futura. modus unus est adducendi labra hiantis nimium vulneris, cum per acum eorum ora propius coniunguntur. Dicitur & κατὰ θιμῆν, hoc est, per acum siue per punctiorem. ἀπὸ τῆς θιμῆν quòd acuere & acu transfigere significat. Itaque errant qui θιμῆν per scribunt, quo nomine contactus designatur. Quamuis enim per suturam ora vulnerum ita adduci possunt ut se cõtiant, id tamen pluribus modis fieri potest, ut per ἀκτινωσῶν atque σπαστικῶν.

Θιμῆς οἶνος. uinum theaum. quod in Creta nascebat, dulce, nigrum, crassumque, sed

ζ iiij

DEFINIT. MEDIC.

citra adstrictionem. ideo minus in ventre morabatur, nec tamen urinas movebat sed deorsum descendebat. Itaque etiam ante cibum sumebatur. Non est idem quod Σικελιον, quod Asianum erat.

⊙ θηριακῆ. theriaca. Dicuntur proprie medicamenta quae venenatorum animalium morsus depellunt. Eo ab Alexipharmacis putatur differre, quod haec venenis intro sumptis, illa venenis a morsu animalium intro subeuntibus medcantur, ut licet videre ex Nicandro qui utraque duobus libris elegantissime prosequutus est. Caterum geminam τῆς θηριακῆς differentiam facere videtur, unam eorum quibus animalium morsus praecavetur, siue suffitu, siue instratu, siue illitu: alteram vero quibus morsus ipse curatur & innocuus evadit. Dicta sunt θηριακῆ ἀπὸ τῆς θηριας, hoc est, a feris & venenatis animalibus: non autem ab ulla certa eorum specie, quaquam viperam, quae proprio nomine ἰχθὺς siue ἰχθὺς vocatur, à Græcis θηριον καὶ τὸ βροχλιον appelletur, ut & leo θῆρ aliquando.

⊙ θηριακῆ. theriace. Est antidotus aduersus venena omnia efficax. Ac quanquam omne quod cam habet facultatem θηριακῆ vocari possit (nam & allium rusticorum theriacen Galenus appellat) hoc tamen nomen precipue obtinuit celeberrimum illud medicamentum ex simplicibus plurimis & viperarum carne compositum, valens ad venena omnis generis, siue morsu siue potu in corpus peruaderent. Nam cum antiqui crebro in venena inciderent & animaduertent se nec serpentium ictus euadere, nec venenorum insidias vitare facile posse, simulque consideraret naturas hominum tantoperè ab inuicem differentes, ut quod uni prodest alteri saepe non conferat, hoc medicamentum multiplex & exquisitè compositum excogitarunt, quod omnibus aduersus haec mala praesentaneo esset remedio. Nec tamè adeò vetus est eius inuentio, sed Neronis fere temporibus. Tunc autem inter medicos celeberrimus erat Andromachus, qui medicis consultatibus inter se quomodo haec antidotus maxime praesentanea euaderet, primus excogitauit viperas addere. Itaque theriaca compositio quae ad Andromachum refertur antiquissima est & Galeno iudice optima. Eam autem ipse versibus descripsit quos Neroni dicauit, & quos Galenus libello suo de Theriaca ad Pisonem inseruit. Est autem eiusmodi: Pastillorum scillinorum drach. XLVIII. pastillorum viperinorum drach. XXIIII. piperis longi drach. XXIIII. succi papaueris drach. XXIIII. magmatis hedychois drach. XXIIII. rosarum siccarum, iridis Illyricae, radicis dulcis, seminis napi syluestris, scordij, liquoris balsami, cinnamomi, agarici, singulorum drach. XII. myrrha, costi, croci, casiae, nardi, florum iucci rotundi odorati, thuris, piperis nigri, dictami, marrubij, rhei, stachadis, petroselinii Macedonici, calaminthae, terebinthinae, Zinziberis, radicem quinquifolij, singulorum drach. VI. polij, chamapityos, styracis, racemorum amomi, mei, nardi Gallicae, sigilli Lemnij, phu Pontici, chamadryos, foliorum malabathri, chalcitidis assae, gentianae, anisi, succi hypocistidis, carpobalsami, gummi, seminum fœniculi, cardamomi, seseleos, acaciae, thlaspeos, hyperici, sagapeni, ameos, singulorum drach. IIII. castorei, aristolochiae tenuis, seminum dauci, bituminis Iudaici, succi panacis, centaurij tenuis, galbani, singulorum drach. II. mellis lib. X. vini Falerni quantum sufficere videbitur. haec quidem Theriaca fuit Andromachi, eum in modum à Galeno descripta lib. ad Pisonem. Caterum hanc antidotum Andromachus non appellauit θηριακῆ, sed χαλκῆ, quasi dicas serenam, atque aliis etiam duobus nominibus

minibus ἰλασῶν ἔσθ' ὄδιον. Postea verò Crito ἔσθ' qui eum sequuti sunt, ἀνεκκλῶ vocarunt, quia viperae carnes reciperet. Eius compositionem Aëtius exactissimè persequitur. Ad huius autem exemplum plerique alias antidotos aduersus venena valentes composuere, quas appellarunt similiter ἀνεκκλῶς. Sunt autem hæc ferè quæ sequuntur ab authoribus, aut aliis quibusdam nobilibus viris nuncupata.

ἀνεκκλῶ αἰλίου γάμου. Theriaca Aelij Galli quam ipse ex Arabia rediens dicitur Casari obtulisse, quòd per eam plerosque seruasset. Recipit autè, Radicis vitis albæ drach. XVI. seminis trifolij, opopanacis, singulorum drach. VIII. aristolochiæ tenuis drach. XII. radicis libanotidis, iridis Illyricæ, zinziberis, opij, singulorū drach. VIII. seminis rutæ syluestris drach. XII. cumini Ethiopici drach. XVI. myrrhæ, casia, castorij, seseleos, radicis eryngij, serpilli, succi Cyrenaici, singulorū drach. VI. Medicæ drach. XII. sagapeni drach. VI. croci drach. V. farina erui drach. XXIII. hæc cum aqua in pastillos trium obolorum rediguntur, ἔσθ' ex vino dantur.

ἀνεκκλῶ ἀνιόχου ἐλαμύπορος. cōstabat istis, Radicū mei, serpilli, opopanacis singulorum drach. II. seminis trifolij drach. I. anisi, fœniculi, ameos, seminis apij, singulorū acetabulo uno. farina erui tenuissimæ acetabulis duobus, vino antiquo quantum satis esset ad commiscendum, ut rotula hinc fieri possent, quæ in umbra siccata ex tribus vini cyathis trium obolorum pondere exhibebantur. Eam Eudemus versibus conscripsit, qui à Galeno citantur lib. 2. de Antidotis.

ἀνεκκλῶ δαμωράτους. Theriaca Damocratis, qui medicus optimus cum esset versibus iambicis eam descripsit, qui à Galeno referuntur lib. 1. de Antidotis. medicamenta prorsus eadem continet quæ ἔσθ' Andromachi Theriaca, sed in pondere discrepat. Nam quorum Andromachus quatuor drachmas accipit, hic duas sumit, ἔσθ' rursus quorum Andromachus duas, ipse quatuor immitit, id quod in multis medicamentorum generibus licet obseruare. Refertur ἔσθ' ab Aëtio lib. 13.

ἀνεκκλῶ δεμητρίου. Theriaca Demetriij. Hic atate Galeni Cæsarium fuit archiatros, qui cum in theriaces compositione Andromachum reliquis in rebus sequeretur, pondere tantum pastillorum scillinorū differebat leui prorsus discrimine. Nam Andromachus XLVIII. drachmas cum immitteret, ipse XLVI. tantum admiscebat.

ἀνεκκλῶ ἐκλάδου. Theriaca Euclidis, cognomine Palatiani. Habet illa: Castorij drach. V. I. opopanacis, sagapeni, seseleos, cachryos, chamædryos, chamæpityos, marrubij, singulorum drach. XVI. styracis, bituminis Iudaici, myrrhæ, singulorum drach. VII. succi papaueris drach. VIII. mellis libram unam: datur cum succo fraxini, vel cum vino drachma una, vel plus etiam si lubet: prodest ἔσθ' quartanariis.

ἀνεκκλῶ ζήνωνος. Theriaca Zenonis Laodicei: habet autem cardamomi demptis inuolucris, serpilli, seminis apij, radicis vitis albæ, seminis trifolij, anisi, petroselini, radicis ἔσθ' seminis fœniculi, ameos, aristolochiæ tenuis, farina erui, opopanacis, singulorum pondus æquale. Separatim primò quæque contundi debent, tum misceri, ἔσθ' vino affuso subigi, indeque formandi pastilli ἔσθ' in umbra siccandi.

ἀνεκκλῶ μεθριδάτους. Theriaca Mithridatis: Est antidotus alio nomine μεθεριδάτου appellata, quòd rex Mithridates ea semper usus esset, ut se à venenis tutum præstaret. Itaq; à Romanis obsessus, bis epoto veneno cum mori non posset, se ipsum gladio interemit. Constat permultorum medicamentorum mistura, ἔσθ' describitur à Galeno lib. 2. πῶς ἀρνῶσται. Ea est quam nescio quomodo Aëtius theriacen An-

DEFINIT. MEDIC.

dromachi appellet: nam quam Aëtius describit, istam manifestò continet, parùmque habet similitudinis cum illa Andromachi theriaca quæ superius descripta est, & quam Galenus cæteris præfert.

θηριακοὶ ἄλας. Theriaci sales, hi quales fuerint supra à nobis dictum est in dictione ἄλας.

θηριακοὶ ἄρτυσκοι. ἢ τρώχισκοι. Theriaci panes seu pastilli. Sunt pastilli ex viperæ carnibus confecti, ad theriaces præparationem, fiunt hoc modo: Vipera fœminæ capiuntur desinente vere. Earum capita & caudæ amputantur, excoriantur, & diligenter repurgantur. Carnes ipsæ bis tæque in aqua lauantur, postea in ollam puram iniiciuntur cum aqua sufficienti, ac anethi viridis fasciculo, coquuntur subiectis lignis vitis, donec carnes à spinis discedant & penitus separentur. Eas tunc manibus diligenter exprimere oportet, & in mortario tenuissimè terere, semper aliquid insculi in quo decoctæ sunt, paulatim instillando. Deinde panis purissimi recētis, aridi, contusi, cribratique quarta carniū pars addatur, vel, quod minimum, quinta: rursus paulatim insculi aliquid affundendo. Omnia simul terantur & exactissimè uniantur, indeque formentur pastilli mediocres, tenues, modico opobalsamo in his formandis adhibito, qui postea in umbra siccentur. Inde opobalsamo optimo oblinantur, & in vitreo vase asseruentur, & si quid puluerulenti & albi in iis propter sitū appareat, id deinceps linteo extergeatur.

θηριακὸν. nomen etiam est emplastri ex centaurio, quod laudat Oribasius, & facit ad neruorum & musculorum vulnera & puncturas, ad ferarum etiam & canis rabiosi morsus. Refertur ab Aëtio lib. 15.

θηριον οἶνος. vinum therinum. Id Asiaticū erat, & dulce simul atque pallidum, ut scribit Gal. li. 5. sanat. tuen. Idē verò lib. πδδὶ δὲ χυμίας, ait nigrū esse, sed minùs Caryino.

θηριωρ. significat apud Hippocr. tum lumbricum, tum vlcus ἀγριοῦ, ut explicat Galen. ἐν τῇ ἐξηγήσει τῆν γλωσσῶν.

θηριονάρκη. frutex est foliis subherbaceis, flore roseo, sic dictus quòd serpentibus admotus torporem inferat.

θηριόφορον. sic dictum est à quibusdam ἀκόνιτον, quòd feras, si ab iis edatur, occidat.

θηριώδης. ferinum. Gal. commēt. 2. in lib. 6. τῆν ἐπιδημιῶν interpretatur κενώδης, hoc est, malignum: quanquam alij, ut ait, Hippocratis interpretes non simpliciter δὲ κενώδης significare dicant, sed alij quidem τὴν φθίσην, quòd qui eo morbo laborāt, propter unguium curvitatē feris similes esse videantur: alij θηριώμα vocari dicant proprie pulmonis vlcus, alij verò, ut priore cōmentario Galenus scripsit, eo nomine τὰς ἀσκαιώδης καὶ τὰς ἐλμειώδης intelligunt: alij elephantem, alij cancrum. Galeni tamen sententia est eo nomine τὰν τὴν κενώδης designari.

θηριώδης παρὰ φροσῶν. ferina insania. Dicitur ab Hippocrate ea per quā aliquis discurret, calcibus dentibusque petit, & sibi ab omnibus fieri insidias putat, ut annotauit Gal. cōment. in prorrhēt. idem paulò post, ait, θηριώδης παρὰ φροσῶν appellat, quando ij qui μελαγχολικῶς insaniunt, in obuios quosque desaniunt, eo nomine vehemētem melancholiam significans.

θηριώμα. genus vlceris teterrimi, quod idem esse cum carcinomate multorum opinio est. De eo Celsus lib. 5. prodidit, vlcus esse tum per se nascens, tum vlcèri ex alia causa factò interdum superueniens. Color ei lividus est vel niger, odor fœdus, multus &

mucci

mucci similis humor. Id ipsum neque tactum neque medicamentum sentit; pruriginē tantum mouetur, at circa dolor est & inflammatio; interdum etiam febris oritur. Nonnunquam ex ulcere sanguis erumpit: ad id quoque malum serpit, quæ omnia sæpe intenduntur, sitque ex his ulcus quod ἔπιτα ἰδιοῦδιον Græci vocant. Galenus comment. 2. in lib. 6. τὴν ἐπιδήμ. scribit aliquos existimare Δειώμα propriè dici ulcus quod in pulmone est. Author autem introductorij seu Medici scribit quamlibet corporis partem theriomate impeti.

Θλασίως. eunuchus factus κατὰ θλάσιν, hoc est, per compressionem, ad hūc modum: Pueri adhuc infantes in aquæ calidæ solium collocantur, deinde ubi eorum corpora eodem solio fuerint relaxata, digitis testiculi comprimuntur, usque dum aboleantur & euanescant, & dissoluti nõ ampliùs ad tactū sublabātur. Ex Paulo. lib. 6. cap. 68.

Θλάσις ἦ

Θλάσις. contusio, collisio. Dicitur propriè soluta in carne & musculo continuitas, cum graue & durum aliquid deciderit in corpus. Id enim carnem abrumpit & atterit. Quamquam & in osse uidetur aliquando euenire, sed in pueris maxime. Oportet enim in sese cogi id os quod colliditur, atq; ita molle euadere ut perfectè durū nõ sit.

Θλάσις etiam numeratur inter fracturæ cranij differentias, quamquam fracturæ cranij non est, nec fracturæ quidem simpliciter, sed ossis caluarie in anteriorem partem impulsio & ueluti inflexio, cavitatem tantum non etiam unitatis solutionem in caluarie efficiens, ut licet in plumbeis & æneis uasis uidere si foris illidantur.

Θλάσις ἦ

Θλασίδιον. herbula est semine nasturtij, acri, quod mansum sinapis modo linguam & os uellicat: propterea rusticum sinapi dictum fuit à plerisque, ut habetur apud Dioscoridem. Herbarij uocant nasturtium tectorum.

Θλασώσιος. dictum ab Hippocrate ἀπὸ τῆς θλάσεως.

Θλάσις σφυγμῶ. compressio pulsus: cum incipiente παροξυσμῶ pulsus admodum paruus & inequalis est. Proprium est putridæ febris.

Θλασὸν πῶμα. quid significet apud authorem Prorrhethici, incertum est. Alij putarunt dici spiritum plenum uaporis, qui expiratur: alij spiritum graueolentem, alij raucum, alij perturbatum, tanquam eo nomine difficilis respiratio intelligatur. Plerique uerò non θλασὸν sed θαλασὸν per α scribunt, quasi θαλλὸν καὶ ἀκμάζον, id est, florentem & uigentem, siue magnū atque uehementem. Verum Hippocrates nullo in libro, qui suus legitimusque sit, uisus est uel spiritum uel quiduis aliud θαλασὸν nominasse, ut scripsit Galenus comment. εἰς τὸ περὶ ἐπιπέλου.

Θόλας. uinculi genus est quod caluarie adhibetur, ubi summum caput & quod inter ipsum frontemque est, uincire conuenit, cuius iniiciendi rationem Galenus explicat lib. de fasciis.

Θραμβίς. sic dictum esse à Pythagora τὸ θάμβηλον Dioscorides author est.

Θράνος. sedes utrinque peruia, apud Hippocratem.

Θράσεται. pungitur, stimulat, mouetur, pellitur, apud Hippocr. Sunt autē qui θράσεται ἀπὸ τῆς μείκτου interpretati sunt, ut annotauit Erotianus.

Θραῦσμα. species una ammoniaci, quod in minutas glebas ueluti in frustra fractum sit & diuisum, uel facile friatur. uide ἀμμωνιακόν.

Θραῦσον. friabile. Id dicitur quod in quasuis sine discrimine, & plures duabus partes di-

DEFINIT. MEDIC.

uidi & comminui potest. In quo differt ἀπὸ τῆς κρῆσις, quæ non nisi in magnas partes diuidi separarique possunt. Quanquam fieri interdum possit, ut idem κρῆσις & ἀπὸ τῆς κρῆσις existat: fictile enim utrumque perpetitur. Distinguuntur autem ab inuicē, sicut scripsit Aristoteles, quod quacunque ita concreuere ut multis scateant poris alternatim dispositis ἀπὸ τῆς κρῆσις sint: quæ verò eos longè porrectos habet, κρῆσις: quæ verò utrosque sortita sunt, utramque nata sint conditionē. Dicitur & ἀπὸ τῆς κρῆσις aliis nominibus ἀπὸ τῆς κρῆσις & κρῆσις. Gal. lib. 3. de aliment. facult. definit id esse quod nihil in se lentoris neque pinguedinis continet, opponitque τὸ πῦρ.

ⓄⓈτῆρ δὲ δὴ αἰμα. altrix seu nutrix facultas. Est vis naturæ quæ appositum alimentum in corporis substantiam conuertit & assimilât. Cùm enim corporis nostri substantia assidue defluat, neque tamen eam præproperè absumi & consensescere patiantur alimenta, natura facultatem altricē adhibuit cuius munere aliquatenus id quod perit restitueretur. Est autem opus eius perpetuum, videlicet à prima conformatione ad mortem usque, nec unquam in corpore ociosa manet. Ex quo necessitas eius intelligitur, & supra auctricem præstantia, quæ usque ad vigorem ætatis solùm progreditur. Neque enim auctrix sine nutrice quicquam potest, ut nec formatrix sine utraq;. Verùm ut nutrix auctrici atque formatrici inseruit, ita quatuor aliæ facultates nutrici auxilio sunt, attractrix, retentrix, concoctrix, & expultrix, quarum ministerio, alimenti assimilatio, quæ nutricis facultatis opus est, perficitur.

ⓄⓈτῆρ δὲ δὴ αἰμα. nutritio. Est eius quod nutrit ad id quod nutritur perfecta assimilatio: vel, est alimenti in corporis substantiâ conuersio. Est actio naturæ ex principibus primisque ordine tertia, quæ scilicet molitur, ut omnes animalis, primùm quidē formati, deinde verò in lucem editi, & ad perfectam magnitudinem perducti partes quantum fieri potest, perdurent. Siquidem frustra genitum animal sit, nisi & ad perfectam magnitudinem perducatur, & diutius perduret, quorum neutrum sine alimento affluente adherenteque fieri nequit. Nam & nutritio auctrici famulatur, neque aliter inanitionis illud genus, quod fit naturali substantia nostra assidue defluente, quòdque nutritioni ex aduerso oppositum est, resarciri potest. Est igitur nutritionis materia alimentum, quod cùm corporis eius quod nutritur omni parti affigitur, actio quidem ipsa nutritio dicitur, causa verò huius ipsa facultas. In quo opere alterationem quidē interuenire necesse est (est enim nutritio alterationis species) sed non talem qualis erat in generatione. Ibi namque quod os non erat, postea factū est os: in nutritione verò ei quod iam factum est, id quod affluit efficitur simile, ut non immeritò alteratio illa nominetur generatio, hæc verò assimilatio. Cùm ergo nutritio sine alimento perfici non possit, ipsumque assimilari oporteat, necesse omnino est ipsum prius attrahi, retineri, concoqui & ab excrementis repurgari, ut deinde apponi, postea agglutinari siue adherere, & postremò assimilari possit. Est enim assimilatio omnis concoctionis finis, & summa totius functionis naturalis perfectio.

ⓄⓈτῆρ δὲ δὴ αἰμα. mandragoras fœmina quæ nigricat, & est foliis angustioribus & minoribus quàm lactuca, à cuius tamen similitudine nomen habet.

ⓄⓈτῆρ δὲ δὴ αἰμα. lactuca sylvestris, ut scribit Galenus lib. 2. τῆς κρῆσις τὸ πῦρ: hortēsis enim δειδῆξ vocatur, ut idem author est.

ⓄⓈτῆρ δὲ δὴ αἰμα. pilus. capillus. Est pars corporis tenuis, longa, flexilis, sicca, ex cute erumpens. Galenus pilos, ut & ungues enumerat inter corporis partes in arte parua, quamuis eos excludat,

excludat è quadruplici illa partium differentia quam eo libro constituit, propterea quòd gubernatione nullã habeant. Non enim corporis substantiã constitunt, quare neq; sunt principia virtutũ, neq; principis subseruiunt, nec ingenitas ex se vires obtinet, nec ab aliis vires mutuatur. Non enim sensum, motũ, aut vitã habent, neque attrahendi, continendi & concoquendi facultatẽ, neque eas vires aliis suppeditat, sed solũ generatur, ac concrefcunt, non in omnẽ dimensionẽ, quemadmodum reliquæ partes corporis, sed in longitudinem solũ. Generantur autem ex crassis & fuliginosis vaporibus, qui dum per angustos cutis meatus à calore foras propelluntur, illis inhaerent tãdiu, ut facile interim siccati vrique possint & pilus fieri. Inde mox alius similiter è profundo suscitatus à calore pellitur, qui in priorem meatibus adhuc hærentem, cutique non aliter quàm gingiuis dentes infixum, impingit, adiungitur, agglutinatur, & illum, ut clauus clauum, tradit: rursus alius atque alius succedunt. Sic fit pilus maior aut minor, crassus aut exilis, passus aut crispus, niger aut alio colore præditus, prout calor, humor, & cutis pori se habent. Hæc enim tria ad pilorum generatione concurrunt, ac ut varia esse possunt, sic varij ex illis pili prodeunt. In calore quidem differentia hæc est, quòd imbecillus nullum pilum producit, quippe qui materiam, ex qua pili ortum habent, siccare nõ possit, nec cutem similiter cui illi inhaerere debent. Mediocris siccatur quidem, sed pilum tenuem & passum gignit: magnus resiccatur vehementer & efficit duriores. Ab humore autem pilorum discrimen est, quoniam à pituitoso albi, à bilioso flauis, à melancholico nigri prodeunt. Iam quòd ad cutem pertinet, eam siccam esse decet & raram: siccam quidem, propterea quòd in molliore & humidiorẽ cute excremẽta citissimè effluat, nec satis diu meatibus hærent, quòdque via per quas humor ille fuliginosus exit, eo abscedente protinus conuiuent & abolentur: raram verò, quoniam densior non est humori fuliginique peruia. Sed tamen in his quoque moderationem quandam esse oportet. Si ad hæc quæ dicta sunt attentè quis aduertat, reperiet certas causas, cur quibusdam partibus pili nascantur, aliis nulli sint, aliquibus, ut superciliis & palpebris, sint quidem, sed eundem semper modum seruent: in capite verò plurimi longissimique oriuntur. Ac cum plurimæ corporis partes pilos habeant, alios ad venustatem ornatũq; alios verò etiam ad usum: qui sunt in capite κατ' ἰσοχλὴν τείχεσς appellantur, à latinis capilli, quasi capitis pili: de quibus hic dicere eorũque nomenclaturas & synonyma referre non erit prorsus inutile nec iniucundum. κατ' ἰσοχλὴν τείχεσς dicitur τείχεσις & τείχεμα, quòd capillitium significat. vocatur etiã κόμη, coma, ἀπὸ τῆς κόμης quòd comere & ornare significat. κίχας apud antiquos τείχεα significauit, auctore Plutarcho, cuius inditium est κίχας, quòd tondere significat, & κίχας tonsura, unde κίχας, qui in exornanda coma occupatur, apud Archilochum, atque ut Suidas refert κίχας οἱ παλαιοὶ πλὴν τείχεσιν ἐκάλουν. κίχινος, cincinnus, capillus intortus, βοτρυοειδὴς à Phavorino dicitur, quòd sit borro similis & instar racemi pendulus. πλοκίμης & ὁ πλοκίμης & ἡ πλοκίμης, cincinnus vel citrus, πλοκίμης autem capillorum nodus, πλοκίμης δὲ πλοκίμης, & πλοκίμης coma, quam veteres alebant & diis consecrabant. Eadem σκολὴς & σείρα τείχεσς apud Iulium Pollucem dicitur. θεῶν τιμῆος capillus in honorem deorum refectus, apud Cælium lib. 4. cap. 23. κόρσις etiam capillos quidam dixere, ut auctor est Pollux. Cirros eadem ratione latini ἀπὸ τῆς κίχας, hoc est, à tondendo videntur dixisse. βόστρυξ & ὁ βόστρυξ plexa caesaries dicitur & capillus mu-

DEFINIT. MEDIC.

liebris. ἑλικὸς capilli crispī dicti sunt, ἀπὸ τῆς εἰλῆσαι, quanquam propriè dicantur de clauiculis siue de capreolis vitii aut hederae. οὐλας Attici crispōs capillos appellarunt, unde οὐλό-τελος ἔσθ' ἐλάθει qui crispis est capillis, quem Archilochus τετραυλοῦ per inuersionem vocauit. ἑδραι apud Homerū capilli dicuntur, ἀπὸ τῆς ἐδράζειν, quod comere siue comā nutrire significat, vel παρὰ τὸ ἰζῆδους εἶρασαι, ὃ δὲ πλέκειν, ut explicat eius interpres. φόβαι interdum dicuntur παρὰ τὸ φοβῆσαι εἶναι εἰς κερῶντας, atque etiam ὁμιλεῖν ἀπὸ τῆς μείρειν, hoc est, ἀ διuidendo, quod in multas tenues particulas sint discreti, litera σ per πλεονασμῶν addita. χεῖτη seta, propriè porcorum, tamen ἔσθ' de homine dicitur, unde Celsus, lib. 2. setosum pectus pro piloso usurpat. Gaza apud Aristotelem χεῖτω ἔσθ' λαθῶν capronas vertit, quo nomine Nonius Marcellus comas vocari scribit quæ sunt ante frōtem, quasi dicas ἀ capite pronas. λάχνη lana ἔσθ' pilus interbum dicitur ex intensiua particula λα, ἔσθ' χιους lanugo, ut volunt etymologici authores. λίσσωμα nuncupauit Aristoteles discrimen ἔσθ' aquamētum capillorum, ut interpretatur Gaza. κρωβυλος δὲ πλέγμα τελεῶν ἐκ ὄξυ λήρου. sed dicitur propriè de uiris. κρωμβῶν τὲρὸν in mulieribus est velut flagellū crinium. σκόρητος autem in pueris appellatur.

ἑρῆξ. præter communem significationem dicitur etiam apud sacrificos uenula angusta, recta, nigra in parte sima iecinoris dextro lobo apparens, ut scribit Gal. ἐν τῇ ἰζηρίσει τῆν γλωσσῶν.

ἑρόμβῶν. grumus. Propriè quidem significat cōtinuæ rei fragmentum ἔσθ' frustum. Inde ad lac ἔσθ' sanguinem medicis translata uox est, qui ἑρόμβωσιν dixerūt, in lacte quidem, quoties a puerperio fœminis lac fluere desinens in mammis densatur, ἔσθ' in exigua frustra concrescit: in sanguine uerò eum ἀ uenis suis effusus, ἔσθ' in uicina spatia abscedens, siue per diapedesin, siue eroso uel rupto quomodolibet uase similiter coit atque cōdensatur, non in uesica modò uerùm etiam in stomacho, in renibus, in intestinis, in utero, in naso, in omni denique corporis cavitare. In qua quoniam præter naturam inest, calorem natiuū amittit, indeque niger euadit ἔσθ' cogitur, tandèmq; putrescit, ut ἔσθ' reliqua omnia quæ extra naturalem locum sita sunt.

ἑρόμβωσις. est sanguinis affectio, quando is collisa uenarum tunica ab aliquo graui corpore contundente effusus in carnem ἔσθ' receptus locis quæ circum uenam sunt, nigrescit. A qua sanguinis affectione factum est, ut ἑρόμβος iam sanguis dicatur ἔσθ' sit, quemadmodum annotat Gal. comment. 2. ἐς τὸ πρὸς ἀγρωῶν.

ἑρόνος μαρκιλλῶν. trochisci nomē est cuius descriptio habetur, apud Paulū lib. 7. cap. 12. ἔσθ' apud Aëtium lib. 9.

ἑρβαλλίς. unum genus est phlomidis, siue verbasci fœmina, quod ἔσθ' alio nomine λυχλῆς uocatur, foliis ternis aut cum plurimūm quaternis, crassis, pinguibus, ad lucernarum lumina aptis.

ἑρόρον. iuncus, uicia, sic etiā uocant aliqui fruticis genus, quæ ἔσθ' ἑρροῦρον μακρῶν appellāt.

ἑρόρον. sic dictum est ἀ quibusdam solanum furiosum.

ἑρούρα. sic dicitur ἀ nonnullis ἰ αἰρα, hoc est, lolium, authore Dioscoride.

ἑούσις. sic dicitur apud quosdam ἰ ἄρπημισία, sicut testatur Dioscorides.

ἑούματα. dicuntur apud Hippocr. θυμάρματα ἢ ἀρώματα, hoc est, suffitus ἔσθ' odoramēta.

ἑούια. arbor est quam Theophrastus syluestrem, perpetuis frondibus uirētem, nec ramis, caudice, frōdibus syluestri cupresso dissimile describit. Putant aliqui eam esse quam

Plinius

Plinius lib. 13. trogetem dicit ab aliis vocari. Dicitur & θυάα & θυά & θυόρ. Her-
molaus thyam cedrum alterius generis esse prodidit, ex qua cedrina mensa fiebant.

●υλακίης νάρδος. sic dicitur montana nardus in Cilicia & Syria proueniens, propterea
quod ex iis locis à mercatoribus in Graciam sacculis conclusa uenalis deferretur,
θυλάξ enim sacculum ex corio factum utrumque significat, & θυλακιοφόρος Hesy-
chius interpretatur θυλάκιοις ποδιφόροις τὰ ἀρώματα καὶ πηρῆς. Nicander in Ale-
xipharmacis de pharici sumpti curatione, νάρδου θυλακίωσιν dixit. Eadem ob cau-
sam etiam μελίης à Galeno appellatur. uide νάρδος.

●ύματι. θυμάματα, apud Hippocratem.

●ύμβα. satureia & cumila. Est herba pedali altitudine, fruticosa, surculosis utrimq; co-
liculis, folio hyssopi, flosculis per interualla ex purpura candicantibus, odore saporeq;
gratissimo, sed hæc hortensis est. Quæ uero in asperis & saxosis nascitur, thymo si-
milior est quam hyssopo, sed minor atque tenerior, ferens spicam floris plenam, coloris
herbacei. Hæc medicina utilior, illa cibis gratior: in tertio ordine calefacit & desic-
cat, atque glutinosos crassosq; humores incidit.

●υμβραία. idem quod ἡ θυμβρα, apud Hippocratem.

●υμίλαια. est frutex cuius rami tenues, speciosi, cubitorum binum assurgunt. Ipse similis
chamelææ, foliis angustioribus, pinguioribus, gummosis si mordeatur glutinosisque,
flores albi & inter eos semen quale myrti, exiguum, rotundum, initio uirescens; post-
modum rubens, foris durum nigrumque, intus albet & ut Plinius tradit, in quo na-
scitur granum Gnidion, quod aliqui λιόν vocant. Herbarij thymelæam nunc oli-
uellam nunc linum syluestre uocant. Calefacit & siccat ordine tertio.

●υμίμα. suffimentum. suffitio. Est res odorata, quæ ignibus iniecta gratum nidorem
exhalat. Dicitur ita uolunt quasi θυμὸν ἵμα, quoniam languescens animus suffitu
eiusmodi recreetur. Sed non desunt qui à thyo odorifera herba deductum uelint: ut
neque qui ἀπὸ τοῦ θυῶν, hoc est, à sacrificando, quoniam odores diis suffiebantur. De
eo aphorismus celebris habetur apud Hippocratem, suffitus aromatum muliebria
ducere, & ad pleraque alia utiles esse, nisi grauitatem capitis inducerent.

●ύμορ. sic à quibusdam dicitur ὀ σμίλαξ, hoc est, taxus, ut habetur apud Aërium lib.
13. cap. 64.

●υμοφθίς θυάμης. animosa seu irascibilis facultas. Est cordi vis insita qua motus in no-
bis gignit & animi perturbationes. Sunt autem illæ variæ & propè sibi contrariæ
pro diuersitate causarum à quibus proficiuntur. Causas enim triplices habent: pri-
mam quidè rem animo obiectam, siue præsens sit, siue expectetur, siue in memoriam
redeat: secundam, rationis phantasiã, hoc est, impressam in animo eius rei opinionẽ
& aestimationem: tertiam uero cordis robur, quo uel uehementius uel languidius
commouetur. Quanti enim ratiocinandi facultas obiectam rem fecerit & aestima-
uerit, tantum uis illa animosa concitatur. Nascuntur igitur animi motus ex rebus
aestimatis opinatisque tam bonis quam malis, utrisque tam presentibus quam futu-
ris atque etiam præteritis. Ex bonis aestimatis presentibus quidem lætitia, inuidia,
maleuolentia: ex futuris libido siue cupiditas, excandescencia, odium, inimicitia,
audacia, confidentia, temeritas, libertatis potentia & honoris appetentia: ex præ-
teritis eorundem recordatio. Ex mali autem opinione presentis quidem animi agri-
tudo, misericordia, mæror, tristitia: ex futuri uero timor, terror, pauor, conturbatio,

A ij

DEFINIT. MEDIC.

desperatio, pudor, pigritia & id genus alia. Eiusmodi quidē species rationi primū obii-
ciuntur, deinde animosa facultati, quæ tantū mouetur quantum id quod obii-
citur ratio esse duxerit, & cordis virtus ferre potest. Expendere enim fugiendā an
amplectenda species sit quæ obii-citur, ratiocinantis facultatis est munus: eam verò
fugere vel amplecti, animosa. Cū igitur non omnes eadem polleat ratione, sed alij
res quales sint aestiment, alij non quales sed meliores aut deteriores, maiores aut mi-
nores quā sint: præterea in aliis vehementior sit vis animosa, in aliis minū prom-
pta, sit ut non eodem modo omnes concitentur, sed alij celerius, alij tardius, alij ve-
hemētius, alij leuius. Cū enim eiusmodi causæ variā facultatem afficiant, diuer-
sa motionum genera esse oportet, quæ Græci non θυμῶ, sed θυμῶ πρὸς διανοητικῶν ἀποφαστικῶν
appella-
rūt, quod necesse sit anima facultates φάρμακῶν καὶ ἀποφαστικῶν ad hos motus cōcur-
rere, etiamsi propriè ad animosam cordis facultatē pertineant & in corde peragātur.

θυμῶ. iracundia. unde θυμῶδης θυμῶδης, facultas animosa & irascibilis. In qua signifi-
catione etiā Latini animos usurparunt. Significat & θυμῶ apud Hipp. τὸ πρὸς θυ-
μῶν, hoc est, cupiditatē aliquid agēdi, ut annotauit Gal. cōment. εἰς τὸ πρὸς θυμῶν.

θυμῶ. thymum. est frutex surculosus & dodrantalis, foliis canis, exilibus, mul-
tis, immortalibus, flosculis ex purpura candicantibus, suauissimi odoris, capitellis spe-
cie complicatarum formicarum, radice lignosa. Calefacit & desiccatur tertio ordine
& glutinosos crassosque humores incidit: menses, partus & secundas pellit. Cum
sale & aceto potum pituitam per aluum detrahit.

θυμῶ. à nonnullis dicitur τὸ ἄσπον, ut habetur apud Dioscoridem.

θυμῶ. est glandulosa illa substantia quæ in iugulo ad os summum pectoris cōsi-
stit tanquam fultura & substructio vasorum eò loci diuisorum, eiusdem ferè atque
τὸ πρὸς θυμῶν generis, nisi quod hoc mollius, rubentius & carni similius est. Hæc in nu-
per natis animantibus ob vasorum mollietatem & imbecillitatem est maxima: in cre-
scentibus autem quia vasa per siccitatem sunt firmiora decrescit, ita ut vix eius ve-
stigium in iuuenibus appareat.

θυμῶ. est tuberculum carnosum quod super corpus quasi verrucula eminet, ad
cutem tenue, suprā latius, subtubrum & in summo perasperum, oblongum, interdum
rubens, interdum candidum, magna ex parte sine dolore. Idque summum colorē flo-
ris thymi representat, unde ei nomē est, ibique facillē finditur & cruentatur, non-
nunquam aliquantum sanguinis fundit, ferèque circa magnitudinem fabæ Ægy-
ptiæ est, rarò maius, interdum perexiguum: modò unum, interdum plura nascuntur,
vel in sede, vel mediis fæmoribus, vel talis, vel palmis, vel inferioribus pedum par-
tibus. Pessima tamen in obscænis sunt, quæ nunc solam glandē, nunc colem, aliquan-
do præputium occupant: quandoque etiam in facie cōsistunt. Quod paruum est pro-
priè θυμῶν dicitur, vel θυμῶν, vel θυμῶν, ut habetur apud Corn. Celsum lib. 5. quod
verò magnitudine excedit, θυμῶν id est, ficus appellatur. Cæterum thymorū alij mi-
tes facillēque, alij maligni sunt. Illi magis carnosum sunt, inæquales, asperi, candidi aut
subrubri, doloris expertes: hi verò duriores, asperiores, maiores, feculenti, liuidi, cum
doloře punctorio, qui tum maxime mouetur cum manu tractantur, aut medicamen-
ta adhibentur, nec facillē curantur, nisi tota parte in qua nati sunt exceta.

θυμῶ. τὸ ἀπὸ τῆς θυμῶν. hoc est à Thymis oriundi, apud Hippocratem. Sunt autē θυμῶν
populi Thraciæ.

ἐόνυ. arbor quam Theophrastus vel cupresso simile, vel cupressum esse syluestrem existimat lib. 5. cap. 5. de plantarum historia: dicitur Ἔ θύα, Ἔ θύαα Ἔ θύα.

εὐροφθῆς ἄρθρος. scutiformis cartilago. Est laryngis cartilago prima Ἔ anterior, Ἔ quæ velut scutum quoddam aliis præposita est. Nec verò usum modò scuti habet, sed etiam formam. vide λαργύξ.

εὐροφθῆς. sic dicitur à quibusdam ossis pubis foramen, quod in eo osse tam magnum est, ut ἢ θύρας, hoc est, hostij instar videatur.

εὐροσίον. sic à quibusdam dicitur ὀ θυρῆς, ut habetur apud Dioscoridem.

ὀ θώραξ. pectus. sic dicta est à veteribus pars ea corporis quæ à collo ad pudenda usque trunca pertendit, ut definit Aristoteles lib. 1. de histor. animal. cap. 7. Sed Ἔ Hippocrates libro πῶδι τέχνης, his verbis: ὁ, τε γὰρ θώραξ καὶ λεώμιος, ὡς ὅτι ἡ πᾶρ σεραξέται, manifestò indicat thoracis nomine ventrem etiam contineri, dictumque quondam fuisse thoracem totum illum truncum qui est inter alas Ἔ inguina. Verùm à recentioribus medicis Ἔ Galeno pars ea thorax dicitur, quæ collo subiecta utrinque costis clauditur. Quantum enim costæ ab anteriore posterioreque parte, Ἔ infra supraque continent, θώραξ appellatur, ἀπὸ τῆς θυρῆς, hoc est, falio, propter continuum cordis motum: vel παρὰ τὴν θυρῆν ὠρεῖν, quòd scilicet mentem, diuinam nostri partem contineat Ἔ seruet. Latini propriè pectus vocant. Quinq; ei partes assignantur, in quas diuiditur, στήθιον, ἰώπιον, πλάθειαι, κλεῖδες, ὠμοπλάται. Dicitur autem στήθιον pars eius anterior in quam costæ conueniunt, pluribus quidem Ἔ numero incertis ossibus composita ut plerisque visum est, sed si Galeno credimus, septenis. ἰώπιον, dorsum Latini vocant, quod duodenis vertebris compactum est. πλάθειαι, hoc est, costæ, bis totidem numero attribuuntur, quot illis in dorso vertebrae respondent, quibus ut parte postica inarticulantur: sic antica priori illi thoracis parti quam στήθιον diximus nominari. κλεῖδες autem gemina illa ossa vocantur quæ collo proximè subiecta sunt, alterius à costis Ἔ originis Ἔ figura. ὠμοπλάται verò duo similiter ossa, quæ à tergo utrinque sita prominent. Nec me quidem latet Galenum libro de ossibus de thorace differentem ab eo τὰς κλεῖδας Ἔ ὠμοπλάτας distinxisse, seorsimq; de iis egisse, quasi thoracis partes non essent, sed quia manifestò videantur trunco illo quem descripsimus contineri, non est dissentaneum eas inter eius partes haberi.

θώραξ etiam est vinculi nomen quod pectori adhibetur, ubi medium pectus, vel dorsum, vel latera, seu thoracem volumus deligare, cuius iniiciendi rationem Galenus explicat lib. de fasciis.

ὀ θωρηξίς. οἶνοποσία καὶ ἀκροποποσία. hoc est, vini meracioris potio. ut placet omnibus qui Hippoc. aphor. 21. lib. 2. λιμὸν θωρηξίς λέγει, interpretati sunt. Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις οἶνοσιν Ἔ μέθην explicat. Nam ut scribit Phauotinus, θωρηξίς λέγεται τὸ μέθυον, ὅτι τὸ θερμοῦν τὸ σῆθος, ἢ θώρακα πληροῦσι. ἢ ἂν τὸ μάλιστα τῆν μεθύοντων. Inde ἀκροθωρηξίς dictus, qui vel leuiter, ut interpretatur Erotianus, vel ut quidam exponunt, summè ebrius est.

IO. GORRAEI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM

TO I.



Αμβλιχου ἄλις. sales Iamblichi. Genus est salis ex multis rerum generibus compositi, cui vis maxima crudos humores cōcoquendi. vide in dictione ἄλις. Compositionem eius fecit Iamblichus.

ἰασίου. est olus sylvestre, humi serpens, copioso lacte succulentum, flore candido, folio uno, sed ita implicato ut plura videantur, foris margine in angulos exeunte. Plinius florem eius Concilium ait

appellari. Putatur nō multum ab ea disidere quā Gallicum vulgus liseronē vocat.

ἰασίς. gemma est, sed multorum generum. Est enim ei tanta coloris varietas ut uno nomine diuersas gemmarum species videatur complecti. Alia vires, smaragdique colore est, quae si per transversum linea una alba cingatur, ραμματίας dicitur: si pluribus, πολυρραμμος: alia glauco pingui est similis, id est, viridis lacte suffusa: alia in viridi pallet, callaidi similis, quam Dioscorides ἀδελταίου vocari scribit: alia ut caelum, serenum caerulea est: alia caelo autumnali matutino similis, id est, caerulea lacte suffusa, quam ex veteribus quidam ἀδελταίου, iuniores Turcicam vocarūt: alia purpurea: alia rosea est: alia ex purpura caerulea: alia crystallina est, pituita similis: alia saturo iecinoris colore est, distincta lineis concoloribus: alia veluti fumo infecta est, κρπίς ob id dicta. Omnis quidem mirifice nitet & saepius non translucet, atque in eo differt à gemmis perspicuis quarum speciem gerit, quae si interdum pellucet, at tota perraro: aut si tota nonnunquam, longè tamen ipsis praestant gemmae quarum sunt assimiles.

ἰατρική. medicus unguentarius, reuctor: qui unguentis & perfrictionibus corporis morbos curat. Quae quidem curandi professio ἰατρική dicta est, & primum, ut refert Plinius, instituta à Prodicō Selymbriae nato, discipulo Aesculapij.

ἰατρική. Medicina. Est adiectio & detractio. Sic eam Hippocrates lib. πδὶ φυσῶν definiuit, quod & explicauit, addens detractionem quidem superacuum, additionem autem deficientium intelligi, quod contrariorū contraria remedia sint, eumque optimum medicum haberi, qui hoc optimè praestare possit, quique ab eo plurimum abest, plurimum quoque abesse ab arte medica. Ea quidem definitio sumpta est à medicina officio, sine & partibus. Est enim medicinae officium quod in corporibus deest sarcire, & quod superat detrahere. Id quod etiam ad eius finem pertinet, quae est aduersae valetudinis emēdatio. Sed & totius medicinae capita complectitur, quae Galenus quatuor rerum generibus contineri scripsit, assumenda, faciēda, foris incidentia & excernenda, quae corpori rectè adhibita adiuciant quod deest, quodque superuacuum est detrahunt. Galenus verò medicinam aliter definiuit, Herophilum auctorem sequutus: esse scientiam salubrium, insalubrium, & neutrorum. In qua definitione scientiae nomen nō propriè, sed communiter usurpauit, pro ea cognitione quae multis animi perceptionibus, usu & exercitatione conquisitis, & in unum finem vitae utilem spectantibus constat. Quae quidem significatione omnes artes scientiae dici

dici possunt, omnésque periti artifices, artis suæ scientes. At scientia quæ propriè dicitur, ex certis indubitatísque principiis cõparatur. Huius generis proculdubio medicina nõ est, quòd talibus non imitatur principiis. Pars namque ea medicina quæ *σμηδολικὴ* dicitur penè tota coniecturis cõstat, media, ut Galenus ait, inter exactam notitiam & absolutam ignorantiam, ideòque artificiosa dicitur. *Λιπολογικὴ* autem atque *Δεξαπδολικὴ*, quanquam principiis quibusdam utantur ex rerum naturalium scientia depromptis, & ad exquisitas scientias propius videãtur accedere, permulta tamen tractant quæ nisi artificiosa coniectura assequi nullo modo possunt. Itaque medicina scientia est non propriè, sed communiter latèque sumpto nomine, salubriũ, insalubrium & neutrorum. Quæ tria quomodò intelligenda sint Galenus initio artis parvæ abundè explicavit, suisque locis à nobis exponentur. Talis autem scientia quomodò comparetur, non bene inter professores medicinae olim convenit. Quidam enim existimarunt unam experientiam satis esse ad perfectam medicinae cognitionem, qui à *τῶν ἐμπειρῶν ἐμπειρῶν* se nominarunt: de quibus antè diximus. Alij verò particularium rerum inspectionem, ut eius qui morbo laboraret temperamenti, ætatis, habitus, naturæ, consuetudinis, reliquorumque omnium exactam considerationem nihil ad medicinam conferre professi, nimium compediaria methodo artem concludentes, solisque contenti communitatibus quas *κοινότητες* appellarunt, *μεθοδιστοὶ* dicti fuere. Alij verò præter eos fuere qui se *λογικὸς* & *δογματικὸς* nominarunt, qui corporum naturam exactè noscendam censent, omnium signorum vires, causarum differentias, potionum, ciborum, aëris reliquarumque circumstantiarum facultates expendunt, atque ab omnibus quæ spectari possunt curationis indicationes investigant. Cuius sectæ author fuit Hippocrates Coss, qui reliquos omnes fama sui nominis & dignitate antecellit. Ab iis tota medicina in quinque partes distributa est, *φυσιολογικῶν*, *ὕγιαντῶν*, *αἰτιολογικῶν*, *σμηδολικῶν*, *δεξαπδολικῶν*: quas omnes studiosè medico perdiscendas tenendásque opinabantur, cùm tamen earum alias Empirici, alias Methodici in totum negligenter. Ex quibus patet medicinam quam Dogmatici sectati sunt, omnium propè rerum scientiam & cognitionem complecti, verisimèque dictum ab Hippocrate fuisse artem medendi longam esse. Si enim causarum omnium tam salubrium quàm insalubrium atque etiam neutrorum notitiam requirit, si nihil omnino negligendum censet quod ad remediorum indicationem conferre possit, nihil medicum latere debet, sed astrologiæ, geometriæ, omniumque mathematicum peritum esse oportet, & omnium regionum, aquarum, animantium, herbarum, metallorum naturas exploratas habere, ut intelligat quæ sint homini expetenda vel fugienda, ut non vitare modò morbum possit, sed si fortè in eum inciderit, curare.

ἰατρὸς est vir bonus, medicinae peritus. Bonus quidem ut sit, Hippocratis iusuradum exigit, ipsaque artis professio & humaniorum literarum studia quæ colit, ipsum ad virtutem instituunt, qua ubi stimulari cœpit, nullis parcit laboribus, nihil recusat subire quòd perueniat ad agnitionem veritatis, nihilque habet prius agrotantium salute: quam ut consequatur omnem quantam potest adhibet diligentiam, & legendo, percunctando, conquirendo studet medicinae peritus esse, ut agrotos valeat à morbis vindicare. Hoc enim proprium eius munus est, non etiam sanitatem tueri, cuius conservandæ rationem qui proficetur, non propriè *ἰατρὸς*, sed *ὕγιανός* appellandus venit. Attamen per abusum receptum est ut is quoque *ἰατρὸς* vocetur, propterea quòd

DEFINIT. MEDIC.

cum una sit ars quæ corpori tuendo præsideat, unicum ei proprium nomen inditum non est, quemadmodum Gal. lib. 2. de sanitate tuenda annotavit.

ἰατρός. digiti nomen quem Latini quoque medicum vocant, quod uno ferè consensu homines ori, oculis, vitis que leuiores vel salua vel medicamento delinendis eum ceu puriorem adhibeant. Is minimo proximus est, nec plurimum inquinari solet rebus quas solemus duobus tribusue primis digitis apprehendere.

ἰβυεὶς ἕ

ἰβυεὶς. herba est folia habens nasturcij, vere virètiora, caulem cubitalem aut minorem, æstate lacteum florem, radices duas nasturcio similes, calfacientes & adurentes. Hanc alij λεπίδιον, alij ἀγροῦς ῥοδίου appellunt, ut scribit Paulus lib. 3. cap. 77. asserens apud suos fruticosam nasci similibus lauri foliis & multò amplioribus, perutilem ad coxendicum dolorem. Aëtius etiam ῥοδίου μίλιον vocari tradit lib. 12. cap. 2. scribens eam odore, sapore & figura similem cardamo videri, multaque de eius facultate differens. Ac tantam quidem habet cum cardamo similitudinem, ut ἰβυεὶς dicatur à quibusdam ῥοδίου, sicut scriptum est à Dioscoride.

ἰβισσός. dicitur à quibusdam ἰβυδαία, ut habetur apud Dioscoridem.

ἰγνύ. herbae nomen apud Hippocr. sed quanam ea sit incertum est: fortè ἰσῆς ἢ ἄγρια, quam à quibusdam ἕγνυ vocari Dioscorides prodidit.

ἰγνύς ἢ ἰγνύ. poples. ὁ ὀπίθην τῆς γόνατος, ὃν ἢ καὶ μῦθον τῆς γόνατος. vel, ut ait Rufus, ἢ σὺν αμ-
ψίς τῆς γόνατος, qui neutro genere ἰγνύον appellat. Valla apud Homerū Iliad. i. suram interpretatur, quæ tamen proprio nomine γαστρονομία vocatur.

ἰγνύς φλέβς. vena poplitis. Est vena una in poplite ex duobus ramis venæ quæ in crura descendit unitis conflata. Ea surculus aliquot in cruris partem posteriorem sparsis, per medium poplitem delapsa nunc in suram absumitur, nunc ad calcem usque descendit, nunc venis malleoli aucta secundum eum in pedem variè diffunditur.

ἰδωῖα ῥίζα. radix est è qua prodeunt folia rusco similia: adheret eis veluti exigui pampini, in quibus flos est. Gustu acerbo est & adstringente.

ἰδιοπαθεῖα. propria & primaria affectio, siue affectus contra naturam parti insidens ei-que proprius. Sic dicitur quando causa affectus & dispositio in ipsa parte heret. Sic caput in lethargo primario affectu laborare dicitur, larynx in angina, pulmo in peripneumonia, pleura in pleuritide, venter in lienteria. Quod aliter laborat ἢ τὸ σωματικῶν laborare dicitur.

ἰδιοσυμμετρία. corporum proprietates & cuiuslibet peculiaris temperatura.

ἰδῶτα. λοξοῦται. σιωῖα. obliquatur & in se residet, apud Hippocrat. similiter apud eundem ἰδῶτα dictum ἀντὶ τῆς ἑωκείας, quomodo etiam Homerus dixit Iliad. i. ὡλῆξεν, ὃδ' ἰδῶτα.

ἰδῶτα. sic dicuntur ab Hippocrate aphor. 21. lib. 3. pustulae quaedam genitalium partium, summam cutem occupantes & exulcerantes. Oriuntur, ut ipsum ostendit nomen, ab earum partium sudore bilioso & mordaci, qui perfacile eis in partibus partescens pruriginem mouet, cutemque velut ulceribus exasperat.

ἰδῶτα. sudor. Est humidum tertiae concoctionis excrementum per cutem in aquae speciem erumpens. In singulis enim animalis partibus ex ipso, unde aluntur, succo duplex excrementorum genus nascitur. Aliud quidem ceu semicoctæ quaedam reliquæ, quæ assimilari nutriendæ parti nequiverunt, quod siccum dici potest earum partium excrementum:

crementum: aliud verò quod antè transmittendi alimenti fuit vehiculū, nunc fun-
ctum officio, humidum tenuèque existit, quale nimirū serosum illud quod urinam
vocant, quod ex venis & arteriis in vesicam defluit. Verum huius excremento nul-
lus certus à natura præscriptus meatus est. Expellitur tamē partim actum per ipsa
molliora corpora, quæ fluentis eius violentiæ cedunt, potissimum cum à spiritu ma-
iore impetu irruente impellitur: partim etiam per exiguos omnes corporeæ molis
meatus quos *σπόγγες* vocant, quorum non modò reliquū corpus uniuersum, sed etiam
tota cutis plena est. Ac cum tenuissimum quidem sit huiusmodi excrementum, fa-
cile sanè eiicitur, partim in speciem halitus ab insito calore solutum, & per transpi-
rationem vacuatum: partim violento motu confertim in aqua speciem erumpens.
Appellat autem medici quod ita excernitur sudorem: quod aliter erumpit, non
sudor, sed *ὑπερῶσις* & *ὑπερῶσις* & *δύσσις*, hoc est, mador à plerisque appellatur. Est au-
tem eiusmodi humoris excretio secundum naturam non minùs quam urinæ & alio-
rum excrementorum. Neque Diocli possum assentiri, qui subtiliùs de sudore disse-
rens, omnem præter naturam esse affirmabat, quòd indicium esset calidi innati mi-
nùs valentis, quod quantò valentius fuerit, tantò magis difflatio sensum fugiat,
quòdque omnibus quæ ad corpus pertinent rectè administratis, & alimento à na-
tura optimè concocto nullus unquā sensibilis humor per cutem excerneretur & spò-
te natura maneret, alia autem sudorum genera, quæ à balneis, sole aut exercitatio-
ne fiunt, à causis violentis originem habeant, sicut Galenus comment. in aphor. 15:
lib. 1. recitat. Sudoris ergo materia est humor tenuis & serosus alimento permixtus,
quò id faciliùs exiguas & capillarū modo tenues venas subeat, atque ab his in par-
tes quæ eo alij debent, sese insinuet: estque eiusdem prorsus cum urina generis, in eo
tantum ab illa differens, quòd urina quidem ad vesicam, hæc longius in corporis
habitum deferatur, magisque propterea concocta sit, quòd ad cutem usque peruene-
rit, permeatis omnibus quæ intersunt partibus magno calore præditis. Quò sit pla-
rumque ut si copiosior urina sit, exigua aut pene nulla sit sudoris materia: aut con-
trà si ea nequeat vel insensibili transpiratu vacuari, aut per poros confertim erumpe-
re, referatur in venas per quas in habitū corporis delata fuerat, & urinæ vim atq;
copiam maiorem efficiat. Ergò nò procedit à visceribus materia sudoris, nisi forte id
communi ea ratione fieri intelligatur, qua iecur omnium humorum, qui per corpus
ferantur, officina esse proditur. Cæterum causa sudoris efficiens calor est, non ille
quidem acris, qui siccati vim habeat, sed humidus, qui per habitum corporis diffu-
sus, sudorum materiam calefaciat, fundat, attenuet, cutemque simul emolliat & re-
laxet. Proinde pueris & adolescentibus & aliis in quibus multum est huiusmodi ca-
loris, sudores perfacile mouentur: siccioribus autem sine per atatem, sine per morbum,
ut hecticis & quibus iecur vel lien inaruit, nulli omnino fiunt, ut nec iis quibus ha-
bitus corporis refrigeratus est, veluti hydropicis. Hi namque propter huius caloris
imbecillitatem maximam sudare nullo modo possunt, etiam si uniuerso corpori hu-
mor abundè suppetat. Duabus ita sudorum causis etiam cutis raritas accedat oportet,
ut causa sine qua sudores erumpere non possunt: qui enim ente sunt de sa & du-
ra, inepti sunt ad sudandum. His ita definitis facte iam erit sudorum differentias
explicare. Petuntur ea à multis causis, variæque habentur pro hominum tempera-
turis & ætatibus, ambiente aère, ratione victus & corporum affectionibus. Qui se-

DEFINIT. MEDIC.

cundum naturam se habet sudor, particeps est saluginis & amaritudinis, atque, ut
 urina, modicè pallet. Cui hæc infra modum contigerint, vel materia frigiditas vel
 caloris natiui imbecillitas designatur, cui verò supra modum, contraria. Is calidus e-
 tiam sit oportet, quòd frigidus vel humoris frigiditatē vel caloris natiui extinctio-
 nē significet. Præterea verò alius aquosus est & sine ullo lentore, qualis benèvalen-
 tium ut plurimum est: alius autē viscosus vel à permissione viscosa cuiusdā mate-
 riæ cū fetoso humore, vel à resolutione proprii ultimiq; alimenti singularū partium,
 aut earūde colliquatione: cuiusmodi accidit tūm hecticis, tūm paulò ante mortē, qui
 Ἀλγδορνήος à medicis appellatur. Ad hæc alius multus, alius paucus est, ille quidem
 vel à copia & tenuitate humoris vel à facultatis retentricis imbecillitate, colliqua-
 to corporis habitu dissolutaque natura, vel à viribus robustis, ut qui per crises acci-
 dit & post balneum & modicam exercitationē: hic verò vel propter excrementum
 paucum, lentum, crassum, vel propter meatuum cōstipationem quam aut succi mul-
 ti, crassi, lentique, aut atrophia, refrigeratio, mollities, siccitas, & adstringētia indu-
 xerint, vel propter facultatis in carne expultricis infirmitatem: alius etiā mitis sua-
 uisque: alius acer fætidusque est pro materia qualitate quam natura sudoribus ex-
 cludit. Est & sudoris differentia propter loca ex quibus ille erumpit: alius namque
 ab uniuerso corpore dimanat, alius à certis quibusdam partibus, qui ex Hippocra-
 tis sententia, qua parte corporis sit, ibi morbum esse ostēdit. Verum præ cæteris spe-
 ctanda est ea sudoris differētia qua alius criticus, alius symptomaticus esse dicitur.
 Critici quidem duo maximè indicia Hippocr. lib. prognost. prodidit, unum quidem
 si die decretorio fiat, alterum verò si morbum perfectē tollat. Itaque quemadmodum
 idem aphor. 36. lib. 4. prodidit, sudores qui euenerint tertio, quinto, septimo, nono,
 undecimo, decimoquarto, decimosextimo, vigesimoprimo, vigesimosextimo, trige-
 simoprimo & trigesimoquarto die febris, boni sunt, quòd ū morbos iudicare soleant
 non omnes quidem sed præcipuè acutos, quorum terminus quadragesimus dies esse
 ptoditur. Longi namque morbi propter humoris à quo gignuntur frigiditatem atque
 crassitiem, tūm propter caloris natiui post tam longum temporis tractum imbecilli-
 tatem sudoribus iudicari non possunt. Quòd si præterea sudor morbum perfectē tol-
 lat, sic omnium optimus ille censetur. Cū morbum dico, singulas etiam cuiusque
 morbi accessiones intelligo, quæ sua tempora suasque crises habent non aliter quam
 totus ipse morbus. Id autem sudore præstari non potest, nisi is & calidus sit, & è to-
 to corpore erumpat, si modò morbum corporis esse uniuersi intelligamus, cū mor-
 bus qui partem tantum aliquam occupat, eiusdem partis sudatione leuari planè pos-
 sit atque in totum discuti. Sunt autem sudoris critici argumenta, sicut Galenus lib.
 3. de crisis ostendit, delirium crescente accessione, partium extimarum calor &
 robur, vapor quidam calidus per cutem erumpens qui antè non fuerat, tūm pulsus
 undosus & valdè mollis. Ex his iam facillè liquet quibus notis symptomaticus su-
 dor designetur: habet enim omnes critico aduersas. Itaque si criticus ille est qui fit
 die critico, posteaquā signa concoctionis visa iam fuerint, quique calidus & ab uni-
 uerso corpore prodiens agrum à morbo prorsus vindicat, censendus symptomaticus
 est qui ante diem decretorium & nondum visis signis concoctionis exit, legitimum
 tempus anteuertens propter humoris copiam & acrimoniam, quibus natura infe-
 stari atque irritari solet, vel ob imbecillitatem retentricis facultatis, quique non à

roto

toto corpore fertur, nec morbum leuiorem efficit, qui non tam idē quā iōdēos ab Hippocrate appellatur.

īōdēos est medicamēti compositio sic vocat̄ ἰσοχλω appellati. Ea autem varia fuit & à multis diuersimodē descripta, ut patet ex sequentibus.

īōdēos ἀρνόζου. Hęc descripta est à Pacchio Antiocho auditore Philenidis Catinensis, à quo non inuēta quidem dicitur sed precipuē usu illustrata. Vixit autem sub Tiberio Cesare, cui libello post mortem euulgato compositionem eam manifestauit, ex qua magnos questus fecerat. Habet autem illa, stacados, chamædryos, quæ herba similia quercus folia habet, agarici, medullæ cucurbitæ syluestris quam παλονουδιδα appellant, marrubij, singulorum drachmas decem, opopanacis, sagapeni, petroselini, terra mali, id est, aristolochiæ farmenaria, piperis albi, singulorū drachmas quinque, cinnamomi, spicæ nardi, myrrhæ folij sine troglodytidis, croci, singulorum drachmas quatuor. In unum omnia ponderata contunduntur & cribrantur. præterea opopanaces & sagapenum: hæc enim mortario teruntur adiecto melle tenui, id est, quā liquidissimo, deinde cæteris miscentur, quæ & ipsa recipere debent tantum mellis quantum satis erit ad cōprehendenda & continenda ea. Reponitur medicamentum in vase vitreo. Sic quidem describit eam Scribonius Largus ipsius Antiochi contemporaneus, nec differt à Paulo & Aetio, nisi quod hi omittunt marrubium quod ille addidit. Dicitur hæc à quibusdam īōdēος ἰσοχλω propter amaritudinem, à quibusdam ἰσοχλω ἀρνόζου, ut idem Scribonius auctor est, qui eam multis verbis commendat. Hanc tempore suo simpliciter īōdēος à medicis vocatam fuisse Galenus auctor est lib. 8. τῆς κ' τοῦ πέντος.

īōdēος ἀνδρομάχου. ea est hiera compositio quæ & īōdēος ἰσοχλω & īōdēος ἀνδρομάχου appellatur: de qua paulo post.

īōdēος ἀνδρομάχου. describitur à Galeno lib. 8. τῆς κ' τοῦ πέντος, citaturque ab eo ex libris Andromachi, qua ille ad stomachicos utebatur. Habet autem hæc, aloës drachmas quatuor, mastiches drachmas duas, asari drachmas quatuor, rosarum siccarum, iunci odorati, mei, pbi, casie, singulorum semunciam.

īōdēος ἀρχιγένους. refertur ad Archigenem. Cuius cum variæ ferantur compositiones, magis tamen placet quæ habetur apud Aetium. Recipit autem, ut ipse refert ex Archigene, medullæ colocynthidis uncias duas & dimidiā, chamædryos, agarici, marrubij, stacados, singulorum drachmas decem: opopanacis, sagapeni, singulorum unciam unam, petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, singulorū drachmas quinque, cinnamomi, spicæ nardi, myrrhæ troglodytidis, polij, croci, pulegij, singulorum drachmas quatuor. Excipiuntur melle despumato ad sordium crassitiem & vitreo vase reponuntur. Summa dosis drachmæ quatuor, vel, ut in aliis Archigenis exemplaribus animaduersum est, drachmæ tres cum mulsa, adiecto modico sale. Paulus quidem Aegineta eam compositionem describens cum Aetio numero simplicium medicamentorum consentit, trium pondera duntaxat variat. Sed Paulus manifestò mihi videtur errare, quod secundum eius descriptionem, hiera Archigenis eadem prorsus esset cum hiera Antiochi si ab illa solum poliū demas, à quo tamen palam est non desumi inter eas differentiam. Differunt enim tantum ab inuicem pondere purgantium medicamētorum, quod longè maius est in hiera Archigenis quā Antiochi, ut iis notum esse potest qui animaduertent quamobrem hæc

DEFINIT. MEDIC.

imbecillius, illa verò valentiùs purgat.

ἰσραὶ γαλιωῶ. ea est quam πικρὰν ἔστω δὲ ἀλγῆς ἰσραὶ appellans.

ἰσραὶ δὲ μὲν ἔστω. refertur à Gal. ex lib. *Andromachi*. Recipit, Aloës drach. cēta; mastiches, croci, nardi Indica, cinnamomi, carpobalsami, asari, singulorū unciā unā. Tunduntur ἔστω angustissimo cribro excernuntur, atq; arida, ut ne trāspirent, seruātur.

ἰσραὶ ἰσσω. describitur à Paulo ἔστω ab Aëtio, pari quidem simplicium numero (nisi quòd Paulus nihil piperis tūm albi tūm communis, nihilque casia adiicit) sed inaequali pondere epithymi. Hic enim pondus eius facit unciarum quatuor ἔστω dimidia: Paulus autem drachmarum duodecim, hoc est, unciā unius ἔστω dimidia. Est autem facillè commissus error in Aëtio à librario per incuriam verticem ἔστω à nimium attolenti, ut nontam ἔστω quàm ἔστω esse videretur. Itaque facillè Paulo assentior. Sic autem habet: Epithymi drachmā duodecim, marrubij, stacados, chamædryos, hellebori nigri corticis, scammonia, agarici, piperis albi, piperis communis, piperis longi, scyllæ tosta, singulorum drachmā sedecim. colocynthidos medulla, euphorbij, aloës, croci, gentianæ, petroselini seminis, ammoniaci thymiamatis, sagapeni, singulorum drach. VIII. opopanacis, polij, cinnamomi, casia, myrrha troglodytidis, spica nardi, iunci odorati floris, pulegij, singulorum drach. IIII. aristolochia longa ἔστω rotunda, singulorum drach. II. Excipiuntur melle despumato. Dosis est scrupulorum duorum aut triū, aut quatuor, aut drachmā unius ἔστω semis. Sic enim scribendum est apud Aëtium < α. ε. non autem < δ. ε. Nam quis ferat drach. IIII. ἔστω dimidiam, cum helleborus, scammonia, agaricum ἔστω colocynthidis sexta ferè pars sint totius medicamenti? Apud Oribasium habetur alia hiera Iusti descriptio in hūc modum: Colocynthidis interioris denarij 24. stacados, chamædryos, piperis albi, piperis nigri, agarici, veratri nigri, scammonia singulorū denarij 13. ammoniaci, thymi, croci, euphorbij singulorum denarij 8. myrrha denarij 4. scyllæ tosta denarij 16. aliqui addunt casia denarios 4. ἔστω spica nardi denarios 8. mellis quod satis est.

ἰσραὶ ἄλγῆς καλοῦσθαι δὲ εἰς. eadem est quæ ἔστω hiera. Antiochi.

ἰσραὶ πικρὰ. sic proprie dicitur quæ ex aloë paratur, quæ etiam ἔστω πικρὰ simplici-ter tempore Galeni appellata est. Eius triplicem fuisse cōpositionem Gal. docet lib. 8. ἔστω τὸ πικρὸν. Vna quidem fuit *Andromachi* ad hunc modum: floris iunci odorati, xylobalsami, mastiches, croci, nardi Indica, asari, cinnamomi, singulorum drach. VI. aloës lotæ drachmā centum, simul trita repone, præbe ieiunis cochlearia duo: alij vinum præbent cum aquæ frigida cyathis quatuor, aut calida. Altera verò fuit ad cētum drachmas aloës singulorum aliorum drach. VIII. admistis. Tertia fuit eorū qui in octoginta aloës drachmas, sex aliorum addunt. Sunt ἔστω alia quedam particula-res differentiæ: alij florem iunci odorati apponunt, alij sine eo conficiunt: alij ut *Andromachus* ipsam aloën lotam, alij illotam adiiciunt, prout magis minùsue purgare aut calefacere siccaréque est animus, scribit etiam Gal. lib. 2. ἔστω τὸ πικρὸν se quandoque picram ex nonaginta drachmis confecisse, nonnunquam etiam ἔστω modum croci una drachma minorem imposuisse.

ἰσραὶ λογαδία. hæc ad Logadiū nescio quæ refertur. Habetur eius descriptio, apud Aët. li. 3. c. III. Alia etiā habetur apud vulgus aromatariorū, multum ab ea differēs.

ἰσραὶ ζούφρα. hæc quoque diuersis modis describitur ab Oribasio, Paulo, Aëtio ἔστω Pharmacopolis nostris.

Sunt

Sunt & alia multa τῶν ἰσθῶν differentia quae tamen ad duas omnes referuntur, videlicet εἰς τὴν δι' ἀλῶν, vel εἰς τὴν διὰ καλοκωιδίδος. Sunt autem ambarum effectus varij: illa maxime ventriculo, haec capiti & uniuerso etiam corpori purgando conuenit. Quanquam & singula aliis etiam vsibus priuatim inseruiant.

ἱεραὶ νόσος. sacer morbus. Sic à veteribus dicta est ἡ ἰσθῶν, quò eius magnitudinem, ut ait Galenus, designaret: ἱερὸν enim apud antiquos significat magnitudinem. Verùm aliqui ἱεραὶ dici putauerunt quò diuinus esset morbus, & à diis in vindictam immitteretur, quos tamen Galenus reprehendit.

ἱερακίας ἡ

ἱερακίον. herba est caule subrubro, aspero, intus cauo, foliis per interualla rariusculè scissis per ambitum more sonchi, floribus luteis in oblongis capitulis. frequens est in pratis. Rustici cichoream luteam appellant à florum colore: haec quidem maior est hieracias. Est & minor, cauliculis viridibus & coloris herbacei quem intubum syluestre rustici vocant. dicitur ἱερακίας ἀπὸ τῶν ἱεραῶν, quò accipitres scalpendo eam, succoque oculos tingendo obscuritati visus medeantur. Succus ei candidus, valens ad oculorum epiphoras & caligines.

ἱερακίον καλλύειον. est collyrium ad obscurum visum & scabras affectiones, describitur apud Galenum lib. 4. τῶν καὶ τὸ πόνος.

ἱερακίτης. hieracites. Plinius in gemmis, Galenus & Paulus inter lapides numerant. Is alternat totus, miluini nigricans veluti plumis: sic dictus est ἀπὸ τῶν ἱεραῶν, est enim similis specie & colore accipitrum mollioribus pennis quae ipsis sunt in pectore. Dicitur dextro femori alligatus sistere sanguinem ex haemorrhoidibus manantē, eiusque rei se fecisse periculum Galenus testatur.

ἱερακίτης καλλύειον. Hieracis collyriū quod ad aspretudinem oculorum potest, & describitur à Cor. Celso. Sunt & alia praeterea quae describuntur à Galeno lib. 4. τῶν καὶ τὸ πόνος in eundem vsu, à quibus etiam differt aliud collyrium eiusdem nominis, cuius facit Plinius mentionem lib. 34. cap. 11. Est & eiusdem authoris pastillus apud Galenum lib. 5. τῶν καὶ πόνος.

ἱεραξ. accipiter. Est fasciae circumductio naso dicata, cuius tres differentias Galenus explicat lib. de fasciis, unam ex tribus, alteram ex binis fasciis, tertiā quam ad Menecratem authorē refert. Nomen videtur inditum quò huiusmodi fasciarum contextus accipitrem referat capistro suo obuelatum.

ἱερακίον κῦρον. cyphi sacrificulorum, quod videlicet illi diis adolebant.

ἱερακίον. verbenaca, sic dicta quò vsu habeat praecipuum in lustrationibus suspensa vel alligata. dicitur & πωδιστερον. Dioscorides cinnamalem à Romanis vocari author est, ab aliis crista gallinacea vel exupera dicitur.

ἱερακίον. γυναικίον. apud Hippocratem.

ἱερακίον. sic dictus est à quibusdam ὀκιστός, ut habetur apud Dioscoridem.

ἱερακίον. apud Hippocrat. lib. 2. de morbis mulierum significat τὸ γυναικὸς ἀδιδίον, hoc est, muliebri pudendum: apud Atticos aduerbium est significans idem quò ἱερός. Quae significatione usurpatum fuisse ab Hippocrate Erotianus annotauit, scribens aliquos eius vocis ignoratione in eius locum ἱερακίον substituisse.

ἱερακίον. icterus. morbus regius seu arquatus. Est effusio biliosi humoris in corpus uniuersum. Reddat enim bilis toto corpore, nec ulla omnino pars est in quam diffusa non

DEFINIT. MĒDIC.

fit, solis aliquando exceptis intestinis. Id quod contingit propter causarum diuersitatem à quibus icterus gignitur. Aliquando enim fit ab obstructione illius vesicæ quæ bilem excipit. Tunc autem bilis non patentibus illis meatibus per quos secerni atq; vacuari debet, regurgitat in iecur & venas, & sanguini permista effunditur in uniuersum habitū. Inde tota cutis flauescit aureo colore, sed in primis oculi, in quibus vitiosus color propter ingenitum illis candorem magis cōspicius est. Et quia destinatis à natura locis non potest excerni, maxima sui parte propellitur à natura in renes una cum urina, eamque colore suo inficit, & crassam impuramque reddit: è contratio autem intestina bile vacua sunt, & eorum excrementa candida, deiiciendi autem cupiditas nulla vel segnis admodum. Alia icteri species est quam nulla parit obstructio, sed vel calida & sicca totius corporis, maximèque hepatis intemperies, vel facultatis secreticis imbecillitas: illa quidem quòd multam bilem gignat toto corpore, hæc verò quòd genitam secernere à sanguine non possit. Ea hoc uno argumento maximè deprehenditur, quòd intestina & quæ in his cōtinētur excrementa multa bile, perinde atque reliquæ corporis partes, perfusa sint. Ad hanc speciem referri potest is icterus qui à venenatorum morsibus aut potu pharmacorum delecteriorum solet contingere, quique nascitur ab omni alio iecinoris vitio quo sanguis deprauatur, & flauus, vel porraceus, vel pallidus, vel plumbeus euadit, siue id inflammatio sit, siue durities, siue compositus ex utroque morbus. Tertia autem icteri species est, qui fit per morborum biliosorum crises. Natura enim aliquando bilem quæ morbum fecit ad cutem propellit, unde color biliosus uniuerso corpori inducitur. Cæterum quæ dicta sunt omnia, communia sunt tam flauo quàm nigro ictero: nisi quòd icterus niger non fit obstructione illius vesiculæ bilem continentis, sed lienis, quòdque in eo non flaua bilis, sed nigra effusa sit in corpus, & proinde color non flauus sed niger appareat. Ferunt hunc morbum icterum vocatum à mustela quæ in iis dicitur, quòd ea oculos aurei coloris habeat.

ἰμῆνερ. Ἀλαττέφφρ τὸν ὀφθαλμὸν. distorquere vel circumagere oculos, apud Hippocr. ἰμάμβων & κολλέου. describitur à Paulo, eoque ipse utitur ad oculorum ulcera lib. 3. cap. 22. vim habet leniendi & concoquendi, sed non est diutius eo utendum, quòd valdè narcoticum sit.

ἰμῆς. affectus est curculionis, cū longior, gracilior, sicciórque euaserit: talis enim loro non ineptè comparari potest. Differt ἀπὸ τοῦ κολύβου, quòd in hac curculio nō extenuatus sit, sed crassitiem ex fluxione maiorem ut plurimum adeptus. Prouenit, inquit Aëtius, cū ex suffitu nimium ignescit: tunc enim gracilescit & secundum omnem dimensionem comminuitur.

ἰμῶωδεῖου. ἀνδρὶ μιχῆου, hoc est, cum viro mistæ apud Hippocratem.

ἰνδύου. nomen collyrii, cuius descriptio habetur apud Aëtium lib. 7.

ἰνεία. euacuat, apud Hippocratem.

ἰνῆτου. euacuatur.

ἰνῆς. villi. fibræ. sunt fila quædam oblonga, gracilia, alba, solida, valida, omnis generis partibus inserta. Cum autem fibrarum multiplex sit differentia, præcipua tamen est quòd aliæ nervosæ sint & sentientes, aliæ prodeant à ligamentis in fila tenuissima diductis sensus expertes. Alia quoque à situ sumitur, à quo fibræ aliæ rectæ, aliæ transversæ, aliæ obliquæ dicuntur. Rectè vocantur quæ secundum corporis, cui in-

sunt,

sunt, longitudinem feruntur: transuersæ, quæ rectas interfecant ad angulos rectos æquales: obliquæ, quæ medio inter eas situ utraq; (si modò eidem parti insunt: nam sæpe unicum genus uni parti inest) interfecant ad angulos inæquales, unum acutum & alterum obtusum. Propria fibrarum actio est ipsarum in se contractio, quæ quidem pro vario fibrarum situ opus quoque variū exercet. Nam rectæ attrahunt, transuersæ expellunt, obliquæ retinent, præsertim aliis duobus fibrarum generibus adiutæ. Retentio enim firmissima est omnibus fibris simul contractis circa id quod continetur. Sic cor fibris, quæ sunt illi quàm musculis multò duriores & valētiores, rectis quidē per diastolen attrahit, trāsuersis per systolen expellit, omnibus simul cōtractis, sed præcipuè obliquis, quiescit & attractis fruitur. Musculis unū modò fibrarum genus inest, vel rectū, vel trāsuersum, vel obliquū, quòd singuli musculi motus singulos & simplices per se & primò edāt. Ad hæc musculorū fibræ sunt neruorū & ligamētorū partes: cordi autē, œsophago, vetriculo, intestinis, vesicæ utriq; & utero propria est & innata fibrarū species. Insunt autē fibræ omnibus partibus, animalibus, vitælibus & naturalibus, per quas singulæ muneribus suis defunguntur. Quinetiā cutis tota fibris multis à partiū subiectarū neruis prodeūtib; plena est, per quas cū partibus ipsis cōnectitur & sentit. Sanguini quoq; fibræ inesse, & ob earū frigiditatem ipsam coagulari Hippocrates & Aristoteles testantur, vel hoc argumento, quòd cui sanguini sunt hæc fibræ vel ademptæ, vel à natura negatæ, ut damis, ceruis & camelis, ille nunquam frigore possit concrecere. Ac quamuis hepatis carni, quæ sanguinis fons est, uti & pulmonum & lienis & renum, fibræ desunt, attamen ad trahendum, retinendum atque expellendum fibrarum vasis suis insertarum ministerio utitur. Et iis quidē pariter meninges, costasque succingens membrana & peritonæum, quæque ab iis nascuntur, carent, quæ tamen cum vicinis partibus vinculis partim fibrosis & neruosis, partim etiā membranosis alligantur. Aliud autem ab iis est fibrarum genus quæ velut capilli in renibus præcalidis ab humore crasso gigni solent, & per urinas excerni, de quibus scripsit Hippocr. aphor. 75. lib. 4. quæ tamen propter similitudinem fibrarum nomine donantur. Sic quidem se habent ius in homine. Trāsferitur autem hæc vox ad inanimata, ut herbas, in quarum foliis à tergo, non aliter quàm in hominis dorso, spina à reliquo folio veluti costa & puluinus eminet: diuisiones enim eas intersectionesq; Græci ius vocāt. Plinius aliquādo fibras, aliquādo neruos, aliquādo dorsum, aliquādo venas appellauit.

ἰνυθμός. euacuatio, apud Hippocr. ἰνυθμὸς ἵεναι quod vacuare & deplere significat, ex quo ἰνυθμῶσι ipsi Hippocr. est immodica vacuatio à medicamento purgante, & ἰνυθμῶσι Hesychius ἰνυθμῶσι interpretatur.

ἰνυθμῶσι. occiput. Est os cranij posterius, sutura τῆ λαμβδδδδῆ terminatum. Quinque videtur lateribus constare. Est autem valde inæquale: siquidem parte postica admodum crassum est, inferna qua musculos excipit aut emittit, asperum, tenue, solidū. Duæ illi sunt acutæ apophyses quæ in cavitates duas primæ vertebræ inseruntur. Intus quidem laue, minimèque asperum est: infernis autem partibus, & ubi non minimam capitis basis portionem constituit, valde asperum & inæquale, ut commodiùs inde ligamenta & muscoli nascerentur, quibus caput collūmque vel extenderetur, vel flecteretur. Sic quidem medici anatomes periti ἰνυθμῶσι describunt. Verum à quibusdam grammaticis ἰνυθμῶσι definitur tendo ceruicis, quò concidente ad inferiora &

DEFINIT. MEDIC.

contracto ad humeros ιδιοῦσαι, hoc est, incuruari dicitur qui id patitur. Pluribusque placet inior sic dictum esse, εἰς τὸν ἰνῶδης εἶναι, quod Græcis inus nervi dicantur à capite in collum descendentes, quos alij τένοντες vocant. Homeri interpretes explicans hunc versum Iliados i.

βεβλῦκε καφάλης κατὰ ἰνῶν ὀξείῃ δουεί.

Scribit ita dici εἰς κοῖλον τῶ τένοντος, ἢ εἰς τὸν ἰνῶδης εἶναι, ἢ πάλαι τὴν καὶ παχὺν ἰνῶρον εἰ καὶ δῆ-
κομ ἀπὸ τῆ καφάλης ὡδὶ τὸν ἀώχεναι.

ἰξάλη. εἰς ἄρμα, pellis, apud Hippocratem lib. de fract. siue ea capra tantum, siue alterius animalis intelligatur.

ἰξλα. varices. sic dicuntur ab Aristotele οἱ κερσοί. sunt tamen qui differre putet, vocantes κερσούς venas omnes dilatatas in quacumque corporis parte: ἰξλας verò eas modò quæ in cruribus habentur, cuius tamen differentie nullam fidem faciunt.

ἰξλας. dicitur chamaleo, ut patet ex Scribonio Largo, ubi de venenis agit, similiter ex Hesychio. Verum non omnis chamaleo est, sed qui viscum fert, cuiusmodi habetur qui in Creta provenit, quem Theophrastus lachrymam reddere scripto testatus est. Dioscorides autem ad radices eius profundi viscum quibusdam in locis affirmat, quo mulieres utantur pro mastiche. Itaque non omnis chamaleo, sed qui viscum remittit, ἰξλας dicitur. Quod discrimen intelligens Nicander, cum in Alexipharmacis vλοphoni veneni quod omnium consensu chamaleo censetur, meminit, adiecta nota οὐλόφονομ ἰξίον, quasi viscosum dixit, quod idem erat atque ἰξλα dicere. Non est igitur idem chamaleo & ἰξλας: hoc speciei, illud generis rationem habet. Ac cum chamaleonem veteres in duo genera distinxerint, album & nigrum, & videatur Dioscorides ἰξλας speciem albi facere (quod tamen mirum est, cum album bibi posse constet, ἰξλας verò longè perniciosissimum esse venenum) attamen patet ex eorum dictis chamaleonem ixiam, multum esse differentis nature à chamaleone viscum non ferente. Nam qui viscum non fert, si albus quidem est, non est venenatus, quod Dioscorides, Galenus & Plinius eum propinent aduersus interaneorum animalia, hydropas & dysuriam: si verò niger est, venenatam quidem & lathiferam radicem habeat, authore Galeno, qui propterea suadet tantum ea foris utendum esse aduersus scabiem, impetiginem & vitiliginem, sed longè variis ab ixia modis nocentem, multumque diuersa symptomata inuehentem, & notas similiter differetes, & alia quoque remedia poscentem: testis Paulus Aegineta, qui seorsum de ixia de que chamaleone scripsit, quod differant tum symptomatis, tum curatione. Ex eo enim iudicari potest Dioscor. in proæmio libri sexti, venena in suas quæque classes digerentem, nõ temere chamaleonem & ixiam inter radices separatim recensuisse. Cæterum dicitur ἰξλας ἀπὸ τῆ ἰξῆ, hoc est, à visco, quasi viscaria planta. Namque visco redundat tam tenaci & pernicioso, ut non nisi interaneorum conglutinatum interitum adferre videatur. Nam, ut cecinit Nicander in Alexipharmacis,

—stupet attonitus qui viscum exhaustit, & ambo

In cæco obstructi conniuent ventre meatus

Potus atque cibi, flatus vbi carcere clausi

Dant strepitum, & circum spatiis voluuntur iniquis:

Horrisono veluti cælum tonat omne fragore,

Aut celeres duris illifæ rupibus vnda

Clamorem

Glamorem attollunt inter caua saxa, fremuntque.

Quo quidem in carmine ἰξίω viscum latine reddidimus Plinium sequuti: sic enim ab eo multis in locis dicitur, qui è Græcis authoribus omnia ferè conuertens, ad viscum remedia attulit quæ Græci omnes aduersus ixiam. Nec tamen visci nomine apud eum intelligi debet id quod aucupes, in captandis auibus usurpant, sed quod veteres ἰξίω vocasse diximus. Siquidem viscum illud aucupatorium ut nemo inter venena numerauit, sic nullus est qui ixiam non scripserit venenum esse. Attamen magna vtriusque similitudine effectum est, ut Plinius ἰξίω viscum redderet. Nam sicuti viscum cuiusque rei cui hæserit tenax est, ita si deuoretur ἰξίω, omnia glutinat interanea, omnesque cõtrahit & colligat excrementorum exitus. Miror tamen Plinium maluisse viscum quàm ixiam dicere, cum nec ipse à Græcis vocibus tan-to-perè adhorreat, nec Scribonius Largus eo antiquior libris suis ixie nomen insere-re dubitarit.

ἰξίς. dictio est Hippocratis propria. significat autem magna ex parte διδουεῖω, id est, re-ctum tramitem, ut annotauit Gal. interdum verò φασγάνη, id est, lationem καὶ ἀφ᾽ ἑξῆς. Verùm rectitudo ipsa, inquit Gal. comment. 3. in lib. de fracturis, non per longitudi-nem modò corporis, sed per latitudinem etiam intelligitur, ut quæ nõ aliud sit quàm directio quadam meatuum per quos humorum deductiones commodè fieri possunt. Eos autem non unius generis natura fecit, sed multiformes, alios secundum longitu-dinem, alios secundum latitudinem corporis, alios verò ab anterioribus ad posteri-ora tendentes.

ἰξίω

ἰξίς. lumbi, ilia. Sed tamen de huius nominis significatione ambigitur, alij, ut ait Gal. intellexerunt τὰ ἰξί λαγόνω ὀσά: alij verò δὲ ὑπεράνω αὐτῶν, hoc est, partem eis supe-riorè. Galenus verò in eius nominis explicatione dubius est. Nam ex Homero qui-dem scribit videri sibi eam partem designari quæ inter thoracis & ilium ossa me-dia est, ex Hippocrate verò in lib. de fracturis, eo nomine ipsa ilium ossa intelligi.

ἰώ. latè patet hoc nomen, de quæ multis floribus dicitur: significat sæpè violam non om-nem quidem, sed præsertim nigram & purpuream, ad hæc flores omnes lasminos, calathianam, & quæ Græci φλόγα, Plinius flammeam vocat, pluresque alios, qui figura, quantitate, foliorum positura, aliæque eiuscemodi ratione aliqua propriè di-ctis violis similes sunt.

ἰώδος. varus. Est tumor paruus & durus in faciei cute: gignitur ex crasso succo, nullius ferosæ tenuitatis particeps: eam ob rem pruriginosus non est, neque ad scapendum inuitat. Ex iis quæ scribuntur à Paulo lib. 3. cap. 25. apparet duplex esse vari genus, unum durio-rem & veluti callosum, alterum verò minus durum. Aëtius scribit ἰώδωρ alio nomine ἀνίω vocari.

ἰός. rubigo cuiusque metalli, ut apud Dioscoridè ἰός σιδῆρος, rubigo ferri, ferrugo Plinio.

ἰός. ærugo siue æruca. Est succus concretus ex liquore cum æris metallo misto: Duplex autem ærugo est, natiua & factitia. Natiuam Dioscoridès scribit in metallis æra-riis gigni duobus modis. Aut enim ex lapidibus quibusdam nonnihil æris habenti-bus efflorescit & abraditur (ex quo ἰώρ ἕσωρ, id est, æruginem rasilem Græci appel-lant) pauca quidem illa, sed optima: aut ex specu quodam destillat per caniculæ ar-dores, copiosa & grati coloris sed vitiosa, quòd lapides multos collegerit. Est & ter-

B iiij

DEFINIT. MEDIC.

ria nativæ æruginis differentia, fossilis videlicet, quam à similitudine vermium
 σκωλικῶν Græci, hoc est, vermicularem, quod in vermiculorum speciem se contra-
 hat, appellant, quam Dioscorides in medicina cæteris prætulit. Factitia autē æru-
 ginis tria similiter genera sunt: aut enim abruditur ab ære, quæ ἰός ξυδός vocatur, idq;
 pluribus modis quos describit Dioscorides: aut in vermes formatur, eodem quo ille
 etiam recenset modo: aut in mortatio æreo efficitur veteri ex urina, quã aliqui chry-
 socollam ab effectu nuncupant, quod aurifices ea sola aurum cum auro cõglutinent.
 Ærugini suus est color in ceruleo subcãdidus, sapor acris, facultas adurens, digerēs,
 liquans non teneram modò, sed etiam duram carnem. Carnem superexcrecentem
 minuit, erodit, siccatur & adstringit, eaque omnia vehemētissime agit non vsta, mi-
 tius autem si uratur. Ad emplastra convenit maxime, in aceto quam acerrimo die-
 bus plusculis macerata & postea in lævorem redacta.

Cæterum ἀπὸ τῆς ἰού fit ἰώδης, id est, æruginosus quo nomine medici speciẽ unã bi-
 lis acerrimæ, erodentis & malignissimæ designant, quam Galenus mediam statuit
 inter biliosum humorem & atrum, & fieri cum flava bilis supra modum exassatur,
 nondum tamen in atram conversa est. Eius inditium est viridis color, sicut niger vel
 atra bilis vel sanguinis aliquo in loco perusti. Eam ipse Galenus specie talẽ esse pro-
 didit, ac si quis optimam æruginem aqua perfunderet ad defruti crassitiem.

ἰούδιον χερε. saccharum violaceum, apud Actuarium.

ἰουδαϊκὸς λίθος. Judaicus lapis. Est lapis glandis effigie, candidus, scita admodum confi-
 guratione, à cuius obtusiore parte ad acutiorem procedunt eminentes lineæ aequali-
 ter inter se distantes, quasi de industria detornatæ. Sic dictus est quia in Iudæa na-
 scitur, qua de causa etiam Syriacus vocatur ab Aëtio. Idem à similitudine κοινι-
 τῆς dictus est. Ab effectu autem πικρὸς λίθος atque διέροισ, quia comminuat calculos,
 atque per urinam faciliẽ effluat.

ἰουδαϊκὸν ἐμπλάστος. emplastrum est quo nomine observavi duo vocari: unum cuius men-
 tionem facit Cor. Celsus lib. 5. cap. 19. quod dicit fracto capiti adcommodatum esse:
 alterum quod describitur ab Aëtio lib. 15. repurgans carnemque gignens.

ἰούλης. iulus. Id dicitur quod in auellana nuce corylõne compactili callo racematim co-
 hæret, & veluti prælongus vermis singulari pediculo pensile nititur.

Dicuntur etiã ἰούλι, ut scribit Rufus, αἱ παρὰ τοῦ κροτάφου τῆν τελευτὴν ἐκφύσεις,
 quanquam non eos modò pilos, sed qui in mento etiam lanuginis instar primi erum-
 punt eo nomine plerique intelligant.

ἴπος. ἢ πέσις, apud Hippocratem ἐν τῷ μωλικῷ.

ἰπικὴ. quibusdam placet radicem esse plantæ cuiusdam, cuius esu fames sitisque fede-
 tur. Ruellius contendit non radicem aut herbam, sed equinum caseum ea voce desi-
 gnari, quam tamen ἰπικὴν quidam scribunt.

ἰππολάδιον. frutex est qui alio nomine laurus Alexandrīna aut Idæa dicitur.

ἰππολάσιον. frutex est parvus, folia habens figura myrti sylvestris & gracilioris, coma
 spinosa, & in iis ceu ligulas, folio parvo de foliis exeunte.

ἰππολάσιον. species est rumicis, foliis valdè magnis in hortis nascens.

ἰππομαστόν. frutex est alio nomine ἀπὸ κωσῶν & κωσικὸν dictus, equis præsertim, si eo
 vescantur, lethalis, de quo Theocritus ἐν τῷ φαρμακίδι τελεῖα ita cecinit:

ἰππομαστόν φυτόν ἐστι παρ' Ἀρηγῶσι. τῷ δ' ἰδίῳ πᾶσι

...
 Sunt vero qui existimant virus quoque desinens ab equarum inguinibus, quo tempore amoris insaniam concitantur, eo nomine vocari. quæ quidem fuit Virgilij sententia lib. 3. Georg.

Hinc demum hippomanes, vero quod nomine dicuntur.

Pastores, lentum distillat ab inguine virus.

Alij vero intelligunt non eum modò, quem equæ amore furentes emittunt e genitalibus locis humoris, sicut scripsit Aristoteles lib. 6. cap. 18. de histor. animal. sed aliquid etiam quod narratur fronti nascentis pulli inherere, mixtus carica parva, specie latiusculum, orbiculatum, nigrum, quod equæ postea perlambentes abstergentesque abrodunt. Id carunculam esse quidam scripserunt, nullius quidem in medicina usus, ad incantamenta autem & amatoria expetitam.

ἰσσομαίρη θεορ. feniculum sylvestre, sativo gradius, semen ferens ut canchry, radice odorata. Constat à magnitudine sic appellatum esse.

ἰσσορ. est oculorum affectio, sed insira & naturalis, per quam nunquã illi conquiescunt, sed tremule subinde nictant, semper instabiles. hanc oculorum affectionem Galen. comment. 1. èς τὸ πρῶτον σινὲρ comparat stridori dentium naturali & cogenito, patetque ex eo non esse morbum, præsertim cum nemo medicorum eius meminerit.

ἰσσοσίλιον. olus atrum. Est apium multo maius hortensi apio cum caule tum foliis. Natura illi myrrhæ similis est, ideòque à quibusdam *κρίνον* dictum est.

ἰσσοweis. equisetum. herba est cui cauliculi inanes, geniculati in se fracti, rubescentes, scabri, & iuxta circa eos folia, crebra, exilia. Attollitur in sublime, vicinos arborum caudices scandens, obuolutumque dependet, comis multis nigris, ut equorum cauda, à qua similitudine caudam equinam vulgò appellant. Radicem habet lignosam & duram. Altera *ἰσσοweis* est caule recto, cubitali, inani, comis per internalla brevioribus, candidioribus & mollioribus. Adstringit, & valenter sineque morsu desiccatur.

ἰσσοφάδ. frutex est quo utuntur fullones concinnandis vestibus: dicitur alio nomine *ἰσσοφύς* atque *ἰσσοφάδ.* Vocatum est etiam à quibusdam eo nomine & *ἰσσοφάσσηρ.*

Romani lappaginem & lappalam dixerunt.

ἰσσοφείδ. sic dicitur *ἰσσοφύς*: præterea carduus & *ἰσσοφύς*, ut annotat Galenus in *τῶν ἁλωαῖς.*

ἰσσοφίη. nomen est malagmatis cuius Philagrius author perhibetur. Descriptio habetur apud Aëtium lib. 12.

ἰεῖς. dicitur circulus pupillam ambiens, inter eam & album oculi medius, quo uniuersa oculi tunica inter se committuntur. Inditum nomen ab arcus cœlestis similitudine. dicitur aliter *σεφάνη* καὶ *σεφάσηρ.* vide *σεφάνη.* Huius partes quæ pupillæ proxima sunt nigra, *πασαῖ* dicuntur. Circulus verò qui candido proximus est, *ἀλγος.*

ἰεῖς. nomen est pastilli croco, myrrhæ & alumine constantis, ut refert Aëtius ex Herodoto lib. 5. cap. 129.

ἰεῖς ἄρηθ. dicitur à quibusdam & *ἀρόνιον*, ut scribit Aëtius lib. 13. cap. de aconito.

ἰσάλλω, διφδέρας, δέγμα. id est, pellem capræ & corium, apud Hippocratem.

ἰσάνης. glastum. herba est fruticosa, duum ferè cubitorum & ampliolem caulem gerens. folia plantagini similia, sed pinguiora nigrioraque. Verum ea quidem *ἰσάνης* sativa est, qua infectores lanarum utuntur, ut cœruleum inducant colorem. Sylvestris non

DEFINIT. MEDIC.

multum ab ea dissimilis est, sed folia habet maiora lactucaceis, caules tenuiores, multifidos, quadratenus rubentes, e quorum cacuminibus folliculi numerosi, lingue speciem representantes dependent, in quibus semen: flore præterea gracili, luteo. Ambæ vires easdem habent. Illita folia tumores omnes discutiunt, cruenta vulnera glutinant, sanguinis profusiva sistunt, ignem sacrum, phagedanas, putrescentia ulcera & quæ serpunt, sanant. Galli guadium vel gualdum appellant.

ἰσὶν ὄσσι, ἰσὶν ὄσοντι, μεσὶ λικῆς ὄσσι, hoc est, æquales & mediæ atati apud Hippocr.

ἰσθμῶς, ὁ μεταξὺ τῶ σθμῶτος τε καὶ τῶ σθμῶτος μείον, ut ait Galenus, hoc est, pars inter os & gulam mediæ. Sic autem dicta est per metaphoram, quod isthmus, proprie significet angustum quendam terræ tractum inter duo maria. Idem in lib. de musculorum dissectione ἰσθμῶν vocari dicit præuium quendam locum, gulæ gutturique communem, in quem utriusque osculum ascendit, nominisque rationem assignat, quod is angustus oblongusque sit. Sic idem erunt ἰσθμῶς καὶ ἡ φάρυγξ, quam Galen. interpretatur τὴν περικλυτὴν διεσχυραὶ σθμῶτος τε καὶ λαρυγγος.

ἰσικος, isicium. Est edulij genus ex carne diligenter intrita & minutissimè incisa, quod nunc per se, nunc reticulo aut omènto circumdatum, aliis etiam iunctis rebus & aromatibus aliquando, in sartagine cum adipe aut oleo bulyròne frigebatur: fiebat ex diuersa materia, sicut Apicius docet lib. 2. cap. 1. Verùm ægrè id genus carnis concoquitur, quod sua leuitate fluitet in ventriculo, ut habetur apud Alex. Aphrodis. probl. 22. lib. 1. Author est Macrob. lib. 7. Saturnal. isicium dici, quod ab infectione insicium dictum erat: amissione enim literæ, postea quod nunc habet nomen obtinuisse. Gaza tamen apud Alex. insicium vertit. Videntur autem & Græci ex latino nomine suum fecisse.

ἰσίου, herba est, sed quæ sit incertum est, nisi quod Aëtius lib. 12. capite de medicamentis purgantibus ad arthritidem interpretatur ἰσίου chamaleona nigrum.

ἰσῖς, est emplastrum ad cruenta vulnera efficacè, præsertim capitis, ad glutinandum, carnem inducendum, purgandum, & reliqua multa, ut habetur apud Aëtium lib. 15. quo loco descriptionem eius habet, & dicit à quibusdam referri ad Hermonem sacerdotem, & appellari Hermonis viride. Habetur & apud Scribonium Largum cap. 206. (sed viride Glyconis nominat) diuersa quidem ratione compositum quam sit ab Aëtio & Paulo, sed magna ex parte iisdem medicamentis constans. Est & ἰσῖς alterum emplastrum quod Epigono inscribitur apud Aëtium eodem loco. Est igitur huius nominis emplastrum triplex, ἰσῖς γλυκυφῶς, ἰσῖς ἑρμῶνος, ἰσῖς ἰδιόγῶς.

ἰσικα, sunt spongiosa quedam corpora in quercubus & corylis nascentia, quibus escharotica vis inest, & utuntur barbari vice cauterij. Author Paulus lib. 6. cap. 49.

ἰσὸδίου, est collyrium διασπυρίον ad multa utile, cuius variæ reperiuntur descriptiones: una habetur apud Aëtium lib. 7. qui ipsum alio nomine ἰσὸδίου scribit appellari: altera apud Paulum lib. 7. multum & materia & ponderibus differens ab ea quæ Aëtij est, quam ipse μαλαβάθειον appellat, propterea quod malabathri portionem recipiat.

Est & ἰσὸδεῖον antidoti nomen quæ describitur apud Galenum lib. 7. τῆν κῆ τῆν πους ex Andromacho.

Est & ἰσὸδεῖον nomen τῆ βιχλῆ φαρμάκῃ, cuius descriptio est apud Aët. lib. 8.

Est etiam ἰσὸδεῖος nomen τῆ νικολικῆς ἀνιδότου, quæ ad Nicostратum refertur, & describitur

describitur ab Aëtio cap. πδδ' ἀνελδοτέρων ἀναδυώων κωλικῶν.

Est & ἰσόδιον unguentum ἰχλαδικόν, hoc est, ad coxendicis dolorem efficax. descriptio habetur apud Aëtium lib. 12. cap. 5.

ἰσόπυρον. est herba in cuius summo cacumine capitula sunt tenuia, plena seminis exigui; quæ gustu melanthium sapiūt, folia velut anisi: aliqui vocant φασιόλαρον, quoniam in summo caule folium eius in modum pampinorum phasioli torquetur. Spissandi & cohibendi naturam habet, valétque in primis ad vitia pectoris.

ἰσός. genere neutro. herba est cuius Theophrastus duo genera describit, unum nigrum, flore & fructu nigro, alterum candidum, iisdem scilicet cādidiis: quanquam & medio, inquit, colore fructus quandoque cernuntur, & flores in purpuram inclinantes, virgis & folio tenuioribus atque lenioribus. Itaque tria eius genera rectè constitui possunt: an sit idem cum τῷ ἰσίῳ, non satis animaduersum est.

ἰσόσαθμος. est nomen τῆς Βηχικῆς φαρμάκου, cuius descriptio est apud Aëtium lib. 8.

ἰσόφωτον. vide ἰσόδιον.

ἰσόχυσον. collyrij nomen, quasi dicas auro compar, ad multas oculorum affectiones. describitur à Galeno lib. 4. τῆν κ' τὸ πους.

ἰσοεία. est ἡ τῆν πεπεραμνίῳ πολλάκις κατὰ ταυτὰ διύκσις, hoc est, eorum quæ sæpius iisdem de rebus experta sunt enarratio, ut ait Galenus in libello de optima secta. Est autem vocabulum Empiricæ sectæ proprium, de quo vide in dictione ἐμπειρία.

ἰχαιμορ. medicamentum sanguinem sistens, paulò diuersum est ἀπὸ τῆς ἰχαιμῶν: hoc enim non sanguinem modò supprimit, sed & inflammationem arcet: illud verò rationem tantum habet sistendi sanguinis. Huius cum aliquot formulæ descriptæ sint apud Galenum lib. 5. τῆν κ' χ'ν, omnes constare reperias vrentibus crustamque inducentibus medicamentis.

ἰχαιμῶν. herbae nomen est milio similis, per terram serpentis, foliis asperis & lanuginosis, supprimit sanguinem undecunque ruentem, unde & nomen habet: aliqui milium agreste putant nominari.

ἰχλαίαι. ἰχλαί, hoc est, tenues, apud Hippocr. similiter ἰχλαίον, tenue.

ἰχός. carica, proprie dicitur ficus arida, quamuis aliquādo ἰχόςας tùm recentes, tùm veteres dici inuenias.

ἰχός etiam alio nomine dicitur à quibusdā ἡ ἄμος herba, propterea quòd radicis suæ extremū in ficus effigiē turbinatū habeat: dicitur & alio nomine ἀγροειάφαιος.

ἰχάρ. συλλαβάνην. apud Hippocratem.

ἰχάσις. est arthritidis coxendicis, nomen habet à parte læsa. Os enim quod femoris caput excipit, ἰχάσιον, id est, coxa appellatur. Species est arthritidis coxæ articulum occupantis. Antecedit & quasi auspiciatur hoc malum aliquando quidem vicinorum musculorum dolor & maximè lumborum: aliquando verò ab ipsa iunctura initium fit affectionis. Iam verò quandoque etiam contingit ut vertebri dolore ferè sublato, circa poplitem solum afflictio hæreat, aliis autem iuxta talum, quibusdam verò totum crus equaliter dolore affligitur, multis item circa inguina dolor figitur, & tùm quidem vesica ipsa molestiam trāssumens, urinæ difficultatem inducit, & tunc maximè totum crus à coxendicibus vsque ad calcaneum dolorem perfert, & non solum si ipsum crus moueatur conuulsiones infert, verùm etiam si aliqua alia corporis pars agitetur. Rarò tumor inest conspicuus, rariùs calor aut rubor, quòd malum intimas

DEFINIT. MEDIC.

articuli partes occupet. Generant hanc affectionem multa cruditates, venus immodica, deambulationes concitatiores, hæmorrhoides suppressæ, vomendi consuetudo intermissa, & purgationes menstruæ aut aliæ familiares excretiones impeditæ, neglectæque solitæ exercitationes.

ἰχίον. aliquando significat ligamentum ipsum quo femur coxendicis acetabulo colligatur, ut scribit Pollux: interdum verò ipsum articulum. Sed & ἰχία dicuntur à quibusdam partes carnosæ ex utroque sacri ossis latere, quæ & σάκκια à Græcis, à Latinis clunes, ut arbitror, appellantur.

ἰχίου ὀστέον. os coxendicis. Est apophysis ossis sacri, ad coxendicis acetabulum undique pertinens. Habet enim os sacrum, ut scribit Galenus, tres ἀρθρώσεις τεκτάς, hanc quæ τῆν ἰχίον, aliam quæ τῆν λαχίον, tertiam quæ τὸ ἕβης dicitur: Rufus tamen totum illud os ἰχίου vocat, fortè à primaria ischiæ actione. Nec tamen dubium est os sacrum diuersis sui partibus diuersa etiam sortitum esse nomina. Ea quidem parte qua femoris caput ei inseritur, ἰχίου vocatum est. Id quod Homerus etiam testatur Iliad. 6. hoc versu:

τῷ βάλλον αἰνέω κατ' ἰχίον, ἔνθα τε μῆρος
ἰχίω ἐνστέφεται, κοτύλλω δὲ τε μὲν καλεῖουσιν.

Quo loco interpres ait, ἰχίον τὸ ἔσθ' πλὴν ὀστέον, εἰς δ' ἐκλήθει τὸ ἰδὸν ὀστέον. Suidas autem scribit, ἰχίον τὸ κούλον τῆς γαστῆρος, ἐν ᾧ ἡ κοτύλη στέφεται. De homine tantum dicitur auctore Aristotele lib. 4. cap. 10. de hist. animal. ubi habet: ἰχία δ' ἔχει τῆν περὶ τὰ ὀστέον οὐδὲν. unde etiam nomen inditum creditur, παρὰ δ' ἰχίον καλεῖσθαι, quòd sedentes sustineat. Iulius Pollux appellat ἰχία carnosas post lumbos utrinque eminentias, his verbis: ἰχία μὲν ἔστιν αἰ ἐκείνων μὲν πλὴν ὀστέον σαρκώδεις προβολαί. Idem pro nervo interpretatur, scribens: καλεῖται δὲ καὶ τὸ ἰδὸν τὸ ἰχίον πλὴν κοτύλλω πρὸς τὸν μῆρον, ἰχίον, ὁμοῦνυμον δὲ ἔστιν αὐτῷ καὶ τὸ ἄρθρον.

ἰχίος. gracilis. qui longo & tenui corpore est, & minimè carnosus. Talis autem est vel naturâ, vel præter naturam. Qui naturâ eiusmodi est, calido omnino siccoque temperamento est, latus habet venas in quibus copia sanguinis est: qui verò non est talis naturâ, is gracilitatem ex longa aliqua consuetudine contraxit, ut multa tolerantia, curis, vigiliis, exercitationibus, vacationibus & tenui victu, manent tamen in eo venæ angustæ, nativi habitus indices.

ἰχίος σφυγμός. gracilis pulsus. Sic dicitur qui fit secundum solam arteriæ longitudinem, cum nulla manifesta latitudine & profunditate. Huic contrarius est pulsus ἀδύος, cui latitudo & profunditas magna sunt. Causa pulsus gracilis est arteriæ siccitas & consumptio carnis circumstantis.

ἰχιοφωνία. hæsitantia linguæ. Est vitium pronüciationis quo syllaba syllabæ citò copulari non potest. Sic quidem Aristoteles in problematis interpretatur, docēs quomodo ἀπὸ τῆς ἰσχυρότητος & τῆς ἀλλοπίουτος differat. Potest tamen & vitium vocis eo nomine intelligi nimium gracilis. Siquidem Gal. comment. 2. in lib. 1. τὸ ἐπισημῶν scribit εἶναι ἰχιοφώνως fieri ob vitium congenitum musculorum qui laryngem mouet, eaque in te differre ἀπὸ τῆς λεπιοφώνως, quòd hi tales propter angustiam asperæ arteriæ & laryngis euadant: utrosque tamen huiusmodi esse à prima conformatione ob imbecillitatem innati caloris: ut autem ἰχιοφώνως fiunt propter vitiosam ab initio conformationem musculorum laryngem mouentium, sic οἱ τραχέες ἀ vitio & nimia asperitate instru-

instrumentorum vocalium euadunt $\tau\epsilon\alpha\chi\upsilon\phi\omega\tau\omicron\iota$.

$\iota\omicron\delta\mu\epsilon\iota\alpha$. contenta. Dicuntur ab Hippocrate, sect. 8. lib. 6. $\tau\epsilon\tau\epsilon\mu\mu\omega\mu$, humores in solidarum partium (quæ ab eodem $\iota\omicron\delta\mu\epsilon\iota\alpha$ vocantur) spatiis & cavitatibus conclusi: qui tamen non hac tantum ratione contineri dicuntur, sed quod etiam ab ipsis solidis partibus regantur & gubernentur. Quod enim in gignantur, quodque visibus corporis inseruiant, id habent à solidis partibus.

$\iota\omicron\delta\mu\epsilon\iota\alpha$. continentia. Verbum est Hippocratis sect. 8. lib. 6. $\tau\epsilon\tau\epsilon\mu\mu$. quo significat in primis corpus solidum cordis, arteriarum, & aliarum partium similiter cauarum & aliquid suo in sinu cõcludentium. Sic autem solidas partes vocauit, quod sint totius naturæ & eorum quæ $\iota\omicron\delta\mu\epsilon\iota\alpha$ $\tau\epsilon\tau\epsilon\mu\mu$ appellat, bases, radices & fundamenta. Nam in ipsis singulis substantia inest triplex, verè solida, & ipsam ambiens, muniens, fouensque carnosæ, & per utramque sparsa spirituosæ, in quarum trium substantiarum, & maximè in solidæ quantitate idonea, & iusta qualitate seu temperamento, vitæ primùm robur & firmitas residet. Hæc ob id omnium maximè continet ac regit reliquas duas, & huius præcipuè beneficio corpora solida dicuntur $\iota\omicron\delta\mu\epsilon\iota\alpha$ ab Hippocrate, à quibus singularum partium actiones proficiscuntur. Nam ventriculi solidum corpus trahit, retinet, coquit, expellit, calore suo & spiritu adiutum. Eadem hepatis solidum corpus præstat, suis duabus aliis substantiis similiter adiutum. Pari ratione & reliquæ partes. Ex quibus fit ut Hippocrates optimo iure corpora solida continentia vocauerit, non aliter quàm facem vini, vinosam & spirituosam eius substantiam fouere & continere videmus. Neque enim continere tantum significat loco aliquo & spatio concludere, sed etiam regere, moderari & gubernare, quo modo & præceptor discipulos, & imperator milites cõtinere dicitur.

$\iota\omicron\delta\mu\epsilon\iota\alpha$. est urina in vesica suppressio. Morbus est vesicæ proprius, cuius causæ geminæ statuuntur, una quidem imbecillitas vesicæ non potentis urinam per contractionem foras excernere, nata vel ex intemperie, vel morbo organico, vel solutione continui, vel neglecta meiendi occasione, ut urgentibus negotiis, aut in concionibus aut senatu, aut foro aut conuiuio, indeque velut euerfa expultrice ob copiam urinæ immodicam, aut meatu ita cõniente, ut nihil per eum exire possit. Repleta enim tensaque vesica, quantum ipsa distenditur, tanto meatus eius arctior angustiorque euadit: altera verò, angustia & cõnientia meatus urinarij collique vesicæ vel obstructi à grumo, pure crasso, lapide, topho, tuberculo meatui innato, vel clausi ob tumorem præter naturam, ut phlegmonem, scirrhum, aut alium aliquem mole sua meatum opprimentem, vel multam siccitatem à febribus ardentissimis siccissimisque contractam. Hæc quæquam propriè $\iota\omicron\delta\mu\epsilon\iota\alpha$ dicatur, vulgus tamen medicorum non secus $\iota\omicron\delta\mu\epsilon\iota\alpha$ illud quoque symptoma appellat, cum urina in vesicam omnino non venit renum vitio. Nota tamen est amborum affectuum differètia. Siquidem verà $\iota\omicron\delta\mu\epsilon\iota\alpha$ vesicæ morbus est urina plenæ: hic autem affectus est renum aut ureterum; vacuæque est omni urina vesica, & nihil omnino in se continet.

$\iota\tau\alpha\lambda\iota\upsilon\mu$. est nomen emplastri, quod sic fit authore Paulo: erinei, id est, syluestris ficus tenerum corticem proiucito, ceræ rufæ quantum satis est in oleo liquefacito: sic enim $\epsilon\mu\mu\sigma\tau\omicron\mu$ medicamentum efficitur. Vim habet purgandorum sordidorum ulcerum & inducendi carnem. Atque in eum usum Paulus ipsum adhibet lib. 4. cap. 40.

$\iota\tau\alpha$. salix. est arbor cõtorto & breui caudice assurgens, ramis longis è trũco extremo velut

DEFINIT. MEDIC.

à capite prodeuntibus, lentis, flexibilibus, foliis longis, subtus incanis, supernè virentibus, flore seu nucamento squamatim compactili, lanuginoso, propendente, fructu qui facile ante maturitatem evanescat. Aquosis latatur, etsi vitam agat ancipitem. lentissima est & frigidissima. Eius folia, semen, cortex & succus adstringunt & exiccant citra rofionem: sed cortex paulò sicciore est, cuius perusti cinis vehementer desiccatur, ut clavos & myrmecias cum aceto exterat.

ἰχθυῖν. squamæ marinæ pellis arida. Potest etiam ferreum unguem significare, quo in extractione sectionéque fœtus utimur, propter squamatum piscis similitudinem.

ἰχθυήματα. dicuntur apud Hippocratem λεπίσματα φλοιῶν, hoc est, corticum fragmenta lib. πωδὶ ἑλικῶν. quæ etiam ab aliis πελεκύματα, hoc est, præsegmina vocantur.

ἰχθυόσπρος. nomen est primæ cyclamini authore Dioscoride: ut autem scribit Plinius, tertia, quam sibi môstratam asserit uno omnino folio, radice ramosa, qua pisces necabantur: sic enim à piscium venatu dicta est.

ἰχθυόκολλα. est glutinum piscis qui eodem nomine ἰχθυόκολλα appellatur, quòd alij ex eius corio, alij ex ventre putant fieri. Dioscorides scribit esse ventrem piscis cetacei: qualis puto est què vulgus moruam appellat, è cuius glutinoso ventre & corio glutinum fieri inter omnes convenit, unde verisimile est piscè illū ἰχθυόκολλα fuisse olim dictum.

ἰχθός. dicitur cutis quæ pedi subiecta est, authore Galeno comment. 2. in lib. Hippocrat. de fracturis.

ἰχθὺς. dicitur tenuis & aquosa humiditas cuiuscunque ea sit facultatis, siue in corpore adhuc contineatur, siue ab ulcere emanet, siue etiam à mortuis corporibus profluat. Habent enim singuli ferè humores corporis, sed maximè sanguis, tenues quasdam & aquosas superfluitates eiusdem ferè facultatis cum iis humoribus à quibus proficiuntur. Id quod ex Diocle notum facit Paulus lib. 1. cap. 100. qui sub æquinoctium vernum γλυκῆς ἰχθῶρας τῷ αἵματι, & circa virgiliarum ortum πικρῶς ἰχθῶρας augeri scribit. Et ex Galeno similiter, qui lib. 6. sanitatis tuendæ sic ait: ὅταν μὲν γὰρ ἢ μὲν ὄλου τῷ σώματι κρῆσις ἢ χολοδυστέρα, τὰ δὲ κτ' πλὴν κελίας ἀπονώττωρα, σπειρέθου δ' ἔσται ἀπὸ τῆς τροφῆς ὀσμῶν γλυκῶν μὴ γλυκῶν δὲ ζύτου, κατὰ ῥέευσιν ἰχθῶρος εἰς αὐτὴν οὖς ἀθροίζῃ δὲ σώματι πωδὶ ἔσται. Paulò post: εἰ μὲν μόνον ἢ κεφαλῇ θερμῶς ἰχθῶρας ἰδιωτέμωδον, τοῖς κατὰ γαστέρα χρείοις. Rursum de frigidis in hunc modum: ὅταν ἢ τοιγὰ εἰς θερμῶν γαστέρα κατὰ ῥέευσιν ἐκ τῆς κεφαλῆς οἱ πυκνοὶ καὶ φλεγματώδεις ἰχθῶρες. Hippocrates etiam lib. 4. de ratione victus in morbis acutis, θερμίας καὶ χολοδυστέρας ἰχθῶρας dixit, de quibus Galenus ait: ὅτι δὲ ἰχθῶρας ὀνομάζει τὰς λεπτὰς ὑγρότητας ὀσμῶν. Idem lib. methodi med. 3. καὶ δὲ καὶ τῶν ἑλικῶν ἰχθῶρ μὲν κατὰ τὸν ἑλικῶν πωδὶ ἔσται, ἕρπος δὲ ἑλικῶν δὲ παχὺ. Præterea Aristot. lib. 3. de hist. animal. ἰχθῶρα definit esse sanguinem crudū qui vel nondū concoctus sit, vel in serū versus. A quo non discrepat Galeni sententia, qui lib. 2. de elemēt. ἰχθῶρα appellat id quod sero lactis respōdet. Itaque quid ἰχθὺς Græcis significet nō est dubiū, sed quomodo latinè dici debeat paulò magis incertum est: alij serosos humores, alij aquosos, alij tenues, alij verò saniem interpretantur. Cornelius Celsus lib. 5. cap. 26. dicit ἰχθῶρα saniei speciem esse tenuis, subalbida & ex malo ulcere exeuntis, maximèque ubi nervo læso inflammatio sequuta est. Ego verò sic diiudicandum censeo, ut intra corpus quidem ἰχθὺς aquosa vel serosa humiditas, siue sanguinis, siue alterius humoris latinè reddi possit, extra corpus verò saniem verti debere. sic Plinius in assati iecinoris saniem appellavit, eum humorem significans qui à iecinore, dum assatur,

affatur, emanat. Itaque apud Galenum tenue in ulceribus excrementum non absurde sanies exponitur. Et in capitis vitiiis, quæ ἀχρῆς vocantur, ἰχρῆς sanies non inepte verti possunt. Dicitur verò etiam ἰχρῆς in inanimatis, ut apud Discor. cap. de cornu: ὁ δὲ τῆν χαρῶν φύλλων καιομῶν ἰχρῆς ἀρμῶσα πρὸς λεχίνας κατὰ χροῖον, quo loco non inepte sanies verti potest, etiam si Plinius eum explicans sudorem verterit, lib. 23. cap. 8.

ἰός. aruginosus. vide ἰός.

ἰοντα. dicitur à quibusdam ἰχμαπίτης, id est, aiuga.

IO. GORRAEI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM

T O K.



Λύμαμυρ. est lacryma Arabicae arboris, mirrha quodammodo similis & virosi gustus, qua ad suffitus antiqui utebantur. Actuarus saepe laccam vocat, cum tamē lacca Dioscoridi gummi sit, & odore careat.

κάκκαυμ. vel est cacalia, vel illi tam similis est, ut sub eodem capite utraq; Gal. cōprehēderit in li. de simp. med. facul. vide κακκαλα.

κάγχυ ἰ

κάγχυς. proprie quidem & peculiariter dicitur semen seu fructus rosmarini, cui vis inest repurgandi, discutiendi & calefaciendi. Dicuntur tamen & κάγχυες quaedam peculiaria parturientis arboris initia, qua nec fructum nec florem proprie dixeris. Plinius vocat pilulas in medicina urendi vim habentes: suntq; sublonga panicularum modo nucamēta qua squamatim compacta propēdent è ramis, veluti quidam foliorum conceptus, quibus arbores intumescunt gravida, germina parere gestientes. Ea videntur quaedam pineae nucis rudimenta, sed habitu multò longiore turbinantur. Crescunt hyeme, vere dehiscunt in flavescentes squamulas, & prodeunte folio caduca pereunt. Talia in larice, picea, platano, iuglande, tilia, abicte & aliis permultis videre licet. τὰς κάγχυες plurali numero Galenus interpretatur πεφρυγμένας κριθῆς, id est, costa hordea. Oribasius lib. collectorum 4. dicit κάγχυδα (sic enim apud eum legitur sine γ) vocari sorbitionem ex hordeo tosto cōfectam, eamque ita fieri ut in semichænide hemina sex aqua insint, sed infirmisimā quidem esse scribit: si verò bis coquatur ut crepet, fieri præstantiorem. Cæterum in melioribus exemplaribus Græcis κάγχυ scriptū semper observavi Ἀλὰ τῆ γ, licet plerique sine eo κάγχυ scribāt.

καδμία. cadmia. Duplex est, nativa & factitia. Nativa fossilis est & gemina reperitur, una pura & expers metalli, ex qua cum are mista orichalcū efficitur (ari enim aureum colorem inducit) altera verò metallica, hoc est, metalli fertilis, quam Plinius dicit lapidem esse ærosum, atque ex ea fieri æs, quamquam ex ea non æs solūm, sed etiam argentum fiat, & interdum æs pariter & argentum. Reperitur saepe in arariis metallis, sed sæpius in argētariis, atque etiam proprias habet venas. Cadmiam

C

DEFINIT. MEDIC.

hanc Galenus se in montibus & riuus Cypri iuxta metallum inuenisse scribit. Color ei niger, aut fuscus, aut cinereus: species similiter formæque diuersa. Nam alia uua similis est, alia testa, alia ex crustis uidetur constare. Factitia uerò cadmia in fornacibus perficitur, in quibus excoquuntur metalla. Ea enim materiae metallicæ pars est, quam interea dum uena excoquitur flammam & flatuum vis egerit. Quæquam autem excoctis uenis auri, argenti & plumbi nigri prodeat, tamen optima in ærariis fornacibus fit & quidem ex pyrite & cadmia fossili, quam metallicam supra uocauimus. Nam ex reliquis æris uenis pauca & non bona oritur, adeo ut ex pyrite, in quo inest plumbum nigrum & argentum, melior fiat. Sunt autem huius cadmiæ quatuor species, sed plura nomina. Etenim cum crassa materia pars egeritur, ea post diphryges parietibus fornacum insidens, in corpus concrescit. Quæ pars egesta, si multa fuerit, crusta fit crassior: sin pauca, tenuior. Quot autem vicibus excoctio fit in fornacibus, tot oriuntur crustæ. Quæ cum crassa concreuerint, fornaces citius erunt purganda: cum tennes, tardius. Atque hæc cadmia à Græcis, quibus hæc concretiones crustarum similes uisæ sunt, uocata fuit *κακίτις*, quibus *ζωνάριον*, quibus uenarum *ονυχίς*, ob diuersos colores *ὀνυχίτις*. Nam fracta intus uidetur habere cinereas & candidas uenas, cum in superficie plerumque sit cærulea. In iisdem autem fornacum locis humilioribus ex crassa materia fit altera cadmiæ species, quæ quia terrena & dura est, *ὀστρακίτις* à testa nominatur. At tenuis materiae pars egesta, propter leuitatem magis in sublime fertur, & altioribus fornacum locis insidet, ibique similiter in corpus concrescit, cuius superficies, quod uuarum speciem gerat, *Βεργίτις* uocatur. Ea etiam densa est, sed leuior infima, grauior suprema, colore spodio similis. fracta intus cinerem habere & æruginosa esse solet. Postremò uerò tenuissima materiae pars egesta propter maximam leuitatem fertur etiã altius cum fumo, unde *κακίτις* nuncupatur. Ea est, ut ipse Plinius scribit, in ipso fornacum ore, quæ flammæ eluctantur, exusta & similis fauilla. Sic quidem se habent cadmiæ differentia. Caterum omnis cadmia desiccandi uim habet, sed longè maximam quæ in fornacibus gignitur. Contra uerò fossilis maiorem erodendi uim habet, ut udas fossorum manus & pedes exedat. Est autem omni animalium generi uenenum lethale, ea præsertim quam chymista sublimatam nominant: siquidem illi cadmiam perinde atque argentum uiuum in sui generis uas imponunt, ut calore ignis in sublime feratur. Inde enim corpus nigrum, uel fuscum, uel cinereum euadit, quod ab illis cadmia sublimata nuncupatur.

καθαίρειναι. significat apud Hippocratem idem quod *φάρμακον*, hoc est, medicamento purgante uacuare: cum tamen simpliciter significare possit detrahere aut repurgare, secundum quam significationem *καθαίρειναι φάρμακον* dicta sunt.

καθαίρεσις. detractio. hoc nomen ab Hippocrate usurpatum est lib. 6. *τῆ ἐπιθυμ.* quo loco Galenus scribit euacuationem esse corporis quæ citra purgationem aut sanguinis missionem facta sit, ac dici quidem magis solere de solidis partibus, interdum uerò etiam de humoribus. Itaque in eo manifestè differt à *καθαίρειναι* & *καθαίρεσις*, quod hæc propriè humorum sit à purgante medicamento, illa autem carnis præsertim & adipis, & ex consequenti succorum in corpore redundantium facta ab exercitatione, inedia, uigiliis & aliis eiusmodi quæ molem corporibus detrahere possunt.

καθαίρειναι φάρμακον. sunt medicamenta quæ carnem supercrecentem tollunt, eamque ad modum

ad modum statimque naturalem reducunt. Ea genere quidem & facultate ἀπικα, hoc est, putrefaciencia sunt, sed multò tamen iis imbecilliora. Siquidem extrinsecà modo superficiem quam contigerint, detrahunt: in altum verò subire & penitus ferri non possunt, mediam inter ea quæ valenter detergent & cicatricem inducunt sortita conditionem. Huius generis est Asia petrae flos, testacea omnia vsta, uterque herinaceus cum toto corpore exustus, diphryges, flos aeris, & æs vstum non locum.

καθαρόμοιοι. οἱ σφοδρῶς αἰθαιόμοιοι apud Hipp. sicut Galenus explicat ἐν τοῖς ἡλωσῶσι. sine ταρταρόμοιοι, ut idem annotavit comment. in prorrhæ.

καθαροῖς. purgatio. Geminam habet apud Hippocratem & medicos significationem, unam generalem, qua dicitur esse humorum qui sua qualitate molesti sunt, vacuatio, ut definit Gal. comment. in aphor. 3. lib. 1. Sic purgationis nomine omnis vacuatio humoris designatur non à medicamentis modo, sed à natura etiam facta, ut Gal. annotavit commet. 4. in lib. 6. epid. Thucydides verò etiam vacuationes quæ à natura symptomaticè fiunt, morbi ratione καθαροῖς atq; ἀνακαθαροῖς appellavit. Cum verò purgatio simpliciter dicitur esse vacuatio vitiosi humoris, nec locus per quem eiusmodi vacuatio fit, designatur, non ea tantum quæ per alium fit, sed etiam quæ per vomitum, per urinas, per sudorē, per tuſim efficitur, purgationis nomine intelligi potest. Quam credo rationē sequutus Hippocrates vacuationem eam quæ pleuriticis per sputa fit, καθαροῖς & ἀνακαθαροῖς appellare consuevit, ut docet Gal. comment. in aphor. 8. lib. 5. & præter eum veteres quoque vacuationem eam quæ tum menstruo circuitu mulieribus peragitur, tum quæ partui succedit, non solum ἐκκρισιν αἵματος & κίωσιν, verum etiam καθαροῖς nuncuparunt, ut annotavit Galen. lib. de atrabile, & comment. 3. in lib. 3. epid. Quamquam menstruam illam purgationem plurali numero καθαροῖς frequentius videatur Hippocrates dicere, ut aphor. 60. & 61. lib. 5. Sic autem veteribus libuit appellare, propterea quòd meliorem sanguinis partem fœtus attrahens & absumēs, deteriore relinquat, quæ cum postea vacuetur, quia vitio non caret, merito purgari dicitur. Purgationem enim, ut author est Galenus, vocat Hippocrates, humorū vitiosorum vacuationem. Altera verò purgationis significatio particularis est magisque propria, quæ defini potest esse humoris vitiosi per medicamentum vacuatio. Hæc proprie ab Hippocrate dicta est φαρμακία, ut scripsit Galen. comment. in hunc aphorismum: οἱ δὲ τὰ σώματα ἔχοντες, φαρμακιδίαι ἐργάζονται: fit enim opè purgantis medicamenti. Sic etiam visum est Aristoteli problemate 42. sect. 1. his verbis: τὰ φάρμακα ὅταν εἰς τὴν κοιλίαν εἰσέλθωσι ἐν ἀσχυθῶσι, φέρονται καὶ οὐκ ἔτι ἢ τρυφῆ πῶς εἰς τὰς φλέβας. οὐ πεφθέντα δὲ, δὴ καὶ κρητίζοντα, ἐκπίπτει φέροντα ἐμπεδία αὐτοῖς, καὶ κελύεται ἄπο καθαροῖς. Cuius quidem purgationis duplex potissimum differentia habetur, una per superiora, altera per inferiora. Per hanc quamvis præcipue alui deiectio intelligatur, attamen & urina & menstruorum per medicamenta prouocatio designari potest, quòd per eas partes non minus quàm per alium medicamenta humores attrahant & euacuet: per illam verò vomitus significatur. De his multa apud Hippocr. tum lib. πρὸ τῆς διαίτης ὀξείωμ, tum primis ferè aphorismis lib. 4. Rursum autem harum vacuationum utrumque genus duplex est: nam vel ex uniuerso corpore, vel ex certa quadam parte purgatio ipsa procedit. Omne certè medicamentò purgante peragitur. Cuius cum sit etiam triplex differentia (totidem nãque sunt noxiorum humorū species) triplices quoque

DEFINIT. MEDIC.

purgationes erūt, una quæ bilem flauam, altera quæ bilem atram, tertia quæ pituitam euacuat. Quod qua ratione fiat, uide in dictione καθαριστικὸν φάρμακον. καθαρτικὸν φάρμακον. purgans medicamentum. Duobus modis dicitur, uno omnium communi quæ quouis modo excrementa expurgant: altero, quo uerò ἰσχυρὸν ea significat quæ aut per vomitum, aut per alui deiectionem purgant. Illa indefinita & communi quadam facultate, & primis aliquādo qualitatibus, uel per accidens etiam plerumque purgāt: hæc uerò per se, quia talia sint, & facultate familiarium succorum attractrice. Primi generis sunt quæcunque uel calfaciendo, uel humectando, uel crassa lentæque extenuando & obstructa soluendo urinam mensesque mouent, aut ex pectore sputa eliciunt, aut aliud aliunde uacuant: secundi uerò, quæ trahendi facultate uacuationem moliuntur siue per aluum, siue per vomitum, siue per urinas, siue per uterum, seu alia quouis ex parte. Quæ enim urinas mensesque mouet, aut sputa, tūm quæ naribus purgandi gratia infunduntur, aut ore colluuntur, aut dentibus manduntur, si trahendi humoris uitiosi facultatem possident, eaque uacuationem perficiāt, eiusdem sunt generis cūm iis quæ per vomitum aut per alui deiectionem trahendo purgant. Purgantis namque medicamenti essentia naturæque in familiarium succorum attractione consistit, quam à totius substantiæ similitudine insitæque familiaritate adeptum est. Medicamentum enim (ut scribit Hippocrates) cūm in corpus fuerit ingressum, primūm quod omnium maximè sibi natura respondet atque simile est, deducit, deinde alia quoque trahit & purgat, in modum seminum & stirpium. Quæ uis cūm purganti medicamento potest e insit, non exeritur tamen, neque in actum erumpit, priusquam à calore nostro excitetur. Dum enim uentriculi calore medicamentum teritur & calefit, eius facultas prius quasi sopita excitatur, uirēsque suas exerit, humorem eum attrahens qui sibi familiaritate substantiæ cōiunctus est. Quare cūm tres sint in hominum corporibus humorum differentia, ita medicamenta purgantia genere triplicia perhibentur, φλεγμωγὰ, ἀλαργγὰ, μελαινωγὰ, pro facultatibus quas habent trahendi pituitā aut bilē, tūm flauam, tūm atram: quanquam pleraque medicamenta habentur quæ non unius modo, sed duorum atque etiam plurium trahendorum facultatem possident.

κατακλιτικὴ δυνάμις. retentrix facultas. Est uis quædam naturæ per quam tamdiu retinet attractum alimentum, donec perfectè concoctum sit. Subseruit facultas ista cōcoctioni, nihilque omnino coqui potest, nisi quod exactè retentum fuerit. Quod dixi exactè, & tempus & modum designat. Debet enim id quod coquitur tanto tempore retineri, quanto cōcoctio peragitur: & præterea tam arctè à cōcoctionis organo comprehendendi, ut nullum spatium uacuum relinquatur. Quamobrem uentriculus cibum optimè cōcocturus eum debet omni ex parte ita complecti, ut nullo modo fluctuare possit, nullūmque omnino spatium inter ipsum cibosque intercedat. Atque id reuera uentriculus toto cōcoctionis tempore præstat, ut qui non modò toto suo corpore cibus incumbit, uerūm etiam ora sua sic occludit, ut nihil omnino per ea elabi sinat, nisi uel copia, uel flatibus, uel mala aliqua qualitate ea recludere cōpellatur. Nec solus quidem uentriculus ea retinendi facultate pollet, sed omnes pariter corporis partes in quibus aliquid uel concoqui, uel aliter perfici debet, ueluti uenæ, iecur, habitus denique totius corporis, ubi tūm chylum, tūm sanguinem cōcoqui oportet atque alterari, adhæc uterus cui fœtus perficiendi munus, quod cōcoctio quædam est,

est, natura delegauit. Caterum ea functio, in omnibus retinendi facultate præditis partibus, fibrarum obliquarum ministerio perficitur, quarum proprium est retinere, sicut rectarum attrahere, & transversarum expellere, quamquam istis quoque plurimum adiuuetur.

κα. δεσός. constans. quod suam naturam constanter seruat, & non immutatur. Dicitur ab Hippocrate de anni temporibus, ut κα. δεσός καιρός, anni tempus quod ordinatè temperiem suam seruat. & κα. δεσός καιρός, annus bene ordinatus & constans, in quo signa quæ siderum ortus & occasus consequi solent rectè procedunt: autumnus pluuiosus est, hyems mediocris, nec valdè serena, nec supra modum frigida, pluuiaq; vere & æstate tempestiue descendunt: talis autem annus ut constans est, sic futurus est saluberrimus. Contra autè ἀκατάστατος dicitur, quod in aliquo à constantis natura enariat. Nec verò dubium est quin de morbis etiam κα. δεσός dici possit quos βίσις-δίας Hippocrates appellauit.

κα. δετήρ. catheter. Est instrumentum chirurgicum cauum & altera parte recuruum, quo urina retenta elicitur & vesicæ vitia probantur. dicitur ἀπὸ τῆς κα. δετέρας, id est, ab immittendo siue infundendo, quòd eo instrumento in vesicâ iniici solent quæ iniicere expediat, sicut Galenus tradit lib. 5. meth. med. quo loco κα. δετήρ βίσις-δίας dicit. Caterum κα. δετήρ ab Hippocrate non pro eo instrumèto usurpatur, sed pro linamento torto quod intra ulcera inditur ut Galenus ἐπιπέρας annotauit.

κα. δετήρ σκός. est administrationis chirurgicæ ratio qua iniicimus per catheterem in vesicam id quod ad eius curationem conuenit: vel eximimus id quod impedit ne urina reddatur, siue concretus intus sanguis sit, siue calculus siue aliud quippiam recto siphone immisso quem Græci κα. δετήρ vocant.

κα. δελαδής. appellatur fascia oblonga, quæ capitis totum vinculum quod ἀδριακὴ πᾶσσορ dicitur continet, & prohibet ne ipsum vinculum diducatur. Authòr Gal. lib. de fasciis.

κα. δεμειός πυρετός. dicta est, inquit Galenus, à quibusdam medicis recentioribus febris quotidiana, quæ nullam habet intermissionem, ad differentiam τῆς ἀμφομειός quæ quotidiana est intermittens. Veruntamen apud nullum, ut idem ait, idoneum authorem verbum hoc κα. δεμειός reperitur, sed omnes quod singulis diebus eodem modo fit ἀμφομειός appellant. Itaque eiusmodi quotidianam non intermittentem Galenus ἀμφομειός ζωχὴ appellat, non κα. δεμειός.

καιρός. occasio & oportunitas rei cuiuslibet agenda, quo modo apud Hippocratem καιρός ὁξὺς dictus est. Significat & apud eundem τὸ πρῶτον, ut eum ἐν τῷ ἀδριακῷ ὁξίωρ scribit καιροῦ μάλλον, ἀπὸ τῆς μάλλον τῆς πρῶτοντος, quod familiare esse Hippocrati Gal. eo loco annotauit, atque ab eodem interdum etiā usurpari ἀπὸ τῆς ἀδριακῆς.

καιρός. tempus. Dicitur propriè pars anni, quæ & ὥρα vocatur, de qua suo loco agemus. Dicitur & in morbis, spatium id temporis quo insignes in iis mutationes fiunt. Habent enim & morbi sua tempora, à temporibus anni & atatibus non valde dissentanea, insignioribus, ut & illa, mutationibus distincta, quæ quadruplices à medicis annotantur, à quibus totidem morborum tempora statuitur, ἀρχή, principium: αὐξήσις, augmentum siue incrementum, quod & ἀνάβασις & ἰδίδοσις vocatur: ἀκμὴ, vigor seu status: παρακμὴ, declinatio. Hæc quatuor tempora non modo in vniuerso morbo sed in singulis etiam totius morbi accessionibus spectantur: illa vniuersalia, hæc particularia appellantur. Non est autem ea facile in singulis morbis definire, quia pro

DEFINIT. MEDIC.

morborum, causatum, symptomatum, nature, virium & reliquarum circumstantiarum varietate variis quoque spatiis signisque distinguuntur. Summatim quidem & in genere circumscribi possunt, ut principium dicatur primus morbi motus: incrementum tempus id quo non modo ipse morbus, verum eius etiam symptomata graviora sunt: status autem in quo ea quadammodo consistunt, neque auferentia, neque remittentia: declinatio vero cum primum decrescere incipiunt, donec morbus ex toto desierit. Particularim vero in singulis morbis cuiusque horum exordium finemque exprimere, & certos limites assignare non est facile, sed aliquos forte exempla hic proponere sufficere, ex quibus ad reliquorum cognitionem veluti manu ducamur. Primum autem à febris desumatur in quibus plerique omnes, propter earum frequentiam, magis exercitati videntur, & in iis temporum istorum differentias ex Galeni præcepto distinguamus. Ille ergo cum ea signis maxime cruditatis & concoctionis distingui scribat, febris principium est, quamdiu humor febrem pariens, crudus est: incrementum est, ubi ille concoqui cœperit: cum maxime concoquitur, & in eo natura valde laborat, status seu vigor est, tempus totius morbi vehementissimum: declinatio autem quando iam symptomata imminui, morbi que causa mitescere incipiunt. Itaque concoctio humorum obscura, principium: manifesta, incrementum: perfecta, status: reditus ad naturalem habitum, declinationem distinguit, & propriis veluti limitibus determinat. Huius autem concoctionis propria signa, si quidem in vasis fiat, ex urinis: si in ventriculo, ex deiectionibus: si in thorace aut pulmonibus ex sputis sumenda. Sic quidem febris tempora distinguuntur. Ad eundem vero modum aliorum etiam morborum tempora siue illi in interpetre, siue in incommoderatione, siue in continui solutione consistant, signis cuique propriis distingui debet. Phlegmones enim principium est quamdiu pars inflammata sanguine repletur: incrementum cum fluxio cessat, & sanguis in carnem effusus putrescere, indeque calor accendi, humor fundi, & pars, etiam si nihil amplius infuat, distendi cœperit: vigor dum pus conficitur, & pulsatio, dolor, febris, ceteraque symptomata summa sunt: declinatio vero cum pus effluit, aut digesto sanguine qui eo confluxerat, tensio minuitur & tumor incipit subsidere. Sic ophthalmia principium est, cum defluit in oculum humor copiosus, tenuis, incoctus: incrementum, cum idem paucus, crassior, & initium quoddam coctionis adeptus est: vigor, cum ille adhuc parcius est & crassior, & iam palpebras per somnum conglutinat: declinatio, cum nihil fere eius humoris superest. Ulceris similiter principium sanies aquosa, tenuis & incocta ex eo manans: incrementum eadem parcius crassiorque: vigor in pus tenue: declinationem pus album, crassum & paucum definit. Catari à cerebro per palatum & nares principium est quamdiu humor multus, aquosus, tenuis, acor distillat: eiusmodi enim maxime crudus est: incrementum, cum & copia, & crassities & acrimonia minor est: vigor, cum eadem magis cocta, & meliora: declinatio vero quando perfecte concocta & optima videntur. Ex iis patet cruditatis & concoctionis signis, quæ ab humorum qualitate & copia percipiuntur, quatuor illa tempora ab invicem distingui: non in omnibus quidem morbis, sed iis maxime qui à natura vincuntur. Hi namque soli quatuor ista temporum spatia ematiuntur, cum exitiales interdum in principio, sæpe in augmento, sapissime in summo vigore, ægros è medio tollant, quod nunquam in declinatione (quæ morborum non lethalium propria est) contingit. Ea nec certo dierum numero

numero

numero definiuntur, nec semper inter se sunt equalia, siue in morbis genere diuersis (sunt namque in breuibus & acutis morbis breuiora quam in diuturnis) siue in iis quae sunt eiusdem generis, ut in duabus tertianis, siue in uno & simplici morbo consideremus. Aliorum enim principium longum est, cetera breuia, contra aliorum declinatio longissima videtur, interdum incrementum, alias vero summus vigor aut ex iis plura, cum reliqua multo minus diuturna fuerint. Vt autem totus morbus, sic & singula morborum accessiones quatuor ista percurrunt tempora, quorum & cognitionis & longitudinis ratio eodem prorsus modo inuenda est, quem ante in uniuerso morbo proposuimus. Ea exemplo à tertiana febre sumpto satis erit ob oculos ponere: Ergo principium accessionis tertianae est cum quis primum inhorruit, riguit, refrixit, oscitauit, p̄diculatus est, cepitq; omnino corpore comoueri & à naturali habitu recedere: tunc autem arteria contrahitur, & sanguis cum calore & spiritu ad interiora se recipit, pulsusq; ob id durior minorq; fit. Postea incrementum est calore sese exerente & per corporis habitum diffuso, ex quo pulsus maior, velocior frequentiorque euadit. Inde succedit summus vigor accessionis, tam diu duraturus quam diu calor eadem magnitudine & aequalis perseverabit, pulsusq; quantum sensu iudicari potest, aequè magnus, uelox & frequens manebit. Vbi autem decrescere calor uidebitur pulsusq; in melius uerti, declinatio est, cui finem halitus fuliginosi per cutem erumpentes, uel sudores, uel aliae excretiones imponunt. Hac quidem accessionum tempora in febribus intermittentibus calore & pulsibus maxime definiuntur, uerum in cōtinuis quae accessiones habent, etiamsi eadem tempora habeantur, & proportionem quadam intermittentiū febrium temporibus respondeant, eademque ratione distingui debeant, multo tamen sunt obscuriora, ut saepe principium cum incremento coeat & confundatur: vigor tamen semper adest & declinatio quae perdatat usque ad principium sequentis accessionis.

κακὰ γὰρ καὶ κακοπρασιῶν. maledicentia & procacitas, apud Hippocratem.

κακὰ λλά. est herba foliis grandibus & albis, è quibus medius caulis emicat, rectus, albus, storem ferens robori aut oleae similem. Nascentur in montibus, alio nomine κακὰ κὶ δicitur. Galenus κακὰ καὶ ὠνοῦ vocauit, aut tam similem ὅσῃ κακὰ καὶ putauit, ut utraq; coniungeret, nec sibi de utraque seorsum dicendum esse uideretur: Paulus non κακὰ καὶ vocat, sed ὅσῃ κακὰ καὶ similem facit. Est substantia crassa, emplastica & modice exiccantis.

κακὰ καὶ δὲ. apud Hippocratem. ἢ κακὰ καὶ δὲ.

κακὰ καὶ δὲ. malignum. Id dicitur quod à simplicium morborum consuetudine alienum, non facile curationem admittit. Siquidem ὅσῃ κακὰ καὶ δὲ Gal. lib. 1. cap. 3. de crisi bus opponit ἢ ἀπὸ καὶ, quod & ὅσῃ ab Hippocrate dici idem multis locis prodidit. Itaque ut simplex morbus causam habet simplicem & facilem, & symptomata non valde à morborum eiusdem generis more abhorrentia, & curationem non valde difficilem: sic κακὰ καὶ δὲ habet malignam causam & multo deteriora symptomata, quam pro morbi specie, atque curationem similiter difficiliorem. Sunt autem haec duae differentiae in omnibus prope morborum generibus, exceptis ephemeris febribus, & aliis quibusdam eiusmodi affectibus, in quibus non potest esse κακὰ καὶ δὲ, quin transeant in aliam morbi speciem, praesertim uero in iis qui habent originem à putrilagine quadam & uenenoſa qualitate. Verum haec κακὰ καὶ δὲ in ulceribus maxime spectatur,

DEFINIT. MEDIC.

quæ κακοὶδὲ tunc appellatur, cum tanta καχέλα partem exulceratam occupavit, ut bonum etiam alimentum quod in eam influit, corrumpatur. Neque enim omnis humor putris & vitiosus inducit τὴν κακοὶδίαν, sed is potius quem ἡ καχέλα deprauavit atque corrumpit.

κακῶναι. dicti sunt ab Hippocrate οἱ ὄρδοι καὶ λεπτοί, ut scribit Erotianus, cum tamen Epicles μακρὸς καὶ ὀλίγος interpretatus sit.

κακοῦρῶμος σφυγμός. pulsus qui & ἀῖρῶμος dicitur, de quo vide suo loco.

κακοσιώτατα. ἐπιβλαβέστατα, hoc est, nocentissima apud Hippocr.

κακοσώμαχα. alimenta quæ vel stomachus respuit, vel stomachum offendunt. Celsus à stomacho aliena dixit: cuiusmodi scribit esse omnia tepida, omnia salsa, omnia iurulentia, omnia prædulcia, omnia pinguia, item omnia quæ inflare cōsueverunt, atque alia quæ inter coquendum ventriculo negotium facessunt, etiam si ex his nō nisi probus succus dimanet. Ex quibus intelligi potest non quicquid boni succi est, protinus stomacho conuenire: neque quicquid stomacho cōuenit, protinus boni succi esse. Opposita illis sunt τὰ δισώμαχα.

κακόχυμα. dicuntur alimenta mali succi. Ea sunt quæ sanguinem vel pituitosum, vel biliosum, vel melancholicum, aut alio quouis modo vitiosum gignunt. Inter quæ Celsus lib. 2. recenset omnia legumina, carnem omnem permactā, salsampisces quoque saxatiles omnēsque, qui ex tenerrimo genere sunt, aut eos qui rursus nimium duri virosiisque sunt: item omnia salsa, acria, acida, acerba. De quibus etiam apud Galenū apertius in lib. de alimentorum facultat. & lib. de enchym. & cacochym.

κακοχυμία. est redundancia vitiosi humoris in toto corpore. Oportet autem unam aliquem esse malum humorem qui redundat: quoniam si pariter omnes redundarent, iam nō κακοχυμία, sed ἀπιδωρα esset. Hac enim est copia omnium humorum æqualis, illa verò, certi cuiusdam humoris vel serosi, vel biliosi, vel melancholici, qui unā cum sanguine mixtus efficit. ut iam non amplius sanguis, sed sanguis serosus, vel biliosus, vel melancholicus appelletur. Gignitur autem duobus modis, aliis quidem ex bilioso cibo, aliis verò ex quapiam in ipso corpore corruptela & putredine siue cachexia. Est verò per multorum morborum causā. Huius tollendæ ratio præcipua est per purgationem, sicut plethora missio potissimum sanguine curari debet.

κακός. cardui genus est, quod statim ab radice caules repētes in terram mittit, folio lato atque spinoso: cactos caules eos appellat. Peculiarē cactō fuisse Sicilia Theophrastus prodidit, sed inde nunc nō modo in uniuersam Italiā, verum etiam in Galliam dimanauit propter magnā saporis suauitatē. scobymos alio nomine dicitur & cinara.

καλαδιαν. munus autumnii: viola cæteræ, veris. Ea minuto est folio, viola albæ nō dissimili, in totum sine odore, calathi similitudine, ancholias Galli vocant.

καλαμῶδον κατὰ γῆμα. est fracturæ ossis differentia, quæ & ἄστυχε dicitur. vide in dictione κατὰ γῆμα.

καλαμίνθη. calamintha. Herba est trium generum apud Dioscoridem. Vna mōtes plus amat, foliis ocymi candicantibus, surculis angulosis, flore purpureo, quam nunc officina calamentum vocant. Altera pulegio similis, quam ob id aliqui syluestre pulegium vocant, quoniam odorem eius emulsetur, aliqui verò nepetam. Tertia mentastri similitudine, longioribus foliis, caule & ramis quam superiora maioribus, quæ nunc officinis nepeta dicitur, & vulgo herba carorum. Est autem calamintha calida &

da & sicca, utrumque tertio ordine. Tenui est essentia, acris & amara. Ex ea medicamentum ἀξὺ πάρον fit, quod ἀξὺ καλαμίνης dicitur, & à quibusdam πολυεὶς, id est, annosum, appellatur. Id in uniuersum corpus usque ad cutem ipsam digeritur ac distribuitur, proindeque iis conuenit quibus crudorum humorum copia in solidis animalis partibus consistit. Huius compositionem & vires Galenus lib. 4. sanitatis tuenda multis uerbis persequitur, similiter & Aëtius lib. 9. agens de cruditate.

καλαμος. arundo. frutex est aquaticus, caule geniculato, tereti ac fistuloso, in tene fastigium cacuminato, circa quod densius excrescit tomentum, foliis ex articulis alterno laterum gradu emergentibus, Gallis canna dicitur. Plures eius differentiae traduntur à Dioscoride: alius namque καλαμος νυκτός, id est, solidus factusque dicitur, quod toto internodio concretus sit & plenus, qui & alio nomine à Theophrasto τοξίως dicitur, quod ex eo sagittae factitari soleant: alius θήλυς, id est, foemina, quo tibiatarum ligulas ueteres componebant: alius σπειγγίλος, quia fistulis esset utilissimus: alius κύπελλος sive δόναξ, crassus, concavus, apud amnes nascens: alius φραγμίτης, id est, uallatorius, gracilis & candicans.

καλαμος ἀρωματικός. calamus odoratus. arundini simillimus est aspectu, nempe multis geniculatus nodis, foliis, caetero tactu mollis, & cum fragitur scissilis, intus araneosus, castus gustu, fragrantissimo odore, adeo ut locum in quo nascitur ingredienti spiritus suauissimus statim aspiet. Is est qui ab Hippocrate dicitur μυρμηκός, id est, unguentarius, à Plutarcho Arabicus, à Celso Alexandrinus. Omnes officinae calammum appellant.

καλαμόχος. sic dicta est ἡ ἀδάρεκτι, quasi arundinum lanugo, quod in arundinibus concreta lanuginis modo inueniatur. uide ἀδάρεκτι.

καλλέορον. sic dictum fuisse à quibusdam ὁ κρήνορον, hoc est, lilium habetur apud Dioscor.

καλλισός. sic dictum fuisse à quibusdam ἡ ἰπποκράτειος Dioscor. author est.

καλλίος. à quibusdam dicitur ἡ ἀνθίμος, ut habetur apud Dioscoridem.

καλλιβλέφαρον. dicitur medicamentum quod ad ornatum & uenustatem palpebrarum facit. Itaque cum pluribus modis deformari palpebrae possint, patet non unum esse genus τῆν καλλιβλέφαρον. Nam uel nimium pili excrescunt, uel decidunt, uel malo colore aut ordine proueniunt. Quae tamen omnia cum ab una fere prima causa excitentur, humore scilicet redundante: excrescunt enim nimio, decidunt ut plurimum ab acris, candidi sunt à pituitoso, nisi ab humore congenere, ideo τὰ καλλιβλέφαρα magna ex parte constant medicamentis mediocriter desiccantibus & absumentibus humorem pilos ueriantem. Eo enim summoto natura ad proprias redit actiones, & pilos satis uenustos per se producit. In eiusmodi medicamentorum genere est armeniacum, terra ampelitis, fuligo thuris, stibium, plumbumque uista, squama aris & reliqua huiusmodi facultate siccante & acrimonia praedita:

καλλίλαια. olea satina. sicut syluestris ἀγρίλαια dicitur.

καλλικέρος. dictum est faenum graecum ab eo qui αἰνιγματικῶς descripsit remedium ad caluescentes praeter naturam lib. 1. τῆν κῆ τὸ πῶς, ut Galenus eo loco explicat.

καλλίριος. idem quod ὁ πύργος.

καλλίτερον. species est adianti, sed candidioris maiorisque tum foliis tum frutice, ut iure uideri possit trichomanes. Id quod apparet ex Plinio lib. 22. cap. 21. qui duo adiantii genera faciens, candidius & nigrum breuiusque, maius polytrichum: alterum

DEFINIT. MEDIC.

erichomanes vocari tradit, & rursus lib. 25. cap. 11. *polytrichum* à *callitricho* distare scribit, quod iucos albos habeat, & folia plura maioraque, & fruticè item maiorem.

Dicitur καμίτερον quòd tingat capillos, eosque speciosiores reddat.

καμίφουτον. dicitur ab Hippocr. καμίτερον & ἀδιαντον, ut annotat Gal. ἐν ταῖς γλωσσαις. κάλυξ. folliculus. sic dicitur omne putamen in quo aliquid includitur: propriè verò rosa tumens, nondum expansis foliis.

καλύξ. etiam dicitur à quibusdam ἢ ἀρχούση ὀνοκλεία.

καλχη. herbae quoddam genus qua tingitur purpura.

καμάρα. locus est ad auriculae cauum cameratus, atque inde sic dictus.

κάμαρον. sic dictum est à quibusdam & δελχίον, ut habetur apud Dioscoridem.

καμάρωμα ἢ

καμάρωσις. est fractura cranij, in qua os fractum camerae modo utrinque exurgit. Paulus lib. 6. cap. 90. dicit esse caluariae diuisionem in qua os affectum in sublime tollitur: vel ex Galeni sententia, ossis ad interna recessum & excauationem, quemadmodum in ecripsmate: sic enim Galenum existimasse Paulus scripsit. Haec quidem Paulus πρὸ τῆς καμάρωσις satis obscure prodidit, quòd videatur contraria scribere, & dicere καμάρωσις à Galeno vocari ossis ad interna recessum, cum tamen idem in camaromate partem exaltari dicat. Locus Galeni habetur lib. 6: methodi med. ad hunc modum: ἐγγύθματα dicuntur quae in medio sui membranæ innituntur, καμάρωσις vero quae eandem ipsam partem exaltatam habent. Ceterum quæ primum ab integris fracturae partibus diduci agra cœpit, intrò magis recedunt ac membranæ innituntur. Haec Gal. ex quibus apparet in camaromate ossis fracti extrema intus ad membranam usque ferri & deorsum tendere, adeo ut ipsi membranæ innitantur: reliquam verò utrinque adiacentem ossis partem in altum attolli & à subiecta membrana recedere, & proinde in camaromate geminam esse ossis eminentiam ad vulneris latera sitam. Vidius commet. in lib. de vulnerebus capitis fingit sibi vulnus quod καμάρωσις appellat, in quo pars fracta & ad interna recedat & postea attollatur, scribens euenire interdum ut os quod fractum deorsum compellitur simul cum telo sursum reuertatur attollaturq; atque id malū authore Galeno καμάρωσις vocari.

κάμαρον ἢ

κάμωρος. nomina sunt τῆς ἀκονίτου. Ac cammori quidem cognomen manifestum est: sic enim rectè dicitur aconitū, quod radicem modicam, inflexā & cammoro sine squilla marinae (est autem quaedam cærorum species) similem habeat. Id quod Dioscorides tertium aconiti genus facit. Verum τῆς καμώρος appellatio non tam est usitata apud authores veteres, nisi forte apud Nicandrum ἐν τοῖς ἀλεξιφάρμακτοις, quo loco omnia eius exemplaria καμώρον scriptum habent: quibus consentit & Dioscorides lib. 6. & accedit etiam Nicandri vetus interpres, qui sic scribendum esse aperte innuit, explicans καμώρον, & κακὸν μὲν ἀναιρούω, hoc est, saeva morte perimens. Galenus tamen ἐν ταῖς γλωσσαις scripsit καμώρον vocari non tantum animal parua squilla simile, sed etiam aconitum, quòd illius radices sint huic animali similes: ~~nam~~ tamen horum intelligi posse apud Hippocr. lib. de locis hominis, ubi ad inflammationes assumendum cammoron dicit. Proinde Herorion non solum ipsum animal καμώρον, sed adhærentem ipsi muscum sic vocari scribit: Zeno autem Herophilus cicutam, Zeuxis autem medicinam refrigerantem, sicut annotauit Erotianus.

καμπί,

- καμπι.** sic à quibusdam dicitur poples, qui ἰγνὸς proprio nomine appellatur.
- καμπιὰ.** flexilia. dicuntur ea quorum longitudo ex circumferentia in rectum, & contrà è recto in circumferentiam permutari potest. Eadem dicuntur διδωτὰ. sola ratione differunt: idem enim quatenus ex curuo rectum fit, dicitur διδωτὸν: quatenus verò ex recto curuum, καμπιὸν vocatur.
- κάναβις.** est frutex virgulas althææ fundens nigriores, asperioresque ac minores, cubitali altitudine, foliis scabris & nigris, floribus modicè rubētibus & similibus lychnidi, semine & radice althææ. Nata primùm est in syluis, deinde verò in hortos translata cultaque, quæ satiuæ dicitur. Cannabis semen flatus extinguit, adeoque desiccatur, ut si plusculum edatur genituram absumat.
- καὶ δάειδις.** sunt animalia parua, varia, luteis lineis, quas in pennis transversas habent, promissoque corpore, crassæ ac blattarum modo præpingues. Huiusmodi enim præstantissima sunt ad medicinam. Mouent urinam & ex iis caustica medicamenta apparantur: ceterùm venenosa sunt & erodendo interimunt. Appetūt autem præsertim vesicam eamque exulcerant, nisi quibusdam medicamentis misceantur quæ earum malignitatem retundant. E frumētis potissimùm lecta in fictili vase non picato conduntur, & raro linteo obligato ore & deorsum conuerso suspenduntur super aceti feruentis quàm acerrimi halitum, donec aestu exanimetur, postea lino transfixa reponuntur.
- καὶ δὸς.** angulus oculi. Est oculi pars communis superioris & inferioris palpebræ: vel, est extremū utriusque palpebræ: habet autem uterque oculus angulum duplicè, unum maiorem iuxta nares, alterum minorem iuxta tempora.
- καλοπικὸν.** dicitur à quibusdam ἰπιδύουσα, ut habetur apud Dioscoridem.
- κάνοπος.** cortex sambuci. Paulus sambuci florem esse scripsit.
- καίπεβι.** vocantur ab Hippocrate ὀρυγµατὰ τὰ φερον, hoc est, caua quedã medio suo scãno posita, latitudine & altitudine trium ferè digitorum. vide Βάθεον.
- καπύλαιον.** quid sit Galenus aperte docet lib. 3. τῆς κ' κε' κε' κε'. Resina enim quæ sponte profluit, quæ aliis ἀπὸ ἔρυτος, Lacedæmoniis πρὸ τῆς ἔρυτος dicitur: in Cilicia καπύλαιον appellatur. Itaque non olei genus est, quemadmodum ex ipso nomine videri poterat, sed resina, quam fortè ita vocarūt à fumo quem edit igni admotæ: vel, quod est probabilius, quia liquidis omnibus resinis liquidior, calidior tenuiorque sit, proindeque ad oleum magis accedat. differt ab oleo quod Aëtius lib. 1. καπύσον nominat.
- καπύλις.** species est, ut ait Aëtius, lapidis Iaspidis qui valde turbido colore est.
- καπύσιος.** dicitur à quibusdam ὀ καπύσιος, ut ait Galenus, de quo vide suo loco.
- καπύσον ἔλαιον.** fumosum oleum, seu suffumigabile. Est olei genus ex plarisque aromatis & oleo præparati, ita ut aromata ignem concipientia, fumo suo subiectū ipsis oleum imbuant, vimque suam in eo relinquunt. Huius conficiendi rationem Aëtius planè docuit lib. 1. Differt ἀπὸ τῆς καπύλις de quo paulò supra dictum est.
- καπύτις.** est species una τῆς καπύτις, quæ in fornacibus colligitur ex tenuissima materie quæ in illis uritur parte in sublime elata cum fumo, propter maximam sui leuitatē. Ea est, ut Plinius scribit, in ipso fornacum ore qua flammæ eluctantur, exusta & similis fauilla. vide καπύτις.
- κάπιος.** fumaria. herbula est fruticosa, prætenera, coriandri similis, foliis candidioribus; undique numerosis, cinerei coloris, flore purpureo. Acris amaraque est, urinas bilio-

DEFINIT. MEDIC.

fas prouocat, iecinoris obstructionem & stomachi languori medetur. Sic vocata est quod succus eius oculis illitus, lacrymas eliciat. Alia eiusdem nominis describitur à Plinio, quæ vires easdem habere dicitur.

καπραις. cappatis. frutex est senticosus & humilis, in orbem proserpens, caule breui, ramis in rosæ modum aculeatis, spinis aduncis hamatisque, folio circinato horriduloq;, baccis oleæ, rotundis, quibus fatiscētibus emicat flos roseus, cādidus, odoratus, qui postquam excussus decidit, glans extuberat oblonga, seminis acinosi plena, radice nigra, multiplici, lignosa. Cortex subrufus ac minime friabilis eam vestit, vulgò nomen retinet: aliqui latinorum inturim vocāt. Est autem capparis variis facultatibus prædita. Cortex eius absterget, purgat, incidit, excalfacit, digerit, contrahit, densat, adstringit. Itaque ex cappari vulgò paratur oleum ad multa vtile. fit & è cappari emplastrum cuius descriptio habetur apud Aëtium lib. 15.

καρεία. dicitur à quibusdam ἢ καπραις, sicut habetur apud Dioscoridem.

καρδαμυκίη. dicitur à quibusdam ἢ καρδαμύρ, ut habetur apud Dioscoridem: ab aliis verò lepidium syluestre.

καρδαμύνη. dicitur à quibusdam ἢ σισυμβερον, ut Galen. ait, quoniam cardamomo simile quiddam gustu præ se ferat. dicitur & eodē nomine herba ἰβυεὶς siue λεπίδιον, quod cardami, hoc est, nasturtij odore, sapore & figura sit, ut scribit Aëtius lib. 12. cap. 2.

καρδαμύρ. nasturtium. Est herba coliculo sesquipedali, longè statim ab radice minorū foliorum pediculo, floribus albis, semine per ramorum latera copioso, firmo, calyculis orbicularibus cōtento, acri sapore: vulgus gallicum cressonem appellat. Huius semen vim habet adurendi, valenter crassos succos incidit. Caput tentare & ferire dicitur, atque ex eo καρδαμύρ dictum quasi καρδαμύρ.

καρδαμύωδον. palpebras assiduè mouere & claudere, oculis nictare. propriū Atticorum vocabulum est, usurpatum ab Hippocrate. Sumptum à nasturtio est, quod καρδαμύρ dicitur, quo si quis utatur, assiduè oculis conuiuet. dicitur & σκαρδαμύωδον. Author Erotianus.

καρδαμύμων. est frutex amomo non dissimilis, odoratus, oblongo semine & anguloso: optimum quod non facile teritur, farctum, occlusum, odore nares feriens, gustu acri & subamaro. Plura eius traduntur genera, unūque eorum esse quod granum paradisi officinæ vocant. Est cardamomon facultatis admodum calidæ, sed adiūctam habet quandam amaritudinem qua deterget & lumbricos interficit.

καρδαμύμων. etiam dici à quibusdam ἢ καρδιον Dioscorides author est.

καρδία. cor. Est viscus carne dura, fibrosa, caua constans, principium vitalis facultatis. Sunt qui musculum esse definiunt, verum & minus rubet quàm musculus, & longè durius, spissius solidiusque est, multoque aliter fibris intertextum: fibris namque validis & rectis caro eius circumfusa est (unde & καρτέγχυμα, nomine aliis quoque visceribus communi, ab Erasistrato appellatur) à basi ipsius in mucronem tendentibus. Habet præterea & transuersas, in eas ad angulum rectum incidentes, & obliquas earum medias. Ac rectis quidem per diastolas è vena caua sanguinem per arteriam venosam attrahit: transuersis autem per systolas in venam arteriosam & arteriam magnam expellit, fuliginosumq; pariter excrementum in arteriam venosam: obliquis verò per quietes inter diastolem systolémque medias sanguine ex vena caua in ventriculum dextrum, & spiritu ex arteria venosa in sinistrum attracto retentoque

centoque perfruitur. Sant namque cordi duo ventriculi seu sinas, καὶ δύο Græcis dicti, carnis ipsius portione media cœu diaphragmate quodam distincti. Dexter multo amplior est, carne & parciore & molliore circumseptus: sinister verò multo angustior, ut qui carne tum largiore tum densiore contineatur. Verique autem sua est auris nervosa, cana, ad ora vasorum materias in cor immittentium affixa, in quibus veluti in penu quodam sanguis & aër recondita sunt. Has Græci ἀρτὴ & ὑπὸν ἀρτὸν ἀρτὸν appellant. Habet etiam uterque sua vasa, dexter quidem venam tum canam tum arteriosam, sinister autem arteriam tam magnam quam venosam, in quorum vasorum orificiis certa quedam sunt membranarum epiphyses, quarum alia foris orta introsum feruntur (cuiusmodi tres habentur in vena cana orificio, dua autem in arteria venosa, omnes inæquales & veluti laceræ) aëri atque sanguini in cor immittendo destinatæ: alie verò ab internis sedibus foras vergunt, tres quidem in magna arteria osculo, & totidem in vena arteriosa sita inter se æquales, per quas sanguis tum crassior ex dextro sinu in pulmones per venam arteriosam, tum spirituosus ex sinistro in magnam arteriam emittitur. Omnium autem orificiorum quæ in cor dehiscunt maximum est arteriæ magnæ, quod ut iuuenibus cartilagosum est, ita natu grandioribus, præsertimque senibus, osseum. Cordi potro sua est tunica, neruulum à sexto pari aut recurrète sinistro forita. Venam etiam à vena cana habet, antequam ea in dextrum ventriculum subeat, coronæ modo (στέφανον) ob id dicitur) circa cordi basim implexam, & ramulis postea plurimis in cordis partem extimam distributam: duas item arteriolas inæquales ab aorta sub membranarum epiphysibus productas, & ut vena coronaria, variè per summum viscus dispersas. Interna namque eius caro à sanguine in ventriculis contento abunde nutritur & temperatur. Est autem cordis figura pyramidata, è lato in acutum tendēs. Hunc in modum natura cor instruxit atque exornauit, ut fons & principium vitæ esset, & calorem natium, quo uno vita continetur, conseruaret. Ea vis cordi insita à medicis facultas vitalis nuncupatur. Itaque nulla pars in corpore corde vehementius calet, non modo sua causa, sed uniuersi etiam corporis, cui perpetuò calorem suppeditare debet. Id quod præstat spiritum & sanguinem valde tenuem & calidum per arterias veluti per canales quosdã in omnes corporis particulas immittens, quem è ventriculo suo sinistro depromit multo tenuiorem calidioremq; quam ante ex vena cana in dextrum admiserat. Verùm cum mediocritate & temperatione quadam ipse etiam calor natius conseruari debeat, moderatè refrigerari se postulat. Id quod duobus fit modis, propriè quidem aëre frigido inspirato, per accidens verò fuliginosa excrementi vacuatione. Quorum utrumque cor pulsū consequitur, per diastolas quidem aërem frigidum attrahens, per systolas verò halitus fuliginosos exprimens. Sed ut cordis calor respiratione refrigeratur, ita reliquæ partes corporis arteriarum pulsū, quæ in eum sinem & usum originem à corde ducunt & vim pulsficam (cuius fons & principium cor est) ab eo accipiunt. Præter eas facultates alia etiam cordi inest, quam veteres philosophi δύοσδῆν, Latini animosam & irascibilem appellant, quæ motus in nobis varios gignit, alios remissiores, alios magis concitados, prout ratiocinandi potentia res animo obiectas estimauerit, sicut ante τὸ δύοσδῆν δύοσδῆν explicantes annotauimus.

namque etiam dictum est à veteribus os ventriculi, propter affinitatem maximam

D

DEFINIT. MEDIC.

quæ illi est cum corde, & mutuum consensum, ut longo sermone Gal. demonstravit lib. 2. de placitis Hippocr. & Platonis.

καρδιασις. dicuntur qui propter oris ventriculi languorem animo deficiunt & sudoribus resoluuntur. His pulsus densus est & obscurus, extremæ partes frigent, sudores circa faciem & ad pectus usque glutinosi, odor corporis terrestris, pulsus circa cor vehementes & magni. Adhæc febris acuta, desperatio, angor animi & corporis iactatio. Est autem os ventriculi in his primario affectum: per consensum autem cor ipsum vehementer offenditur. Affectuonem ipsam Celsus dicit nihil aliud esse quam nimiam imbecillitatem corporis, quod stomacho languente immodico sudore digeritur. Galenus huius affectionis genus statuit syncopen, non eam quidem quæ corde primario affecto contingit, sed cardiacam, quæ vitio oris ventriculi fit (secundum antiquam τὴν καρδιασίν significationem) quam & stomachicam appellant.

καρδιαλγία. est dolor & morsus oris ventriculi ab humoris acrimonia. Symptoma est non cordis quidem, hoc est, visceris huius quod vita pulsusque principium est, sed oris ventriculi quod à veteribus καρδια dicebatur. Nec verò omnis oris ventriculi dolor καρδιαλγία appellatur, sed ille tantum quem humorum acrimonia irritando & mordendo excitat. Id quod fit in angoribus, unde mærore confecti bilem euomere consueverunt. Neque dolore vexatis tantum, verum etiam iis qui diutius paulò ieiunium tolerarint, accidit, ut morsus hos ventriculi sentiant, præsertim cum vehementi aliqua exercitatione fatigati cibum nullum assumpserint. Siquidem & mæror & vehementior exercitatio facit ut flava bilis in ventriculum confluat, à qua postea irritati & morfi homines cordis dolore prehendantur.

καρδιαγμός. cordis morsus, seu rosio cordis, vel potius ventriculi. Est sensus quidam mordicationis in ventriculo ab humore acri os eius rodente & vellicante. Alij verò, ut scribit Galen. καρδιαγμόν interpretatur cordis (hoc est, visceris eius quod palpitat, & cor propriè dicitur) motum quædam palpitationi similem. Itaque his quidem auctoribus καρδιαγμός ad cor pertinet, illis autem ad os ventriculi. quibus & videtur Galenus assentiri, scribens lib. 3. de facult. natur. in ventre segregatricem expultricemque alienorum vim per καρδιαγμόν manifestè indicari. Nondum quidem scio à veteribus definitum quomodo ab invicem καρδιαγμός & καρδιαλγία differant. Nam ut scribit Galenus com. in aphor. 65. lib. 4. plerique apud Hippocratem καρδιασίν & καρδιαλγίαν pro eodem acceperunt, cum tamen ipse lib. 8. τῆν κ' τὸ πῶς videatur ea diversa esse dicere. Erotianus inter ea non distinguit, utrumque eorum explicans, ὁμοίως καὶ ὁδῶν ἀνωδου τῶν σίμαζον. Altera autem τῆν καρδιαγμοῦ differentiam constituit qua cor propriè dictum laborare potest, eamque definit πάλμῳ ἀδρόωσ καὶ σφοδρῶσ ἐν αὐτῷ γένόμενον.

καρκίνος. cancer. Est tumor malignus, inequalis, durus, oris prætumidis, aspectu teter, lividus & indolens, cancro similis. Ab atra bile gignitur. Sed cum atra bilis dua sint differentia, Galenus lib. 2. ad Glauconem scripsit ex melancholico excremento generari, quod faci vinariæ proportionè respondet & à liene repurgatur. Id enim si in corpore redundauerit, sanguinem crassum, turbidum faculentumque reddit, quæ si nec per hæmorrhoidas, nec per alvum, nec aliter natura extra corpus depellit, aliquando in varices, aut in aliam quandam partem cæteris imbecilliozem: interdum verò in uniuersam cutem (unde elephas nascitur, quem aliqui cancrum uniuersum vocari

cari volant) deponit. In quam autem partem decubuerit, venæ in ea manifestò apparent sanguine nigro & crasso plenæ atque tumentes, itaque tumori circumpositæ, ut cancri animalis figuram referre videantur. Siquidem tumor ipse cancri corpus, venæ tumidæ crassæq; eiusdem pedes oculis repræsentant. Quæ quidem figura cum ubique cerni possit (oritur enim cancer in omni corporis parte, atque in ipso etiam oculo) in mulierum tamen mammis longè est euidentissima. Quamuis autem inde huic tumori nomen inditum fuisse plerique putent, potest tamen alia quadam similitudinis ratio assignari, quam Aëcius ex Archigene & Leonida in librum ultimum transtulit. Sicut enim cancri animalia sunt aspera & dura, & si quid forcipibus suis ceperint haud facillè dimittunt, ita tumor iste & prominere & tactui renititur & ægrè tractabilis est, atque ubi semel radices egerit, difficillimè auelli tollique potest. Est enim malignus, ferus, proceruus & quem curatio manuumq; vel blandissima tractatio efferare potius quàm mitigare solet. Sed cum sit duplex cancerorum differentia, quidam enim sine ulcere, quidam cum ulcere consistunt: qui sine ulcere sunt, à veteribus occulti fuere appellati, quanquam Philoxenus cancrum occultam priuatim vocarit qui in utero atque intestinis esset. Est autem nõ ulceratus paulò mitior, qui namque ulcus habet, assidue erodit, nec sisti potest, & saniem pessimam teterrimamque exudat.

καρκίνος. cancer. Vinculi genus apud Gal. lib. de fasciis, quod capiti cõuenit: fascia scilicet in plures partes scissa, cancerorũ pedum speciem referentes. Sic etiam à veteribus dictum fuit ὀστέων, ut habetur apud Pollucem.

καρκινώδης. σκληρώδης. apud Hippocratem.

καρκίνωμα. cancer. Idem prorsus quod καρκίνος, nisi quod mihi videntur Græci sæpius in oculo καρκίνωμα, in reliquis corporis partibus καρκίνον dicere, quamuis etiã in oculo καρκίνον dixerit Aëcius. Est autè in oculo affectus corneæ tunica, ad quam undiq; venæ sanguine plenæ & liuentes concurrunt, veluti in aliis reliqui corporis cancris.

καρναβάδιον. sic dicitur Actuario quod est Serapioni doronicam.

καρπον. carænum. dicitur vinum decoctum, ita ut tertia pars absumpta sit, duæ tantum remaneant. species est τῶ σίρκις.

κάρων

κάρων. herba est valde nota. Omnibus carui dicitur. Eius semen tertio ordine siccat & calefacit & modicè acere est, ut & planta. Habet autem quiddam aromaticum; & usum aniso, ligustico, petroselino & cymino parem. Si quis tamen eo copiosius utatur, succum aliquatenus vitiosum gignit, ut scribit Gal. lib. 2. de alimentis.

κάρων. sopor. Est paralytis imaginatricis facultatis, sensum motumque omnem, excepta respiratione, adimens. Huius causa, perinde ac multorum aliorum cerebri morborum, est crassus aut viscidus humor, qui ventrem præsertim anteriorem occupat. Ex quo Galenus κάρων facultatis imaginatricis symptoma esse dicit in lib. de sympt. differ. Sed tamen & medius ventriculus sæpè consentit. Sequitur inde somnus profundus, oculis perpetuò clausis, & omnis sensus atque motionis priuatio, excepta respiratione quæ sola secundum naturam seruetur. Nec tamen ita perit sensus; quin si pungantur, sentiant, nõ tamen propterea vel loquuntur vel oculos aperiunt. Ex his patet in quo ὀστέων à reliquis cerebri morbis differat. Ac primùm quidem ab apoplexia, quod in ea cerebri corpus magis affici soleat, eiusque pars tum anterior tum po-

DEFINIT. MEDIC.

sterior, sensusque omnis una cum respiratione aboleatur: in caro autem vetriculus eius anterior magis patiatur, nec in totum sensus videatur periisse, maneâtque libera secundum naturam respiratio, quodque sopore discusso bona valetudo magna ex parte consequatur, cum apoplexia paralysis sæpissimè succedat. Ab epilepsia verò, quod hæc conuulsio sit, & partem capitis utramque, hoc est, anteriorem posterioremque tentet, oculique aperti ut plurimum maneant: carus autem non habeat adiunctam conuulsionem, cõsistat in parte capitis anteriore, perpetuòque per eum oculi claudantur. A catalepsi verò atque à catoche, quod his posteriora cerebri magis afficiantur, nec palpebræ claudantur, sed maneant aperta. A lethargo verò quod febris carum precedat, eadem lethargum consequatur. Non enim solet putrescere humor carum committens, sicuti is qui lethargum parit, atque ex putredine febrem accendit. Adhæc carus multos morbos velut symptoma sequitur. Nam & accessionibus quarundam febrium, & comitialibus morbis & cerebri compressionibus & fracto cranio, vel oblasis menyngibus superuenit: lethargus autem per se ut plurimum consistit. Gal. comment. 2. in lib. 1. prorrh. definit carum esse somnum longum, profundum, & à quo æger difficillimè excitetur. Sunt etiam, inquit, qui ubi æger tum sensu tum motu aliquantisper priuatur, etiam si stimules, ferias, inclames, carum appellant, qualis in quibusdam visitur, qui in temporibus vehementer percussifuerint, atque in febrium etiam accessionibus.

καρπίσιον. carpesium. est festuca tenuis, surculis cinamomi similis, odore τῆς φού, sed ualentiore & magis aromatico. vires habet cinamomi, nec tamẽ tam tenuium partium est, namque ipsum duplo pondere pro cinamomo Galenus usurpat. Serapio, Auicena atque Arabes omnes cubebas esse dicunt. Verum Dioscorides, Theophrastus & Plinius nihil de eo habent scriptum. Sunt qui crediderint ὄξυμυρίδιον esse, quorum tamẽ errorem Hermolaus Barbarus & Nicolaus Leonicensis redarguunt.

καρπὸ βάλαμον. est fructus arboris quæ βάλαμον dicitur, partim oblongus, in medio latior, rubes, grauis, plenus, gustu piperis & odoratus. In theriacã inditur authore Galeno.

κάρπος. carpus. brachiale. Est pars manus qua cubito per articulum coniungitur. Aristoteles lib. 1. de hist. animal. definit κάρπος esse nodum quo cum brachio manus iungitur & coartatur, quo loco Gaza primus brachiale vertit. Celsus enim partem eam nullo proprio nomine appellat, sed primam palmæ partem vocat, quam dicit ex multis minutisque ossibus constare, quorum numerus incertus sit. Attamẽ Galenus octo ossibus constare scribit, duris quidem omnibus & paruis & sine medulla, differentibus autem non modò magnitudine, sed etiam figura, situ & usu. Omnia ligamentis nerueis & chartilagine inter se per synarthrosim cõstringuntur, non (ut quidam putant) per symphysim. Sũt autem variæ & multiplicis figuræ: extrã enim leuiter gibbosa, intus caua sunt. Omnia duplici ordine digesta sint, quorum primus is dicitur qui & superior, tribusque constat ossibus in cõdyli unius longi formam coagmetatis, quæ in superiori brachialis sede ita secum iunguntur & protuberant, ut ueluti unum brachialis caput leue & chartilagine incrustatum cõstituunt. Inferuntur autem in cavitatem tum radij, tum cubiti, & cum radio, cubito & ipsius apophysi styloide per diarthrosim articulantur, ad manus extrema flexionẽ & extensionem, & motus eiusdem obliquos ab apophysi styloide iuuandos. Secundus ordo & inferior suis quatuor ossibus metacarpio per synarthrosim articulatur. Octauum autem os quod

os quod restat ambigit quodammodo inter utrumque ordinem, nam & quarto secūdi ordinis ossi velut inclinatum incumbit, & inuehitur etiā offe, quod sua glenoide cavitare, styloide apophysim recipit.

καρπός. fructus. Est stirpium veluti soboles quaedam. Idem reuera in multis quod semē, ut tritico, vicia, eruo, pisis, fabis: in his enim fructus à semine exiguum quid discrepat. Quod enim ex siliqua & semine compositum est, fructus est, cuius tamen substantiā maxima pars in seminibus inest. In aliis vero paulò plus semen & fructus differūt: etenim fici fructus sunt ipsa ficus, quod verò in eo καρπός dicitur, semen est fici, sicut & acinus totius vitis est fructus, solum autem γλαρός, vitis est semen. Pari modo in pyris, malis, cucumeribus & id genus aliis. Porro differentiam apertè explicauit Aristoteles lib. 1. de generatione animalium: fructus, inquit, dicitur quod ex alio est, semen autem ex hoc ipso aliud est, quasi semen à fructu secundum prius & posterius differat. Verbi gratia, pomum fructus ex arbore est, semen autem pomi ex eo ipso est, & quidem posterius fructu, hoc est, ipso pomo. Præterea & ratio inter utrumq; distinguit. Dicitur enim fructus quod ab alio est, semen verò ex quo aliud fit. Sed confunduntur magna ex parte, ut cum λουκίου καρπὸν τὸν Hippocrates τὸν Dioscorides viola semen appellant, ut scripsit Galenus ἐν ταῖς ἁλωσιαῖς.

κάστα. idem quod λιαὶ καὶ σφόδρα, apud Hippocratem.

καρπυῖός τε καὶ ταγμα. fractura ossis differentia quæ & ἀλκυλός τε καὶ ταγμα dicitur. vide καὶ ταγμα.

καρμεία ἢ

καρύκη. species intriti seu conditura ex variis obsoniorum generibus. Sunt quibus placet apud Hippocr. dici Lydium quoddam edulium ex sanguine variisque rebus apparatus. Sanguinis colorem referebat, proindeq; ut scribit Erotianus, plerique αἷμα τεῖον esse censuerunt, colore fortè decepti. Significat autem ἢ καρμεία omnem superfluum condituram. Quidam duplici κα scribunt.

καρυῖός τε. medicamenti nomen apud Hippocratem quod ipse ulceribus admonet, ex nucibus & aliis quibusdam apparatus. Habetur apud eum lib. πδδ' ἐλκῶν.

καρύον νυκ. Dicitur omne pomum quod foris duro tegitur, & intus habet quod esui est. Eius plura sunt genera: βασιλικόν, περπυῖόν ἢ ἱερακλειοτικόν, μυελισκόν.

καρύον βασιλικόν. νυκ iuglans. omnium notissima est, fructu multis inuolucris occultato, calloso primū herbaceoque cortice, hinc compactili carinatū loculo, mox tenui cartilaginea crispi intus nuclea quadripartitè digeritur, lignea intercedere membrana.

καρύον διβατικόν. νυκ Euboica. Idem prorsus quod iuglans.

καρύον ἱερακλειοτικόν. νυκ Hetractiotica, quæ & λιπὸν & ταλικόν dicitur. νυκ ταλικόν. Latini prænestina vocat. Hac molli primū caliculo legitur, mox lignoso quidem sed fragili putamine, cui tenuis subest membrana, docendum operiens nucleum, cuius umbilico quasi peculiariter inludatur nucleus.

καρύον λεπτόν. quod & λεπτοκάρυον uno nomine dicitur. Idem quod ἱερακλειοτικόν sine ταλικόν, de quo supra.

καρύον μυρμερόν. quod & compositio nomine μερμερόν dicitur. est νυκ odorata quam nos moscatum dicimus.

καρύον περσικόν. νυκ iuglans. Eam enim reges ex Perside transtulere, unde & regia & Persica nomen habet.

καρπός τε

D ij

DEFINIT. MEDIC.

καρυόφυλλον. *nux auellana, quam & καρυόν ἢ καρυόφυλλον dicimus appellari.*
 καρφόφυλλον. *longè abest ab eo quod nomine videtur significare. Cum enim dicatur*
quasi nucis folium, eius tamen neque naturam neque formam omnino habet. Est e-
nim arboris fructus, ut placet Aëtio & Simeoni, vel potius flos, authore Paulo ar-
boris cuiusdam Indica festucaceus, in clavi modum capitatus, niger, longus, acer,
subamarus, odoratus, non ad obsonia modò, sed ad multa etiam medicamenta expe-
titus. Alij non flori modò & fructui, sed ipsi etiam frutici nomē hoc tribuūt qui de-
pingitur sambuci forma, vel, ut alijs placet, buxi candice, lauri folio, sed rotundiore.

καρφαλέον. κατ'ἀξίον. *apud Hippocratem.*

καρφολογῆν. *colligere festucas. verbum est de phreniticis dici solitum, ut habetur apud*
Gal. quemadmodū & κροκιδίην, quorum utriūque imaginandi vi læsa provenit.

καρχήσιος βρόγχος. *carchesius laqueus. Deligatura genus est duabus habenis constans,*
vim habens equaliter extendendi. Sic dicitur a fune qui in summo navis malo ha-
betur, quem Græci καρχήσιον appellant. Eius meminit Gal. comment. 1. ἐς τὸ πᾶν ἄρ-
θρον. Geminus describitur apud Oribasium lib. de laqueis, simplex & duplex.

καρώδες. ἢ καρβαεῖα, ἢ κωρωπὸν, *apud Hippocratem.*

καρώπιδες *sive*

καρωλικαὶ ἀρτηρίαι. *vide ἀρτηρίαι.*

κασία ἢ κασία. *casia. frutex est, sed multorum generum, unū αἴχυ dicitur & διαφύκας, nascēs*
in Arabia, sarmento crassi corticis, folijs piperis. In quo genere optimum fulvescit:
pulchri coloris est, & coralij emulum, perquam angustum, longum, crassum, fistulo-
sum, gustu mordens, & cum aliquāto feruore adstringens, aromaticum vinoso odore.
Aliud est quod ῥιγις dicitur sive ῥιγις, purpura nigrantis aspectu, crassiore sarmento,
rosam spirans, præcipui in medicina usus. Aëtius ὄξυς appellat, alij βαλοσαμιάδι, ut
habetur apud Plinium. Aliud vocatur βλάσος μουσλίτης, id est, germē mosyleticum.
Et hæc tria genera præcipuè commēdātur. Reliqua vilia sunt, inter quæ ἀνφοῦμαρ
dicitur nigrum, insuaue, cortice tenui & rimoso, & quod κηθὸν & δάκρυς appellatur,
ut scribit Dioscorides. Cæterum casia calcacit & siccacit tertio ordine, partium te-
nuium est & leniter adstringit. Omnes eam officinæ ligneam vocant. Nunc nisi ra-
rissimè ad nos non conuehitur.

κασία σπειρῆσις. *casia fistularis: quæ ab Actuario κατὰ μιλανίαν, id est, nigra dicitur, ab*
alijs κατὰ λυβίαν, id est, arundo, seu potius Indica canna: est arbor magna, iuglandis fo-
lio, fistulis prælongis ac teretibus, utrinque fastigiatis, colore rubro nigricantibus, duū
fere pedum proceritate, nigra intus carne gustu prædulci, plane medicato, ligneis di-
stinguentibus membranis, ossibus siliquarum, intercurrentibus laminis intus carno-
sis quas parietina discludunt. Ea & India & in Aegypto nascitur. Ignota fuit Dio-
scoridis Pliniique & Galeni ætatibus. Nunc nobis familiarissima est, cuius con-
creto atramento frequenter usimur ad deiciendam aluum iis qui valentia medica-
menta non ferant.

κασῖος οἶνος. *forte vinum Syriacū, apud Hippocr. à mōte Cassyo, ut scribit Erotianus.*

κασύπας. *Syriaca vox est, sed recentioribus Græcis usurpata pro herba quæ sine radice,*
folijs vidua, flore albo, semine scatens tenui, cirris purpureis proxima quæquo peluti
clauiculis implicat, officinæ κισκουάμ vocant.

κάσσανον. *castanea. Idem quod διὸς βάλαυθ ἢ σαφτακί. vide διὸς βάλαυθ.*

καστέορον.

καστεορ. *castoreum.* Testiculi castoris animalis quod fiber latinis dicitur. Est autem anticipis vitæ animal, & plerumque cum piscibus & cancris ex aqua victum capessit. Testes habet magni prorsus in medicina usus, quos ab ipsis auelli & à sese abici cum venatu orgetur, vanum est. Siquidem tangi nequeunt, ita, ut in sue, substructi. Eligi autem debent qui ex uno ortu connexi sunt (fieri enim non potest, ut gemini folliculi in una membrana coniuncti reperiatur) liquore intus veluti cereo, odore graui & virus redolente, gustu acri, mordente ac friabili, naturalibus tunicis circumdato. Pontici cæteris præferuntur. calefacit & siccatur, habetque magnam partium tenuitatem. Itaque concoquit, discutit & suppressas vacuationes restituit.

καστωρ. sic quidam τὸ καστεορ appellunt, ut habetur apud Dioscoridem.

καταβλακδίουσι κα το λιγροῦσι. hoc est, parui pendunt apud Hippocratem.

κατάβλημα. dicitur apud Hippocr. quicquid exterius parti superiicitur siue simbria siue aliud quid simile.

κατάγμα. fractio, est solutio continuitatis in osse. Sicut enim in carne soluta continuitas ἔλιος dicitur, ita in osse κατάγμα. In cartilagine non habet proprium nomen, sed eam continuitatis solutionem Hippoc. abusus κατάγματος nomine appellauit, ut annotat Galenus commen. 2. εἰς τὸ πῶδι ἄρθρον. Sunt autem κατάγματος plures differentia. ἑαφαιδρ, quod est fractura ossis per eius crassitudinem transversim facta. dicitur aliis nominibus σικυιδρ & κωλυιδρ ex cucumerum & caulium fractorum similitudine. Aliud χροκιδρ quod est ossis fractura oblonga. Aliud εἰς ὄνυχον quod est ossis fractura, secundum partem quidem aliquam recta, in extremo autem lunata. dicitur & alio nomine καλαμιδρ. Aliud est ἀλωιδρ quod est ossis fractura in multas tenues partes, quod & à quibusdam καρυιδρ dicitur. Aliud δὲ κατ' ἀποθροῦσι καὶ κατ' ἀκροῦσι, quod est ablatio partis ossis per summitatis rupturam, ut pars ea quæ ablata est, superinnatet. Sunt etiam qui fracturæ cranij differentiam constituerint quæ ἀπίγμα vocat, quæ fit quando percussa una parte, ea finditur quæ contraria est.

καταγματικὰ φάρμακα. dicuntur medicamenta caluaria, fracturis accommodata. Sunt autem ea abstergendi, digerendi & siccandi potestate prædita, quibus plerique & paululum ex adstringentibus pharmacis admiscunt. Sunt autem καταγματικὰ eadem fere cum κφαλικοῖς, nisi quod hæc acrimoniam etiam quandam sortita sunt, ut ex alto in superficiem extimam non ossa modo, sed humorem etiam crassum & viscosum, si quis subest, vel omnino deprauatum attrahant, quanquam & hæc plerique etiam καταγματικὰ appellunt, ut scribit Galenus lib. 3. τῆς κ. κ. quæ loco ipse aliquot Andromæchi καταγματικὰ describit & aliorum veterum medicamentum.

καταγροῖ. eneruat, debilitat, ad extremam imbecillitatem ducit apud Hippocratem.

καταγροῖσι. τρέπτει τὸ ὄμμα. apud Hippocr. ut annotat Erotianus.

καταουνοῖσι. irrigatio, perfusio. Fit humore copioso in partem aliquam affuso. quo quidem remedij genere videndum cum aliqua de causa balneo excludimur. Sed præsertim capiti adhibetur siue ad somnum conciliandum, siue ad compescendum delirium, siue ad soluendas conuulsiones. Archigenes namque præditur præceptorem suum Agathinum ex vigiliis delirantem, confestim delirio vigilisque liberasse largiore oleo & calente capiti affuso. Id quod etiam præstari potest chamæmelo vel calicibus papaueris in oleo decoctis. Similiter in caninis conuulsionibus caput oleo ficyonio calente aut alio eiusdem facultatis perfundi irrigarique potest, sicut & alia corpo-

DEFINIT. MEDIC.

- ris partes quas morbus aliquis occupat. Nam & podagrici & tremore laborantes & hepatici & splenici proprias habent & peculiare irrigationes. Caterum ἡ καταιόνσις differt ἀπὸ τῆς ἐμβροχίης, eo solo quod post τὴν καταιόνσις in parte aliqua factā, eidē lanā aut linteū aut aliud quid superponim⁹, quod post τὴν ἐμβροχίην nō facimus.
- κατακλιμῖνοι. ἀκλυτοι. hoc est, resoluti, languentes, deficientes apud Hippocratem, ut annotat Gal. comment. in prorrhēt.
- κατακλιθεῖς. dicuntur ossa chartilaginosa in commissura omoplatæ cum clavi sita, utrinque scilicet singula. Siquidem in ea commissura sæpè accumbit, sæpius media intercedit chartilago, uti in ea quæ clavi est cum sterno iunctura, & ea quæ genæ inferiori cum osse temporali, & cruris cum tibia. Hanc porrò chartilaginem osseam Galenus os propter duritiem appellat (quanquam ob tenuitatem sit multum flexilis) & scribit in ea commissura, præter omoplatam & clauem, tertium os à quibusdam numerari, & in ipsis tantum hominibus Hippocratis testimonio deprehendi, qui eam homini propriam facit: hanc verò etiam ab aliquibus ἀκρωμίου vocari Gal. lib. de ossibus prodidit.
- κατάκλυσμα. idem quod κλυσιε, apud Hippocr. lib. de salubri diætā.
- κατακροῖς. ἰκάνως ἢ ἀκράτως: utroq; enim modo Gal. explicat cōment. περὶ διαίτης δξίωρ.
- κατακροῖς. ἀκράτος, syncerus, ut ἀλὴν κατακροῖς, bilis syncera: sic enim (inquit Galenus) κατακροῖα vocat Hippocrates recrementa pura bilis, sed & συνθεὰ κατακροῖα dicit quæ eiusmodi humorem generant, quæ tamen quidam hirsuta interpretati sunt. Quin & κατακροῖς homines eadem ratione vocat. Pharmacum quoque κατακροῖς dicit, aut propter euacuatum ab ipso humorem, aut ob proprium suū colorem. vocat etiam sitim κατακροῖν, quæ vel gignitur propter talem humorem, aut quæ vehemens & intensa est. Ad eundem modum Galenus aliquādo dicit ἀλλὴν κατακροῖν τῆς χροῖα, id est, bilem abunde coloratam, & velut ad plenum suo colore exaturatam.
- κατακροῖν. consura per nouaculam, apud Hippocratem.
- κατακροῖν. κατακροῖν, apud Hippocr. ut annotat Erotianus.
- κατάληψις. affectus est cerebri. Prouenit à vehementi refrigeratione cum quadā siccitate, & posteriora cerebri potius occupat, cum in caro anterior pars magis laboret: in apoplexia verò & morbo comitiali utraque, ut scribit Gal. lib. 4. de loc. affect. Manent autem per catalepsim palpebræ aperta, quæ per carum clauduntur, seruaturque secundum naturam spiratio. Huius frigidus ac crassus aut omnino viscidus humor causa est, quanquam & stomachi vitio aliquando incidere possit: Paulus Aegineta lib. 3. cap. 6. scribit affectū quem medici Galeno antiquiores κατόχου appellarunt, eundem à recentioribus κατακλιῶν & κατάληψιν postea vocatum esse. Dicitur ἀπὸ τῆς καταλαμβάνειν, quòd eo affectu detentus æger repente in illo permanet habitu in quo correptus est. vide κατόχι.
- κατάληψις. vocabulum est Empiricorum, quo significant veram & perpetuam cognitionem, ut scribit Gal. lib. περὶ αἰείσωρ. Sūt autē κατάληψια, κατάληψις, κατάληψιον, καταλαμβάνειν nomina ex Stoicorū schola profecta, nec Attica, ut scribit Gal. initio lib. περὶ αἰείσως διδασκαλίας. & significat κατάληψιον idem quod γνώσθαι.
- καταμῆσιον αἷμα. menstruus sanguis. Est sanguis in muliere superfluus, alterum generationis principii. Sanguinem quidem esse ipse sensus iudicat, superfluum autem ipsa per singulos menses excretio ostendit. Quia enim fæmina humidior frigidiorque

mare

mare est, iccirco sanguine magis abundat, concoquens quidem alimentum quantum expedit, verumtamen propter caloris imbecillitatem non valens id quod retundat per balitum digerere. Proinde plus sanguinis quam illi sit ex usu accumulatur: cuius partem cum sibi concoxerit & assimilauerit, reliquam tanquam superflua per uterum excernit. Videtur itaque id quod excernitur eiusdem esse & substantiae & qualitatis cum eo quod ipsa sibi reseruauit, & ad sui nutritionem usurpauit, ut quod & ab eadem facultate, eodemque calore natiuo genitum sit, iisdemque alimentis, & eodem postea calore regatur, & suis usque ad excretionem venis locisque contineatur, in quibus unumquodque optime conseruari solet. Quamobrem cum sanguis ille superfluus aut excrementosus dicitur, non ad qualitatem, sed ad quantitatem referendum est. Nam si quod illi vitium insit, idem & reliquo toti sanguini commune est, quale morbofa non foeminarum tantum, sed virorum etiam corpora conciliat atque contrahunt: proprium vero & peculiare nullum videtur possidere, excepto forte eo quod mox dicam. Certum est uteri in mulieribus permagnam esse vim, ut qui non modo morborum grauisimorum causa sit, sed totum etiam corporis temperamentum immutare possit. Is si a suo temperamento recesserit, si vitiosos humores aut in acetabulis, aut in cornibus, aut inter tunicas, aut suo sinu collegerit, tunc sanguinem menstruum, eiusque maximè partem quae primò ad eum peruenerit, inque eo diutius resederit, donec menstrui excernendi tempus aduenerit, eodem vitio inficit atque deprauat, unde ea forte maleficia, quae Plinius mēstruo sanguini attribuit, consequuntur. Verum vitium hoc ex accidenti potius quam naturam inest eiusmodi sanguini, qui aliàs in muliere bene sana omnis vitij expers gignitur, adeò ut alterum generationis nostrae principium existat. Est enim foetus materia, atque etiam facultas perinde ac semen, sed tantò minorem vim & facultatem habens quam semen, quanto plus materiae in formando foetu subministrat. Nam ut docuit Gal. lib. 2. de semine, cum ex materia & facultate unumquodque animal gignatur, & in semine & in menstruo sanguine utrumque principium continetur, non aequis tamen vitibus. Siquidem in semine effectiuum principium validissimè est, materiale paucissimum: contra vero in menstruo sanguine materia plurima, vis autem & facultas longè imbecillior est. Ab eo carnosae partes & materiam & formam accipiunt, attracto semen fruitur, conceptus foetus nutrimentum capessit, infans in lucem editus alitur. Est enim menstruo lac germanum, unamque habent ambo substantiam. Sunt autem qui sanguinis menstrui duas vel plures etiam differentias, siue quod verius est, partes constituent, puriorem, faculentam & mediam: puriori quidem beneficia illa omnia tribuentes quae diximus, faculenta vero ea maleficia quae vulgò recensentur. Ceterum menstrui nomen non à propria substantia, sed ab accidente inditum est, quòd singulis mensibus eius excretionem natura moliatur. Nec tamen siue natura siue praeter naturam supprimatur, ob id desinit mēstruus sanguis dici. Huius autem periodi causam nemo vel ad vitiosam qualitatem, vel ad sanguinis redundantiā referendam arbitretur, sed aut in natura vim, quae omnia certis legibus administrat, aut in sempiternos & immutabiles Luna cursus, quae ut luminum varietate tum crescens, tum decrescens mensē dimetitur: sic hominis, maximèque foeminae, ut reliquorum etiam omnium humores, rata ordinis constantia regit atque moderatur.

κατα μολυσμα. sensim solui, apud Hippocratem in fine prorrhethici.

DEFINIT. MEDIC.

καταμορφοσις. qui demittit aliquid causa inquirendi & inuestigandi: apud Hippocr.
 καταναγκη. herba est duum generum, una folio coronopi longo, radice iunci modo prae-
 nui, capitulis senis septenisue, in quibus erui semen inest. Altera mali paruae magni-
 tudinem explet, radicem habet exiguae oliuae magnitudine: folia quoque oliuae colo-
 re & figura, mollia, diuisa, humi inclinata: semen ut cicer, minutim in virgulis de-
 pendet, punicei coloris, multis foraminibus pertusum. Hanc quidam bistortam es-
 se arbitrantur.

καταναγκηζου. καταναγκη, apud Hippocratem.

κατανασιμωντου. κατανασκειτου, consumitur, apud Hippocratem.

κατανοειν. καταφρονειν, apud Hippocr. ut annotat Galen. comment. in 3. τρι επιδυμ.

κατανοσις. καταπεισις, apud Hippocratem, ut annotauit Erotianus.

καταξα. sericum crudum Aetio & Actuatio. Est autem lanificium bombycis sed ante-
 quam cortinas vel colorem experiat. Officina setam crudam nominant.

καταξισ. fractio. Est rei in magnas partes diuisio & separatio: δεωσις uero est in quasuis
 partes sine discrimine, & plures duabus, ut distinxit Aristoteles.

καταπασηματα η

καταπαση φαρμακα. dicuntur medicamenta arida, ex sicco medicamentorum puluere
 conflata. Ut autem ipsa medicamenta uiribus differentia sunt, sic uaria τρι κατα-
 πασηματων differentia. Alia enim ex aromatum puluere parantur, quae ad gratiam
 comparata sunt, & uerbis inspergi possunt. Alia uerbis & cuti inspergiuntur, ad
 gignendam carnem, compescendam carnis excrementum, ducendam cicatricem, ero-
 dendum, urendum, sanguinem sistendum. Cuti autem ad extergendum, repurgan-
 dum, attenuandum, discutiendum & ad plerosque alios usus, ut docet Paulus lib.
 7. cap. 13. quo loco in omnibus ferè exemplaribus male legitur καταπασηματα pro
 καταπασηματα. Eadem medicamenta inspersilia dicuntur a Graecis Διαπασηματα, &
 πασηματα. uide διαπασηματα.

καταπηροι. καταβηλαμυλοι. lasi, mutilati, apud Hippocratem.

καταπασηματα. est medicamentum molle & consistentia mediocri quod repellendo, con-
 coquendo, digerendo, resoluendo, laxando, vacuando, detergendo, calfaciendo, siccan-
 do dolorique sedando adhibetur. Quae crassiora siccioraque sunt, emplastra & ce-
 rata: quae liquidiora, συχλοματα & unguenta appellantur. Sunt autem uaria ca-
 taplasmatum uires & diuersi usus, propterea quod valde differente materia com-
 poni possunt, & uariis partibus admoueri quae peculiarem quandam habent indi-
 cationem. Caterum ab antiquis magna ex parte ex melle parabantur, cui incocta
 essent, uel mista medicamenta proposito conuenientia: sepius uero & ex pane,
 oleo & farina, de quo apud Gal. multa lib. 2. ad Glauconem.

καταποσις. deglutitio. Est cibi potioneisque ab ore in uentriculum descensus. Actio est
 facultatis attractricis, quam uis fibrarum rectarum agit, quas multas interna ven-
 triculi tunica possidet, ad id munus naturam comparatas. Id quod liquido cernitur de-
 glutientibus nobis, larynge simul sublata sursumque in tantum currente, quantum gu-
 la deorsum trahitur. Cum autem completa iam deglutiendi functione laxauerit se
 gula, tunc luculenter descendere cernitur summa arteria: siquidem interna ventri-
 culi tunica quae rectas habet fibras, quaeque tum gulam intrinsecus uestit, tum os ip-
 sum, ea super internis summae arteriae partibus exteditur, quod fit, ut cum ipsa à ven-
 triculo

triculo deorsum trahitur, simul etiam summa arteria necessario attrahatur.

καταπόσιον. pilula. Est medicamentum, ut ait Scribonius Largus, quod non diluitur, sed ita ut est deuoratur. Formatur ferè in pilulas, quò facilius deuorari possit, & in uentriculo dilui, indeque transire in uenas. Est autem usus catapotiorum multiplex, maximus ad purgandum corpus humore excrementoso, plurimus ad distillationes & tussim aliasque thoracis affectiones. Parantur & ad sedandam sitim, quale id est quod ἀδιπόρ à Galeno dicitur lib. 8. τῆν κῆ τὸ ποῖον.

κατάπνοσις. appellatur epilepticorum & apoplecticorum symptoma, quo repente in terram concidunt, ut ait Galenus lib. de totius morbi temporib.

καταρραγή κισλιά. ἀδρόως ἐκ κισσῆ. hoc est, confertim & impetu excrementa profuderit, alius abunde descenderit. annotat Gal. comment. in prorrheth.

καταρραγή

καταρραγή. catarrhus. Est descensus humoris è capite in os: sic enim propriè nominatur, què admodum cum in nares κόρυζα, cum in fauces βεράγγος, cum in gurgulionem σαφύλι & κίωρ appellatur. Naschitur eiusmodi distillatio à cerebri intemperie frigida & humida, & ab omnibus quæ replent caput.

καταρραγή. est, inquit Gal. translatio ossium à sede non naturali in sedem naturalem.

καταρχαίς. significat apud Hippocr. non tantum per initia morbi, sed simpliciter primò, ut annotauit Gal. comment. 1. ἕως δὲ πᾶσι διαίτησις ὀξείωρ.

κατάστασις. constitutio. Apud Hippocratem eo nomine dicitur collocatio cuiusque rei in suam sedem, ut annotat Galenus comment. 3. ἕως δὲ πᾶσι ἀρχαίωρ. Idem etiam sic solet vocare omnem cuiusque rei formam, ut scribit Gal. comment. 3. τῆν ἐπιδημίαν. sed peculiariter dicitur de aère & morbis. Ac in aère quidem dicitur ἡ παρὰ φύσιν ἢ τῶν ἀδελιχῶν κρᾶσις, hoc est, aëris præter naturam temperies. Quæ enim secundum naturam est, ὠρεῖα, hoc est, anni tempus dicitur, suntque eius quatuor omnes differentia propriis temperamentis & nominibus designata: uer, æstas, autumnus, hyems, in quæ si aliqua præter naturam temperies inciderit, ea nõ iam ὠρεῖα, sed κατάστασις propriè nuncupatur. In morbis uerò κατάστασις uocatur quedam ueluti forma morbi, secundum quam ex tantis & talibus constituitur uniuersalibus temporibus seu qualiscunque ex totius morbi temporibus compositio, quemadmodum Galenus docuit lib. 1. τῆν κρῖσιωρ. Hæc autem non aliud est, quàm totius morbi duratio circumscripta temporibus quatuor, quæ totius morbi tempora seu uniuersalia appellamus.

κατάστασις ἢ ὅτι κατάστασις ἢ ἀπὸ σκίμματος, hoc est, ueluti quedam confirmatio & animaduersio, apud Hippocratem lib. 2. τῆν ἐπιδημίωρ, ut annotat Gal. in τῆν γλωσσῶν.

καταρραγή. scarificatio. uide ἐν γλώσσῶν.

καταπένη. uerbum est ab Hippocrate usurpatum, ut scribit Erotianus, οὐκ ἔστι τὰ καταπένη, δὲ ἔστι τὰ καταπένη. ut quo loco scribit, ὅτι δὲ ἀδρωπορ, πειλίω γὰρ ὀδύχεται, πολλῶν δερμῶν λούει καπένη πρὸς καπένη, iacentem atque decumbentem significat. deinde paulò post ubi scribit, ἐπὶ τὰ αἰ ἄρχαι πρὸς ἑὺλαρ ὑπὸ πρῶσις πρὸς διδιδωλα, ἀρραχῶν δὲ μῖνος δὲ καταπένη, τὸν πρὸς τῶν καταπένη. Similiter libro de fracturis, ubi dicit, γὰρ δὲ αἰ τὸν πρὸς ἑὺλαρ καπένη, ὡς ἐπὶ δωρορ δὲ ἄρχαι, hoc est, eo habitu & figura componens, supinamque collocans. Neque enim toto eo loco κατάπένη aliud significat quàm κατάπενη: ut & aliis quibusdam locis κατάπένη ἀπὸ τῆν καταπένη ab eo dicta est.

καταφορά. est magna & gravis somnolentia. Huius tamen Gal. lib. de comate duas facit differentias, ut probatissimos medicorum scriptum reliquisse asserit. Vnā somnolentiam vocat, alteram simpliciter cataphoram, vel cataphoram non somnolentiam. Cataphoram somnolentiam vocat, in qua aeger profundo & diuturno somno premittitur. Alteram verò in qua aegri vigiles manent, cum ipsis diuersæ variæque imagines rerum semper succedant, quæ illorū mentem moueant interrumpantque somnū. Quamobrem insomnes quidem extant ut plurimum, de lecto autem surgere, vigilantiumque opera exercere nequeunt. Oculi namque eorum maxime grauantur, suntque adeo in somnum propensi, ut credere possis eos facile dormire posse. Verum non solum non dormiant, sed etiam spem dormiendi nullam habent. Vtraque autem cataphora, tam ea quæ cum somno, quam ea quæ sine somno est, id habet commune quod aegri oculos attollere nequeunt, summa grauedine detentos, & quasi ad inueniendum somnum comparatos. Vtraque etiam fit grauato ob vitilis succi copiam cerebro, ut in ebriosis: interdum verò & propter pituitosum humorem, aut propter vehementem absque humore frigiditatem. Gal. lib. 13. meth. medendi videtur facere πῶς καταφοράν genus quoddam omnium malorū quibus sine febre sopor quidam alius incidit, his verbis: ἐπεγείρει καὶ περὶ καὶ διεμύσσει πρὸς τὴν ἐπιπέδου καὶ τῆς λυπηρῆς χυμῶν, ὅσις αἰθερὸς καὶ τῆς σίπειδος; καταφοράς βαθείας ἐργάζεται χυμῶν πρῶτον, ἃς ὀνομαζοῦσιν ἀπὸ πηλίας καὶ κέρου καὶ κατόχης· εἰ δὲ τὸ σίπειτό ποτε, μὲν πρῶτον γίνεται τὰ πρῶτα, καὶ καλεῖται τὸ σίπειτο νόσημα λιθάργος. His enim verbis videtur velle, apoplexiam, catum & catochem, species esse cataphoræ.

κατάφρακτα. deligatura nomen est, quæ iis adhibetur quibus deligare iuxta iugulum conuenit latum os scapularum, pectus, dorsum aut latera. nomen illi indicatum est à similitudine thoracis Romani quem cataphractā vocat; ut scribit Gal. lib. de fasciis.

καταφρονεῖν. κατανοεῖν. apud Hippocratem.

κατάχλαα. ἄρα καλοῦσιν, valde virentia, apud Hippocratem.

καπεπλάσσει, ἀπὸ πηλίας καὶ κέρου ἐχέτω. stupidus atque attonitus euasit, apud Hippocr.

καπεχόμενοι. idem quod κατόχοι, id est, catochi siue catalepsi laborantes, ut scribit Gal. lib. 4. de causis pulsuum.

καπιβόλοισι. hoc est, circularibus principis accessionum, apud Hippocr.

κατινόει. ἐσφρόνη, αἰσθάνετο, intelligebat, sentiebat, apud Hippocr.

κατιπεδαιόμ. κατιπεδαικός. infirmum, apud Hippocr. Nam & Homerus ἰατρείου ἀπὸ τῆς ἀδενούς dixit Iliad. 6.

ἰατρείου δὲ τῆς ἀδενούς, βαθείας δὲ τῆς ἰατρίας.

καλιμύμναι. σωδεμύμναι, id est, colligata, apud Hippocratem.

κατιπορήθη. ἰδωατώθη, apud Hippocratem, ut annotauit Erotianus.

κατιρετὸ ἐσφρόνη. κατισπύει. ad mentem rediit, sedatus est, apud Hippocr.

κατινιδίει. idem quod οἰνιδίει, apud Hippocr. hoc est, per axem extendere.

κάτοξυ νόσημα. peracutus morbus. Is dicitur qui intra septimū diem indicatur. Qui enim longius procedit, simpliciter acutus est: sunt autē duæ eius differentia: qui namque exacte peracutus est, quarto die soluitur, qui non exacte, ad septimum usque producit. Omnis ab initio maximos labores habet: in primos enim dies morbi vigor incidit, uel non longè post quartum differtur. Est autem gemina peracutorum morborum differentia. Alij velut una quædam accessio sunt, nullo modo remittentes,

aliij

alij verò ut scribit Galenus in aphor. 36. lib. 4. primam statim accessionem vehementissimam habent, & reliquas per diem tertium proportionè respondentes, sed quæ quartam rarissimè excedant.

καὶ ὄπληρ. instrumentum chirurgicum apud Hippocr. quod aliter ἰσοσολὴ dicitur à sede aperienda, sic & quod uteros muliebres diducit διοπλήρ. vocatur. Erotianus πῶ μιλωτήρ interpretatur.

κατοχίτης οἶνός. vinum catorchites quod & Sycites alio nomine dicitur: fit enim è fico quem alij, ut scribit Plinius, palmiprimum, alij catorchitem vocant. Habetur eius compositio apud Dioscoridem lib. 5.

κατοχίη

κατοχίης. est in somnū, sed sine somno & febre, propensio, perquam & oculi manēt aperti & seruaturs secundum naturā spiratio. Hic affectus cerebri posteriora magis occupat. Eo qui detinentur, κατοχίη & καπρῶμοι dicti sunt. Habent autem tensos apertosque oculos, non ut comatosi & cataphorici clausos. In his siquidem humiditas affectionis causa est, neruorum firmitatem roburque dissoluēs: in illis verò propter siccitatem tensio oritur, ut annotat Gal. comment. 2. in lib. 1. prorrh. quo loco hanc affectionem exemplo idem scite depingit. Quidam enim ex suis condiscipulis, cum assiduo disciplinarum studio se fatigaret, malo hoc correptus est: iacebat, inquit, veluti lignum prorsus inflexus rigidusque atque extensus, videbatursque oculis apertis nos ita intueri, ut ne conuieret quidem, nihil tamen loquebatur. Is quoque tempore eodem quæ loqueremur audiuisse se dicebat, quāquam non euidenter clarèque, nonnulla item & memoria tenens referebat, præsensque omnes sese conspexisse, ita ut quorundam actiones recordatus exponeret, sed neque loqui tunc potuisse neque membrum ullum mouere. Adeo varia erant & differentia huius agri symptomata, ut partim somno premi, partim vigilare videri potuerit. Itaque composito quoque nomine à quibusdā ἀγρυπτιοῦ κῶμα appellatur, hoc est, sopor vigilans. Cuius ut symptomata, sic etiam causa contrariæ esse dicuntur. Nam ex bilioso humore & pituitoso simul in cerebro redundantibus provenit. Atque ut mistam habet originem, sic nomine composito ἀγρυπτιοῦ κῶμα appellatur, mediāque affectio statuitur inter phrenitidem & lethargum, & species quadam delirij siue amentia esse, ut habetur apud Aetium. Sunt tamen qui κατοχίη & ἀγρυπτιοῦ κῶμα differre velint, dicentes τὴ κατοχίη non compositam, sed simplicem causam esse, frigidiorē scilicet sicciorēque humorem obstruentem ventriculum posteriorem cerebri, quo detentus aeger repente in illo permanet habitu quo correptus est, siue stans, siue sedens, oculis etiam vel clausis, vel apertis. Ego tamen multis apud Gal. locis κατοχίη, κατοχίη, κατὰληψις & ἀγρυπτιοῦ κῶμα idem significare & eiusdē affectus diuersa esse nomina deprehendi.

κατοχίη. apud Hippoc. in prorrh. quidam interpretantur ea quæ morbum κατοχίη, vel κατοχίη dictum inferunt: alij verò morbos stabiles firmosque ac veluti haerentes, ἀκαπρῶμοι.

κατοχίη. prominentes pinnae quæ vertebris insiguntur, ἀκαπρῶμοι κατοχίη.

κατοχίη. dicitur fascia longior quæ in orbem faciei & capiti circumdatur, ut τοδοσκήπετρον (quod operculum capitis est, tribus fasciis constans) comprehendat cōtineatque, sicut docet Gal. lib. de fasciis.

κατοχίη. modus vnus est reponendi restituendique humeri prolapsi, quo super sum-

E

DEFINIT. MEDIC.

num humerum alterius qui maior sit, hominem aegrum collocant, ut summo suo humero aeger alâ suspendatur, sicut aperte declarat Hippocr. lib. de articulis.

καταπρακτικὰ φάρμακα. dicuntur medicamenta deiectoria, quibus viscera vitioso succo re-
ferta expurgantur. Proprio & usitato nomine καθαρτικὰ appellantur.

καυκαλις. caucalis. Est herba cauliculo dodrantali, interdum altiore, subhirsuto, foliis apio similibus, fœniculi modo per extrema multifidis hispidisque, umbella in summo candida odoratâque. Dioscorides & Galenus apud aliquos sylvestre daucum tradunt nominari, non à similitudine, ut aliqui credunt, quasi rudimentum quoddam esset nascentis dauci, sed quod & gustu & viribus id imitetur, cum, ut inquit Galenus, eodem modo excafaciat, exiccet & propellat urinam. Quod verò extremum folium in gallinæ pedem cōformatur, gallinaceum pedem, ut inquit Dioscor. appellantur.

καυλιόδου κατὰ γμα. est fractura ossis per transversum facta, fracti ossis partes ita separans, ut è directo non iaceant, quemadmodum lib. 6. meth. med. Gal. scribit. Idem verò & comment. 2. εἰς τὸ πρῶτον ἀρθρῶν: ubi, inquit, cōminuto osse nihil integrum relinquitur partibus inter se recedentibus, ita ut nullo pacto cohereat, huiusmodi fracturæ speciem recentiores medici καυλιόδου à fracti caulis similitudine appellant, imitati ea in voce Hippocratem qui lib. de articulis de maxilla loquens scripsit: ἢ μὲν δὲ καταγῆν ἢ γνάθος, ἢ μὲν μὴ ἀρκουλιόθεν παντὰ πασι, ἀλλὰ ξωχέται δ' ὀστέον. Hoc enim in loco δ' ἀρκουλιόθεν manifestò opposuit τῷ ξωχέτι. Paulus Aegineta author est & καυλιόδου κατὰ γμα dici etiam ἐκφυλιόδου & σικυιόδου à similitudine fractæ radiculae & cucumeris.

καυλός. dicitur in plantis & oleribus in altum surgens veluti virga. Dicitur & καυλός ab anatomicis pudendum virile, quod vulgò virgam appellant, Latini penem: vide αἰδοῖον. sic etiam ostium uteri vocatur in mulieribus.

καῦμα. æstus. sunt qui interpretentur apud Hippocratem febrem, quam & πῦρ appellavit, alij verò ambientis aeris feruorem, alij cætericia & escharas, quos omnes verum dicere annotat Gal. comment. in aphor. 13. lib. 7.

καῦσος. ardens febris. Est febris continua, tertio quoque die acerbior cum ardentissimo calore & siti immensa. Continuum dico quam Græci ξωχῆν, non quam σιωσῶσιν appellant. Est enim ὁ καῦσος species febris τῆς σιωσῶσιν, ut quæ habeat tertio quoque die exacerbationes, quas nullas habet σιωσῶσιν, ab initio ad finem unica accessione constans. Est autem ὁ καῦσος tertianæ febris intermittenti ὁμογενής, ut qui ab iisdem causis, eodem humore, eodē anni tempore, & iisdem corporibus proveniat, à quibus & tertianæ febres excitari solent. In sola accessionum longitudine atque in rigore discrimen est. In tertiana intermittente primum rigor, deinde ἀπυρεξία est. Verum ardentis febris exacerbationes nullo cum rigore sunt, nec unquam integrè solvuntur, sed modicè tantum remittuntur, semperque noua præhendit priusquam prior resederit. Proveniunt enim in febribus intermittētibz rigores, quod per venas & per totum corpus humores feratur: qui quoniam per ardentē febris immobiles sunt, & una in parte collecti, ideo in ea nullum rigorem inducunt. Quemadmodum autem intermittētis tertianæ gemina differentia est, sic & τῆς καῦσος. Alius enim exquisitus est, vehemēs & biliosus, alius nothos, mitior & pituitosus. Egirimus est, qui ob solam flauam bilem manentem adhuc intra vasa, sine aliquo visceris affectu accenditur. Eius causa est, ut scribit Hippoc. lib. τῶν δὲ διαίτης ὀξείων, sanies tenuis, quam ἐξορῶν
cat,

cat, acris & biliosa, à venis per æstatem siccatis attracta, & toto in corpore accensa, vel à partibus robustioribus depulsa in imbecilliore. Neque enim biliosum humorem qui causum facit colligi in toto corpore necessarium est, ut qui aliquando vel in ventriculo & maximè ipsius ore, vel in pulmonibus, vel parte sima iecinoris, vel ieiuno etiã intestino concludatur. Ac in his quidem locis putrescens, præter febrem, alia quoque multa symptomata generat, è quibus duo præcipuè sunt πικρὸν ὄξιμον, hoc est, propria & perpetua, calor deurens & sitis inexplebilis, si in parte humor constiterit, à qua sitis solet excitari: alia verò λυγρὸν ὄξιμον, hoc est, assidentia, ut lingua sicca, nigra & aspera, vètris dolor mordax, deiectio interdum liquida, pallida, vigilia, delirium, & alia pleraque quæ ab Hippocrate lib. i. epidem. exponuntur.

καυσικὰ φάρμακα. adurentia medicamenta. sunt medicamenta calida & sicca quarto gradu, quæ extrinsecus imposita vrunt, subiectasque partes diducunt & aperiunt. Eadem & ἰσχυρὰ appellatur, quod crustam vstis partibus inducant. Eorū materia sunt: lixiuium, calx viua, auripigmentum, sandaracha, sory, chalcitis, misy & alia id genus.

καύσιμα. πύρωσις. hoc est, inflammatio & ardor, apud Hippocratem.

καυτήριον. cauterium. Est quod vrendi vim habet. Usurpatur tam pro medicamento quod potestate vrit, quàm pro ferro candente; cuius vsus plerūque necessarius est; vel ad sistendum sanguinis profluium, undecunque manauerit, vel ad intercipiendas defluxiones, vel ad ossa cariota & maligna ulcera. Id ferrum καυτήριον Hippocrates appellauit. Erat autem, ut scribit Galenus, areus calamulus perforatus in fundo, per quem paruum ferrum adurens demissum adurebat.

καύσιμα. camphora. Quid sit non satis constat, propterea quòd longè post Dioscoridis, Plinij & Galeni secula inuenta sit. Aëtius, Actuarius & Simeon & Arabes mentionem eius fecerūt. Ausi etiam ex iis quidam sunt quid esset dicere, maximè Aëtius in lib. quem scripsit de facult. alimètorum: scilicet Camphoram esse gummi aut lacrymam arboris Indica valdè patula, nascētis in montibus mari vicinis cuius lignum sit album, ferulaceum, leue, intra cuius fungosam medullam camphora contineatur. Eius autem facultates idem Aëtius describit, dicens maximè eam prodesse acutis morbis, & doloribus capitis à calore contractis: valere etiam cum ad omnium partium inflammationes, tum maximè iecinoris. Ceterum renes & vasa spermatica impensè refrigerari, & in iis genituram cogi. Nec tamen omnes eam affirmant arboris esse gummi, sed quidam ex iis quasi dubiam rem proponunt. Alij verò, quibus nouissimè accessit Georgius Agricola, Arabas & recentiores Græcos malè de camphora sentire dicunt, quòd eam gummi aut lacrymam esse arbitrentur, sed bituminis speciem esse contendunt. Cuius quidem rei hæc fere sunt argumèta, primum quòd mercatores interdum quasdam bituminis particulas simul cum camphora ab Indis ad nos apportent, deindè quòd si linum xylinum aquis madidum, cum ex succino conficitur oleum, imponitur in operculum, fumum camphoram olètem emittit, ut non sine ratione dixerit Auicenna, in succino odoratam camphoræ vim inesse. Præterea non minùs quàm reliquum omne bitumen & facile ignè concipit & ardet. Adhæc verò accedit Arabum quorūdam authoritas, nempe quòd Auerrois lib. 5. collig. dicat ambram, quam non est dubium in bituminis genere contineri, camphoræ speciem esse, quæ in fontibus marinis oritur: quòdque Serapio scripserit cam-

DEFINIT. MEDIC.

phoram copiosam gigni cum terra crebris motibus concutitur. Sic enim per terra motus non aliter quam sulfur & reliquum bitumen profunditur. Est autem duplex camphora, una nativa, altera factitia. Nativa non est coloris unius: nam aut alba est & dilucida, habens maculas subrubras, aut alba & obscura, aut fusca est. Factitia autem omnis alba est. Utraque autem acris & amaro sapore est, & odore iucundo. Factitia omnis fere est quae ad nos defertur in pastillis, atque hoc modo parari dicitur. Bitumen Indicum, ex quo nativa efflorescit camphora, in vase subiectis carbonibus ardentibus coquitur, eiusque partes tenuissimae in candidum colorem versae in operculum feruntur, quod ipsis collectis eam quam videmus dat figuram. Quod si camphora bituminis genus est tenuissimum & subtilissimum, male iudicant qui eam in tertio gradu frigidam esse asserunt. Est enim bitumen calidum. Proinde rectius ille qui scripsit eam in secundo gradu esse calidam & siccam, praesertim verò factitiam, ut experientia docet & sapor comprobat.

καχεξία. malus habitus corporis. Species est τῆς ἰξείως, contraria τῆ βίεξια. Est autem solidorum corporis partium depravatio, qua alimentum omne corrumpunt. Habitus enim corporis ipsae solidae partes appellantur, quas continentia Hippocrates appellavit. hic ubi permultum recessit a naturali temperamento, tertiae alimenti concoctionem quae in ipso, hoc est, in solidis partibus peragi debet, male perficit, alimentum corrumpit, & in qualitatem a natura alienam depravat. Inducitque cacochymiam (quam perpetuo illa coniunctam habet, cum e contrario non sit necesse, ubi cacochymia sit, illic esse protinus & cachexiam) atque omne excrementi genus. Corrupti enim potest alimentum non in aquam modo, unde hydrops (quod vitii genus lib. 1. de alimēt. facult. de lente agens, aqueam καχεξίαν appellat ad aliarum differentiam) sed & in bilem utramque ex quo interdum icteri, psora, lepra, elephantiasis, vilitigo: hi enim morbi a malo habitu proveniunt. quia verò corrupto alimento non potest probe nutriri corpus, fere fit, ut cachexia atrophia succedat: quare inductus Celsus lib. 3. καχεξίαν definiuit esse tabis speciem ubi malus corporis habitus est, morbum per symptomata definiens. Est autem cachexia non uniuersi modo corporis vitium, sed & singularum partium: namque incolumi reliquo corpore cerebrum quibusdam melancholicis καχεξίαν est, & ex longa lippitudine, ut ait Galenus, oculis καχεξία inducitur. Ea euenit quoque iecinori, deque ea praecipue medici egerunt, quod multorum morborum origo sit: siquidem de hac intelligendum est quod scripsit Paulus lib. 3. cap. 47. τὸ ἀρχὴν τῆς ὑσθροπιῶν παθῶν καχεξία καλεῖται εἰς δαμνῆ. Solam enim iecinoris καχεξίαν intelligit, similiter & Aëtius lib. 10. ex Archigene dicens καχεξία a Graecis appellari cum corporis habitus in aquositate diffunditur: id enim & quacumque postea dicit, ad eam modo καχεξίαν pertinent quae iecur occupat. verum iecur tanta est in corpore nobilitatis, ut malus eius habitus protinus in uniuersum corpus abeat, totique communicetur, & uniuersalem cachexiam inuehat.

κάλας. dicitur a quibusdam & βοῦφθαλαμῶν, ut habetur apud Dioscoridem.

κάλας. vide καρχαυς.

καίξι. δῆσαι. apud Hippocratem, ut annotauit Erotianus.

καίσαι. apud Hippocratem ἀπὸ τῆς ἄσαι.

κερχαμίδες. dicuntur grana seu semina fici. Haec sicca sunt & quodammodo adstringentia, deuoratque permeant non alterata, non in chylum versa, nulla denique in re immu-

re immutata qua in re similia sunt acinis uuarum.

κεχαλας. miliaris. species est herpetis, sic dicitur à similitudine quam habet cum milio.

Quippe non protinus ulcus facit, quemadmodum alter herpes, sed admodum exiguas pustulas ad speciē milij, quæ ipsæ interposito spatio in ulcus abeunt. vide ἕρπης.
κεγγε. milium. Est frumenti genus stipula cubitali, geniculata, folio arundinaceo, semine in longis paniculis tereti & pendulo, radice numerosa altaque ac multiplici fruticante culmo. Eo, inquit Galenus, in panes abutuntur quibus caterarum frugum inopia est: sed hi corpus parum alunt, atque etiam refrigerant, suntque natura siccissimi & friabiles. Sunt autem flatulenti & concoctu difficiles, prauumque succum gignunt. Caterum milium primo ordine refrigerat, resiccat vero tercio exoluto, aut certè secundo intenso. Paululum etiam habet tenuitatis. Ventrem sistit, & sacculis impositum citra morsum desiccatur.

κεγγος. à Strabone dicitur ὀκεγγε, id est, milium.

κιδματα. dicuntur ab Hippocr. ex defluxione diuturni affectus, cum in omnibus articulis, tum præcipuè circa coxendicem.

κερεια. idem quod κεδεια de quo postea. Nam apud Galenum & Paulum per e scribitur. Apud Dioscoridem & alios ferè omnes reperio scriptum per i.

κερελαιον. oleum cedrinum, quod fit ex malis cedri, ut Plinij uerbis utar. Columella cedrium liquorem nominat, Galenus κερεια vocat, viribus τῆ κεδεια mitiorem.

κερελαιον. sic dicitur cedrus maior, cuius duæ etiam traduntur species. Quæ floret sterilis est, fructifera, flore uidua, semine & cortice cupressi. Triplici dotatur fructu, iã maturo, adolescente & recens nato.

κεδεια. cedria. dicitur modo pix cedri, modo resina cedri, è magna cedro quæ κερεια τῆ vocatur, emanans, ita ut si propriè sit loquendum, nihil aliud sit quàm cruda cedri lacryma. Hanc dicunt quidam à cedrio differre, quod κεδειον liquidius sit & magis oleosum. Indifferentè tamen authores & cedriam & cedrium dicunt, & pro eodem κερελαιον, κεδεια, κερεια, κεδειον usurpant.

κεδειον. est oleum quod è cedro nascitur, siue succus est cedri è teda eius concisa furnis, qui primus aquæ modo fluxerit in canali. Namque sequens liquor iam pix, quam κεδεια vocant, non cedrium appellatur. Sed nunc pro resina, nunc pro sudore tedatum, nunc pro pice confundunt authores cedriam & cedrium indiscriminatim nominantes. Eo reliquæ res eundem sunt unctæ, uti etiam libri, quatum Vitruuio placet, à tineis & carie non leduntur. Huius tamen usum Plinius damnat propter ancipitem naturam uiuentia corrumpendi, & defuncta conseruandi, cum uitam auferat spirantibus, defunctisque pro uita sit. Cuius quidè diuersitatis rationem Galenus docet, quia tametsi adurat, ita ut ordine quarto calfaciētium cēseri meruerit, inter omnia tamen erodentia medicamenta, infimissimum sit. Proinde uiuentibus admotum vitali calore adiuncto acquirit vires & quasi accenditur, atque ita iungular: sed defunctis additum, putrilaginem exteris & vitiosos humores depascit, quibus detractis corpora à labe corruptionis asserit.

κεδεις. cedrula. est frutex cedro similis, in Phrygia nascens, authore Theophrasto. κεδεια autem Nicander, Galenus & Dioscorides fructus cedri appellant, quemadmodum δαφνιδας fructus lauri dicuntur, quibuscum sentit & Græcus Nicandri interpretes in tberiacis, scribens etiam eos oleoso humore abundare, quo aduersus serpentes

DEFINIT. MEDIC.

cōmodissimè corpus perungitur. Minus hi urunt quàm cedrus os gustantis, ut mandiquoque possint. Si tamen copiosius edantur, caput, ut ait Galenus, tentat, & dolorem creant, & interanea vellicatu torquent.

κέδρος. cedrus. est arbor iunipero nō absimilis, radicibus raris, per summa terra dispersis, folio duro, acuto mucrone, capillato, spinoso, pungente, ramoso, ligno contorto, nodoso, frequentibus alis, medulla rubente, odorata, baccis myrti flauis, hilaribus, odoratis, esculentis, nouo fructu per autumnum cum anniculis pendente. Saxosis & frigidis locis gaudet, solūmque consimile querit. Nobis praterquam nomine omnino ignota est. Perpetua coma vires. Galenus duplicem esse scribit, alteram fruticosam iunipero adsimilem, alteram verò arborem non exiguam: utramque verò & calidam & siccam esse tertio ordine.

κέδρον ἐλαον. ἢ κεδρία, apud Hippocratem.

κερωσις. sic dicta est à quibusdam ἢ ἀμπελοδία.

κερία. sic dicuntur lumbrici lati, apud Hippocr. qui & πύλαι dicti sunt. vide ἔλμυδες.

κεράται. φωνητικοί, apud Hippocratem, ἀπὸ τῆς κραζῆς.

κεκωμῶδες. ἐν κώματι ἄνου. hoc est, comate teneri, apud Hippocr.

κεκαγγεία. vasorum inanitio. Id enim propriè & primū significat, eoque nomine Hippocrates omnem vacuationem appellat ab accidente, quod ab omni vacuatione vacua vacua reddi soleat. Quidam tamen ex interpretibus Hippocratis, ut refert Galenus, τὴν κεκαγγείαν interpretantur τὴν φλεβοτομίαν: aliqui verò inter quos ipse Gal. est cum plerisque in locis, tum cōment. 2. ἐς τὸ πῶδι διαίτης ὀξείωρ, τὴν ἀστίαν, id est, inedia, tāquam nomine generis etiam in specie designāda omnes homines uti cōsueuerint.

κενέβεια. morticinae carnes. τὰ θνητῶν ἐκ κερμῶν κρέατα, apud Hippocratem.

κενώρ. vocatur pars ea corporis quæ inter thoracem est & os quod ad ilia pertinet. sic dicta est, quod inanis sit & desidat, ut annotauit Gal. comment. 2. ἐς τὸ κῆρτ' ἰντῆσιν. Idem comment. 3. ἐς τὸ πῶδι ἀρθρωρ scribit ilia ab Hippocrate vocari κενώρ, eamque regionem ab eo intelligi quæ est inter ossa coxarum & costas nothas, quæ omnino sine osse est. Similiter comment. 2. ἐς τὸ πῶδι σιωρ, ubi scribit Hippocratem eas quæ in spatiis alui inanibus (Latini ilia vocant) continentur partes, uno communi vocabulo cōplexum esse. Has autem esse ieiunum, lactes, tenuiaque intestina. Namque verisimile esse omnes eas partes ab Hippocr. κενώρ appellari quæ inter extremam thoracis costam & coxendicis ossa continentur. Siquidem inanis tota ea regio videtur, si tam cum inferis quàm cum superis partibus, utrisque osseis cōferatur. Alio nomine λαγύνης dici videntur.

κενός σφυγμός. pulsus vacuus. Qui digitorū impressione cōsidet, seu qui aëris modo arteriam excitat, ut digitorū impressione loci inanitas occurrat. Contrarius est τὸ πῶδι. Superaque est tota hæc differentia à quantitate infusionis humorum arteriæ, seu à contentis in capacitate arteriæ. vide Galenum lib. 4. de pulsuum dignotione.

κενταύριον. Cētaurium. herba est duorum generum; unum maius, alterum minus dicitur. Est autem Centaurium maius folio nucis iuglandis oblongo, viridi brassicarum colore, serratis in ambitu, caule tumicis, binum ternumque cubitorum, agnatis multiplici sobole fruticātibus ab radice, in quibus capita ceu papauerum è rotundis oblonga: flos in cœruleum inclinatus, semēnque cnico simile, floccis inuolutum, ut in lanigeris solet floribus, radice vasta, solida, ponderosa bicubitū alique, succo madida, a-

cri

cri cum adstrictione quadam, nec citra dulcedinem rubescente, hæc est quæ nunc ab officinis, quanquam falso nomine, Rheupōticum nominatur. Est autem dictū Centaurium quod ipsum Chiron Centaurus inuenit, habet facultates contrarias: acris enim est eius radix simulque adstringens cum leui dulcedine. Itaque & menses & fætum prouocat, & ulcera glutinat sanguinèque reiicientibus prodest. Atque etiã spirandi difficultati & inueterata tussi conuenit: Centaurium uerò minus origani hypericiue simile est, caule sesquipalmum alto, fruticãti, anguloso, lychnidis floribus è puniceo purpuratis, folio ruta, prælongo & minuto, partu triticeo, radice tenui, superuacua & prorsus inofficiosa, succo herbæ efficax. Id aliqui λιβόδιον vocant, quoniam secundum fontes nascitur: alij λιμνίσιον quod propter lacus in riguis ubertim proueniat, Latinis fel terra propter amaritudinem summam & febrifugia, officinis Cētauria minor dicitur. In foliis eius vincit qualitas amara particeps cuiusdam adstrictionis. Itaque exiccant, & citra morsum. Glutinat vulnera, & vetusta includit cicatrice, sed & iecinoris obstructions expedit, foris que impositū lienes emollit. κενώσις & ἐξίς. sic dicta est à quibusdam ἰατροῖσι, ut habetur apud Dioscoridē, forte propter radicis amaritudinem.

κένωσις. vacuatio. Est humoris è corpore, aut aliqua eius parte detractio. Detractionem appello κενώσις, quæ quoniam tum de liquidis, tum de solidis dicitur, rectè genus vacuationis statui potest, ut quæ liquidorum tantum sit, ut scribit Gal. comment. 3. in lib. 6. ἰνδιδυμῶν. Itaque non omnium quæ in corpore continetur euacuatio propriè dicitur, sed humorum tantum. Spiritus enim propriè euacuatio non dicitur, sed vel ἀερόφορος, vel λίσσις, vel si lubet alio nomine appellare, quo ipsius resolutio dissipatioque significetur. Neque similiter si quid intus solidum cõtineatur, quod excimi debeat, ut ἰνδιδυμῶν, porus inutilis, ossium ruptorum fragmenta, id κενώσις dicitur, sed κενώσις, hoc est, tolli aut auferri. Cum uerò humores, de quibus propriè vacuatio usurpatur, multiplices in corpore contineantur, & cuiuslibet eorum vacuatio possit contingere, attamē ut scribit Gal. in aphor. 17. sect. 2. Hippocr. κένωσις simpliciter dicere consuevit, quãdo æqualis sit omnium humorum vacuatio: κενώσις uerò quando ἰ vacuatur qui vitiosam adepti sunt qualitatem. Sumptum tamen est à Galeno & posterioribus medicis vacuationis nomen generalius, ut quicquid siue naturæ sponte, siue arte medici ex toto corpore, vel aliqua parte quouis modo expellitur, vacuari dicatur. Cum quicquid dico non spiritus, non flatus, non ullum excrementi genus, non denique fætum ipsum excipio, quod ipse etiam partus, ipsaque lactis in mammis generatio, species quaedam sint vacuationis, sicut Galenus lib. de uenæ sectione aduersus Erasistratum prodidit. Ex quo apparet multas esse vacuationis differentias. Ab humore quidem, quod alia sit humorum omnium æquabilis vacuatio, quæ quidem exquisitissima fit per uenæ sectionē, ut scribit Gal. cōment. aphor. 17. lib. 2. & secundum eam quæ per malleolorum scarificationem perficitur, ut ipse facere consueuerat, & quæ per exercitia, vel frictions, vel balnea, & præterea ex accidenti per inedia. Neque enim per se ipsam inedia euacuat, ut singula antè dicta, sed ratione transpirationis. Nullo enim ingesto cibo in vacuati locum, tunc manifestò apparet facta vacuatio, quæ antè latens & ceca fuerat. Alia uerò unius tantum humoris sit, aut excrementi, ut pituita, aut bilis tum flaua, tum atra purgatio, aut urina, vel sputorū, vel aquarum in hydropicis prouocatio. Ab efficiē-

DEFINIT. MEDIC.

te verò causa vacationis, quòd alia spontanea sit, quàm ὑπόμεινον appellat Hippocrates, alia arte fiat. Illa rursus duplex, naturalis & præter naturam, ut est apud Gal. comment. aphor. 2. lib. 4. Naturalis, quæ à natura bene valète & mûnera sua optimè fungète citra vim ullam perficitur. Nam quicquid superfluit aut vitiosum est, id omne per se reiicit deiectione, mictu, vomitu, sudore, tussi, screatu, & aliis id genus modis. Præter naturam verò, quæ vel retentricis facultatis imbecillitate fit, vel humorum copia, aut acrimonia eam etiam valentem irritante. Quod genus vacationis etiam symptomaticum appellatur, & potest in omne genus vacationis incidere. Per artem verò vacuatio fieri dicitur, cum natura vi aliqua externa sollicitatur ad excretionem. Nam hæc quoque non minùs quàm reliquæ omnes, naturæ opus est, sed præsidis externis coactæ & irritatæ. In id autem ars naturam sibi in eo maximè imitandam semper proponens, multa auxiliorum genera comparauit, venæ sectionem, medicamenta φλεγμαρρα, χολαρρα, μελαιρρα, διορητικα, & alia quæ venarum uteri, aut ani orificia aperiant, vel vomitiones etiam excitent: Similiter verò & à subiecto à quo aliquid vacuatur duplex est vacationis differentia. Aut enim illa à toto corpore proficiscitur, vocaturque à Galeno κοινὴ, hoc est, communis vacuatio, in lib. artis medicæ, ut quæ contingit per magnas & copiosas vomitiones, alui deiectiones, sudores & sanguinis effusiones: aut humoris est aliqua parte contenti, quæ ἰδία, hoc est, propria vacuatio vocatur. Huius generis sunt apophlegmatismi, errhina, & per nares mediocris αἰμαρρα. His enim cerebrum ipsum vacuatur. Item vomitus mediocris & eorum modo quæ in ventriculo continentur, & balani atque clysteres intestina vacuantes, similiter menstrua naturali modo prodeuntia, & sanguinis per hæmorrhoidas moderata profusio, ad hæc scarificationes, hirudines, & quicquid etiam impactum in parte humorè potest reuellere. Quod enim à parte aliqua reuellitur, id ab ea vacuatur, etiam si corpore non excefferit. Præterea vacationum aliæ sub sensum cadunt, aliæ sensibus usurpari non possunt. Sensibilis quidem est quæ fit venæ sectione, purgatione, sudore, apophlegmatismis, vomitionibus, clysteribus: sub sensum non venit quæ quotidie per τὸ ἀδύρον ἀναπλω, hoc est, insensilem transpiratum in nobis peragitur, & quam balnea, frictiones & medicamenta στυφορητικὰ cuti adhibita moluuntur. Hæc enim humores attenuant & per halitum digerunt, ac flatu similiter, qui quamuis generali vacationis significato vacuari dicantur, magis tamen propriè ita dicuntur, si sensibilibus & cum sonitu erumpant. Sed & humoris repercussio quæ frigidis & adstringentibus medicamentis perficitur, species quedam vacationis censerì potest, quòd humorem loco pellat, partemque eo vacuam relinquat.

κεραία. cornua. Sunt duæ uteri apophyses exiguæ, à lateribus ad ilia, papillæ seu cornibus exorietibus similes, quas ob id κεραίας Diocles appellauit. In hæc duo cornua semen muliebri excernitur, & contractæ allantoidis extremitates desinunt. Herophilus horum cornuum figuram dimidij circuli reuolutioni comparauit. Eudemus περιτρίαιας, id est, cirros vocauit, à cirris polyporum similibus. Praxagoras & Philotimus κόλπος, id est, sinus nūcuparunt, unde & mulieris uterū διὰ τὸν κόλπον dixerunt.

κεραίμορ. mensura est quæ Atticis μετρητὴς, Romanis cadus appellatur. vide in dictione μετρητὴς. Eius nota fuit apud Græcos ista, κρ.

κρῆσμα. apud Hippoc. significat aquæ mixturam, quæ aquæ frigiditatem calidiorè addita

dita frangimus, ut annotat Galenus comment. 3. ἀπὸ τοῦ δισαίτης ὀξέως.

κεράσος. cerasus. Arbor est folio mespili, præduro, latiore: corticis leuore, colore, crassitudine tilia similis, flore albo, pyri vel mespili, pluribus flosculis racematim congesto, fauaceo, fructu rubro, diospyri figura, magnitudine fabæ, quanquam acinus diospyro prædurus, ceraso mollis. Fructus non semper parus & eiusdem facultatis provenit. Nam & in harum, sicut etiam malorum granatorum & malorum quibusdam austera qualitas, in quibusdam verò dulcis, nonnullis autē acida exuperat. Quinetiam ipsorum dulciū ea quæ nodum cocta sunt ac matura, quædā admodum sunt acerba, quædam similiter moris acida. Sed in moris immaturis acida qualitas acerbā exuperat, in cerasis nō semper. Ergo quæ dulcia sunt magis quæ in intestinis sunt, subducunt, sed minū grata stomacho sunt. Cōtrā austera, acida pituitosis excrementisq; stomachis sunt apta. Siquidē magis quàm austera desiccant, & nonnihil etiam incidunt.

κεράτα. cornua. Numerantur inter affectus præter naturam, sunt autem duæ eminentiæ osseæ quæ prope tempora nascuntur, dicuntur & διστόμοι.

κεράλα. siliqua. ubi κεράνα simpliciter dicuntur, significant siliquas, hoc est, fructus arboris ceratonie digitorum hominis longitudine, interim falcata, pollicari latitudine, prædulces, sed cōcoctu difficiles & mali succi. Eas recentiores Græci ἐυλακίατα vocant. Quæ verò κεράνα ἀκτινίτης dicuntur, significant, ut ait Galenus, fructum acciciæ, quam spinam esse arborentem Dioscorides tradit.

κεράνορ. siliqua. Est arbor siliquas, quæ κεράνα appellantur, ferens. Est enim κεράνορ & arboris & fructus nomen, quanquam Gal. arborē ipsam κεράνωρα scribit nominari.

κεράνορ. siliqua. est dimidia pars lupini, pēdens grana quatuor hordei: lupinus enim pondere suo octo grana hordei exæquat.

κεράτωδης χιτὼν ἢ ὑμὴν. cornea tunica seu membrana. Est tunica oculi secunda, hoc est, proximè subiecta adnatæ tunica, quam ἐπιπεφυκότα appellant. Oritur à crassa cerebri meninge, multò tamen quàm ea euadit durior atque firmitior, totūque oculum circumdat. Prætenditur enim humori crystallino veluti operimentum & propugnaculum aduersus ea quæ extrinsecus possunt accidere. Ideoque non modò densam, sed etiam prætenuem, albam & pellucidam fieri oportuit, ne ullo pacto visionem, humori crystallino (quod primum est visus instrumentum) prætensa impediret. Itaque non aliter quàm cornu prætenuæ & quàm accuratissimè de rasum condita, & humorem eum tuetur, & splendorem nihilominus trāsmitit. Græci eam κεράτωδην appellarūt, siue propter firmitatem, siue quòd per eam, qui illi adiacet internus humor, tanquam per cornu transluceat, siue quòd cornus instar veluti in laminas dissoluatur, ut scribit Rufus Ephesius. Pluribus enim ceu corticibus constare dicitur à Galeno lib. de oculis. Vt autem illa sic composita aptissima est ad visionem, ita cum eius pars, quæ pupillæ antestat, crassior, aut spissior, aut humidior est facta, visionem impedit: similiter si colorem mutauit. Nam crassior & spissior visus hebetudinem creat: humidior non eam tantum, sed etiam ut quasi per caliginem, vel nebulam, vel halitum quempiam, vel fumum cernatur, efficit. Mutato autem eius colore, sicut per regium morbum cōtingit, pro natura coloris error in visu respōdet. Rugatur & ipsa iis qui ad extremum senium peruenerunt, tum propter senectæ imbecillitatem, tum propter spiritus supernè affluentis penuriam, eoque fit ut ij, seruata etiam pupillæ magnitudine, imbecillius, aut nullo etiam modo videant.

DEFINIT. MEDIC.

καραπία. dicitur, ut scribit Galenus, arbor, siliquas ferens, quae κάρπια appellatur. Cui & vim siccandi & adstringendi inesse scribit.

κεραυνία. sic dicitur à quibusdā & ἀέζωον, siue sedum minus, quòd fulminibus aduersari credatur, nec iis domum unquam percuti, in cuius tegulis uireat.

κερωίνος. deligaturæ nomen est, quæ medio pectori & dorso deligandis conuenit. Gal. lib. de fasciis duas eius differentias describit.

κέρκις. radius. est os alterum cubiti superius, sed minus & breuius. Nam cum cubitus generatim dictus duobus ossibus constet, uno quidem inferiori & subiecto, sed grãdiore, altero uerò superinsidente & breuiore, illud Græci κέρκιον, eodẽ cum tota parte nomine, hoc κέρκιον à figura rotarum paruorum radios imitante nuncuparunt. Iunguntur inuicem hæc duo ossa utroque sine validis ligamentis, uerum radij finis superior leuiter cauus externum brachij condylũ amplectitur, hæcque diarthrosi manus tota nunc in pronum, nunc in supinum adducitur. Est autem radius non rectus, sed in arcus modum inflexus, adeo ut utraque parte cubito coniunctus, in medio tamen dehiscat.

κέρκις etiam significat pistillum, quod sæpe & δολιδεῖ, cochleare aliàs significans, itẽmque τελεβιδιον atque ὑπόρος à Græcis medicis appellatur.

κέρκωσις. cauda. mörbus muliebris. Est autem carnosæ quædam substantia, ab ore uteri incipiens, & muliebre pudendum replens. Interim etiam foras caudæ modo proci-dens, unde & nomen habet.

κέρκωσις, τὸ κέρκιον παιδιῶν, hoc est, asperitatis effectiuum, ut annotat Galenus in interpretatione uocum Hippocratis.

κέρκωσις. est leuis quædam ad tussendum propensio, similitudinem cum nausea habet. Ut enim nausea vomitum præcedit, ita κέρκωσις tussim. Itaque ut non semper post nau-seam vomitus sequitur, ita neque post τὴν κέρκωσιν tussis, propter causæ paruitatem. Nam sæpẽ ex parua faucium aspredine κέρκωσις fit, sæpẽ uerò ex tenui aliquo exi-guòque prorsus humore, siue is à capite descendat, siue in asperis arteriis collectus sit. Hoc autem symptoma sic appellatur ἀπὸ τῆς κέρκωσις: significat enim ἡ κέρκωσις apud Iona-s idem quod ἡ κέρκωσις, id est, milium. Itaque cum in faucibus asperitates quædam paruæ ueluti granorum milij sentiuntur, id τὴν κέρκωσιν nominant, à quo κέρκωσις dicitur, quod fauces exasperat & exiguam tussim mouet, ut annotat Gal. comment. 3. ἐς τὸ πρὸς ἀρθρῶν.

κέρκωσις. dicuntur, inquit Erotianus, apud Hippocratem τὰ τραχέιας ἐπιπασίσεις ἔχον-τα, aspera, inæqualia: ut & apud Atticos κέρκωσις ἀγγεία, τὰ τραχέιας ἀνωμαλίας ἔχον-τα. sunt tamen qui apud Hippocratem non κέρκωσις, sed κέρκωσις & κέρκωσις scribant.

κέρκωσις. Betonica. herba est caulem habens tenuem, cubiti altitudine uel maiorem, qua-drāgulum, folia lōga & mollia, frōdis quernæ modo in ambitu diuisa, ad radicẽ ma-iuscula, odore iucũdo. In summis caulibus semen ueluti satureiæ spicatũ inest. Ra-dices ut ueratri exiles. Velones ut Plinius tradit in Hispania eã inuenẽre, quæ in Gallia Betonica. dicitur, in Italia ferratula, Græcis κέρκωσις uel κέρκωσις, quoniam frigidis locis reperiatur. Amariuscula est & subacris. Incidit, calculos in renibus rumpit, pulmonem, pectus & iecur expurgat, menses ciet, comitialibus prodest.

κεφαλαία. est inueteratus & agrẽ cedens capitis dolor. Hic uel continuus est uel ex in-teruallis reperit & exacerbatur, suntq; interualla uel ordinata uel inordinata. In-termittunt

termittunt enim aliquando eiusmodi exacerbationes, velut in comitiali morbo, interceditque aliquando tempus quoddam dolore vacuum. Verum repetit facile & leui de causa proritur dolor, adeo ut neque strepitus, neque vocē vehementiorem, neque splendorem, neque vini potum, neque odores quibus caput repletur ferre possint, neque item motum. Itaque in quiete & tenebris agri ob dolorum magnitudinem decumbere cupiunt, quod tanquam à malleo caput sibi pertūdi videatur. Quidam enim veluti contusionem quandam aut distensionem sentiunt, non paucis verò usque ad oculorum radices dolor progreditur, quod signum est cerebri membranas dolore affectas esse. Nam quandoque in pericranio tantum est, qui quidem ad oculos non peruenit, sed in superficie tantum hæret. Caterum ex doloris qui in cephalæa sentitur vehementia & diuturnitate, debilitas magna per eam facile accedit, ut promptè ab omni re afficiatur, & in eo differt maximè à cephalalgia.

κεφαλαλγία. est dolor capitis nec diuturnus nec vehemens nec cū magna capitis imbecillitate coniunctus, sed qualis à crapula, à sole, à labore aut febribus excitari solet. Ea enim in re ἰ κεφαλαλγία differt ἀπὸ τῆς κεφαλαίας, quod hæc inueteratus & agrè cedens dolor sit, & propter coniunctam capitis imbecillitatem facile irritabilis: illa autem nihil horum sit, sed omnia habeat multò mitiora.

κεφαλή. caput. Appellatur id totum quod collo suprapositum est. Cuius pars quanquam facies tota existat, attamen duabus potissimum partibus constare dicitur, cranio & cerebro, in quorum alterutro si quis aut vulnus acceperit, aut sentiat dolorem, capite laborare dicitur. Ex quo fit, ut quæ cerebri aut cranij propria sunt, etiam toti capiti tribuantur. Est autem caput virtutis animalis domicilium, & sublime positum propter oculos, cū nullius alterius sensus, & nullius denique principis actionis gratia ipsum in summo collocatum esse oporteat. Collo suprapositum est, eique gemina diarthrosi coniunctum, una quidem qua processus duo occipitis quorum unus dexter, alter sinister est, cum duabus primæ vertebræ supernis cavitatibus articulatur: altera verò per quam acclivis & prælongus secundæ vertebræ processus quem ὀδόντιον, hoc est, dentem Hippocrates, alij πωλῶσδῶν nominarunt, cum prima vertebræ & cum occipitis cavitatem, inter duos illos occipitis processus iungitur. Subit enim ille dēs in cavitatem primæ vertebræ, & deinde in occipitis cavitatem inter dextrum sinistrumque eius processum mediam inseritur, & rotundo robustissimoque ligamento illic connectitur, sic fit ut circa ipsum dentem caput cum prima vertebræ, non aliter quàm ostiorum verticilla circa ipsos vectes, circumagatur. Hæc prima & præcipua est capitis diarthrosis & omnium etiam securissima, tribus scilicet ligamentis validis, & octo, ut scribit Galenus lib. 12. usque part. musculis munita. Id quod non est temerè à natura factum, quod sola hæc diarthrosis non dico luxationem magnam, sed ne deflexionem quidem vel temporis momēto ferre potest, quod animal repētè motu omni & respiratione priuatur. Habet autem utraque diarthrosis suum usum. Nam cū sint duo tantum capitis motus, rectus, qui fit annuendo & renuendo, seu flectendo & extēdendo, & obliquus quo caput in latera circumagitur (is enim quo in humeros caput inclinatur, vertebrarum totius colli non autem capitis articulationum motus est) rectum quidem perficit illa diarthrosis vertebræ secundæ cum prima & cum occipite, per processum illum facta quem ὀδόντιον diximus vocari: obliquum verò illa prima de qua diximus. Quod tamen non est ita accipiendum, ut non

DEFINIT. MEDIC.

etiam iuuetur ille quidem prima, hic verò secunda diarthrosi: sunt enim sibi inuicem adminiculo. Ceterum quæ capitis figura sit, quæ magnitudo, quæ futura, ἐν τῷ κράνιον explicatur, quòd ad ipsum proprie hæc pertineant: quæ vero sint functiones, ἐν τῷ ἐγκέφαλος, de quibus vide suis locis.

κεφαλή etiam dicitur in ossibus, quòd in illis extremum est crassius & rotundum, à similitudine quæ illi est cum vero capite, quamquam non sit necesse partem illam extremam ossis planè rotundã esse & capitis modo eminere, siquidem in illis etiam caput dicitur, quòd cavitatem glenoide depressum est, in modum capitis semiputati, quale in publicis sectionibus anatomici cerebrum ostensuri, serra diuisum exhibent.

κεφαλικὰ φάρμακα. dicuntur medicamenta capitis fracturatum quæ ad crassæ membranæ duplicaturam usque peruenire. Emplastra sunt. Eorum virtus est, ut ossium squamas sursum attrahant ac in pristinum locum reuocent, & fragmenta tum in capite, tum in aliis corporis ossibus educant. Habent enim acrimoniam quandam, ut ex alto in superficiem extimam non ossa modò, sed is quoque multò magis humorem crassum aliquem & viscosum vel omnino deprauatũ attrahant. Ea autem catagmaticis valentiora sunt. Siquidem cephalica abstergendi, digerendi & siccandi facultate prædita sunt. horũ materia est, iris Illyrica, erui farina, mãna siue purgamentum thuris, aristolochia, panacis radice cortex, cadmia elota, squama æris, in summa omnia quæ extergere citra morsum possunt. Quibus plerique paululũ ex adstringentibus admiscuerunt, tum ut quòd partibus male affectis influit repelleretur, tum ut abstergentium facultatem in profundum usque deduceret. Verum nisi adstringentia elaborentur tritura quòd ad usque in puluerem redigantur, noxam magis quàm præsidium afferunt iis quæ trahendi vim obtinent. Optimè autem elaborantur, si ex aceto acri læuia reddantur.

κεφαλατόν. sic à quibusdam dici τὸν θυρόν Dioscorides scribit, nec dubium quin à capitellis, quæ gerit specie complicatarum formicarum.

κικίς. galla. Est pilula inæquali superficie, salebrosa, in glandiferis arboribus præter legitimum fructum proueniens. Eius multiplex differentia est, solida, perforata, nigra, candida, maior, minor. Omnis noctu semper uniuersa erũpit mense ferè Iunio. Quæ glandem ferunt omnes & gallam, sed quercus optimam. Earũ aliqua ὀμφακίτις appellatur, parua quidem sed tuberosa, solida, nullo foramine peruia. Est & alia grãdior & fungosa quam Galenus ὀνοκικίδα, quasi asininam gallam vocari scribit à rusticis, quòd ignaua sit & minùs efficax, quã tamen Galeni interpretis ὀνοκικίδα, quasi uinigallam, nominat, de quo vix certò quicquam statui potest. Ceterum galla præsertim ὀμφακίτις admodum acerbæ, terrena frigidãque est, quare desiccatur, repercutit fluxiones, constringit contrahitque laxas partes. Desiccatur tertio ordine & refrigeratur secundo.

κεφαλίη. vocatur ea linguæ pars quæ est ad fauces, quam & χύσιον plerique nuncupant, quòd in ea gustus putetur esse acutior.

κεφαλαφίδις. κεφαλίω ἔχορ, hoc est, capite præditum, apud Hippocr.

κίλη. dicitur apud veteres tumor omnis quacũque in parte fuerit, siue in scroto, ut quæ vocatur ἐνπρόκίλη, siue in inguinibus, siue etiam in gutture, cuius generis sunt Βουβωνοκίλη & Βρογχοκίλη. Postea verò magis dici cœpit de scroti tumoribus, quòd illi tũm frequentiores sint, tũm multò magis diuersorum generum. Recensentur autem hæc

hæc ferè eius generis apud medicos, βουβωνοκίλη, ὄρχοκίλη, ἐπιροκίλη, ἰδιποκίλη, ἰδχοκίλη, πιδμοκίλη, σαροκίλη, κερσοκίλη, præter alia quæ duobus generibus cõstât.

κίμος. dictus est à quibusdam hoc nomine ὀκίμος, ut habetur apud Dioscor.

κίποια. herba portulacæ similis, sed nigrioribus foliis, radice tenui: folia contra vesicæ scabiem utiliter bibuntur, contrâque urinae stillicidia.

κίελου. cerinthe. herba folio candido, incuruo, capite concauo, mellis succum habente. est apibus gratissima, nomen habet à fauis.

κίελου. fauis. est tumor in cute consistens, eamque maioribus foraminibus perrodens ex quibus humor melli similis excernitur. Itaque tum ob foraminum figuram, tum propter excreti humoris speciem κίελου, hoc est, fauis appellatur, & alio nomine μελικκίεις, ut scribit Aëtius lib. 6. Differt foraminum magnitudine ἀπὸ τῶ ἀχίρος, qui ulceris etiam in cute genus est, sed minimis foraminibus præditum per quæ humor dimanat. Ceterum κίελου frequenter in musculosis partibus, in articulis & plantis pedum oritur, sæpe etiam sextam colli vertebram occupat, & aliquando etiam costas inuadit. Si verò in capite generatur, primùm reliquis partibus, deinde caluarie etiam putredinem transmittit, ut sæpe dissecto pericranio os ipsum deradere conueniat. vide μελικκίεις.

κίρος. cera. Est expressorum fauorum rectementum. Medium quodammodo tenet calfacientium, refrigerantium, humectantium & desiccantium: habet verò quiddam etiam essentia crassæ atque emplasticum, quare non modò exiccat, sed per accidens etiam humectat, perspirationes prohibet: foris autè imposta debiliter cõcoquit. Retinet & paulum quiddam digerentis calidæque facultatis quæ melli inerat, præsertim nona: sed habet & quiddam acre & mordax, quod tamen facile aqua cluitur. Habet autem & pro fauorû viribus à quibus exprimitur varias facultates: siquidem ex præstantissimo melle cera præstantissima colligitur. Gal. lib. 10. meth. med. vel albam Ponticam, vel eam quæ ex Atticis fit fauis, omnibus prætulit, etiam si mel Ponticum venenatum esse veteres memoriæ prodiderint. Nihil enim intus & foris eandem habet facultatem. Itaque quâuis cera Pontica intrò quidem sumpta potest offendere, exterius tamen quæ candida est vim habet medicamentosam. Nam valde abstergit, propter amaritudinem quam ex absinthio cõtraxit, & quam nulla unquam lotione deponit.

κίροβλου. τῆν ἀχίρον καὶ πιδύρον. paleatum & fursurum, apud Hippocratem, ut annotauit Erotianus qui Atticam esse dictionem scribit.

κίροτον. ceratum vel cenotum. Est medicamenti genus ex oleis, gummis, succis aliisque liquoribus cera vnica constans, & substantia medium inter emplastrum & unguentum. Quamquam non perpetuò una eius forma est: siquidem aliquando humidius, aliquando siccius fieri potest. Ac humidum quidem est, ut ait Gal. lib. 10. meth. medendi, ceratum rosaceum describens, quod triplam aut quadruplum ad ceram oleum habet. Sic dicta est quod magna ex parte cera constet.

κίρκλιος. significat apud Hippocr. breuem & exiguum motum, ut annotat Gal. cõment. 1. & 4. ἐν τῷ πιδύρον. Sic dicitur ἀπὸ τῶ κίρκλου. Est autem auis quam motacillam ab assidua caudæ agitatione Latini appellât, à Græcis autem etiam ἰωγῆ & σείσπογῆ & κινάδος dicitur.

F

DEFINIT. MEDIC.

- κίθαριον. dicitur à quibusdam ὀκίδος atque etiā ὀκισός, ut habetur apud Diosc. Gal. verò ἐν τοῖς ἁλωσῶσι scripsit ab Hippocrate ἐν θωρακῶσι, hoc est, pectus sic appellari.
- κίκυ. ricinus. Dicitur & croton, & σίσαμω ἀγρίω, & σίσαλι κύνειω. Frutex est parua ficus magnitudine, folio platani, leniore, nigriore, maiore, ramis & caudice arundinum modo concavis, semine uuarum aspero quod purgatum effigiem ricini animalis representat. Ex hoc premitur oleum quod κίκυω dicitur, cibus quidem fœdum, sed lucernis emplastrisque utile. Nec verò oleum tantum ad claritatem, sed etiam eius medulla ad elychnia præcipuè commendatur. Eius fructus quemadmodum expurgat, detergit & digerit, sic quoque folium, sed unde quaque debilius: oleum autem quod ex semine conficitur tum calidius est tum tenuiorum partium quam est oleum commune, ac proinde potentius quoque digerit. Cici recentiores herbarij cataputiam maiorem, vulgus Gallicū item, officinæ palmam Christi appellant, quod folium in humana manus effigiem articuletur.
- κίκυωρ ἔλαιον. cicinum seu ricininum oleum. Quomodo paretur docet Dioscorides lib. 1. Id in Ægypto vetustissimum & ferè primum fuit. Tenuius calidiusque est communi oleo, & naturam habet sabini inueterati, proinde potenter digerit, rarefacit & discutit.
- κίμωλια γῆ. Cimolia terra. est terra modicè pinguis, rara, mollis, candida: aut in candido purpurea. Cùm sub tactū cadit, frigida sentitur. Galenus scribit eam siccare, refrigerare & parum quæ coierunt digerere, atque ita utraque facultate agere, non aliter ac plurima medicamenta quæ digerunt & reprimunt. Est autem ut idem scribit paulo efficacior quam vel Chia vel Selinusia, nec tamè mordet, sed quia magis quam illa abstergit, ea fullones utuntur. Ob vim abstergendi qua pollet quibus etiam dicta est. Olim adferebatur de Cimolo, una Cycladum insula. vulgò terra saponaria appellatur.
- κίναρα. carduus altis, foliis albæ spinæ vel sylvestris cardui, caulis altis, quorū summi vertices in squarosum extuberant globum, corticosis unguibus turgentem, spicisque squamatum compactilibus coagmentatum, quorum orbis exterior viret, interior niueo cādore nitescit. Hac structili nucleorum serie picæam nucem videtur exprimere, quare & strobilum Romanis dici Dioscorides asseuerat. Flos purpureo rutilat colore, qui tandem euanescit in pappos. Caput vetustate disilit in corticeas laminas, semen ostendens crici figura. Est autem gratissima cibus cinara, & passim adhibetur conuiuuis, sed melancholicum, ut ait Galenus, succum gignit. Sunt qui σκόλυμω interpretentur. Paulus tamen & Aëtius inter illa distinxerunt, cinaram nocere stomacho, scolymum eidem prodesse scribentes. Sed non aliud habetur discrimen, quam quod scolymus ferus est & sylvester: cinara verò edomita cultu, mitior & altis, cuius cibus licet sit stomacho quodammodo grauis, nō tamen in totū à scolymi natura viribusque degenerat. Cinara nunc vulgus Gallicū articolem appellat.
- κίνησις. motus. Est prioris habitus immutatio. Ea dupliciter incidere potest, nempe aut in qualitate aut loco. Quæ in loco agitur mutatio, latio dicitur, quæ aliud nō est quam prioris loci immutatio. Quæ in qualitate, alteratio, quæ non aliud est quam mutatio eius quæ præfuit qualitatis. Sed latio quidem motus tum actiuus tum passiuus esse potest, alteratio verò motus tantum passiuus est eius quod alteratur. Patitur namq; quod alteratur. Actiuus autem motus is dicitur, qui a se editur, idemque prorsus est quod

quod ipsa actio, velut volatio & incessus: illa enim animalis volatilis, hic verò gressilis actio est, pariterque motus. Similiter actiuus motus eius est qui ex Gallia Germaniam profectus est. Quippe motus actiuè est, hoc est, ex seipso, siue propria natura, siue ab interno motus principio. Passiuus verò motus ille dicitur, qui ab alio extrinsecus posito excitatur. Qui enim ab alio sic calefit aut refrigeratur, ut alteretur: aut sic agitur, ut locum mutet, id utique non agit, sed patitur: sic qui ex Anglia in Galliam nauigauit, non ex se ipso id egit, sed naui vectus est, & priorem habitum qui in loco positus erat, immutauit. Vterque motus in ipso fieri essentiam suam possidet. Dum enim quid alteratur, mouetur: cum à motu cessauerit, iam alteratum est, non autem amplius alteratur, id quod in loci mutatione pariter accidit. Habet verò & motus uterq; geminas differentias: aut enim naturalis est, aut voluntarius. Naturali quidem motu ventriculus, intestina, venæ alimentum attrahunt, excrementa depellunt, cor atque arteriæ continenter pulsant: voluntariè autem muscoli & nervi mouentur, atque ab his corpus uniuersum. Cuius quidem motus variæ sunt etiã differentia. Alius velox est aut tardus, alius robustus aut imbecillus, alius vehemēs aut leuis, sicut Gal. in lib. de sanit. tuenda demonstrauit. Est verò & apud physicos alia motus species quæ generatio dicitur; nõ tam in qualitatis quàm substantiæ mutatione posita & consistens, sed quæ à medicis sub alteratione comprehenditur, qui in hoc rerum potius qualitates quàm substantias intuentur. Sensibus namque magis patent alterationes quàm substantiarum immutationes, neque hæc omnino sine illis fieri possunt. Medicis enim alimenti in chylum mutatio, chyli in sanguinem, sanguinis in propriam cuiusque partis substantiam, generatio physicis censetur: eam tamen medici alterationē nuncupant, quod formæ mutatio fieri nequeat sine euidenti multarum qualitatum alteratione. Quod si quis generationem corruptionemq; ab alteratione distinguere, motusque diuersos facere, quorum illi ad substantiam vel ex substantia sint, hæc verò ad qualitatem, triaque propterea motuum genera statuere, non sine ratione fecerit: quemadmodum & si motus speciem quandam ex alteratione locique mutatione compositam, cuiusmodi auctio diminutioque est, constituat, Galenum authorem sequetur, à quo etiam ista scripta sunt initio lib. 1. de facult. natural.

KINVA Bæi. cinnabaris. Græci neutro, Latini fæminino genere efferunt. Sed quid sit variant sententiæ. Dioscorides scribit quosdam cinnabarim eandē esse cum minio existimasse, alios verò sanguinem draconis, quod intento colore nec diluto prædita sit. Plinius dicit cinnabarim Indicum nomen esse, & sic appellari saniem draconis elisi elephantorum morientium pondere, permixto utriusque animalis sanguine, neque alium esse colorem qui in picturis propriè sanguinem reddat: cui & Solinus assentitur. Contrà verò medici fortiter reclamant, dicentes id commentum esse mercatorum. Leoniceus quiddam metallicum esse censet, fortè quòd eius mētio inter metalla à Dioscoride & Galeno facta sit, cum tamen ille quid cinnabaris sit taceat, quid non sit dicat. Arabes succum esse volunt, & Serapio quidem cap. de sang. draconis, sideritidis Achilleæ, persuasus una ratione, quod vis utriq; par sit in glutinadīs vulneribus, in quam sententiã & Georgius Agricola videtur propesus esse, quod gustus ipse iudicet esse succum siue lacrymam arboris. At verò cinnabarim minium esse Dioscorides apertè negat, dicens minium in Hispaniis ex lapide quodam ar-

DEFINIT. MEDIC.

gente & arena permisto temperari solere, alioqui non dignosci. fornacibus autem in florentissimum flagrantissimumque colorem permutari: in metallis verò strangulante halitum eructare, itaque incolas faciem vesicis obuelare, ut per illas spectent, nec respirando noxium aërem attrahant, & eo pictores ad sumptuosa parietum ornamenta uti. Cinnabarim verò ex Africa deferri, & magno cōstare, atque hæcenus inueniri, ut vix versicoloribus pictorum lineis satisfaciat. Itaque cum minium venenum sit, & cinnabaris utilissima sit antidotis, ut scribit Plinius, patet nō esse eandem cinnabarim cum minio. Verumtamen idem ipse Dioscorides cap. de argēto viuo, minium etiam cinnabarim appellatum fuisse testatur, verba eius sic habent: ἰσθαίρουρος δὲ πικρῶταται ἀπὸ τῶ ἀμυλῆ λεγομένης, κατὰ χρηστικῶς δὲ καὶ τοῦτου κιννάβαρος λεγομένης. Et subiūgit, δέντρον ἢ ἕδι λωπάδος κερματίας κόγχου σίδηρον ἔχοντα κιννάβαρι, &c. ubi palam cinnabarim pro minio dixit, ex quo patet minium quoque abusive cinnabarim vocatum fuisse. Multis etiam hoc tempore placere video sanguinem draconis non aliud esse quàm cinnabarim, quod præter veterum quorundam opinionem quam Dioscorides magis explicat quàm refellit, vires etiam utriusque sint eadem ad constringendum cohibendumque sanguinem, & in picturis eodem modo, ut Dioscorides & Plinius tradiderunt, usurpetur. Tam quidem incertum est quid vera & naturalis cinnabaris apud antiquos fuerit. In veteris enim locum nunc successit factitia, quam chymistæ videntur casu inuenisse. Cum enim ad argētum viuum adijcerent sulfur, ut ex iis efficerent aurum vel argentum, in hoc pigmenti genus fortè inciderunt. Catinus in arduos carbones imponitur, & in eum sulfuris triti pars una coniicitur, ad quod, ubi cœpit lento igni liquecere, argenti viui duæ adijciuntur partes, atque rudiculis continenter & celeriter agitata cōmiscuntur, donec nullum prorsus vestigium argenti viui supersit. Dein refrigeratum redigitur in pulverem, tūm in vas oblongo collo vel vitreum extrinsecus luto digiti crassitudine oblitum, vel in fictile intus plumbo lithargyrōe obductum, iniicitur, quod vas, ore eius prius diligenter obturato, in fornaculam chymistarum collocatur, aut statuitur super ferreum tripodem, atque subiectis prunis lento igne coquitur, donec nullus amplius argenti viui motus auribus percipiatur, deinde vehementiore igne coquitur usque dum fumus ruber exeat. Primò autem exit luteus, tūm cœruleus, postremò ruber: igitur vas, posteaquā ruber ille fumus apparuerit, ab igne remouetur, & quamprimū fuerit refrigeratum, frangitur. sic minium siue cinnabaris efficitur, vulgo cinabrium appellant. Habet, ut ait Gal. modicè acrem facultatem & adstrictionis quidpiam. Eius fumo per os, nares & anum in corpus admissio quidam Gallico morbo medentur. Ex cinnabari celebris quidam ophthalmicus Stolo Britannicus collyrium conficiebat κιννάβαριον dictum, ad corrosos oculorum angulos & lippitudines, cuius descriptio refertur à Galeno lib. 4. τῆν κιννάβαρον.

κιννάβαρις. sic dictum est à quibusdam τῶ ἐν θρόνον, ut habetur apud Dioscor. κιννάμωμον. cinamomum. frutex est brevis, repressus, humilis, surculosus, duum cubitorum altitudinem non excedens, arido similis, folio origani. gaudet siccitate, quum viret parum odoratum, sterile scens imbre. Dos omnis eius in cortice est, lignū ipsum quod ἐν λωκιννάμωμον nominant, in fastidio est propter origani acrimoniam. Probatum quod in planis gignitur, colore torrido, nigricans variūque, surculis articulatis & per internodia læuibus, quum rumpitur odoratum exhalans puluisculū. Species eius

eius multas Dioscorides recenset, quæ gentilitium regionis in qua nascitur nomen retulerunt. Est autem cinamomum summè tenuium partium, non summè tamen calidum, sed ex tertio ordine: nihil verò æquè desiccet eorum quæ pari cum illo sunt ex-calfaciendi facultate, propter tenuitatem scilicet essentia.

κιοις. columella. Nomen est à posterioribus, ut ait Galenus, medicis usurpatum, quo *κοιλιον*, id est, curgulationem significant. Sumptum autem est à naturali partis figura, quæ rotunda oblongaque dependens parua columna similitudinem habet. Nicædri scholiastes in theriacis *κιοιδα* interpretatur τὸ τετραχλον, quòd instar columnæ caput sustineat.

κλωρ. idem prorsus quod κιοις. hoc tantum interest, ut ait Galenus, quod τὸν κορυφαριων: veteres κιοια, posteriores autem κιοιδα appellant.

κικρησα. circea. herba est folia habens solano satiuo similia, sobole multiplici, flore nigro, pusillo, numerofo, paruo semine, ut milij, nascente in quibusdam corniculis, radice semipedali, triplici ferme aut quadruplici, alba, odorata, gustus calidi. Radix ipsa in vino dulci pota, ut ait Dioscorides, secundas purgat: est enim boni odoris & calfa-toria. semen autem eius in sorbitione exhibitum ad lactis generationem conducit.

κιρρον. fuluum. sic dicitur quod ex igneo seu rufo pallet, ut scribit Galenus lib. 12. meth. med. Sic enim ait, de vinis edisserens: εἰ δὲ δὴως ἐδελας ὀνομάζουσι κίρρον χρῶμα, δὴ αὐτὸ αὐτὸ λέγουσι κίρρον ὠχρόν. Idem tamen tùm eo loco, tùm lib. 5. sanit. tuend. videtur idem facere cum ξανθῶ, de vinis pariter agens his verbis: σκόπον ἔχον οἶνον κατὰ μὲν πλὴν οὐσασιρ αἰ τὸν λεπτότατον αἰεῖσθαι: κατὰ δὲ πλὴν χροαί ὅν ὁ ἰσσοκράτης εἶωθε κίρρον καλῆν, δὴ αὐτὸ δ' αὐτὸ καὶ ξανθὸν ὀνομάζουσι αὐτόν. Nec tamen reuera fuluum idem est cum flauo. Est enim fuluum inter albū flauūque medium. Sic vina quæ principio alba sunt, & vetustate fulua redduntur, & tandem flaua, ut scribit Galen. comment. 3. εἰς δ' ἰσσοκράτης ὁξέωρ.

κίρσορ. caulis est tener, duorum cubitorum triangulo similis, ab imo foliola rosæ speciem referentia, anguli spinosi, per intervalla molles, folia buglosso similia, maiora, subcandida, modice hirsuta, partibus extremis aculeata, cacumē caulis orbiculatum, hispidum, in quo capitula purpurea, quæ solvuntur in lanugines.

κίρσοκίλη. varicosus ramex. Est dilatatio seu amplificatio vasorum quæ testiculum nutriunt. Sic Paulus definiuit lib. 6. cap. 64. Celsus lib. 7. cap. 18. scribit integris tunicis ramicem innasci. κίρσοκίλη. Græci appellant, cum venæ intumescunt. Hæ autem intorta cõglomeratæque ad superiorem partem vel ipsum scrotum implent, vel mediam tunicam, vel imam: interdum etiam sub ima tunica circa ipsum testiculum, ut idem est author, neruūque eius crescunt. Ex quibus verbis Celsus quatuor huius morbi differentias pro locorum varietate constituit, quarum etiam & notas & curationem sigillatim persequitur. Itaque siue interiora, siue exteriora tumor iste occupet, à Celso κίρσοκίλη nuncupatur: non item à Paulo, qui vasorum quidem in scroto aut dantis dilatationē, κίρσοις, hoc est, varices simplici vocabulo appellat, eorū verò quæ testiculum nutriunt tumorem & conglomerationem, κίρσοκίλη ex veterum sententia. Meminit & Aëtius τὸ κίρσοκίλης inter mulierum morbos, Ασφασίαν authorem sequutus, dicitque venarum esse dilatationem, varicibus crurum similem, inque pudendi alis nasci solere.

κίρσοις. varix. Est venæ dilatatio, seu venæ dilatata. Id quod contingit venæ non etiam

DEFINIT. MEDIC.

arteriæ, propter tunicæ mollitiē. Arteriæ namq; tunicæ crassiores sunt atq; robustiores. Distentionis causa est sanguis multus & crassus qui non facile cedit, sed cui contra cedere vena cogitur, præsertim verò flatulentus, qualis melancholicus est, proindeque ab eo varices ut plurimum fieri medici omnes prodiderunt. Fiunt tamen interdum à pituitoso atque à puro etiam sanguine, præsertim quidem in cruribus propter eiusmodi sanguinis grauitatem: aliquando verò etiam in temporibus & in ima parte ventris sub umbilico, & circa testiculos & scrotum, atque in ipsis etiam inguinibus. Nascitur & in palpebris auctore Aetio, atque, ut semel dicam, in omni parte quæ venas habeat, maximè si prona est, & longius distita à fonte caloris natui.

κισθος. est frutex in saxis emicās, ramosus, frondosus, nec præaltus: folio circinatæ rotunditatis, hirsuto, gustu acerbo. Duo eius genera: flos masculo rosaccus, feminae albicās. Sub cistho ad radices nascitur **κισθιδίς**, malo granato immaturo similis. cisthus adstringit & desiccatur, sed præcipuè flores secūdo ordine absoluto. Est & aliud genus cisthi ladanifera, à quibusdam ledum vel lada vocatum, frutice ab altero non abhorrente, nigrioribus tantum & longioribus foliis, quæ verno tēpore quippiam pingue roscidum contrahunt. Est autem hic cisthus eiusdem cum superiore generis, sed quia nascitur in calidis regionibus, eximiam ac peculiarem digerentēque caliditate nactus est. Ex eo ladanum prouenit quod est veluti eius gummi.

κιστέρι πικρός. dicitur ἢ ἐλξίν, digerendi facultatem habens, ut scripsit Galenus.

κιστίδιον. dicta est similiter à quibusdam ἢ ἐλξίν, ut habetur apud Dioscoridem.

κιστερος. dicitur à quibusdam ὀκισθος, ut habetur apud Dioscoridē: vel ὀκισός ab Hippocrate, ut scribit Erotianus.

κισπέις. pumex. videtur dubitare Galenus in quo genere pumicem reponere oporteat, an inter metallica, an inter lapides. Lapidem esse omnibus ferè placet, eumque reperiri in locis qui olim arserunt, aut nunc etiam ardēt, atque propter ustionem absumpto omni humore leuem atque fistulosum euasisse: neque enim à spōgia multum distat, ideòque, ut Vitruuius auctor est, à quibusdam etiam spongia dictus est. Græci **κισπέιδα** ob fistulosas concauitates vocarunt, nomine sumpto à verme frumenta erodēte qui Græcè κίς nominatur. Ut enim is frumēta perforat, ita natura pumicem. Theophrastus verò etiam alcyonium, quod ex maris spuma concreuit, **κισπέιδα** appellat. Sunt autem varij pumices, nigri, cinerei, candidi, molles, duri: sed omnes rari & leues ob fistulas quæ aërem in se cōtinent, eaque de causa omnes innatant aqua. Probat, inquit Dioscorides, pumex qui leuissimus, fistulosus, scissilis est, nec in attritu arenosus. In medicina usu cremari solet, rationēque idem ostendit. Adstringit, deterget, calfacit, reprimat, crustas inducit & depilat. Verum acrimoniam eam quam ustione acquisiuit, rursus lotionē deponit.

κιστιον. nomen emplastri, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 17.

κιστιον. sic dicitur à quibusdam ἢ ἀουλιπιάς, ut habetur apud Dioscoridem.

κισός. hedera. frutex est genere triplex: candidus, fructu candido: niger, nigro, aut croci amulo: ἢ ἐλξ, nullo fructu, sed albis viticulis, foliis paruis, angulosis & cōcinnioribus. Constat hedera contrariis facultatibus, refrigerans adstringēnsque, item calfaciens & acris, maximèque eius lacryma quæ inter ψιλλορα numeratur.

κιστόφυλλον. sic dicta est à quibusdam ἢ ἀουλιπιάς, ut habetur apud Dioscoridem, non dubium quin à foliorum hederae similitudine.

κίτερον.

κλτεωρ. nomen est malagmatis, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 18.

κλτεωρ. malum medicū, hoc est, fructus mali medicæ. Sic enim, inquit Galenus, malum medicum appellatur ab iis qui id agunt, ut quæ loquuntur nemo intelligat, ex quo apparet temporibus Galeni nouum nomen fuisse. Constat autem is fructus tribus partibus: accida quæ in medio ipsius sita est, carne quæ medium ipsum ambit, & cortice exteriori suaueolenti & aromatico. Eius semen resiccat & refrigerat tertio ordine: cortex desiccat quidem secūdo excessu, habet que non parū acrimoniae, non tamen frigidus est, sed aut tēperatus aut paulò infra. Caro eius crassi succi est & pituitosa frigidaque. Nucleus qui in semine inuenitur amarus est, & digerendi sicca dique facultatem obtinet, secundo ferè ordine à temperatis recedens.

κλτθ. symptomata est deprauata vitiosaque appetentiæ, cum stomachus vitiosos & à natura alienos cibos concupiscit. Causa est vitiosum quoddam recrementum, ventriculi tunicis impactum, sed cuius vitium facile explicari non possit. Pro diuersis autem eius qualitatibus varia appetuntur, sed imprimis acida, acerbataque etiam acria, & aliquando terra, testa, carbones, panni veteres, putria coria & alia eiusmodi à natura abhorrentia. Maxime autem hoc malo mulieres grauidæ infestantur ad extremum usque secundum tertiumue mensem. Quarto namque eo ferè liberantur, partim vitioso humore per vomitum vacuato, partim concocto atque etiã absumpto crebris vomitionibus, fastidio & ciborum quibus vitium ali debuisse abstinentia, quodque auctior eo tēpore fetus unà cum sanguine vitiosum pariter humorem attrahat atque conficiat. Verū tamen viros quoque idem affectus aliquando exercet, cum & vitiosum deprauatumque, eiusmodi humorem in vetriculo collegerint. Vocatur hoc vitium à Græcis κλτθ, vel à picæ varietate (est enim auis varia, nec sibi concolor, sed quæ aliàs plumas & pennas candido, aliàs nigro colore præferat) vel quod forte affectu consimili picam laborare obseruatum sit. Ceterum quamuis κλτθ picam auem significet, non tamen de affectione ista loquens picam rectè vertere poteris, nisi quadam Græcorum imitatione, sine tamè idoneo authore, quod nemo unquam Latine picam pro eo affectu dixerit. Plinius certè nūquam picam, sed grauidarum malaciam saepe dixit. Quidā verò non picam, sed picationem interpretantur.

κλτθ. nomen est barbarum apud Dioscoridem, significans genus unum vilis casia.

κλτθ. nomen est Ægyptium, usurpatum tamen à Græcis. Est autem id herba genus quod Græci κλτθ, Latini intubum erraticum vel ambubeiam appellant. Attamen Galenus lib. 8. κλτθ τὸ πῶς videtur discrimen ponere: cichoria, inquit, & seris cibarij generis existunt. Apud nos namque agrestes iis coctis crudisque in cibo utuntur. Quin & Erasistratus plurimum ea commendat in curatione affectionum ventris. Est autem horum olerum facultas subfrigida, subamara & modicè adstringens, & propter has qualitates præstantissimè medentur iecinori supra modum calido. Non enim solum moderatè refrigerant, verum etiam quia adstringunt visceri robur addunt. Præterea commissuros osculorum venarum in sima visceris parte cum iis quæ in gibba sunt extergent. Neque verò frigiditas intemperies valdè offendunt, veluti ea quæ frigido humore scatent citra adstrictionem aut amaritudinem. His quidem laudibus Galenus cichorium effert.

κλτθ. est curgوليو præter naturam auctus & oblongior tenuisque equabiliter factus. Tūc enim κλτθ, hoc est, columnae similis euadit. Latini ferè omnes columellam inter-

DEFINIT. MEDIC.

pretatur. Quod autem aequabiliter auctus sit, in eo differt ἀπὸ τοῦ σαφυλῆς, quæ una dicitur, per quam curgilio ima tantum parte crassus rotundusque est. Tumor is oritur à distillatione in ipsum è capite descendente.

κίωρ. sic ab anatomicis vocatur interseptum narium carnosum quod ad labrum usque descendit, ut ait Rufus.

κίωρ etiam, ut annotat Gal. ἐν τοῖς κλωσῶν, significat apud Hippoc. bestiarum congregationem quæ triticum comedunt, quarum etiã unaquaque κίωρ nuncupatur. κλαγγῶν. vocabulum est usurpatum ab Hippocrate, in cuius explicatione scribit Erotianus Demetrium existimasse sic dici oculos valde mobiles, sed eum graviter aberrare, quod κλαγγὴ ad oculos non pertineat, cum eo nomine certa quaedam vocis species ἐκ φωνῆς designetur, qualem maxime vomitus ἀσπῶδης concitat. Esse enim vocem quæ à graui tono inchoata in acutum desinit, ut in cantu plerumque fit. Bacchium autem interpretatum esse κλαγγῶν φωνῶν, τὸν σωεχὴ καὶ ἀδιδάκτωρ. Apollonium autem intercisam, inaequalem & obscuram, eique maxime similem quam temulenti edunt.

κλαυδιακόν. nomen collyrii, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 16.

κλαυθμυεῖζερ. κλαῶσαι μετ' ἐπιτάσεως σφοδρῶς, hoc est, flere magna spiritus contentione, apud Hippocratem, ut annotauit Gal. comment. in prognost. Inde κλαυθμῶδες ἀναπνοαὶ dicuntur etiã ab Hippocrate iis similes quæ cum fletu fiunt, quasi suspiriosa. quam Erotianus σωεχῆς interpretatur, sumpta, ut ait, à flentibus pueris metaphora.

κλαδίον ἀφροδισιακόν, vel, ut habetur apud Paulum, ἀφροδισιαστικόν, est pastillus conueniens hæmoptoicis, cæliacis, dysentericis & quibus stomachus fluxione tentatur. Magnoperè enim adstringit.

κλαδίον etiam epithematis nomen est eiusdem omnino cum superiori pastillo facultatis. Id geminum describitur ab Aëtio lib. 9. unum Cyrilli, alterum Mnaseæ nomine. Vtrumque autem dysentericæ adhibet.

κλαῖς. est os tortuosum & inaequale, omoplatam cum sterno alligans. id geminum est, dextrum & sinistrum. Vtrumque à sterno usque ad apophysim κρεακῶδῃ in exteriora curuatur: ab ea, contrà. Est enim recuruum & figuram λ. Romanae literæ imitatur. Fistulosum quoque est & crassitie inaequali præditum, parte quidem superiore qua sterno inarticulatur, crassius & rotundius, postea verò longè gracilius, adhuc tamen rotundum: procedens verò quò propius lato scapularum osi sit, eò plenius latiusque. Sic à grecis dictum est παρὰ τὴν κατὰ κλαίειν ἢ ἂν ὠτῆς τὸν περὶ ὠχῆνα καὶ τὸν ὤμωρ, hoc est, quòd ceruicem & humerum cõcludat, ex quo etiam Latine quidam clauem & claviculam dixerunt. Siquidem clavis modo omoplatam cum sterno, & per illam brachium firmat atque connectit. Sunt qui iugulum à latinis dici putent etymologia nixi, quòd ea vox à iungendo profecta videatur. Certè Cornel. Celsus iugulum liquido appellauit lib. 8. capite de iuguli fracti curatione. Iugitur autem summo quidem sterno per diarthrosim, omoplatæ verò per synarthrosim. Dicitur ab Hippocrate Ionica dialecto κλαῖς, ab Aristotele autem σφαγί, de histor. animal. lib. 1. cap. 14.

κλειόνικον. idem quod κλινοπέδιον. de quo vide suo loco.

κλίπτειται. παραλογίζεται, fallit, decipit, apud Hippocr. ut lib. 5. τῆν ἐπιδημ. ἐκλεῖται δὲ μὲν τὸν γούμωλον αἰεταῖ, τὸ βέλκος ἐν ἑαυτοῖς τὸ σῆνος ἔχουσαι.

κλειώης κολυμῆιον. Cleonis collyrii, ex genere τῆν ἀπαλῶν ἢ ἀδιδάκτων, describitur à Celfo, ab Aëtio

ab Aërio & à Paulo eadem omnino materia, sed mensura inæquali.

κλιῖθρον. in gula locus sub tonsillis, apud Hippocr. ut scribit Gal. ἐν τῷ τῶν ἁλωσῶν.

κλιμα. dicitur ἢ πτύουσα à quibusdam, sicut habetur apud Dioscoridem.

κλιματῖς. herba est duorum generum. una, quam δεφνοειδῆ & μυροειδῆ & πολυροειδῆ cognominant, sarmentis prælongis & in terram sparsis iunceæ crassitudinis, foliis lauri figura & colore, multò minoribus, obuia quoque viticulis suis vinciens, atque ideo Latinis vinca peruinca appellata. Ea semper viret & pinguibus locis nascitur, sed in Ægypto præsertim, unde clematis Ægyptia à Plinio cognominatur. κλιματῖς altera ramos habet rubentes & viticosos, quibus proximis adhæret, foliū vehementer acre & exulcerans, & omnia ferè smilaci similia, ab officinis dicitur volubilis maior. hæc quidem duæ sunt præcipuè τῆς κλιματῖδος species, quo nomine plures etiam aliæ stirpes designantur, cōmunes videlicet quæ suis viticulis per terram serpunt, & cum possunt claviculis propinquas stirpes scandunt. Est enim κλιμα, unde nomen habent, palmes, pampinus, sarmentum siue flagellum quo proxima quæque spirpes eiusmodi apprehendunt. Numeratur enim & κλιματῖς tertia Plinio, qui etiam tradit unam clematidem aliis echitem, aliis laginem, aliis tenuem scammoniam, quod pedales & foliosos non dissimiles scāmōniæ ramos, minora nigrioraque folia habet, cognominari.

κλιματῖς. dicta est tertia species aristolochiæ, quasi sarmentaria, quod eius radix longissima sit veluti vitium nouellarū. huius fructus putatur esse qui vulgò Gallorum coccus Orientis appellatur, piscibus stupefaciendis efficax.

κλιπτοῖς. sic dicitur in muliebri sinu subotta veluti catuncula, vocatur etiam aliis nominibus τυμὸν, μνετὸς, & κέκωσις si magis creuerit.

κλιβατῖς ἄρτος. panis in clibano coctus. Est autem κλιβατῖς siue κλιβατῖς instrumentū ex ferro aut opere figlino, aut alia materia confectum, sub quo non solum panis, sed aliud quidvis coqui potest. Campanam Galli vocant, quod ad eam figuram proximè accedat. Differt à furno, tum quia mobile sit, tum quia minus, aliæque insuper materia constet. Qui sub eo coquantur panes, magis probantur Gal. lib. 1. de aliment. quàm qui in furno, qui ab omnibus ἰππῖται vocantur. Quare quod Gal. scribit lib. 8. meth. med. καὶ μὴ δὴ καὶ οἱ κλιβατῖται τῶν ἄρτων ἀγαθὸν ἔδειξα, de iis panibus qui sub clibano cocti sunt intelligi debet, non autem de iis qui coquantur in furno, ut Linacrer conuertit.

κλινοειδῆς. dicuntur tres apophyses quas os σφλωοειδῆς intra cranium emittit. Sic vocatae sunt quod lectum representent. Earum una postica est, quæ superiorem, duæ autem anticae ad neruorum optidorum exortum, quæ inferiorem lecti partem referunt.

κλινοτόδιον. frutex est foliis serpillo similis, surculosus, pedis altitudine, floribus per interualla marrubij modo speciem pedum lecti præbentibus, unde & nomē habuit. Nascitur in petrosis, proximè videtur accedere ad eam herbam quam officinæ vocant montanum pulegium. vim habet calefaciendi, sed non tantā ut adurat, est & tenuis essentia. Tertio ferè ordine tum excalfacit tum resiccat.

κλιση. ἢ κλιση, apud Hippocratem.

κλισμὸς. κλιση. hoc est, lectus apud Hippocr. lib. 2. de morbis mulierum.

κλωιδῶς σφυγμὸς. vibratus pulsus. Est pulsus inæqualis in una pulsatione & diuersis partibus arteriæ, in quo maior diastole est, & arteriæ quedam partes sursum, aliæ

DEFINIT. MEDIC.

deorsum eodem tempore feruntur, instar iaculorum valida manu emissorum. Nec tamen in eo arteria vel retrahi vel conuelli videtur. Hic quamquam cum conuulsio pulsus conueniat in eo quod unum locum arteria non tenet, sed sursum agitur atque deorsum naturali sede deserta, id tamen in vibrato quam in conuulsio manifestius multo apparet, magnaque frequenter in vibrato diastole est, parua semper in conuulsio. Hic pulsus perpetuo durus est, & propter duritiem uehemens. Fit autem cum valida est facultas, instrumentum durum & ugens usus, quorum unum si absit, vibratus fieri non potest, sicut Gal. lib. 2. de causis pulsuum demonstrauit.

κλύβανς. species est τῶν ἐλξίλων apud Nicandrum in theriacis.

κλύβανς. fluctuatio cum sonitu. Symptoma est facultatis retentricis complectentisque alimentum. Causa eius est quod ventriculus cibos vel prorsus non complectatur vel debiliter, nihilque in eo continetur quod uerti in flatum possit, vel cum uehementer perfrigeratus est: nam si quid in eo haesit quod possit in flatum conuerti, flatus non κλύβανς excitabit, nisi sit admodum refrigeratus. In flatulenta enim materia flatus sunt à debili calore: à nullo autem calore nullus flatus est. Itaque rationabiliter uentris imbecilli symptoma creditur. Interim enim cum minimum ciborum assumpsimus non sunt eiusmodi fluctuationes, complectente prorsus eos uentre ac undique constringente, interim plenus cibo ueter est, sonitus tamen fluctuantis in eo humoris ueluti ex uacuo exaudiuntur. Cum enim pro sua natura se habet, ac constrictoria uirtute utitur, quamlibet exiguum sit quod in se continet, totum id undique complexus, nullum uacuum relinquit locum. Cum imbecillus est, quacumque parte complecti exacte assumpta non ualet, ibi laxum quoddam spatium efficiens permittit ea quae in se continet humida, pro figurarum uarietate ex alio loco in alium transire ac fluctuationum sonitus edere. Itaque qui hoc symptomate laborant non possunt concoquere sufficienter, & eò diutius in eorum uentre grauitas manet quò tardius concoquunt.

κλύβανς. herba est caule fabaceo, quadrato, foliis plantaginis, folliculis supra caulem in sese inflexis ut in polyporum cirris. Sunt qui saponalem uocant.

κλύβανς. ἢ κλύβανς, ἢ

κλύβανς. Est medicamenti genus quod liquidum intra partem aliquam corporis iniicitur. Sic dicitur ab eluendo. sed priuatim κλύβανς etiam instrumentum ipsum significat quo medicamentum iniicitur. Id Galeno, ut multis apud eum locis uidere licet, fuit uesica, cui cornea uel alterius materiae fistula recta, & fracta ad finem annexa erat. Clysteris usus praecipue inseruit intestinis, uisque crassioribus: neque enim ad tenuia ferè pertingit. Conuenit tamen & utero & auribus & fistulosis sinuosisque uulceribus. Sed qui utero adhibetur peculiari nomine μικτερχύβανς dicitur. Est autem multiplex clysteris facultas. Intemperiem emendat contraria qualitate, deterget ulcera, siccatur, coagulat, mollit aluum, vim excretoriam sopitam irritat, uacuat omnis generis humores intestinis contentos, soluit flatus, sedat dolores, adstringit aluum, pro varia medicamentorum ex quibus constat facultate.

κλύβανς. latinis dicitur casia, ut ait Hyginus. frutex est coronarius, cuius duo genera, nigrum & candidum: hoc ramis permultis crassis, surculosisque ac lentis statim penè à terra fruticat, humilibus alioqui sed odoratis, folio tenui, oblongo, & quadamtenus oleagineo: nigrum procerius est, folio tamarici carnosum & inodoro, radix utriusque alte descendens. germinant post equinoctium Autumni & diu florent. κλύβανς Gale-

nus lib. 9. τῆ κῆ τὸ πῶς, *chamelæam* scribit vocari, *Dioscorides* verò *thymelæam*,
 quanquam ipse scribat folia τῆ θυμολαίας priuatim κνίωρον appellari.

κνίωρον. sic dici à quibusdam τὸ σάμψυρον *Dioscorides* author est.

κνίωρον. vide κνίωρον. sunt enim qui per u malint scribere.

κνίωμα. ξύσμα. hoc est, *rasura* apud *Hippocratem*. τῆ κνίωσι. τὸ ξύσαι, radere.

κνίμη. *crus tibia*. Ambigua est significationis. Interdum totã eam partem significat quæ
 inter *astragalum* genũque posita est, osibus geminis constantem quam *crus* Latini
 dicunt. Interdũ verò id os peculiariter designat quod est eorum maximũ, Latini ti-
 biã vocãt: nam quod minus est, πῶρον, id est, *sura* appellatur. Sic πῶρος modò utrũq;
 os cubiti, aliquando eorum longissimum significat, ut annotat *Gal. comment. 4. ἐς τὸ*
πῶρον ἀρθρον. Certum tamen est πῶ κνίμη partẽ esse τῆ σκέλευς, quod *Galenus* diuidit
 in tres partes, μῦρον, κνίμη καὶ πῶρον. Est autem os *tibia* crassissimum τῆ interiori in
 parte sitũ, eĩque soli *fæmur* per *diarthrosim* articulatur. Nam πῶρον tenuior multò
 est τῆ exteriori sita, nec tam altè assurgit, ut genu possit cõtingere. Inter se autẽ hæc
 duo ossa membranoso ligamento sursum deorsumq; colligantur, in medio multũ ab
 inuicem discedũt, ut se habet etiam in cubito τῆ radio. Qua parte verò *tibia* cum
fæmore copulatur magnã habet *epiphysim*, τῆ in ea cavitates duas in quas duo *fæ-*
moris condyli inseruntur. Inter eas autem corpus quoddã ὑδρῶρον ἐξέρχεται eminent, ipsas
 etiam cavitates adaugẽs, τῆ inter duos illos *fæmoris condylos* attollitur. Habet au-
 tem τῆ *tibia* inferiore in parte *epiphysim* interna in parte prominentem τῆ gibbã,
 sicut τῆ aliam πῶρον externa in parte, quæ quidem duæ *apophyses σφυγῶν*, id est, *mal-*
leoli propriè appellãtur. Est autem tum *tibia* tum *perones* figura propè triangularis.
 Ac *tibia* quidem anterior *angulus*, quia multũ acutus est, à quibusdam ἀγκυλῶν:
 quia verò veluti *frons* est, τῆ κνίμη ἀγκυλῶν nominatur.

κνίωρον. apud *Hippocratem* significat pannum rarium quo aliquid percolatur, ut anno-
 tauit *Erotianus*.

κνίμος. *pruritus*, *prurigo*. Est excrementi acris sub cute sensus sine asperitate τῆ exul-
 ceratione. Sensus quidem est, non etiam motus, sicut τῆ in plerisque aliis affectioni-
 bus contingit, ut in *ulcerosa lassitudine* τῆ inæqualitate quæ febres aliquas antece-
 dit. Humor enim immotus in cute vel subdita illi parte impactus, ut in *psora leprã-*
que, sensum talem doloris inuehit quem *pruritum* appellamus. Sed in *psora leprãque*
 valdè crassum τῆ nonnunquam lentum id genus excrementi est, adeò ut qui iis ma-
 lis laborat, nihil prorsus iuuetur, etiam si sese totũ scalpendo excoriat: in *pruri-*
tu verò paucius tenuiusque est, nec tam tenue tamen quàm in *ulcerosa lassitudine*.
 Acre autem sit id excrementũ necesse est, in quo genere nitrosum, salsum amarũmq;
 continetur. Quod si uratur τῆ *melancholicus* euadat, ex *pruritu psoram*, τῆ ex hac
lepram excitabit. Sic enim gradibus quibusdam tria hæc vitia gignũtur, sed in *psora*
leprãque; vel asperitas cutis est, vel exulceratio, atque ex ea vel *furfures*, vel *squa-*
mæ etiam decidunt: in *pruritu* verò cutis lauitas est. Exercet autem eos potissimũ
 qui sordidi sunt nec lauantur, eos item qui cruditate laborãt, τῆ vitiosis cibis alun-
 tur, multòque magis *scabiosos* τῆ *leptosos*. Est enim *pruritus* unum ex præcipuis eo-
 rum symptomatis, sed multò in *lepra* quàm in *psora* vehementius, adeò ut *leprosi*
 impatientia scabendi cutem sibi plerumque dilacerent, τῆ *ulcera*, *pustulas* atque
 etiam *phlegmonas* aliquando accersant:

DEFINIT. MEDIC.

κνίσερον. ὃ κνίσερον apud Hippocratem, quod ἔ θυμελαία à quibusdam dicitur, ut habetur apud Dioscoridem. Usurpat ἔ Hippocrates κνίσερον ἀπὸ τῆς θυροκνίσσης. Sic autem dicitur cultellus quidam quo caseus deraditur.

κνίδειος κόκκος. cnidium granum. Est semen τῆς θυμελαίας myrthi simile, paruum, rotundum, in initio uirescens, postea rubens, foris durum nigritumque, intus candidum. Theophrastus ait maius pipere haberi, quod est longè validius. Detrahit per aluū bilem, pituitā ἔ aquas, maximè si viginti granorū nuclei sumantur. Verum fauces adurunt: quare cum farina aut polëta aut in acino uina inclusi, aut melle cocto obducti dātur deuorādi. Tradit Dioscorides id à quibusdā ἀπό λινου, ab aliis λινου appellari.

κνιδέλαιον. oleum ex cocco cnidio preparatum, cui uis inest purgandi si bibatur. Author Dioscor. lib. 1.

κνίδη. dicta est à quibusdam ἢ ἀναλύθη, ut habetur apud Dioscoridem. ἀπὸ τῆς κνίσερος, quod urtica proprium sit cum dolore pungere.

κνιδώσις. dicuntur ab Hippocrate puncturæ quaedam ἔ pruritus, quales ab urtica quam κνίδην uocant, excitantur.

κνίκιον. dicitur à quibusdam ἔ τειφυλλον, ut habetur apud Galenum.

κνίκος. cnicus. herba est folio procero, scabro, diuiso, aculeato, cubitalibus cauliculis, quibus in summis capitula oliuæ magnitudine. flos croci, semen album, alioqui rufum, longum, angulosum. Differentia prima syluestris ἔ satiuæ. Syluestrium duæ species, una mitior est, simili caule, tantū rigido, quo pro colu antiqui utebātur, exilis, quam quidam attractylida uocant, ut habetur apud Dioscoridem ἔ Galenum, semen eius candidum, grande, amarum: nunc carduus benedictus ἔ syluestris carthamus dicitur. Altera hirsutior, torosiore caule, ἔ qui pene humi serpat, minuto semine. Satiua uerò durior spinosiorque est, ἔ carthamus aut crocus hortensis siue Sarracenus uocatur. Omnes diuulsis ramulis cruentum fundunt liquorē. Ex cnico unum semen ad purgationes usurpatur. Excalfacit tertio ordine, si quis foris eo uti uolet. Sunt qui κνίκιον malint scribere: nam ἔ in flore croceum colorem ἔ in semine candidum κνικὸν Græci appellant, ut scribit Hesychius.

κνιτώσις. κνισμός, hoc est, pruritus apud Hippocrat. quidam autem τὴν ξηροφθάλμιαν eo nomine intellexerunt, ut scripsit Galenus ἐν ταῖς ἁλωσαῖς.

κνῦμα. nomen creditur fictitium ad significandum certum quendam sonū aut strepitum. Usurpatur ἔ in iis qui leuiter suspirant, ἔ in iis similiter qui prurigine vexantur. Vsus est ea uoce Hippocrates.

κόγχη. uocatur ab anatomicis cavitās auriculæ ἢ ἀπὸ τῆς ἀνδελικος. Ea namque anthelice clauditur, estq; anthelix ueluti ora τῆς κόγχης. Nomē à κόχη similitudine inditū est.

κόγχω. etiam quidā uocant genu patellam, ἐπιγούσιδα ἢ ἐπιγονατίδα ἔ μύλων propriè dictam, quam tamen alij masculino genere κόγχου appellant.

κόγχη. mensura est liquidorum, apud Atticos, μῦτρα duo cōtinens, siue sex drach. ponderales.

Significat ἔ κόγχη, concham, testaceum animal.

κόγχω etiam usurpat Hippocrates pro siglino uase, ut annotauit Galenus.

κογχίον. conchula. est cōcavitās illa quæ spectatur in auriculæ cartilagine, ut scripsit author introductorij siue medici. Dicitur ἔ κόγχη. de qua ante.

κόγχη. uocat Hippo. τὴν χήμω, hoc est, hiatulā. dicitur ἔ κόγχος ἔ κνίση Lycophroni, hoc uersu

hoc versui. τυπεῖς σκεπέριω κωλάρω δὲ τῷ μέσῳ.
κοίλη φλέβς. caua vena. vide φλῆς.

κοιλία. venter. Aristoteli dicitur illa corporis cauitas in quam cibus deuoratur & pri-
ma concoctio peragitur. Latius tamen patet hoc nomen nec receptaculum modo ci-
borum significat, sed omnem etiam cauitatem in profundo positam, ut cerebri, cor-
dis, iecinoris & reliquarū partium. Id quod testatur Philotheus commēt. in aphor.
15. sect. 1. scribēs: κοιλίας λέγει τὸν σπλῆνῶκα καὶ τὸν κοιλῶπτα ὃν βιάθη κερμῆλω, δὲ ἐκ-
φέλου, καρδίας, ἡπατος καὶ τῆς ὀφθαλμοῦ. Sed cum de ventre inferiore tantum dicitur ar-
ticulo iungitur praepositio, ut annotant Galenus & Philotheus aphor. 20. sect. 6.
Id quod obseruare debent qui vocis ὀμοτυμίαι reformidant, ut quum de omni caui-
tate loquimur, κοιλίαι: cum de ventre inferiore, τὸν κοιλίαν ἢ καὶ τὸν κοιλίαν cū adiectio-
ne dicamus. Erotianus annotauit τὸν κοιλίαν ab Hippocrate dici πᾶσι τὸν ἄνω &
διὰ φραγμα διενυχέαι, & interdum thoracis internum spatium & ventrem ipsum
& ulcerum cauitatem.

κοιλιακοί. dicuntur quibus excrementa leuia, humentia & semicocta, aluo continen-
ter fluida redduntur aliquanto postquam assumpta fuerint tempore. Symptoma est
facultatis ventriculi & intestinorū languentis & imbecillae, ut perfecte coquere &
digerere alimentum nequeant. Indè assidua deiectio sequitur, quae duabus potissi-
mum notis à lentericorum deiectione discernitur. Siquidem lentericis alimenta
prorsus cruda protinus ut sumpta sunt infernè prodeunt, tanta tamque manifesta
cruditate, ut alimenti assumpti genus aperte cognoscatur. Verum in caeliacis iam
adepta sunt aliquam coctionem, & diutius in ventriculo morantur, neque tam cito
per aluum descendant. Cruda tamen sunt & aliquando foetida & saepe animi deli-
quium inducūt, sed non sunt mordacia. Causa huius mali est assidua cibi corruptio
& cibus cacochymus, ad haec frigiditas, aut uehementis ardor, aut plaga ventri infli-
cta. Ex longis quoque morbis facile hic morbus contrahitur.

κοιλιοδία. vide κωλάρω, de quo mox.

κωλάρω. quamquam eo nomine cauitas omnis designari possit, attamen specialiter κωλάρω
uocatur τὸ ἄνω βλεφάρω δὲ ὀφθαλμοῦ, hoc est, superioris palpebrae superficies, sicut
ἄνω κωλάρω pars inferior quae ei respondet. Illud tum in aqua intercute, tum in al-
terius generis malo habitu, tum in diuturnis haemorrhoidibus, & longis mulierum
profluuiis, & saepe inchoantibus ophthalmiis intumescit, quod ubi accidit, κωλιοδία
dicuntur qui sic laborant, propterea quod τὸν κωλάρω ἰδίωμα sit, ut scripsit Rufus ἐν
τῷ ὀφθαλμοῦ ἀνδρῶν κωλάρω. Sunt autem qui τὸν κωλάρω τῆς ὀφθαλμοῦ interpretati sint, ca-
uitates quae sub oculis utraque nasi parte cernuntur, quae tamē κωλάρω melius dicerentur.

κωλάρωμα. est ulcerus in cornea oculi tunica rotundum & amplius latiusque botryo, sed
minus profundum. Nascitur circa irim.

κοινὴ νόσος. vide πᾶσι νόσος.

κοινότητες. communitates, hoc est, communes & uniuersales quaedam notiones ex qui-
bus Methodici omnem remediorum indicationem petendam censebant, neglectis
reliquis omnibus indicationibus: tres autem in uniuersum statuiebant, adstrictum,
fluens & mixtum ex utroque. Ac in adstricto quidem relaxandi, in fluente verò
comprimendi indicationem desumebant, in mixtis verò ab eo quod magis urgeret.
vide in dictione μεθόδου.

G

DEFINIT. MEDIC.

κόκκος. *ab Hippocrate lib. πδὲ διαίτης ὀξείων significat nācem pineam, quæ ab antiquis medicis κῶκος, à recentioribus propemodum omnibus σπόβιλος dicta est, ut annotat Gal. comment. 4. in eum librum. Dioscorides tamen, ut scribit Galenus, eo nomine apud Hippocr. κόκκον κνίδιον, diminutiva forma, intellexit.*

κόκκος. *granum. acinus. γίγαστρον.*

κόκκος βαδάκι. *granum tinctorium, siue coccum infectorium. frutex est, ut ait Dioscor. surculosus, parvus, cui grana ceu lentes adherent, quæ leguntur ad usus reponunturque. Hæc κόκκος βαδάκι dicuntur, at tamen fruticem ipsum qui eiusmodi grana fert Dioscorides videtur κόκκον appellasse. Est autem ilex aquifolia, quæ solo cocco cunctis valde pretioso omnes roboris dotes promocat. Est enim illi color rubens, qualis in rosa micat, imperatoris tantum paludamentis apud antiquos dicatus. Galli squarlatum, Narbonenses vermilionum, officinæ grana tinctorum appellant. Adstringit, amarū est, & sine morsu siccatur. Eius species una est quæ σκωληκῶν veteres vocarūt, quod celerrimè in vermiculū se mutet, & in Attica ferè atq; Asia olim nascebatur. κόκκος etiam, ut inquit Dioscorides, à veteribus granum dictum est quod nascebatur in Cilicia à quercubus, cochlearum siue limacum exilium similitudine, tingēdi quoque vim sed minùs insignem habens.*

κόκκος κνίδιος. *granum gnidium. Sic dicitur semen thymelææ, id myrti in modum rotundum est & inter initia viret, ac tandem rubescit. Involucrum eius durum, foris nigrum, intus album. granum gnidium vim habet acrem & adurentē. Purgat etiam bilem & aquas. Ex eo & κνιδέλαιον paratur, apud Dioscoridem lib. 1.*

κόκκος κνίδιος, ut inquit Dioscorides, dicitur à quibusdā chamæleo niger. hallucinantur tamen, inquit, qui coccon gnidium fructum esse chamæleæ existimant, decepti quadam foliorum similitudine.

κοκκινυλῖα. *prunus. arbor nota. Eius fructus ventrem subducit, recens quidem plus, aridus minus. Plurimæ sunt eius species, & valde inter se differentes.*

κόκκυξ. *est os in imo sacri ofsis positum, tribus propriis partibus constans. Sūt autem partes illæ ofsicula, etiam si Galenus ita non audeat appellare, propterea quod pueris adhuc sunt cartilagines, quæ quamvis annorum spatii ossæ euadāt, in ambitu tamen & commissuris & sine adhuc cartilagineæ permanent, ut & epiphyses omnes solent. Vniuntur autem inter se symphysi, quæquam coccygis tertium os (quod proprio nomine & σπονδυλίον & ὀσφός & οὐροπόγιον appellatur) ut ofsis sacri primū persæpe synarthrosi iungatur, & in iis foramina intus ampliora, foris angustiora, ut in osse sacro, nisi quod ad coccygis ofsis secundæ cum tertio commissuram, pro foraminibus sutura tantum est. E coccyge tria nervorum paria prodeunt per eius foramina, non lateralia, sed antica & postica. Quorum prima coniugatio ex ea oritur parte, quæ coccyx sacrum os attingit: secunda ubi prima huius ofsis pars cum secundâ committitur: tertia, medio inter secundam & tertiam spatio.*

κόκκον. *significat apud Hippocr. simpliciter τὸν κόκκον vulgò dictum, nō κνίδιον, quem tamen licet sine addito κόκκον nominare, ut scribit Galenus ἐκ τῶν ἁλωσῶν.*

κόλασαι. *apud Hippocrate lib. πδὲ διαίτης ὀξείων significat κολάσαι καὶ ταπεινώσαι, hoc est, imminuere, mitigare, castigare, retundere, ut annotat Gal. comment. 3. in eundē librum.*

κόλλα. *gluten seu glutinum. alij ἐκ λαρόλλου, alij ταυροκόλλου appellant. Id dicitur quo sicca corpora secum uniuntur. Præstantissimum fit ex auribus taurorum & genitalibus.*

Fit &

Fit & ex quibusvis pellibus inueteratis & decoctis. Rhodiaceum ceteris prætulit Dioscorides: id candidum erat & translucens. Auro glutinum est santerna, fero argilla, æris massis Cadmia, laminis alumen, stagnum aramentis, stagno argentum, marmoribus & plumbo resina, plumbum nigrum albo, album sibi ipsi, vitro mastiche: Habetur & gluten librarium ex simila & polline, emplastica, ut ait Galenus, & concoquendi vi præditum quibuscumque ipsum partibus illinas.

κόλλινον φάρμακον. glutinatorium medicamentum. Est quod coniungit & unit diuisas partes ut in pristina unitatem reducantur. Quidam ἰναιμον & ἰσχυματικόν etiam appellant, quod cruētis & vulneribus adhibeatur. Verum non in cruētis modo protinus glutinandis eorum usus est ubi sanguinem ex plaga adhuc profluentem spōgia deterferimus, deinde futuris aut fibulis coarctauerimus, sed etiā in sinibus veteribus cum ab omni inflammatione eos vindicauerimus, purōsque medicamentis reddiderimus. Ceterum quod glutinandi facultatem habet, plus siccet quidē oportet quāni quod carnē producit, nec tamē detergeat, nec expurget, sed cōtrā prorsus substantiā omnem in idem cogat, cuiusmodi facultatē habent medicamēta ea quæ austera & adstringentia vocantur: hæc namque in idem cogendi ac stipandi, non detergendi neque purgandi facultatem habent. Eorum namque finis est, prohibere ne ulla inter coituras partes subnascatur humiditas. Est autem glutinantium materia diuersa pro corporū varietate quæ glutinari debent. Quæ ex argenti spuma, oleo & aceto præparantur, imbecillam mollēque carnem glutinant: quæ bitumine, erugine, squama, aloë & myrrha constant, robustam & duram.

κόλλινος. αἱ ἰσχυματικοί. i. pastilli, apud Hipp. sic & Paulus appellat lib. 1. ca. 27. Scribit autē Erot. speciē esse τὸ ἀγρίσκον, in modū placētariū, & aliquos τὰ ἰναιμον interpretatos esse: κόλλινον. est medicamentum oblongum, rotundum ex liquoribus, succis, seminibus, fructibus & metallicis ad varios usus compositum, cōpactum cohærensque, in modum ferè eius quod vulgus pharmacopolarum magdaleonem appellat. Sic enim olim reponēbatur & asseruabatur collyria, cumque utendi occasio esset, ea vel integra sicuti condita erant, adhibebantur in usum, vel soluebantur in puluerem, qui aut siccus aut humore aliquo dilutus affectæ parti vel oblinebatur, vel linamēto exceptus indebatur, vel susfitionibus aut alio modo inseruiebat. Namque τὸ κόλλινον antiquis figuratum fuisse & certam habuisse formam ex veterum medicorum lectione cognoscitur, qui pleraque medicamenta in collyrii formā fingenda præcipiunt. Corn. Celsus lib. 5. docens quomodo callum fistularum erodere oporteat: satis (inquit) est vel papyrus intortam, vel aliquid ex penicillo in modum collyrii adstrictum medicamento Megetis illinere. Idemque non aliam fuisse eius figuram, quā quæ antè exposita est, paulò supra testatus fuerat, his verbis: satis proficiet emplastrum, quod recentibus vulneribus imponitur, dum habeat vel salem, vel alumen, vel squamam æris, vel eruginē, vel ex metallicis aliquid, ex quo collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paulò plenius, idque ea parte qua tenuius est antecedēte demitti oportet in fistulam, donec sanguis purus se ostendat, quæ in omnibus fistularum collyriis perpetua sunt. Similiter Gal. lib. 3. τὸν κὲ τὸ πόνος, differens de narium affectibus, docet ex certis medicamentis contusis læuigatisque collyriorū formas effingendas esse, quæ congruam ad nares ægroti proportionem habeant, easque in naris affectæ meatum immittendas. Adhæc Oribasius collect. medic. lib. 10. cap. 23. ex Anryllo colly-

DEFINIT. MEDIC.

riis figuram tribuit caudæ muris similem, quatuorque digitorum longitudinem, & præterea soliditatem firmitatemque, ut oleo aliquo, non secus atque balani, inungi possint. Ac figuram quidem talem iis fuisse, ipsa nominis ratio videtur ostendere: dictum enim κολούειον videri potest, quasi κολυβὶ οὐρά, quia sit instar mutilatæ caudæ, vel quia rotundum sit. Siquidem κολουεῖαια τῆσαι dictam à Callimacho Suidas ἑσὸ γγύλλω interpretatur. Ex quo apparet κολούειον unico λ & per diphthongiam principio scriptum fuisse, verum postea obtinuit usus ut duplici λ scriberetur, & apud Latinos inualuit, apud quos semper collyrium scriptum reperias. Sunt autem ex Græcis qui κολούειον, sine diphthongo scribant. Sunt etiam qui malint κολυεῖον dictum esse παρὰ τὸ κολυβὶ ἢ ῥουῶ. Alij verò παρὰ τὸ κολύειον, utriusque credo existimantes, eam modò unam esse collyriorum facultatem, ad sistendas fluxiones Veritatem non ad eam rem modò, sed ad omnes omnium partium affectiones quibus ad-moueri possunt, comparata sunt à medicis collyria, diuersarum omnino facultatum: fistulis enim induntur aliàs ad cōglutinandum, aliàs ad detergendum, aliàs verò ad exterendos earum callos, ut patet ex Aëtio lib. 14. cap. de fistulis. imponuntur & naribus ad polyporum & ozænarum curationem, itémque auribus ulcere affectis, authore Galeno lib. 3. τῆ κὲ τὸ πους. Adhibentur & utero tum ad ciendas purgationes, & ad fœtum atque secundas expellendas, tum ad sistendum etiam immodicas sanguinis excretiones, aliósque uteri affectus medēdos. Induntur & collyria in anũ, quæ etiam glandes appellat Aëtius in cura dysenteria, quæ Scribonius Largus ad tenesmum effingit ad instar nuclei pinei, ex medicamentis adstringentibus vino austero unitis. Item Columel. lib. 6. cap. 6. ex salis sextante cum cepis decem cōtrito & admisto melle decocto collyria componit, quæ bouis cruditate laborantis aluo immitantur. Vtitur etiam collyriis Aëtius lib. 8. ad suffitiones, docens ex certis medicamentis collyria effingenda, quæ ad tussim & orthopnœam per infundibulum suffiri debent. Verum collyria in oculis præcipuum usum habent, qui quanto sunt reliquis corporis partibus præstantiores, tanto magis medici veteres in eorum collyriis elaborarunt, & eorum copia quodammodo luserunt. Quorum cum plures reperiantur differentia, tres tamen præcipuæ & summæ habentur: alia enim κολυεῖα simpliciter, alia ξηροκολυεῖα, alia ὑγροκολυεῖα compositis nominibus vocantur. Differunt autem ab inuicem sola materia: siquidem quæ collyria simpliciter dicuntur, ex omni materia indifferenter constant, liquoribus, succis, seminibus, fructibus, stirpium & animalium particulis, aromatibus, metallicis, cuiuscumque ea sint facultatis. Atque ut omnem materiam comprehendunt, sic nullus morbus est qui eorũ aliquo iuuari non possit. In quibus præparandis istud scire oportet, quod Celsus in Philonis collyrio, & Oribasius lib. 10. collect. monent, omnia medicamenta quæ collyrium constituunt, singula primùm per se terenda esse, metallica quidem longo tempore, succos autem exiguo, deinde mixta iterum, adiecta aqua (præsertim pluuiiali, tum quòd tenuis sit omniâque permeet, tum quòd modicè adstringat) aut vino aut alio liquore non copiose affuso ne metallica subsidant, aromata supernatent, verum paulatim, ut sordium modo teri possint. Quæ omnia postquã satis leuia euaserint, gummi adiciendum est, quod cum alias quasdam facultates habeat, hoc maxime præstat, ut ubi collyria facta inaruerunt, glutinata sint neque fricentur. Deinde verò in formã re-dacta, vasis maxime æreis vel vitreis reponenda sunt. Quum autem usus postularit, ea vel

ea vel integra, ut aliquando in sede, utero & fistulis, adponuntur: vel humore aliquo diluantur & affecta parti delinuntur, quæ ex eo *πλάσι* à medicis aliquando vocata comperies. Quæ vero *ξηροκολλύρια*, hoc est, arida collyria dicuntur, metallicis præsertim constat, seminibus, fructibus, aromatis & alia sicca materia, humore aliquo vel gummi collecta & coherente. Ea vere parari debent, quod per æstatem nimia tritura portio eorum puluerulenta quæ purissima est facile euaporet: per hyemem vero bene misceri simul nequeant, mistaque non bene secum uniantur & viribus contemperentur. Postea autem perinde ac alia reponuntur, sed maximè in æneo vase, quæ sunt oculorum gratia comparata (ea namque meliora ab ære sunt) quibus non statim uti expedit, quod vetustate præstâtiora reddantur. At *υγροκολλύρια*, hoc est, humida collyria componuntur ex liquoribus, succis, oleis, melle, animalium felle & aliis compluribus similiter humidis & varias etiam vires habentibus, quibus proptinus uti licet, quoniam vetustate euanescent. Habent autem & horum collyriorum singula permultas differentias, quæ ut materia & viribus diuersis constat, sic varia sortita sunt nomina, *μονομήδρα*, *ἀδμητὰ*, *σαλικὰ*, *λιβυαιὰ*, *πέφρα*, *αποδριακὰ*, *διὰξέοδα*, *διαίμευρα*, *χλωρά*, *λθικὰ*, *διαίμευρα*, *σιβια*, *ιάρθια*, *τραχημαλικὰ*, *σμηκλικὰ*, *ισοθια*, *διοδύπια* & alia pleraque, quorum singula ut celebratiora sunt & à veteribus medicis usurpata, passim hoc opere suis locis exponuntur.

κολύβαμα. mutilum, siue curtum. Id dicitur à Græcis quod in labiis aut narium alis aut aure deficit. Huius generis sunt & quas in maiore oculi angulo *ἐπίοδα* vocant, eo utique vel impensius extenuato minoræque facto, vel prorsus abolito.

κολυκισία. dicta est à quibusdam faba Ægyptia: quamquam sunt qui non totam plantam, sed eius modò radices sic dictas ab Alexandrinis fuisse existiment. Dicitur & *κολυκισομ*.

κολυκισομ. idem quod *κολυκισία*. sic autem etiam à quibusdam dictum fuisse *Ἰάρον* Dioscorides author est.

κολυκώθη. cucurbita. Est olus hortense cum cucumere satiuo floribus, folio reptantibusque flagellis conueniens. Verùm cucurbita sublimitatis auidior est, scandens parietum aspera in tectum usque, dependente à tenui pediculo enormis ponderis fructu, coloris herbacei, pyri figura turbinato. Frigida & humida est, utrumque secundo ordine. Galenus eam non damnat in cibis, quod, ut ait, non sit mali succi, si optimè prius cocta fuerit. Coquendi autem rationem ipse explicauit lib. 2. de aliment. facult.

κολυκώθη ἀγρία. *ἢ κολυκωδης* apud Hippocratem.

κολυκωδης. cucurbita syluestris. frutex est cui palmites & folia per humum strata repunt cucumeri satiuo similia, diuisurisque scissa. Fructu in orbem circūactò & in mediocris globi speciem glomerato, fungosa cãdidãque intus medulla, ingenti amaritudine. Plena ipsa est nec inanis, minor quàm satiuã, primùm herbacea, mox pallida. Vim habet purgandi maximam & valde subitam. Viridis ipsius succus intritus ischiadibus prodest.

κολυπία. arbor est magna, fructum ferens in siliqua magnitudine lentis. folium habet sænogræco non absimile. Sunt qui eam à Mauritauis Senæ vocari putent.

κολυφονία. sic dicta est antiquis resina pinea, quod Colophone præcipua apportaretur. nam & ex Gallia & ex Tyrthenia etiam adferebatur. Eadem quoque alio & simplici nomine *φικητὴ* dicebatur. Erat autem olim omnium ferè resinarum maxi-

DEFINIT. MEDIC.

mè parabilis & in penuria mastiches substituebatur. Præter hæc autem quæ φερντι dicebatur, aliam insuper fuisse colophoniã, Chia mastichæ persimilem & molliens aliquid habentem Gal. scribit lib. 7. τῆ κ̄ ρ̄ν.

κολοφωνία. à quibusdam dicitur & σαμειώνον, ut habetur apud Dioscoridem.

κόλπος. sinus. significat propriè spatium quoduis in corpore, sed particulariter designat dextram aut sinistram uteri partem, ut passim legitur apud Galenum lib. 14. usus part. ut cum dicit: Homo geminus est dextris & sinistris in toto corpore, & mammis & uteri sinibus, uno dextro & altero sinistro: hic enim pro uteri dimidio sumitur. In qua etiam significatione Praxagoras & Philotinus uterum muliebrem, δικολπον, & animalium τῆ πολυτοκῶν, πλὴν κολποῦ vocarunt. Priuatim uerò κολποὶ dicuntur cornua uteri, præsertim in animalibus multiparis, quæ in cornibus fœtus suos continent, mulieribus non item: quoniam non in cornibus, sed in uteri capacitæ fœtum gerunt.

κολυκία. arbor est rara inuētu, circa Idam ferè solam proueniens, fruticosa, ramosa, multatis alis concava, folio ulmi longiore, latifolia lauri proximo, sed ampliusculo & rotundiore, supra viridi, infra cano nervosoque, & tenuibus nervulis fibrisque prædito, de medio callo in costarum speciem adductis, materie solida, cortice non leui & quasi vitigineo. Radicibus per summa gracilibus & solutis, sed fibratis & valdè flauis. Sterilis est & flore vidua, sarculos tamen gemmasque circa folia pingues, laues, candidos, amentacea facie fundit. Præcisa vel ignibus exusta, ab imis rediuiua resurgit. Colyceæ alia est apud Theophrastū, folio salicis, comosa, ramosa, in totumq; ampla ualuulis leguminum more non angustis, in quibus semen latum, paruum, durum non nimis nec abundè pro magnitudinis ratione frutificat. Hanc aliqui Plinio Staphylo dendrum dici existimant.

κολυμβάδες. dicuntur oliuæ muria conditæ inque ea innatantes. Condiendi rationem Constantinus Cæsar explicat lib. 9. cap. 33. de agricult. Referuntur autem plures à Ruellio lib. 1. cap. 104.

κολχικόν. sic dicitur ἐφίμφορον quod venenatum est, quoniam apud Colchos plurimum nascatur.

κομμαγιόν. vide κομμαγιόν.

κόμαρος. arbutus, unedo. Species pomi agrestis & inhonori, ut ait Plinius, ut cui nomen ex argumento sit unum tantum edendi. Appellant & Græci μεμέκλον, ut scribit Galenus. Est autem insensum stomacho, & capitis dolorem mouet.

κομήτης. sic dicitur à quibusdam ὀπιδύμαλλος χειρακίας, ut habetur apud Dioscoridem.

κομμαγιόν. Comagenū. Unguēti genus fuit apud antiquos, quod in Comagene Syria parte fiebat, à qua etiam sic dictum fuit, itémque σπειαιόν. Sic enim Gal. lib. 2. τῆ κ̄ τόπος Syriacum Archigenis unguentum interpretatur, quod Comagenum ex Syria apportaretur. Fiebat autem ut docet Plinius ex adipe anserino cum cinnamo in vase areo multa niue obruto, ac rigore gelido macerato: aut, ut idem postea ait, ex adipe anseris cū cinnamo, casia, pipere albo, herba quæ Comagene vocatur, obrutis niue vasis odore iucundo. Vim habuit calfaciendi, relaxandi & emolliendi. Apud Galenum lib. 3. sanitiuenda, ubi de curatione τῆ σεγνώσας agitur, mentio fit unguēti cuiusdam comacini cui pares ille vires tribuit. Sed Comageni legēdum esse existimo, quod facilis lapsus sit, quódque alibi nusquam comacinum legatur.

κόμμα.

κόμμι. *gummi*. Exoticum quidem nomen est, à Græcis tamen usurpatum. Est lacryma arborum quarundam congelata in ipsarum truncis. Speciem quidem resinae habet, differit tamen, quod *gummi* substantia aquea magis est, resina verò oleaginosa, proinde illud aqueis promptius miscetur, oleaginis agerrimè, hæc è contratio: præterea resina flammam facile concipit, *gummi* verò in igni crepitat. Sed cum multa sint eius genera ex diuersis arboribus prodeuntia, ut cerasis, pinu, cupresso, hederæ, pruno, amygdalib, iunipero, eam simpliciter κόμμι dicitur, id quod ex acacia spina prouenit intelligitur, in vermiculorum speciem contractum, vitri modo pellucidum, purum, quod & *gummi Arabicum*, & à quibusdam acanthinum appellatur. Nascitur enim ex acantha, ut scripsit Dioscorides, primamque laudem apud antiquos meruit, quod & Plinius testatur scribens, Gummi optimum esse ex Ægyptia spina, vermiculatum, colore glauco, purum sine cortice, dentibus adhaerens: Aetius verò κόμμι σιβάλικος & λευκόν commendauit. Scribonius inter ocularia pharmaca *gummi Alexandrinum* probauit, & in Hematitino collyrio *gummi Thebaicum* laudatur, quæ omnia nihil aliud sunt quàm ipsum *gummi Arabicum*. Vim habet refrigerandi & densandi, ocularibus medicamentis & arteriacis commodissimè miscetur.

κομφορικῆ. *comptoria ars*, quæ fucositatem pulchritudinem inducit. Eam medicinæ partem esse Galenus negat, sed lenonum, mangonũ & maleficorum hominum esse dicit, neque à viro bono & integro medico exercendam, nisi à regibus aut principibus coactò. Nam & ea apud quasque laudatissimas gentes virus præcipuè probrosa fuit. A Philippo Macedonum rege Plutarchus tradit quendam capillorum tintura superbientem ex ordine iudicum motũ esse, hoc etiam addito apophthegmate: non sperandam integritatem ab eo in gerendis rebus, qui etiam capillis fucũ prætenderet. Ouidius quoque eam compturam execratur his versibus:

Sint procul à nobis iuuenes, ut foemina, compti,

Fine coli modico forma virilis amat.

Attamen veterum etiam plerique, ut refert Galenus, etiam honestissimi, huiusmodi artem sibi notam esse voluerunt. Sed & Archigenes vir doctrina & gravitate insignis de ea scribere non est veritus. scripsit & Heraclides Tarentinus & Cleopatra etiam tum cum minus luxui & delitiis homines indulgerent. Et post eos omnibus Crito, quem maiori venia dignũ Galenus censet, quod in Imperatoris adibus medicinam exerceret. Cuius libri quamuis perierint, eorum tamen summa capita Galen. recenset lib. 1. τῆν κτ' τὸ πρῶτον. Nec verò tam tetricus & seuerus fuit Galenus, ut omnem prorsus ornatum è medicina summoueret. Recepit enim inter medicinæ partes τὴν κοσμητικὴν, hoc est, exornatoriam, eamque medicinæ partem esse perhibet, ut quæ naturalem corporis pulchritudinem custodiat atque tueatur, neque quicquid adscititium inuehat. Additque verum ornatum capillorum & non fucatum non solum ad pulchritudinem, sed etiam ad ipsarũ partium robur & sanitatem conferre.

κομφορικῆ. παρὰ τοὺς ἑβραῖους, apud Hippocr. Atticorũ more qui τὴν παρὰ τοὺς ἑβραῖους κομφορικὴν vocat, & ὁ ἑβραῖος, κομφορικῆ, ut annotauit Erotianus.

κομφορικῆ. *conditum*. Est vinum cum aromatibus sacco percolatum. Sic enim veteres vina condiebant & commendabant. Id quod ex Plinio intelligitur, dicente de Aniso, saccis ipsum addi & cum amaris nucibus vina commendare, non diuerso arbitror modo à vino quod Pharmacopolæ Hippocraticum appellant. Aromata autẽ quibus

DEFINIT. MEDIC.

condiebatur erant, piper, cinnamomum, zingiber, garyophilli, nux muscata, galanga, flos rosmarini, spica, folium Indicum; atque etiam absynthium nonnunquam, ex quo idem vinum absynthatum etiam dictum est, addito plerumque & melle. Eiusmodi conditi compositionem unam describit Constantinus Casar lib. agricult. 8. cap. 30. hunc in modum: Piperis loti, siccati & probe triti scrupulos VIII. mellis Attici sextarium unum, vini veteris albi sextarios V. aut IIII. Sed plures Aëtius lib. 3. ad purgandam tum bilem utramque, tum pituitam, & extremo etiam lib. 16. quaquam illi non percolent vinum sacco, contenti aromata in vinum indidisse. Erat autem huius vini varius usus, ut ad robur ventriculi, ad cruditates, ad flatus, ad frigidam humidamque intemperiem, atque ad emolliendam aluum & purgationem, ut docet Aëtius. Est verò conditi nomen merè Latinum, sed tamen à Græcorum recentioribus usurpatum, ut etiam ex Palladæ epigrammate notum esse potest quod habetur lib. 1. epigram. Græcorum.

κονδύλα. species est oleris frigidi quidem sed amari, & acri in radice succo. Caulē folia & flores habet cichorio similia, qua ex causa nonnulli sylvestris intubi speciem esse dixerunt: verum tenuior tota est, in cuius ramulis gummi mastiches simillimum tuberculo fabæ inueniri solet.

κόνδυλοι. digitorum & brachiorum articuli & iunctura. Rufus tamen in partium hominis nomenclatura ait κόνδυλος dici medios digitorum articulos, à quibus προκόνδυλοι appellentur qui ante eos sunt, proximi scilicet metacarpio: qui autem post eos habentur μετακόνδυλοι, postremi videlicet.

κόνδυλωμα. est carnis excrescentia callosa in digitis manuum ac pedum, in sede item ac uteri ore coalescens. sic dicitur quod prominet in modum articuli quem κόνδυλωμα appellant. Sed hic affectus in sede præcipuè oritur, ruga aliqua corporum in ano reduplicatorum insurgente ac præter naturam intumescente. Quæ enim sinuosus sit anus, rugas coagmentatas habet: ubi verò amplius intumuerit, tunc fit cōdyloma. Et aliquando quidem citra inflammationem fit & molle est: quandoque verò cum inflammatione, tumque durum est & dolorificum.

κονία. tria potissimum significat, calcem, cinerem, lixiuium, sed aliquando additur quod ipsum qua de re intelligi debeat, interpretetur, ut κονία ασβεστος, calx viua, κονία ασβισου, lixiuium calcis. similiter κονία σακτι και διηθημην, lixiuium stillaticium & excolatum, ex loto & percolato cinere factum, cuiuscumque generis ille sit, vitis, fici, mali, tithymallorum, lapidum, partiumue animalium. Ex reliquiis enim quorumlibet corporum vstorum ablutis lixiuium fieri potest præditum diuersis facultatibus, pro eius quod eluitur, natura. Eius enim quod empyreuma, seu igneam naturam habet acerrimam, ipsum quoque accerrimum est, eius quod tale non est, etiã moderatius. Idem verò etiam simpliciter σακτι appellatur. Quod si cineri cuiuscumque calx addatur, id lixiuii genus πρὸς σακτι appellari Paulus Aegineta author est lib. 7. Sunt & alia lixiuiorum genera, varias sortita appellationes ab artificibus, quibus illa inseruiunt, ut πλοποιτικὴ & σαπωναρικὴ, quorum illud figulis, hoc verò saponariis in usu est, nisi quis malit paratum ex sapone lixiuium intelligere.

κόνις. lens, dis. Est veluti pediculorum ouum, pilis adhærēs. Neque enim pediculi coeunt, ut parere ouum possint, neque ex eo pediculus unquam excluditur. Signum tamen est morbi pedicularis. Ex eadem enim materia & lens & pediculus oriuntur, sed
hic

hic animatur, illa inanimis manet. Nam cum humor generandis pediculis accommodatus sub cute consistat, parte quadam animatur & pediculus fit: parte vero alia qua pili oriuntur, radicibus pilorum adhaerens una cum propria pilorum materia foras à calore pellitur & circum eam concrefcit: aut pilorum materia vi foras erumpens, per medium eum fertur, & eum secum rapit. Lendes enim pilos circumstant, eidemque pilorum parti semper inhaerent, quantumque ipsi pili augentur, à radice tantum recedunt.

κόνυζα, est fruticosa plāta duūm generum. unum quod scemina dicitur minoris odoratio-
risque: alterum quod mas, maioris, frutice altiore, latioribus foliis, odore grauiore.
utrique folia olea, sed hirsuta & pingua. Altitudo maioris cubitorum binūm,
pedalis minori: flos quoque squalidus, colore luteo ac subrufo, qui in pappum & lan-
nuginem abit, radicibus superuacuis. Addit & Dioscorides tertium genus conyza
cui crassior & mollior est caulis, folia media inter maiorem & minorem amplitu-
dinis, ceterum minimè pingua, odoris multò fœdioris. Reddit & Plinius quartam
speciem quam appellat satiuam, serpyllo similem, è cunilagine montana factam. Ca-
terum κόνυζα tum maior, tum minor a similibus sunt, tum temperaturæ, tum facultatis,
gustu amaræ & acres, excalfaciuntque admodum luculenter, calfaciunt & exic-
cant tertio ordine: genus vero tertium à Dioscoride proditum in locis humidioribus
proueniens, imbecillius est. Conyzam vulgò pulicariam quod pulices necet, rura ci-
micariam appellant, quod folia cimicibus quibusdā aut bestiolis volucris eis pro-
ximis frequenter onusta reperiantur. Latinis cunilago dicitur.

καρίλυ, syluestre origanum auctore Dioscoride & Galenō. Sic dictum putat, quod Co-
nylos quidam homo eam inuenisse proditur. vide ἀρχαιογεννα.

κόμπος. species thuris in Arabia & Smilo nascentis quod Indico minus multò & ful-
uius est. Ei secundum locum Dioscorides assignat.

κόπος. lassitudo. Est corporis affectio, malè acta exercitationi succedens. Habet enim
suas leges exercitatio, ex quarum præscripto intelligitur non modò quæ in ipsa exer-
citatione fieri debent, verum etiam quomodo ante ipsam corpus preparari debeat,
tum quæ sit post eam absolutam apotherae ratio, in quibus si quid peccatum sit,
lassitudo maxima frequentissimè consequitur. Sunt autem qui eius notionem intel-
ligentiámque accipiant, dum vsti extenti que post exercitationem sibi esse videtur,
idque aut omnibus corporis partibus, aut iis tantum quibus laborarint, quidam ve-
rò cum tristi molestoque sensu dum sese mouent afficiuntur (quem alij indicibilem
dixere, alij ulcerosum appellauere) nonnulli cum membra ceu contusa & phlegmone
obseffa sentiunt. Si quid horum vel simplex, vel cum altero duorum aliorum coniu-
gatum post exercitationem inciderit, κόπος Gracè dicitur, hoc est, lassitudo. Itaque
triplex in uniuersum omnis lassitudo est, εὐφδης, πινδης, φλεγμαδης. Quæ quidè
corporum affectiones sicut ab inuicem sunt differentes, sic varia etiam habent sym-
ptomata pathognomonica. In ulcerosa lassitudine ulceris sensus, cum mouentur, se
exhibet: in inflammatoria, inflammationis: in tensiua, incendi tendique sibi viden-
tur qui laborant. Ulcerosa quidem oritur ab excrementorū tenuium copia & acri-
monia, quos ipsa exercitatio nimia & celeres ac multi motus pariunt, eo excremē-
to quod crassius erat, fuso & attenuato, nec tamen toto expulso, aut adipe molliue
carne liquata. Nec vero solus exercitationis excessus eam gignit, sed sponte etiā ali-

quando provenit, & maximè in ea incidit corpora quæ & mali succi sunt & excrementis abundant. Succedit verò & recentibus cruditatibus. Qui ea lassitudine laborant, iis ulceris sensus, cum moventur, adest, fatenturque inter mouendum dolore sibi ulceris ritu alij cutim tantum, alij subiectam etiam carnem. Necesse enim est abs tali humore ceu tenui atque acri in vacua spatiola effuso, eaque replente, pungi & quasi vulnerari cutem atque carnem, sic ut etiam horror interim oboriatur, imò etiam quadamtenus concussio commotioque totius corporis in aequalis quod & hoc dicitur, si modò is humor copiosus sit multumque acris. Talis quidem est ulcerosa lassitudo. Tensiva verò à nullo quidem excremento gignitur de quo magnoperè sit curandum, sed residet in musculis & nervis ex nimia tensione, quam exercitando admitterunt, affectus quidam effectricis causa potestatem testificans. Accidit namque in vehementi tensione omnes musculorum fibras contendit, non tamen similiter omnes lassari, sed eas maximè quæ per longitudinè tensionis porriguntur. Quippe quæ obliquiores quodammodo iacent, minùs in directum aguntur, quare his nullum instat periculum. In iis verò quæ immoderatiùs sunt extentæ, ita ut parum à rumpendo absint, relinquitur affectio quadam similis ei quæ inter agendum fiebat. Quippe redi adhuc videntur, cum tamen nulla iam tensione urgeantur. Incidit huiusmodi lassitudo iis quibus salubris succus est, post robustas potius quàm celeres exercitationes, redditque lassatos ipsos pigros admodum, agrèque flexibiles. Non tamen densi horrentesque apparent, ceterum contracti aridique. Tangentibus verò calidiores videntur, non solùm iis quos ulcerosa lassitudo detinet, sed etiam quam ipsi merent, cum sani essent. Tertia autem lassitudinis differètia quæ φλεγματώδης, hoc est, inflammatoria, seu inflammationi similis dicitur, in qua nimirum ceu contusas aut phlegmone obsessas partes sentimus, tum maximè solet incidere, cum muscoli nimium excalescenti attraxere quippiam ex circumfusis sibi excrementis. Ex vehementissimis nascitur motibus, solaque supra naturalem habitum musculos attollit, sic ut phlegmone persimilis affectio sit. Itaque & leui tactu offenduntur, & calidiores apparent. Dolent verò etiam, si ipsi per se moveri conentur. Incidit hac lassitudo iis plurimum qui assueti exercitationibus non sunt, nam exercitari assuetis raro incidit, etiam ex vehementissimis plurimisque motibus. Sed putet fortasse quispiam lassitudinem hanc nec simplicem esse, nec à duabus iam traditis tertiam, sed ex his compositam, nec aliud constantem quàm ex nervosarum partiù tensione & ulceris sensu. Calorem namque qui in eiusmodi lassitudine sentitur, in aliis quoque naturaliter inesse, veluti in memoratarum utraque, nec tamen complendæ notionis substantiæve partem ullam esse. Verùm illud huic uni præter ceteras egregiè inest, nempe maior quàm pro naturali habitu tumor, nec doloris ipse sensus idem in hac atque in tensiva lassitudine habetur. Quippe in illa tendi, in hac contusos esse usque ad ossa nervos putant, qui ipsa laborant. Quare in his saltem proprium à reliquis duabus discrimen habet, nec est composita tantum. Præter has tres proprias lassitudinis differètias alia est, quæ ceu lassitudo sit, nonnullis imponit. Hæc incidit cum supra iustum muscoli siccantur, sic ut squalens contractumque corpus appareat, atque ad motus quodammodo pigrum, non tamen ei vel ulceris, vel tensionis, vel phlegmone sensus inest: sed nec horrorem ullum dolorémue, nec pigritiam ad motus ei similem infert quam lassitudines invehunt, sed gracilitatè tantum ariditatèque facit. Incidit quidem hæc in corporibus

boni

boni succi & exercitationi assuetis, ubi immodicè exercitata parum ritè apothera-
rapia sunt vsa. Quippe ita & digeruntur excrementa, & quæ tensa fuerant laxã-
tur, nec aliud in corpore relinquitur præter siccitatem quam ex immodico motu con-
traxerūt. Hæ quidem sunt lassitudinis simplices quatuor differentiæ ab immodicis
motibus genitæ, quibus aliæ totidè respōdent sponte veniētes, quas αὐτομάτως νόσους
Hippocrates appellauit, & dixit morborum esse prænuncias. Vt enim quæ immo-
dicas exercitationes lassitudo excipit, sanorum symptoma est: ita quæ sine his con-
sistit, morbosum. Ac lassitudo quidem ulcerosa spontanea eadem prorsus est cum ea
quæ exercitationi superuenit, siue ipsum affectum, siue eius symptomata spectemus,
causa tantum differt. Huius enim externa, illius interna causa est, acrimonia scili-
cet tenuis & calidi humoris corpus erodentis, stimulantis ac pungentis qui impru-
dentibus nobis in corpore succreuit. Tensa uero quoties sua sponte incidit, pletho-
ris superuenit. Tertia uero quæ phlegmones sensum affert, ex ambobus oritur, tum
nimia boni succi abundantia, tum acri illo & vitioso succo, non utique in uenis cum
bono sanguine misto, sed ab his translato, atq; in carnibus & ad cutē solo hærente.

κόπρη. faui expressi apud Hippocratem.

κόπρη

κόπρος. stercus. Excrementum est siccum primæ concoctionis. Vbi enim ventriculus
cibum concoxit, chylum omnem, hoc est, quicquid tenue liquidumque in eo est, ve-
næ mesaraicæ tam quæ ventriculum ipsum circumstant quàm quarum orificia ad
intestina pertinent, exugunt atque absorbent, donec nihil penitus liquoris supersit,
siccumque euadat excrementum. Id autem à ventriculo profectum & per tenuia
intestina dilabens, tandem in crassioribus subsistit & figuratur. ἀρπίτρυα alio no-
mine nuncupant. Quod quamquam ob fætores abominandum sit, multos tamen
usus habet. Siquidem Asclepiades, cui cognomen fuit φαρμακῶν, ipsum multis sæ-
pe affectibus accommodauit, non modò medicamentis quæ foris imponuntur com-
miscens, sed iis quoque quæ intrò per os sumuntur. habet autem omne vim vel ma-
ximè digerētem, nullum tamen omnino stercus refrigerat, sicut nec ullum humectat.
Plures sunt eius differentiæ. Stercus hominis, præsertim pueri, qui lupinis & pane
optimo altus sit, resiccatum & in puluerem solutū & cum melle Attico ad læuorem
tritum, anginas etiam ante missionem sanguinis persanat. Stercus canis durum, can-
didum & minimè færens, resiccatum & ad læuorem redactum angina medetur &
dysentericæ & ulceribus extremè malignis. Stercus lupi candidius, quale ubi ossa
ederint solent excernere, non modò potum ex uino albo sed etiam suspensum colicos
iuuat, tum in paroxysmis tum in interuallis. Stercus caprinum, Græci ἀνίκαδορ pro-
priè nomināt, digerentis & acris facultatis est. scirrhis lienis & aliarum partium
conuenit, & aquæ inter cutem, & alopecii, & lepris, & psoris, & lichenibus, &
parotidibus, & bubonibus. Est enim vis eius tum usti tum non usti absterforia &
valde digerens. Stercus bouis exiccat, atque etiam attrahit, valèrque ad chæradas
& tumores omnes scirrhosos ex aceto in cataplasmatibus formam compositū. Stercus
ouillum ad acrochordonas, myrmecias, thymos, furunculos duros quos clauos nomi-
nāt, utiliter adhibetur aceto dilutum. Stercus colūbinum valde excalfacit, & cum
semine nasturcij contusum cribratūque siccum vice napyos conuenit iis quæ ru-
brificari debent, ut coxendici, hemictaniæ, scotomati, vertigini, cephalææ, doloribus

DEFINIT. MEDIC.

lumborum inueteratis & podagricis ante tophorum generationem. Stercus gallina-
ceum columbino minus calidum est, valétque ad eos qui ab esu fungorum suffocan-
tur, tritum & inspersum tribus vel quatuor oxycrati aut oxymelitis cyathis : item
ad colicos ex œnomelite aut vino aqua diluto. Stercus crocodilorum terrestrium ab-
sterget & desiccet, proinde cutem faciei intendit & splendidam reddit: ephelidas,
vitiliginem & lichenas tollit. Aliorum animalium stercora ferè inutilia sunt.

κοπήλειον ἢ κοπήν ἢ

κοπήον. dicitur pharmacum ad placentulæ formam contundendo redactum. huius ali-
quot exempla habentur apud Gal. lib. 7. τὴν κ' τὸ πῶς, ut: Seminis lini, uuae passæ,
ana sextarium unum. nucum pinearum, nucum Ponticarum ana heminam unam.
pipëris albi sextantem. myrrhæ, croci, ana unciam unam. mellis Attici libras IIII.
contusa ut oportet tritaq; reponito. Nō valdè abhorret hæc compositio ab ea quam
vulgo mazapanem aut pastam regiam appellant. Conueniunt enim præcipuè pe-
ctori, quamquam & aluo emolliendæ adhibentur, ut scribit Dioscorides lib. 4. de
cnico, & ad excitandam venerem lib. 2. de lino. Sic dictū est hoc medicamen quod
non coqueretur sed tunderetur.

κορακίνη σφραγίς. nomen est pastilli quem ex Asclepiade Gal. recitat. lib. 5. τὴν κ' τὸ πῶς.

κορακιδίς ἀπόφυσις. est processus omoplatæ exiguus & acutus, ab interna eius parte ex-
oriens. sic dictus est quod eius finis, ut cornicis rostrum foras inclinet. Dicitur & alio
nomine ἀκρορακίς, quod suo extremo anchoræ similis videatur.

κοράλλιον ἢ

κοράλλιον. corallium. Est lapis, in mari ex pingui succo arboris in modum concretus. Vt e-
nim ex pingui succo qui in mare influit ἄλκυρον, hoc est, succinum nascitur, ex salso
autem, qui maris est proprius, ἀλκινόιον: ita ex eo qui in lapidem mutatur, κοράλλιον,
siue, ut Theophrastus vocat, κεράλλιον, alij λιδοδίον, alij διδύκεις appellat. Nam,
ut res ipsa demonstrat, frutex est sub aqua marina viridis & mollis, baccas habens
similes cornis natiuis specie & magnitudine, item molles sed candidas, κοράλλιδας ap-
pellat: resectus autè statim in aëre duratur, ut scitè Ouidius his versibus declarauit:

Sic & corallium quo primùm contigit auras

Tempore, durefcit, mollis fuit herba sub vndis.

Quoniam verò, quàm primū in aërem profertur, solet lapidescere, Gorgonia etiam
nominatur ut ait Plinius, quod Gorgonas in lapides versas fingat poëta. Ceterum
coralio nō vnus color est, sicuti nec aliis lapidibus qui ex id genus succo concrefcunt.
Etenim si succus fuerit ruber, corallium rubrum nascitur, si candidus candidum, si
niger nigrum, quod Dioscorides proprio nomine à quibusdā ἀρπαξίς vocari scri-
bit, si denique subuiridis, subuiride. Attamen omne, priusquam retibus fuerit euul-
sum aut ferro præcisum, viride videtur esse. Interdum verò ramos gerit diuersi &
uarij coloris. Omne refrigerat, siccet & modicè adstringit, ut egregium sit ad san-
guinis profluvia medicamentum. Quoddam est durū, ut Gallicum: quoddam molle,
ut Capanum. Omne cūm decidit in terram, frangitur. Aliud præterea est solidum,
aliud fistulosum, aliud scabrum. nascitur multis in locis.

κοράλλις. bacca corallij. hanc Plinius nescio quem authorem sequutus in gemmarū nu-
mero posuit, & cerasum representare dicit.

κοράλλιον. sunt qui sic vocari putent τὴν ἀναράλλιον. Et Paulus in compositione quam ad-
uersus

uersus podagram instituit *Αγκυραλλου* cognomine, ἀγκυραλλου flore puniceo micantem κοράλλιου videtur appellasse, à qua nomen est inditum medicamento non alia forte de causa, quàm quòd colore flos corallium imitetur. Quanquam non desint qui existiment mendosa eo loco exemplaria esse, & scribendum κελιάου non autē κοράλλιου, quoniam glutinandi facultatem ἢ ἀγκυραλλου habeat authore Hippocr. & Galeno.

κοράξ. pastillus perucilis ad putridorum ulcerum, praesertim pudendorum nomas, cuius descriptio bis habetur apud Aëtium lib. 14.

κορδίνια. ἢ κερβαρία apud Hippocratem, ut interpretatur Erotianus, παρὰ τὸ κέρειν δὲ ἴδου, scribitur & κορδίνια.

κόρη. pupilla. Est minor oculi circulus intra iridem cōprehensus per quem cernimus. Hic autē non aliud reuera est quàm tunica quae ἑταροειδής dicitur, foramen, in eum usum à natura factum, ut per ipsum res visibiles humori crystallino facilius paterent. Per pupillam enim cernimus, non quòd ea sit praecipuum videndi instrumentū, sed quòd spiritui visorio per eam via pateat, nec possit aliter visio fieri. Argumento sunt hypochymata. Est autem locus ille qui ad pupillam est, totus spiritu plenus & praeterea caeruleo viridique colore aut alius etiam praeditus quibus & ipsa tinea, cuius ille pars quodammodo dici potest. Rufus τὸν κόρην definit esse τὸ ἐν μέσῳ τῷ ὀφθαλμοῦ βλέποντων, scribitque eadem alio nomine ὄρη vocari: γλῆνιν αὐτὴν simulacrum quod in pupilla cernitur, quam tamen multi etiam pupillam interpretantur. Alio verò loco idem scripsit κόρην dici τὰς ὄφεις γλῆνας τὰ μέσα τῆν ὀφθαλμῶν δι' ὧν ὁρῶμεν. vel ut aliis placeat τὸν ὄρη μὲν ὡς βλέποντων κόρη δὲ καὶ γλῆνιν, & ἴδου τὸ ἐν τῇ ὄρῃ.

κόρη. & ὄρη καὶ apud Hippoc. ut scribit Gal. habet enim fructum κοεῖω similem.

κοεῖανον ἢ

κόριον. coriandrum. frutex est caule exili, sesquicubitali, ramoso, folio adianti, rotundo capite, sicut a odore graui, semine rotundo nudoque, radice lignosa, breui neque adeo fibrosa. Vetusiores Graeci, inquit Galenus, κοεῖανον nominabant, at recentiores medici omnes κόριον appellant. Dioscorides vim illi refrigeratorem tribuit, ideoque illitum scribit cum pane aut polenta ignibus sacris mederi, & alia permulta praestare: verum ut Galenus prodidit, contrariis facultatibus constat: habere enim plurimum essentiae amaræ, nec parum etiam aquae humiditatis, quibus & adiunctū sit adstrictionis paucillum, ideoque; calfacere, incidere, attenuare, adstringere, reprimere & refrigerare, atque; ex tā variis facultatibus ea omnia praestari quae Dioscorides coriandro tribuerit. Sed praeterea certum est si maiore copia sumptum sit, ab eo mentem non leui periculo tentari & insaniam pronocari à temulentis non abhorrentē: ideoque; copiosorem cōtinuūmque eius usum vitandum esse. Nūc omnem eius noxam abigimus infuso eo in acetum & postea exiccato. Sic enim apparatus tantum abest ut mentem laedat, ut vix aliud praestantius remediū sit ad repercutiendos vapores qui in cerebrum feruntur. Crediderunt aliqui sic vocatum à cimicibus, quòd folia & caules eos olent. Sunt qui ἀπὸ τῆς κόρης, hoc est, à pupilla dictum velint quasi coriambon, id est, hebetantem oculorum pupillas.

κοεῖον ἄντρον. sic dictum est à quibusdam & ἀδύαντον, ut habetur apud Dioscoridem.

κοεῖς. frutex est folio erica, rubro, pinguiore ac minore, non altior dodrante, suaui, odoratus, acris. Aliqui hypericon vocant.

κορὸς. ποικύμ & recens germen apud Hippocratem, quòd ramis adnascitur.

H

DEFINIT. MEDIC.

κόρος. ciborum repletionem significat apud Hippocr. lib. πῶδὶ διαίτης ὄξιαρ, ut comment.

4. Galenus annotavit.

κόροισι. κρόταφοι, hoc est, tempora.

κόρυζα. grauedo. Est crudi humoris è capite in nares distillatio. Hic cerebri morbus est praesertim verò priorum eius vetriculorum. Sūt enim eo humore referti plenique. est autem hic humor non qui propriè ὠμὸς siue crudus dicitur, sed qui ἄταπτος, hoc est, liquidus & tenuis. veruntamen non locorum modò qui ad nares habentur obstructio fit, sed etiam tùm spiritui ipsi qui in vetriculis est, tùm cerebro quod hos continet intemperies quaedam accedit, qualis ab obstructione solet cōtingere. Causa eius est solis aestus, vini potus largior, balnea calidiora, perfusio capitis ex aqua calida, maximè si caput calidius existat, & cibus in ventre incoctus manens, neque per inferna descendens: his enim caput humorem superfluum colligit & repletur. Sed & immodicè refrigeratum cerebrum coryzam creat. Sic enim calorìs penuria malè concoquit alimentum, patiturque idem quod vetriculus diarrhœa laborās. Quod enim in ventre diarrhœa est ex mala concoctione, talis in cerebro est catarrhus & coryza: sed coryza quidē dicitur cùm in nares humor distillat, catarrhus verò cùm in os defluit per palatum. Cornel. Celsus lib. 4. cap. 2. author est & distillationem & grauedinem κορύζας Hippocratem nominare.

κόρυθος. arbor cuius fructus nux auellana & λαπήουρον dicitur.

κορυμβίδρα. dicitur à quibusdam ὁ κωσὸς, ut habetur apud Dioscoridem.

κορυμβία. edulij genus ex ferula caulibus, vel etiam racemis quos κορυμβίς vocant decoctis, & muria mellèque condicis.

κορυμβιον. dicta est à nonnullis ἡ λυχίς στεφανωμαλική, ut habetur apud Dioscoridem.

κορυφή. vertex. Sunt autem qui eo nomine intelligant capitis partem inter synciput & occiput mediā & summā. Ea στεφάνη propriè dicitur. Sunt verò qui partē eam capitis interpretentur, in qua capilli alij ad dextrā, alij ad sinistram inuertuntur, ut non sit aliud κορυφή quàm linea illa qua capillos in duas partes distinguit. Vnde & δικόρυφοι, id est, biuertices dicuntur, non ἢ quidem quibus os summum capitis geminum sit, sed illa potiùs linea discriminèque capillorum. Rufus κορυφήν definit, ὅτι ἐν μέσῳ, καὶ ὁ δὴ μάλιστα εἰλωῶται αἱ τεῖχες. Id quod etiam sequuti Latini verticē dixerunt à vertendo, nimirū propter flexum capillorum, quod illic velut in gyrum ἢ vertatur. Quam etiam ob causam quidam ex Græcis ἐλιχμορ & ὠλαρ ἀπὸ τῆς πολῆρ, hoc est, à vertendo eandem partem appellarunt, ut author est Pollux.

κόρχος. sic à quibusdam dicta est ἡ ἀναχακίς, authoribus Dioscoride & Plinio, quo nomine venit in adagium Græcis κόρχος ἢ λαχίνοϊς, quod est, Corchorus inter olera, transferturque ad frugales quosdam & indignos qui sua fortuna maiores sibi quarant honores, & gloriam quàm se deceat clariorem aucupentur, cùm humilis nec palmum excedens herbula, inter grandissima quæque olera sibi locum destinet & internasci latetur. Quāuis in alium sensum detorserit Theophrastus lib. 7. histor. volens corchorum ob amaritudinem proverbio dicatum esse, taxarique eos potiùs qui gratam voluptatem & suauiore nonnullorum consuetudinem qua frui possent, tristi vel amarulento conuentu turbant.

κορώνη ἢ

κόρωνορ. est ophis apophysis in finem acutum desinens, cuiusmodi habetur una utrinque in osse

in osse genæ inferioris, tendinem à temporali musculo descendentem excipiens. Sic autem dicitur, quia τὸ κορώνης, hoc est, cornicis rostro similis sit. Quæ autem apophysis in caput crassum & rotundum desinit, non κορώνη, sed ἀχλὺ nominatur.

κορώνιον. herba est oblonga, per terram strata, fissis foliis & aculeatis, radice gracili.

Leoniceus capriolam vulgò dici cēset, nōnunquam etiam sanguinariam, quòd naribus indita sanguinem eliciat. Nostri nunc olitores dētem canis vocant, quāquam eodem nomine gramen appellent. Sed coronopum quoque generibus graminis Plinius assignavit, falluntur qui coronopum coruinum pedem esse existimant. Pes enim coruinus exulcerandi vim habet maximam: coronopus autem estur, & adstringit. Sic dictus est quod eius stylus è mediis foliis exurgens, in cornicis pedem conformatus articuletur, reliquam exhibens cruris effigiem.

κοσμητικὴ. ars exornatoria. Pars est medicinae, ut ait Galenus, quæ naturalem corporis pulchritudinē custodit & tuetur, neque quicquam adscititium inuehit, in quo ἀπὸ τῶν κοσμητικῶν differt eodem authore. de qua vide suo loco.

κόσμος. dicitur ab Hippocrate ordo cūm in re omni, tum maximè in diebus criticis. Ut enim τὸ ἀκόσμιος propria est ἡ ἀτάξια: sic etiam ἡ τάξις τῶν κόσμου, ut annotat Galenus comment. ἐς πρῶτον βιβλίον. Dicitio autem Attica est, secundum quos dicuntur κόσμοιοι οἱ δῖτα κῆρι, καὶ κοσμητοὶ οἱ τῶν ἐφίβαρον δῖτα ξίλας πρῶτον βιβλίον.

κοσμοειδὴς. flos Hyacinthi apud Hermionenses, ut refert Pausanias.

κόστος. costus siue costū. frutex est in Arabia, India & Syria nascens, sed præcellit Arabicus, candidus, levis, eximia odoris suauitate. Secundum locum sibi vendicat Indicus, levis, uber, ut ferula niger. Tertius autem Syriacus est, grauis, colore buxeus & odore feriens. Optimus est recens, albus, abūdè plenus, densus, aridus, à teredinibus non erosus, sine graueolentia, gustu calidus ac mordens. Modicè amarum, plurimum autem acrem & calidam qualitatem facultatēque obtinet, adeò ut etiam exulceret. Solet eo corpus ex oleo confricari ante accessionem quibus per circuitum rigor inuadit. item resolutis & ischiadicis, urinas mensesque prouocat, & propter amaritudinē lumbricos necat. Herbarij faciūt huic affinem nomine costum hortensem, quem vulgus coquum, alij Mariæ herbam appellant.

κόπρος. oleaster, qui & ἀγρίλαμα dicitur.

κόπρις. ἰνίον καὶ περὶ γαστρικῶν apud Hippocratem.

κοπῆ βιομῶς. remedij nomen cuius mentio fit à Paulo Aegineta in curatione τῆς κεφαλῆς. Quale autem fuerit, non est facile dicere. Potest intelligi eo nomine aquæ superfusio, eo ferè modo quo veteres Athenienses in illo conuiuali ludicro, qui κόπῆ βιομῶς dicebatur, facere solebant, ut Athenæus & Suidas scriptis suis prodiderunt. Potest & κοπῆ βιομῶς simpliciter accipi ἀπὸ τῆς ἀκαταστασίας, hoc est, ablutione deterfionēque per spongiam facta, authore Phavorino qui in lexico suo κοπῆ βιομῶν, ἀκαταστασίαν interpretatur.

κοτύλιον. est mensura liquidorum apud Atticos capiens πέντα στα δύο, hoc est, quartaria duo, siue Italicas uncias nouem mensurales, quæ ad septem & dimidiam ponderales reducuntur, ut author est Galenus lib. 5. τῆς κῆρι. Alio nomine Græcis τετραβλίον dicitur & ἡμίξιστον, id est, dimidius sextarius. Siquidem ὁ ξίστος, duas κοτύλιας continet. Sunt qui κοτύλιον Latinè heminam interpretentur. Et satis quidem bene, quia nulla sit Latinis mensura, quæ propius ad κοτύλιον accedat. Nec tamen eadem mensura

H ij

sunt. κοτύλι enim uncias Italicas nouem capit, ut diximus: hemina autem Romanorum unam praterea continet. Verum aduertendum est Romanos medicos alios πὺν κοτύλιω aliquando pro libra usurpasse, ut videre licet apud Galenum lib. 4. de tuenda sanitate, ἐμβαλλέτω δ' εἰς τὰς εἴκοσι καὶ πέντε κοτύλας μόδιος ἰταλικός. τῷ σπέρματος τ' ἐλάτης, οὐσῶν δὲ τῆν κοτύλιον ἰταλικῶν ἄς δὴ καὶ λίτρας ὀνομάζουσι: alios uero minorem, alios etiam libra maiorem existimasse, sicut ex ipso Gal. apparet lib. 6. τῆν κατὰ γένη his uerbis, οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῆν γραφάντων πῶδι μετρώμεν καὶ σαθμῶν θ'. φασὶν ὀγγιῶν τῆν ἐκ τ' ῥωμαϊκῆς, λίτρας πὺν ἕσπερ τ' ἰατρῶν ἐν ταῖς φαρμακίαισι βίβλοις γεγραμμένῳ κοτύλιω· ἄλλοι δὲ τῆν ἰβ'. φασὶν ὀγγιῶν ὑπὸ αὐτῶν λέγεσθαι, κατὰ πῶδι ἐν ῥώμῃ πὺν λίτρας τῷ ἐλαίῳ (ωὐδὲ ὀνομάζουσι. ἢ δὴ δὲ τὸ ἰκκισα λέγοντος ἐκκεκλιθεὶς ὀγγιῶν ῥωμαϊκῆς ἔχειν πὺν ἐν ταῖς φαρμακίαισι βίβλοις γεγραμμένῳ ἕσπερ τῆν ἰατρῶν κοτύλιω. Significat autem proprie ἢ κοτύλι cauum, unde πὺν κοτύλιω appellauerunt non modo uasis genus & mensuram, sed sinum etiam in quo caput femoris uoluitur, & cavitatem manus quam uolam Latini dicunt. Verum proprie ab anatomicis dicitur ἢ κοτύλι cavitatis ossis profundior, in quam alterum os inseritur. Quae uero non est tam profunda sed superficialia, ἄλλην ab Hippocrate appellatur.

Sed & κοτύλι aridorum mensura fuit apud Atticos. Cotinebat autem ὀξὺ βαφα quatuor, siue uncias nouem mensurales. Eius nota fuit apud Gracos κξ.

κοτυλιδῶν. umbilicus Veneris. herba est foliū habēs acetabuli figura, unde & nomen, orbiculatum, & ineuidenter concuum: cauliculo breui qui ē medio profilit, in quo & semen inest, radice oliuae modo rotunda. Est & alterū τῷ κοτυλιδῶν genus quod ab aliis κυμβάλιον appellatur, pinguibus foliis latioribus, ligulatum modo densis, circa radicem medium oculi ambitum describētibus, ut in maiori semper uiuo. adstringentis gustus. cauliculo tenui, in quo flores & semina hyperici, radice maiuscula. Est autem κοτυλιδῶν mista facultatis, nempe humida, subfrigida & cuiusdam obscure adstringentis, & cum ea leuiter amara. Quare refrigerat, repercutit, abstergit & discutit.

κοτυλιδῶνδ. sunt ora uenatum & arteriarum intra uterum eminentia & quodammodo nodosa, non multum ab haemorrhoidibus ani dissimilia, aut τ' κοτυλιδῶνδ herba foliis orbiculatis & parum concuis. Seruatur namque in medio ipsorum orificiorum parua cavitatis in cotyles modum. Per haec sanguis mēstruus uel uacuatur foras, uel in fœtum nutriendum transsumitur. siquidem apertis his effluit, sicut conuiuentibus supprimitur. His etiam orificiis fœtuum secunda utero inherescunt, uasorum uteri finibus ita secundas subeuntibus atque illigantibus, ut eadem prorsus uteri & secundarum uasa esse uideantur. Siquidem in quibus orificiis uteri uasa desinunt, ab iisdem secundarum uasa incipiunt: oribus enim inuicem uniuntur, uena quidem uenis, arteria autem arteriis, ut illa sanguinem, ista spiritum fœtui subministrent. Nec uero id tantum ea uasa praestant, sed etiam secundas utero ita colligant, ut fœtus haud temerè excidat. Alij uero, ut refert Galen. nullas prorsus utero mulieris κοτυλιδῶνδ inesse crediderunt, quos tamen ipse & doctissimorum uirorum testimonio & ipsa anatomia reuincit. Insunt enim & mulieribus, quamuis minores quam quae in uaccis, capris, ceruis atque aliis eiusmodi animalibus apparent.

κοτυλις. ἢ κοτύλι τῷ ἰχθ. hoc est, concuitas coxendicis, apud Hippocrate ἐν τῷ μετρίκῳ. & lib. 2. de morbis.

κελεύς. *culeus*. Est mensura liquoris tantum, omnium maxima qua Romani usi sunt. Continebat viginti amphoras auctore Plinio lib. 14. cap. 4. Quando & postea saepenumero septenos culeos singula iugera, hoc est, amphoras centenas quadragenas musti dedere. sic Plinius. Idem docet Rhemmius Fannius his versibus:

Est & bis decies quem conficit amphora nostris

Culeus, hoc nulla est maior mensura liquoris.

Ac quamquam iusta haec esset culei mensura, vasa tamen quae culei, propterea quod quam proximè ad eam mensuram accederent, vocabantur, plus minúsue aliquando continebant, ut apud Catonem de re rustica cap. 148. à quibus tamen veram culei mensuram aestimare non deceat.

κεύη. dictus fuit à quibusdam eo nomine ὁ ποδιστεράριον, apud Dioscor.

κοῦμα. genus est potionis, inquit Dioscorides, ex hordeo facta, cuius potu saepe pro vino veteres usi sunt. Non videtur esse nomen Graecum, sed eius gentis in qua apparatus: verum, ut idem ait, doctores capitis inducit, noxium humorem gignit, & nervorum vires resoluit.

κεφουῶν. λέγεται καὶ παλαιῶν τὰς ἀδύνας apud Hippocratem.

κοχλιέου. cochlearium siue cochlear. Est liquoris mensura apud Romanos quartam cyathi partem capiens, sicut ex Columella patet lib. 12. cap. 21. Et ex eo molito post salitutam musti cochlear cumulatam, vel simile genus poculi eius, quod est quarta pars cyathi, adiicitur ad binas urnas. Latini ligulam vocant à linguae similitudine incauum intra dentes palatum versus contracta. Est & κοχλιέου τὴν liquidorum, tum etiam aridorum apud Atticos mensura, omnium quod sciam minima, quartam & illa cyathi partem continens, siue drachmam unam, scripulum unum, grana duo, & duas quintas grani.

κοχῆν. significat apud Hippocr. iuncturam coxendicis ad sedem, vocatur autem & eo nomine tota circa sedem regio.

κεράδα. κεράδα οἱ ἀκρίμωνες. hoc est, fici rami apud Hippocr. vel etiam folia, ut annotavit Erotianus. Nec tamen fico soli, sed ulmo etiam, robori platanoque gignuntur.

κεράτουσι. κεραιδίουσι, βασιλδίουσι, apud Hippocratem.

κραπίλη. *crapula*. dicitur auctore Galeno omnis noxa è vino contracta. Philumenus, ut habetur apud Aetium, scripsit cruditates ex vino multo obortas crapulas appellari. sic dicitur ἀπὸ τῆς καὶ κραπίλης παλινοῦ, quod temulentis cerebrum concutiat.

κραμα. vinum dilutum & aqua temperatum, quomodo uti homines decet: dicitur ἀπὸ τῆς κραμίνου, quod miscere & temperare significat. Id videtur esse quod Celsus lib. 1. dilutam potionem appellavit.

κραμβη. *brassica*. Est olus simplici & amplo stipite, leuiter rubenti, crasso folio, praegrandi, laevo, crispo, carnosio, ex caesio cadicante, in latus utrimque diffuso, prominulis venarum thoris fruticæ, patula cyma, flore tum luteo, tum albo. vulgè caulis dicitur, quoniam nulla ferè herba caule sit amplior. Plura eius genera veteres statuerunt. Sylvestre sativa simile, sed candidius, hirsutiúsque & amarum, ut ait Dioscorides. Item marinum quod θαλασσοκράμβη dicitur, & vulgè soldana à sativo, ut idem ait, prorsus abhorrens, folio aristolochiae, acre & in totum stomacho inimicum. Est & ἀλμυρὸς & λαοφύλλος & σεληνοσία siue σεληνοφύλλος. Ex multis authoribus constat quam nunc κράμβη dicimus, olim vocatam fuisse ἑσφαιον, praesertim ex Aristotele

DEFINIT. MEDIC.

lib. 5. de histor. animal. ubi de erucis in brassica nascentibus agit, his verbis : αὐτὸ γινώσκουται ἐκ τῆς φύλλου τῆς λαχρῶν καὶ μάλιστα ἰδίῃ τῆς ἐραφαιουλοῦ καὶ λαῶσι πινῶν κρᾶμβίου. Similiter ex Galeno lib. 2. de aliment. facult. sed suo tempore sic vocari desisse. Cæterum brassica desiccatur & cuiusdam acrimoniae particeps est. habet & vim aliquam abstergendi.

κρᾶμβίου. τῆς κρᾶμβίου ἀπὸ τῆς ἡμῶν, id est, crambes decoctum, apud Hippocr. Dicitur & eo nomine à quibusdam ἰπτιόουσι, ut habetur apud Dioscoridem. Erotianus annotavit ab Hippocrate, ut & à Siculis, ἰπτιόουσι sic vocari.

κρᾶνθα. cornus. Est arbor duodecim ferè cubitorum, cortice nervoso, tenui, caudice haud ita crasso, neque semper recto, atque etiam nodoso, sed ita solido, ut cornibus spissitate non absimilis respōdeat, folio amygdali, sed crassiori pinguiorque flore & fructu olea, dulci, grato odoratu, pluribus cornis singulari pediculo dependentibus. Falis quidem mas est, nam scemina quæ Theophrasto ἀνλυκρῶνθια dicitur, caudice fungoso & inutili, virgulis instar amerinae fruticat, autumnalibus baccis perquam acerbis & cunctis animantibus gustu intactis. Mas Gallis cornelia dicitur: femina dumetis & nemoribus familiaris, sed quod neglectas & ingustabiles ferat baccas, indignam quæ corni nomine vocaretur, rura putauerūt. Nam & maris fructus etsi esui aptus, tamen admodum acerbus est. valenter ventrē adstringit, sicut & mespila, & valdè desiccatur, ideoque maxima vulnera glutinare potest.

κρᾶνιον. cranium. calua. caluaria. Est os capitis crassum, rarum, rotundum, ossibus septem compactum suturisque distinctum, cerebrum continens. Crassitudo quidem illi magna est, ut validum sit, nec obnoxium externis iniuriis: solidum verò esse non expediebat, tùm ne iusto grauius euaderet, tùm ne ineptum esset transmittendis cerebri excrementis. Itaque rarum & cauernosum fieri oportuit. Idem verò si rectè à natura conformatum est, rotundum quidem est, & sphaera simile, ita tamen ut sphaeram non omnibus numeris æquet. Siquidem oblongum est, & à lateribus quidem utrinque parum depressum: anteriore autem ac posteriore parte parumper extuberans & gibbosum, inferiore autem planum. Constat ossibus septem, quorum primum partēque anteriore situm, frontem constituit, μέτωπον Græci vocant. Id parte superna, τῆς σφαιραίου ἐραφῆ, hoc est, sutura coronali, quæ transuersim ab uno temporum ad alterum excurrit, inferiore, ossibus maxillæ superioris, à lateribus verò osse τῶ σφαινοειδῆ concluditur. Ac quanquam id os ferè semper unicum sit, euenit tamen aliquando ut geminum sit, recta sutura quam ὀβελαιῶν vocant, ad nasum usque descendente. Ab eo duo ossa sunt quæ βεῖγμα, hoc est, synciput, componunt. diuiduntur & ab inuicem separantur sutura illa recta, quæ à posteriore capitis parte in anteriorem per verticem procurrat: utrumque autem terminatur anteriore quidem parte sutura τῆς σφαιραίου, posteriore autem, ea sutura quæ transuersim in occipite sita figuram Λ litteræ representat, & λαμβδωδῆς ideo nuncupatur: inferiore verò suturis iis quas λεπιδωδῆς appellant. Alia præterea duo sunt ossa τῆς ὑποράφου, hoc est, temporum, & ea quidem utrinque singula, ad utramque autem sita. Distinguuntur parte superiore suturis τῆς λεπιδωδῆς: posteriore, laterum τῆς λαμβδωδῆς appendicibus: anteriore, sutura quæ ὀσι τῶ σφαινοειδῆ communis est. Sextum cranij os occiput constituit, ἰπίον Græci vocant, distinctum sutura τῆς λαμβδωδῆς. Septimum autem σφαινοειδῆς est, quod in basi positum, cunei modo (unde & nomen inditum) inter omnia cranij ossa genamque

genamque supernam medium adigitur: omnia namque contingit. His septem ossibus addi etiam octauum potest id uosē dicitur paruum, in frontis basi positum, & multis, in cribri modum, pertusum foraminibus. uerum id frontis ossi uel ὀστέον ἀκροῦ accensetur, etiam si interdum, sed maxime in pueris, separari facile possit: similiter ἔσπερος à Galeno proprie uocatum, nisi pars ossis temporum plerisque uideretur. Insunt autem omnibus his ossibus crebra foramina per quae tum nerui è cranio prodeunt, tum uenae atque arteriae intra ipsum admittuntur. Constant & prope modum omnia squamis duabus quas διαδόνας uocat Galenus. Ex his satis apparet quos qualesque sint in cranio suturae. Tres eae quidem sunt maxime in cranio secundum naturam se habente: duae quidem transversae, quarum una in syncipite, altera in occipite est, tertia uero quae à media syncipitis sutura ad mediam suturam occipitis secundum capitis longitudinem porrigitur. Anterior σφαιραία dicitur, hoc est, coronalis, quod ea capitis parte coronae imponi soleant. Posterior uero λαμβδωδής, à litera graeca similitudine. Tertia uero quae per uerticem recta excutrit, ὀβελιαία atque ἰσθμωδής, quod instar uerui aut uirgæ rectae procedat. Haec tres suturae ita se habent, ut figuram literae Γ referant, sicut ab Hippocrate proditum est in libello de uulneribus capitis, & à Galeno explicatum lib. 9. de usu partium. Praeter has aliae geminae sunt à recta sutura aequidistantes quae secundum capitis longitudinem à parte posteriore in priorem super aures procurrunt. Fiunt autem eae duobus inter se cohaerentibus ossibus non per suturam quidem, quae species est τὸ ἑνωμένον, sed ueluti cōglutinatione quadam. Siquidem syncipitis os squamae modo attenuatum sensim descendit seseque in os ab auribus ascendens insinuat: ideoque eas nonnulli non simpliciter suturas, sed uel suturas λαμβδωδής, uel περισκολλήματα λαμβδωδής appellat. Sic quidem compositum conformatumque cranium cerebrum continet, eiusque firmissimum munimentum est, ut quod non aliter quam galea, quae κράνιον Graecis dicitur, ab omnibus externis iniuriis ipsum tueatur.

κραιτῆρος. genuini dentes, qui omnium nouissimi nascuntur, sic dicti παρὰ τὸ κραινίον καὶ ἀπὸ τῆς αἰτίας τῆς ἰλιώσεως. Idem etiam σφραγιστῆρος appellantur. de quibus uide suo loco.

κραιτῆρος ἡ

κραιτῆρος ἡ. arbor neque adeo magna neque ualde crassa, materiae uersicolore, robusta, flaua, cortice leui, simplici, radice in profundum acta, folio mespilii, sed promissiore amplioreque, fructu rotundo, qui maturescens siccatur atque nigrescit, gustu & succo mespilaceo. Quapropter syluestris mespilus, ut Theophrastus scribit, putatur esse. Quidam χαμαικίραρον intelligi posse crediderunt. Plinius in Italia dici aquifolium putat, quod quidem non aliud ueteribus fuit quam ilex.

κραιτῆρος ἡ

κραιτῆρος ἡ. herba est foliis melampyro similibus, multis calamis ab una radice emittentibus, multorumque geniculorum. semine milij. Nascitur in opacis & frutetosus. Eius fructus, ut ait Galenus, milio similis, acris gustanti est & utenti frigidus.

κραιτῆρος. sic dicitur à quibusdam ὀτάρους, hoc est, pars ea manus quae sub digitis est.

κραιτῆρος. friabile. id dicitur quod nec lentoris nec pinguedinis quicquam habet. opponitur τῷ κραιτῆρι. Dicitur & θρασυρ & ἰσχυρ.

κραινίον. nomen fictitium apud Hippocratem, dictum de molesto & odioso sono.

κραινίον. ἀπὸ τῆς κραινίσεως. apud Hippocratem.

DEFINIT. MEDIC.

κρημασις. sunt musculi duo, utrimque scilicet unus, à quibus testes sursum trahuntur. Eorum uterque gracilis est & longus, & cum vasis spermaticis à musculis hypogastrij descendit ad ipsos testes, eos releuans. Contrariis carent musculis qui contrarium motum efficiant: nullus enim est qui testes ad inferiora reuellat, quod satis sua grauitate ima petant, agris praesertim & senibus. Errat Paulus lib. 6. cap. 61. qui κρημασις & κρημασις idem putat.

κρημορ. ἀλαδου, apud Hippocratem, ἢ ἀλυσίς, ut apud Homerum.

κρημορ. herbula est fruticosa & undique foliosa, cubiti fere altitudine, foliis pinguibus, multis, albicantibus, ut portulaca latioribus & longioribus, salso gustu, floribus candidis, semine cœu rosmarini odorato, molli, rotundo, quod siccatum rumpitur. Habet intus tritici modo nucleum. Radices digiti crassitudine tres aut quatuor grati odoris & iucundi. Salsum est & modicè amarum, itaque abstergit & siccatur. Scribitur quidem passim apud Dioscor. κρημορ Δία τῆς ι. scribendum tamen esse Δία τῆς ι. colligitur ex Galeno in lib. simpl. medic. & praeterea Hesychio.

κρημορ. apud Hippoc. dicuntur τὰ χεῖλη τῆς ἐλυφῆς, hoc est, labra ulceri, ut lib. de locis in homine. sic etiā vocatur πηδρηγματα, hoc est, alæ muliebris pudendi, ut annot. Erot.

κρηλική. dicitur tertium genus aristolochiae quam proprie κληματίτην vocant.

κρηλική γῆ. Cretica terra. creta. Species est terræ albæ, sicca, macra, leuis & extergentis. Talis quidem ut plurimum creta est. Enariat tamen aliquando, ut & nigricans, & viridis, quam θροδπορ quidem nominant, quod in Theodoti cuiusdam fundo id genus cretæ primum inuentum sit, reperiatur discurrentibus per eam lineis eiusmodi coloris. Est & in substantia discrimen: siquidem non semper macra, sed & aliquando modicè pinguis est, ut apud quasdam gentes stercorandis agris inseruiat. Multum viribus superatur à Chia, Samia, Selinusia, Lemnia & Cimolia terra. Est enim admodum imbecilla, multum habens substantiæ aëreæ. Inest tamen ei vis extergendi & citra morsum. Quam ob causam argentarii ea utuntur ad vasorum splendorem, & proinde ἀργυρίης, hoc est, argētaria appellatur. Vsus eius in medicina fuerit ad ea omnia, ad quæ aliæ omnes sine morsu extergentes facultates valere possunt.

κρηδῆ. hordeum. vulgò notum est. culmo tritici, fragiliore minorique, sed octonis geniculato articulis. simplici in stipula folio, & eo quidē scabro latoque, grana ferè nuda longiore capillamento, mordaci arista striatim spicantur, radice frequenti, coma fibrata. refrigerat, siccatur, extergit. Ex eo saluberrima illa ptisana, & tot laudibus ab Hippocrate celebrata conficitur, refrigerandi detergendique facultate insignis.

κρηδῆ. hordeum vel hordeolū. Est tuberculū paruum, oblongū, palpebræ cilio, quā pili sunt, adnascens. Externum est & foris prominet, atque in eo, sicut Celsus ait, tunica quiddam quod difficulter maturescit, comprehensum est. Ex quo patet plurimum pituitæ in eo contineri, vel simplicis vstæque, vel cum alio humore mista. Sic dicitur ab hordei similitudine. Graeci alio nomine ποδία appellat, ut scribit Gal. extremo lib. 4. τῆς κῆ τοπος.

κρημορ. crassior farina apud Hippocr. quæ effracto hordeo inuehitur grandiuscula, nec perfectè molita est: cum autē dicit κρημορ ἀλαδου ἀδου, crassissimā farinā intelligit.

κρημορδῆς ἑποσσις. dicitur farinæ crassiori similis. Fit autem, ut ait Gal. lib. 1. de crisib. aut propter vehementem colliquationem, aut calorem ardētē à quo sanguis aduratur. Itaque omnis eiusmodi hypostasis mala est, ut scribitur in prognost. Nam si per

excitiales morbos inciderit, breui futuram mortem significat: si verò in morbis non mortiferis apparuerit, morbi longitudinem portendit, ut habetur aphor. 31. lib. 7. Sed plurimi quidem per eiusmodi morbos citò pereunt, aut si euadant diutissimè ægrotant. vide ἑσθλασις.

κειάνθιμον. sic dictum esse à quibusdam ὀκρίνον, hoc est, lilium Dioscorides author est.

κειόμυρον. unguentum liliaceum quod ἔμοιθισον, ἔαιγύπτιον μύρον λυκόν ἔσούσιον μύρον appellatur, ut author est Galenus in explicatione vocum Hippocratis. Constabat lilio ἔ quibusdam aromatis, unde unguenti non etiam olei nomen habuit.

κειόν. lilium. herba est caule simplici, tricubitali, comofo, foliis longis, satyrii effigie, ex herbaceo nitentibus, radice bulbosa, flore emaculati candoris, calathi forma, extrinsecus striato, resupinis per ambitum labris, luteis emicantibus ex fundo calycis apicibus, alterius quàm flos odoris. λέειον à quibusdam dicitur, ut scripsit Dioscorides, ex quo unguentum fit λέειον siue σούσιον vocatum, discutiendi molliendique viribus præditum, vuluaq; duris tumoribus maximè conueniens.

κειοχρῖς. trochisci nomen est, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 12. eo Paulus sordida ulcera expurgat.

κειός. genus ciceris quod arietinum dicitur, propterea quòd arietino capiti simile sit. vide ἐρίβινθος.

κειός. à quibusdam sic vocatur spina mediū foramen quo omnes spinae articuli sibi iunguntur ἔ spinae medulla à cerebro descendit: sed magis usitato nomine ἔλω dicitur.

κειός. crisis. iudicium. Tribus modis apud Hippocr. sumitur. Vno significat simpliciter πῶ λῖον, ut quo prognostici loco scribit optimam urinam esse, in qua per totū morbi curriculum, donec ipse iudicatus sit, subsidet album, laue ἔ aequale. Neque enim aliter κρίνωσι illic interpretatur Galenus quàm λῖου, ut nec aliis plerisque locis, cum κρίνωσι in luxationibus usurpat. unde Cornel. Celsus pleraq; ex Hippocrate in latinum conuertens, κρίνωσι nunquam aliter vertit, quàm solui ἔ finire morbum. Eodem etiam modo ephemera ἔ hæctica febres dicuntur iudicari per abusionem, ut scribit Gal. lib. 2. de crisib. quòd ἔ sine magna perturbatione ἔ minimè subita permutatione finiantur. Altera verò significatione ἔ κρίσις, est motus vehemens naturæ, ad rei cuiuslibet molesta depulsionem. Hæc quidem generalis est ἔ κρίσις significatio, secundum quam non modò morbi, sed ἔ cõceptiones ἔ abortiones ἔ partus ἔ omnino quæcunque magno naturæ conatu indigent, dicuntur iudicari. Sic enim visum est Hippocrati libello πῶ ἐπὶ αἰμῶνι scribenti: ταῖς δὲ γυναιξίμ αἱ συλλήψεις τῆ ἐμβρυῶν, καὶ οἱ τρώσμοι καὶ οἱ τοιοὶ ἐν τῷ τῷ χρόνῳ ἐν ἑπτὰ αἵτε νοῦσοι καὶ αἱ ὑγίαι καὶ οἱ θάνατοι κρίνονται τοῖσι σύμπταισι ἀνθρώποισι. ταῦτα δὲ πάντα, τὰ μὲν κατ' ἡμέρας, τὰ δὲ κατὰ μῶνα ἑποσημαίνει, τὰ δὲ κατὰ πεσάραιοντάδης ἡμῶν, τὰ δὲ κατ' ἑνιαυτῶν. hoc est, mulieribus autem ἔ factū conceptiones ἔ abortiones ἔ partus eodem tempore iudicantur, quo ἔ morbi ἔ sanitas ἔ mors cunctis hominibus: sed omnium istorum alia quidem diebus, alia mensibus, alia dierum quadragenariis, alia verò annuo spatio videntur euenire. Ac Hippocrati quidem consentanea scripsit Aristoteles lib. 4. de generatione animalium cap. 10. his verbis: ratione optima tempora omnium ἔ grauiditatum ἔ generationū ἔ vitarum, dimensionem circuitibus sibi exposcunt recipere. Circuitum autem scribit se appellare diem, noctem, mensem, annum ἔ tempora quæ iis describuntur, atque etiam Lunæ traie-

tantum crisis pertinet, quos humor committit. Hic quia ferè semper crudus est & qualitate vitiosus, nisi totus concoctus & mitificatus fuerit, sanitas integrè restitui non potest. Concoctionem autem intelligere oportet, non conuersionem in corporis substantiam, sed moderationem quãdam & alterationem malignæ qualitatis in aliam benigniorem & naturæ minus molestant. Quia ergo ne sic quidem cõcoctus humor nutrire potest, sed naturæ onus est superfluum, eum natura è corpore expellat necesse est: id quod si paulatim & longiore spatio fiat, concoctio non crisis dicitur, morbusq; ipse concoctione finiri, non crisi. Siquidem in crisi illam vacationem sine mora & confertim fieri oportet. Itaq; si, ut uniuersus humor subito vacuetur, necesse sit eum totum perfectè cõcoctum esse (cruda enim non facile expelluntur, naturæ contumaciter resistentia) patet optimam illam crislam non alio tempore quàm in morbi vigore contingere, in quo solo humor perfectè concoqui solet. Cùm autem vacuatio humoris duobus modis contingat, uno verè & propriè humore è corpore depulso, & excreto: altero verò, eodem in alteram partem translato, utroque modo fieri potest crisis, quorum illum κατ' ἐκρίσις, hunc κατὰ μετακρίσις, hoc est, per translationem siue per abscessum nuncupant. Siquidem humores relicta parte in qua morbum excitabant, locum mutant & aliò abscedunt. Quæ criseos ratio etiam κατ' ἀπόκριμα appellatur. Sunt autem eius quæ κατ' ἐκρίσις dicitur tot differentia, quot habentur & vacationis, per aluum, per urinas, per hæmorrhoidas, per vomitiones, per sputa, per profluuiũ sanguinis è naribus, quod propriè Græci αἰμορραγία nuncupant, per sudores. Nec tamen omnes ex æquo bonæ habentur. Nam longè melior perfectiorque est, quæ κατ' ἐκρίσις sit, quàm quæ κατὰ μετακρίσις. Hæc enim magna ex parte imperfecta est, nec morbum planè soluit. Deinde verò quæ per inferiorem vacationem contingit, melior quàm quæ per superiorem, tùm per quã noxius & redundans humor, melior est ea per quam alius humor vacuatur, tùm quæ κατ' ἕξις, ut ait Hippocrates, quàm quæ aliter sit, tùm quæ permeatus conuenientes, ad hæc quæ antea die διαγνωτικῶν indicata die decretorio obuenerit. Fit autè in tam repentina mutatione magna in corpore agitatio perturbatioque, adeò ut præcipuũ ferè futura crisis signum Hippocrates dicat noctem, quæ crislam præcedit, valdè molestant delirius, vigiliis, comate, doloribus, lacrymis, difficultate spirandi, tenebris ante oculos obortis, summa inquietudine & aliis id genus malis, quæ quidem sicut maximè sunt formidanda & plena periculi, si per initia morbi & ante humoris concoctionem appareant: ita in ipso vigore & post signa concoctionis tunc breuè futuram crislam pollicentur.

κεισῆς etiam præter superius explicatas significationes sumitur aliquando apud Hippocratem pro ipsa accessione, ut aph. 19. lib. 1. sicut Galenus & Philotheus in explicatione eius loci scripserunt.

κεισῆς. dicitur ab Hippocrate lib. πρὸς Διάκρινος ἀξίως, & κρίσις κριῶν τῶ νοσήματος: quod idem est ac si dicas ἀφίλιμω, id est, utile, ut Galenus annotauit. ut autè idem scribit comment. in prorrheticum, κεισῆς duobus modis accipitur apud Hippocr. ut signum, & ut causa per se τὸ κεισῆς. Signum quidem id dicitur, quod futuram crislam prænunciat. Eorum duplex est differentia: alia signa tantum sunt, alia non modò signorum, sed causarum etiam rationem habent. Signa tantum sunt, colli dolor, temporum grauitas, tenebræ oculis obuersantes, vertigines, capitis dolores, lacrymæ inuito obortæ, facies & oculi rubentes, labiorum motus, vigilia, somnus grauis, asthma,

DEFINIT. MEDIC.

dyspnœa, præcordiorū retractio, stomachi fastidium, nausea, æstus, sitis ingens, rigor, cardialgia, molestus decubitus, lethargus, delirium, vociferatio. Signa verò & causæ sunt, vomitus, excrementa alui, copia urinae, sudores, sanguinis eruptiones, parotides, & abscessus quos ἀποκριματτα appellant. Nam si quaedam ex iis die δεικνυκῶν apparuerint, eademque proximo die critico grauiora magisque euidencia sint, non est dubium eodem die futuram esse crism. Qualis verò futura sit, ex aliis notis petendum tum iis quæ concoctionem cruditatēque significant, tum aliis quibusdam incertis & ambiguis quidem, sed magnam tamen vim habentibus, qualia sunt, mente constare, bene se habere ad ea quæ offeruntur, facile respirare, facile ferre morbū, pulsus bonus, facies sanis simillima, decens accubitus, totius corporis æqualitas, & alia de quibus ab Hippocrate scriptum est in prognosticis. Nam pro horum signorum viribus, illa superiora bonam malāmque crism & perfectam vel imperfectam fore ostendent. κεισιμος autem ut causa, dicitur omnis vacuatio & abscessus per quem crisis ipsa perficitur, ut vacuatio per aluum, per hæmorrhoidas, per vomitiones, per sputa, per αἰμορροῦσιν, per sudores. Omnes præterea abscessuum differentiæ, post aures, in alas, in inguina, in articulos, in cutē (est enim quidam icterus criticus) & in alias omnes corporis partes. Hæc quamuis κρισιμα ut causæ propriè dicantur, signorum tamen etiam rationem quædam habent, sicut paulò antè diximus. κεισιμος ἡμέρα. indicatorius siue decretorius dies. Dicitur dies, in quo crisis morbi contingit. Itaque ut crisis omni die fieri potest, sic & omnis dies κρισιμος esse potest. Nunc autem appello crism omnem morbi solutionem, in qua quidem significatione etiam febris ephemera crisis est. Atque ut sunt multa τῶν κρισιμων differentia, sic & dierum criticorum: alij enim κατ' ἰσοχρῶν κεισιμοι ἢ κεισιμοι appellantur, in quos sæpissimè & securissimè crises incidunt. Alij mali sunt, in quibus magna ex parte fiunt crises malæ: alij verò medij & incidentes, quibus crises contingunt imperfectæ. Est autem omnium fortissimus perfectissimisque septenarius, & qui septenario cõcluditur, ut septimus, qui morborum peracutorum terminus est, decimusquartus, qui morborum simpliciter acutorum, postea vigesimus, vigesimusseptimus, tricesimusquartus, quadragesimus, qui postremus est eorum quibus solent acuti ex decidentia morbi iudicari: & post eum sexagesimus, octuagesimus, centesimus, vigesimus & centesimus, qui, ut Galenus scribit lib. 2. de diebus criticis, cõstituitur ab Hippocrate omnium dierum criticorum finis supremus. Deinceps non diebus, sed mensibus & annis crises numerat. Et hi quidem dies quibus certa firmaque vis inest discernendi, κρισιμοι ἡμέραι ab Hippocrate appellantur. Hi autem quanquam præcipui sunt inter criticos, sunt tamen & alij quidam quos περιεπιμορτα, hoc est, incidentes vocant, quibus & sua vis inest ad iudicandum, ut tertius, quintus, nonus. Hi omnes verè & propriè critici appellantur. Dicuntur autem & eo nomine aliquando illi dies qui singularum hebdomadarum medij sunt, easque in duas partes diuidūt, ut quartus, undecimus, decimusseptimus & reliqui eodem modo, quòd sæpe in eos crises bonæ incidāt. Hi tamè proprio nomine non κρισιμοι, sed ἐπιδημοι & δεικνυκῶν, hoc est, indices & contemplabiles nuncupantur, quòd maiorem vim & proprietatem habeant ad præfagiendam contemplandamque futuram crism quàm ad iudicandum. Quarta autem criticorum dierum differentia est, in quibus ut plurimum mala crisis euenit. Hi ferè à quarto pares sunt, ut sextus, octauus, decimus, duodecimus, decimus-

sexus,

sextus, decimus octauus. Inter eos autem decimus quartus & vigesimus non numerantur, quòd ille secundæ, hic tertiæ hebdomadis terminus sit quæ impari numero còcluduntur. Itaque reuera impares numeri sunt, sicut Galenus demonstrauit. Eorum verò pessimus est sextus qui, quòd eo plures pereant, tyranni nomen meruit.

κροισμῶτα. dicuntur ab Hippocrate lib. πρὸ διαιτῆς ὀξέων, omnia quæ magis ad crisim faciunt, eamque magis promouent, ut comment. 2. Galenus explicat.

κροκιδίαι. verbum est, inquit Galenus, ab omnibus medicis de phreniticis dici solitum. significat autem tomentum legere & euellere subtegmina: sicut κροκιδίαι euellere festucas, ut annotat comment. 1. εἰς τὸ πρῶτον.

κροκίς. tomentum, floccus siue hapsus lanæ quo medicamenta excipiuntur. Apud Aëtium lib. 3. dicitur medicamenti genus κροκιδίον quod tomento exceptum ano inditur vice glandis.

κροκιδίαιον. herba est chamæleontis nigri figura. radice longa, aliquatenus lata, gustu nasturtij, aspero, semine rotundo, clypeoli forma, duplici. Semen calefacit, digerit, exiccatur, & acrimoniam habet. Galenus & Aëtius etiam κροκιδίαιον appellant, eaque ad cephalæas vtuntur.

κροκιδίαιον etiam dici à quibusdam τὸ διὰ κροκίδιον Dioscorides author est.

κροκιδίαιον. est recrementum crocini unguenti. Sic autem dicitur quod expressis unguenti crocini odoramentis & in formas digestis paretur: κροκιδίαιον enim appellatur quæ expressa aliqua materia supersunt crassa, faculenta & lignosa. Ad differentiã autem additur materiae nomen, ut κροκιδίαιον, κροκιδίαιον. Verum cum unguentum pluribus modis præparetur, palam est varias etiam haberi crocomagmatis differentias. Vnam Dioscorides recenset, Paulus duas, Aëtius item lib. 6. quartam, ab aliis differentem quæ eadem est cum ea quam Gal. recenset lib. 2. de antidotis ex Damocrate, nisi quòd amyli & gummi pondere variant. Optimi eas esse notas scripsit Dioscorides, ut odoratum sit, modicè myrrham olens, graue, nigrum, ligni expers, laue, subamarum, quod madefactum croci colorem reddit, gustatumque vehementer detes ac linguam inficit, aliquot in horas permanente colore, quale quondam fuit quod è Syria deportabatur. Hoc oculorum claritati plurimum conferre dicitur, caliginem discutere, urinam ciere, excalfacere, concoquere, mollire & respondere aliquatenus croco, utpote cuius plurima parte sit particeps.

κροκός. crocus, siue cracum. Herba est foliata penè in capillamenti exilitatem, cauliculo angusto & breui, florem producente cærulei calycis in quo flammea croci stamina, radice bulbosa copiosaq; & viuaci. Galli Mauritanos imitati saffranum appellant. Calfacit secundo ordine, primo exiccatur, paulùm etiam quiddam adstringens habet quod terreum frigidumque est. Caterùm ex croco hæc medicamenta conficiebãtur, et antequam medicis in usu, quæ sequuntur.

κροκιδίαιον μύρον. crocinum unguentum, siue ex croco paratum. Quomodo conficeretur Dioscorides explicauit lib. 1. Aliam verò eius compositionem, valde ab ea differentem. Paulus recenset lib. 7. Dioscorides suo vires tribuit calfaciendi, somnum alliciendi, siue naribus admoueat, siue illinatur, pus mouendi, ulcera purgandi, còtra vuluæ duritias atque præclusiones, præterea concoquendi, emolliendi, humectandi & permulcendi.

κροκιδίαιον κροκιδίαιον. croceum collyrium, cuius triplicis mentionem facit Galenus

DEFINIT. MEDIC.

lib. 4. τὴν κ' τὸ πους, πακκλαίου, παιδικῶ, λεονταίου.

κροκόθης πεσός. qui describitur à Paulo lib. 7. cap. 24.

κροκόθης τρώχσκος. cuius compositio habetur apud Paulum & Aëtium.

κροκὺς. herba genus. ἡ ἐλάθνιος βοτάνη, inquit Hesychius.

κρόμμυον. cera. Est olus foliis ferè porraceis, intus concavis, caule tereti & rotundo, per cuius fastigium semen in orbem spargitur, radice capitata, pluribus cartilagineis compacta tunicis, quæ summatim prætenuibus rufisque vestitur membranis, nigricante vertice, à quo fibra capillitij modo fruticant, odore lacrymoso: plura sunt eius genera: ex calfacit quarto ordine. Est autem crassarum partium, proinde flatuosa est & coctu difficilis. Quod si tandem coquatur, malum succum gignit & valdè acrem & qui facilè febrem accendat. Itaque potius inter pharmaca quàm inter alimenta cèseri debet. Incidit enim & attenuat humores crassos, aperit obstructions & hæmorrhoidas, & ex utero strangulatas olfactu excitat.

κρόνιον. sic dici à quibusdam & δελφίνιον, author est Dioscorides.

κρόταφοι. tempora. Sunt ossa duo cranij, utrinque singula ad aures sita, trilatera, parte superiore suturis λεπιδώδεις, posteriore, laterum τ' λαμβδωδῶς additamentis, anteriore sutura quæ cranio & ὄσι σφωοειδῆ communis est, terminata. Sunt autem omnium cranij ossium infirmissima, tum quòd tenuissima sint, tum quòd pertusa meatu auditorio & cauata partim ad genæ supernæ diarthrosim, partim ad venæ iugularis ramos intus & foris excipiendos. Non sunt verò simplicia sed multiformia. Namque portio eius est os λιδοειδῆ, hoc est, petrosum, quod præteris sutura λαμβδωδῶς finibus terminatur, in eaque apophysis inest quam à styli scriptorij specie γροθοειδῆ & συλοειδῆ, ab acus autem similitudine βελουοειδῆ appellant: alij verò etiam πλῆκτρον, quod galli calcar referat. Sunt & in iisdem ossibus geminæ apophyses, papillis mammarum præsertim vaccinarum similes, & ob id μασσοειδῆ dictæ, musculis inserendis seruietes, & cauæ atque extuberantes quòd aër amplis & anfractuosis earum cavitatibus conclusus magis resonaret auribus. Habent præterea aliam, quæ meatui auditorio dedicata est. Exit præterea & ab his apophysis utrinque una ad oculi angulum excurrens & dimidiam partem ossis constituens quod ζύτωμα nuncupatur. Cæterum ossa hæc omnia musculus à tota temporum cavitare exoriens contegit, innixus ossi iugali, quo solo à cerebro ipsiusque membranis dirimitur. Est autem ille valdè sensilis, ut qui ob læsus conuulsiones & stuporem inducat. motus autem duos habet: homini namq; firmanti dentes & os claudenti atque contrahenti, tenditur, hianti verò laxatur. A partis nomine cui incumbit, κροταφίτις dicitur.

κρότων. latinis ricinus. utrumque à similitudine animalis canibus præcipuè infesti. Olim apud Aegyptios dicebatur κικι, de quo supra. dicuntur & κρότωνος apud Hippocr. cartilaginea pulmonis bronchia, ut lib. 1. de morbis. Dicitur & κρότων olea morbus, qui ceu quædam solis inustio est.

κρόνιον. medicamenti compositi nomen est quod vim habet vehementem mouendi urinam. quare sic dictum est à torrētis similitudine. Eo quondam Esdras & Asclepiades vsi sunt. Cōpositio refertur ab Aëtio lib. 12. ubi agit de iis quæ ad ciendam urinam hydropicis bibuntur.

κροστουμίνιον. crustuminatum. genus est potionis quæ ex crustuminis pyris præparatur in modum τῶ ὑδρομύλου, ut docet Aëtius extremo lib. 5. Vox latina merè est quam recentio-

recentiores Græci usurparunt.

κρυσώδης πυρετός. est species febris continuæ & ardentis accensa ab erysipelate circum pulmonem consistente, quemadmodum scriptum est apud Aëtium lib. 5. cap. 89.

κρυσαλλίον. sic dictum est à quibusdam & ἄλλιον.

κρυσαλλός. crystallus. est succus intra terram frigore concretus. Itaque ex marmorum saxorumque canalibus effoditur, vel venis fibrisque detectis: aliquando aratro excitatur & torrentibus defertur. Sunt qui dicant esse aquam cælestem gelu vehementiore duratam. Vim habet crystallus refrigerandi & siccandi atque etiam adstringendi, ideoque dysentericis in vino conducit.

κρυσαλλοειδὴς ὑγρὸν. crystallinus humor. Est humor oculi duriusculus, purissimus & pellucidissimus. Sic dictus est à similitudine crystalli, siue eo nomine glaciem, siue crystallum propriè dictum intelligamus. Nam & mediocriter durus est, & exquisitissima præterea puritate, pelluciditate claritatèq; perspicuus. Est autem ei eiusmodi durities, ut per sectionem à cæteris oculi partibus solutus nõ defluat, sed instar molliuscula cera per se consistat, suamque asseruet figuram. Nec verò eo durior humor ullus in oculo continetur. Candidissimus autem est & splendidissimus, quoniam sit primùm videndi instrumentum. Solus enim à coloribus alteratur, & in eiusmodi corpore omnes colores facillè citòque suscipiuntur & relucet, neque propter puritatem & coloris sinceritatem vitiantur adulteranturque. Figuram habet rotundam sed depressam anteriori posteriorique parte & latiusculam, nec tam rotundam & protuberantem quàm à lateribus, & superna infernaq; parte, quòd ad perfectiorem visionem sic formatum esse expediret: figura enim exactè rotunda, paucioribus sui partibus, plana autem pluribus cum suis obiectis communicat. Situs est in medio oculo estque eius veluti centrum, propter dignitatem & præcipuum in videndo usum. Nutritur humore vitreo quem habet à tergo, nõ per venam quidem, quæ nulla inest, sed per διάδορον alimenti.

κρυώξ. olus apio simile, apud Hippocratem, nascens iuxta mare, ut scribit Erotianus.

κτύς. cunnus. totus ipse sinus pudendi muliebris.

κτύς. dicuntur à quibusdam dentes primores acuti qui & δὶχαστῆρες & γλάστωι vocantur. Sunt etiam qui κτύας vocent partem manus externam, τὸ δὲ δέναι oppositam, quam propterea alij ὀποδείων, alij πλοκῆς πορ, alij δόρον appellant.

κυνάδιος. sic dicitur chirurgici specilli pars altera concava, in parvi cyathi modum, quæ aliquid vel extrahi, vel infundi potest. vide μίλι.

κύνος. cyathus. Est & liquoris & rei aridæ communis mensura apud Romanos, ligulas siue cochlearia quatuor continens. Erat autem sextarij pars duodecima: apud Atticos autem & ipse tam liquidorum quàm aridorum mensura erat, capiēs ὄγχεας duas, siue μύσρα quatuor, siue χύμας quinque, siue fescūciam, id quod notum esse potest ex Galeno lib. 2. τῆν κὲ τὸ πούς cap. 5. scribenti è Critone remedia ad varos. Mellis, inquit, Attici cyathum unum siue drach. duodecim, apud Romanos quidem cyathi nota erat ista, C. v. apud Græcos verò hæc, Ϟ.

κύνος. faba. Est legumen valde aliquando procerum scapo recto, folio carnosso, portulacæ simili, flore cristato, versicolore, hirtio, siliqua plerumque semipedali, fructu intus lato humani unguis effigie. Ea autem maior etiã est faba Ægyptia, quam alij Colocasiã, alij Ponticã vocant, ut quæ calamo sit quatuor cubitos longo, folioque

DEFINIT. MEDIC.

latitudine concavitatēque spectabili, ita ut aquam continere possis, & Alexandri-
nis poculorum & catinorum usum præbeat, qui adeò Nili sui doribus gaudent, ut
implexis colocasiae foliis in variam speciem vasorum, potare gratissimum habeant.
Ex iis autem factum poculum Athenæus, Strabo, Hesychius κωβέου dici testantur.
Quò factum est, ut sæpe apud medicos τὸ κωβέου nomen occurrat pro mensura, non
quidem certa, sed simpliciter rei alicuius mensurabilis capaci, quæ & κωβέου &
κωβέου vocata fuit, qua liquores metiuntur, ut apud Aëtium, ubi de picra exhi-
benda ait, ἡ δόσις κωβέου πῶ μολιράτου κωβέου δ'. Ἐπιπέροφείτω ὕδατος δερμῶν κωβέ-
ου β'. Similiter apud Gal. lib. ad Pamphilianum de Theriaca, ubi scribit eam ex
passo aut aqua mulsa exhibendam fabæ Ægyptiæ magnitudine.

κίαιος. ceruleus. lapis est, siue succus in metallis concretus. Duplex est. Natiuus & fa-
ctitiuus. Natiuus fossilis est, & in venis fibrisque ortus aut per se reperitur sabulo
arenæque dura similis: aut abraditur à materia metallica, plerumque similis arena.
hic tantopere amat chrysocollam, tantaque illi naturæ familiaritate coniunctus est,
ut hi duo succi cōcreti frequentissimè simul nati uni eidemque glebæ metallicæ ad-
hæreant, videaturque alter propè appositus alterum inclusum sepire atque comple-
cti. Factitiij autem plures sunt species, atque ex his aliqua natiuo preciosiores, qua-
rum præstantissima fit hoc modo. In vasculum quernum infundunt libras tres acer-
rimi aceti, in quo factitiij salis ammoniaci in pulverem triti quadrans fuerit dissolu-
tus, atque in vasculi medio bacillum stabiliunt, deque eo laminas argenteas rimulis
plenas suspendunt, ut modò non attingant acetum, rimulas autem prius argèto vi-
uo oblinunt, deinde vasculum operculo obturant, & fimo terræque obruunt. Post vi-
ginti dies vasculum aperiunt, id quo laminae veluti situ squalent, deradunt, atque
vasculum secundò tertiòque fimo vel terra obruunt, vicissimque deradunt, usque
dum laminae deficiant: tum novas de bacillo suspendunt, quæ ubi etiam ipsæ fuerint
vi aceti consumptæ, id quod collectum est in catinum intus spuma argèti obductum
iniiciunt, subiectisque carbonibus ardentibus paululum urunt, mox ablatum & re-
frigeratum lauant aqua pura. Postquam verò omne subsederit, aquam effundentes
in sole exponunt ut siccetur, faciuntque hoc modo ceruleum longe præstantissimum.
Ceterum pictores tam natiuo quàm factitio utuntur, medici natiuo tantum, cui vis
est reprimendi, erodendi, & exulcerandi.

Est & κίαιος floris nomen in frumētario agro nascentis, calyce rosarum, sed squa-
roso atque tristi, plurimis stipantibus ceruleis barbulis: eo pueri ad coronas utuntur.
κίαιος. ἢ τὸ βελόνος τρήμα, hoc est, acus foramen, apud Hippocr. Dicitur & ab anatomicis
κίαιος auriculæ foramen internum & penitius.

κίβισμ. ἢ ὀλέκρωμορ: hoc est, os cubiti apud Hippocr. quod & ἀγκῶν dicitur. Dioscori-
des autē τὸ κίβισμ τὸ βραχίονος sic nominari dixit, ut scribit Gal. Bacchius autem,
ut scribit Erotianus, interpretatus est κωβέου ὀστέου καὶ πῶ πῆξιω, sed longè plu-
res τὸ ἀγκῶνα.

κωβέου ὀστέου. os cubicum. Est os unū ex quatuor tarsi ossibus, solum nomine donatum,
cūm reliqua tria careant nominibus. Id calci articulatur ipsamque excipit, cūm reliqua
tria tarsi ossa scaphoidi cōiuncta sint. Sic dictum est quod cubo simile sit. Verūm la-
tenbus omnibus est admodum inæqualibus & ferè asperis, ut vix quicquam aliud
quod latera sex habeat cum cubo communia. Sed & internum eius latus geminum
apparet.

apparet. Est autem os κροβιδίς, ut & reliqua tarsi ossa, intus cavum, foris gibbum. κροβίς. sic à quibusdam vocantur spine vertebrae, & praesertim colli.

κροβίδια. cotonea malus. Arbor est omnibus nota, malo vulgari haud quaquam ab similitis, mala ferens varia, omnia adstringendi vi praedita & stomacho utilia, ex quibus oleum fit quod μύλωνος appellatur. In iis scammonium praeparandum esse Gal. lib. 1. de aliment. facult. docet, ne stomacho noceat.

κροβίδια. herbae nomen est apud Galen. lib. 1. τὴν κροβίδια τὸ ποῦς, qua Galenus odorata reddi medicamenta scribit. Sic videtur dicta à similitudine odoris ad mala cotonea. Quae sit tamē incertum mihi est: nisi ea forte sit quam Plinius à Gallis Halum vocari, à Venetis cotoneam scripsit.

κροβιλωρ. emplastri nomen apud Galen. lib. 4. τὴν κροβίδια. refertur & ab Aërio lib. 15. magnique omnino usus ab eo esse proditur.

κύμα. cœceptus. sic dicitur factus duobus primis mensibus, ut declarat Galenus his verbis lib. 1. de symptr. causis: κατὰ μὲν εὖν πρῶτους δύο μῶνας ὀλίγου ἰδιωτῶν τῶ αἵματι εἰς αὐτὸν εἰς ἔμβρυον, ὡς αἰετὶ μὲν κρότατον ὑπὸ ἐχθρῶν οὐδ' ἔμβρυον ἴδῃ πω καὶ λαίπει κατ' ἐκείνων τὸν χρόνον, ἀλλ' ἐπὶ κύμα. *Quaquam autem κύμα animalium proprie sit, in iis tamen quae florēt praesertimque in brassica, tum à Græcis, tum à Latinis etiam authoribus usurpatur. Cymata enim in iis quasi κύματα vacarunt scaporum deliciores tenerioresque coliculos quos appetente vere in prima florū germinatione & in summa stirpe hoc olus profert, discretis, verum clausis adhuc, florū calycibus, quales quotannis videre licet, in quibus floris primum mox seminis fetus clauditur. Theophrastus lib. 7. de plantis scribit à Græcis κύμα dici in quo flos ad semen clauditur. Latini non tantum cymata neutro genere dicunt, sed etiam fœminino cymas.*

κρόνον. nomen est collyrii quod à cinereo colore etiam κρονον dicitur. describitur à Cornelio Celso lib. 6. cap. 6.

κυκεών. est potio constans variis alimentis vino mistis. Sed varia quidem & diversa secum misceri possunt, omnia tamen in cyceone cum vino temperantur. Est enim τὸ κυκεῶνος nomen commune omnium potionum vinum habentium. Homerus cyceonem suum ex mista farina caseo. apparatus in sorbitionis usum. Alius herbarum, aut hordei succum vino miscuit. Etymologici author mel cum vino cyceonem dicit vocari. Habent nūc & Flandri suos cyceonas. Itaque κυκεών, ut ait Galenus comment. 6. in lib. 6. τὴν ἐπιθυμιῶν, non est potio simplex, sed in seipso cibum continet, ideoque cerebrum minus quam merum offendit, praesertim si ex mediocri mistura cibi vinique constet. Erotianus scribit apud Hippocr. κυκεῶνα dici πύμα μὲν ἀλφίτου τετραγυμίου.

κυκλάμιος. herba est foliis hederæ purpureis, variis, in quibus sūsque deque albicant macula. caule nudo, quater nos digitos aequante, floribus in eo purpureis, rosarum effigie, radice nigra & aliquantum lata, ut rapū videri possit. Exterget, incidit, aperit, attrahit, digerit. Est & altera κυκλάμιος, foliis & ipsa hederæ, sed minoribus, geniculatis caulibus crassisq; circa vicinas arbores capreolorum modo se voluentibus, flore candido, odorato, acinis hederæ mollibus, lenti gustus, aliquantulum acris, radice superuacua. Priorem panem porcinum, alteram sigillum maria vulgus appellat. Praeterea cyclaminum tertiam Plinius sibi demonstratam asserit cognomine chamacisson, uno omnino folio, radice ramosa qua pisces necabantur, quod Diosco-

rides nomine tenus primæ cyclamino attribuit, ἰχθυόθεν ἀπὸ pisciū venatu appellans.
κυκλίοντα. περιειρωῶτα καὶ περιδραμόμενα, apud Hippocratem.

κύκλισκος. idem quod πρόχισκος. orbiculus, pastillus, de quo vide suo loco.

κύκλισκος. est scalper excisorius canius. sic dictus est quòd ima sui parte ad circuli figuram accedit. Eius usus est in fracturis capitis potissimum, quum illæ usque ad membranas peruenerunt: eo enim quod contusum est, excidi debet. Verumtamen quod per eos opus administratur, vitio quidem omnino non caret, cum quatiat immodicè caput. Si tamen magnæ sint fracturæ, & ossa quæ fracta sunt vehementer mota, commodum est cycliscis uti. Sunt autem plures eorum differentia. Alij enim latiores, alij angustiores fieri possunt.

κύκλοι περὶ ὄπου. τὰ μῆλα, hoc est, mala apud Hippocratem.

κυκλώπιον. albugo oculi. totum illud dicitur quod in oculo albicat. Aristot. λευκὸν vocat.

Dicitur etiam σφωδὸν per metaphoram, quòd non aliter pupillam quàm pala annuli gemmam includat.

κυκνάεια sive

κύκνοι. sunt collyria quædam ἄδικτα multorum generū. Ex his enim alia dicuntur κύκνοι simpliciter, alia cum addito, ut κύκνος reginæ apud Galenum & Aëtium. & κύκνος ex terra Samia apud Galenū lib. 4. τῆν κὲ τὸ πόνος. κύκνος κίβδος & κύκνος λευκός apud Paulum Aeginetam. nec dubium est à colore sic appellari. Præualebat enim in iis amyllum, & terra Samia & cerussa Rhodiaca. erant mordacitatis expertia, & longiori tempore affectæ partis vitiatum humorem cōsumebant. Eadem verò etiam λυβιαῖα dicebantur.

κύκλον. dicitur apud Hippocrat. crus varum, id est, in exteriorem partem luxatum vel conuersum, adeò ut suræ processus qui talum exteriùs complectitur, sine stabilimento ullo suspensus relinquatur: quamuis proprie mutilum & imperfectum significet, ut scribit Galen. lib. 3. de diebus criticis, dicens in ea significatione vulgò mensẽm κύκλον appellari qui diebus viginti nouem constet: alios autem perfectos, qui triginta habeant.

κύκλωσις. significat apud Hippocrat. distortionem cruris in exteriorem partem, ut Gal. annotauit comment. 4. ἐκ τῆς περιειρωῶσης. Idem tamen comment. 3. dicit nonnullos de omni longorum membrorum distortionẽ κύκλωσιν intelligendam censere, generalèque ei tribuere significatum. Alios verò eo nomine distortionem tantummodò intelligere, in qua in interiorem partem membrum inclinat.

κυματώδης σφυγμός. undosus pulsus. Est pulsus inæqualis in una pulsatione & diuersis arteria partibus, in quo non tota simul distenditur arteria, sed pars post partem, in modum undarum. Cum enim fluctuationis initium à supernis duci perspicuum sit, atque ad arteria fines terminari, pars arteria superior & cordi vicinior primùm distenditur, deinde alia secundo digito tacta, mox alia tertio, postremò quarta pollicis ægri vicinior, motu tamen manente continuo, instar undarum sese attollentium, secūda unda priorem semper excipiente. Neque enim in hoc pulsu interruptus motus est, sed prioris partis arteria distentionem secundæ partis distentio ita consequitur, ut nulla pars à motu libera sit. Sunt autem undosi pulsus variæ differentia, quòd quibusdam recta, quibusdam in obliquum undæ ferantur, præterea in longum, latum & profundum. Cæterum cum undoso pulsu coniuncta magnitudo est, quòd si accedat

accedat paruitas, σκωλικίζωρ dicatur. Ambo enim cūm in eodem genere positi sint, sola quantitate distinguuntur, causarūque magnitudine. Sunt autem eorum causa, facultatis imbecillitas, vel copia humorum, vel summa organorum mollities. Nam cūm à principio in singulas arterias permeans contentio pari firmitate totum vas attollere nequeat, quæ propinquior principi parti est, motum orditur primūm: quæ remotior, serius. Minor tamen in undoso pulsū imbecillitas, maiórque humorū abundantia, quàm in vermiculante.

κυμβάλιον. est alterum genus τῆς κοτυλιδίνος, id est, umbilici Veneris, ut habetur apud Dioscoridem. vide κοτυλιδίων.

κύμβρον. dicitur à quibusdam ἑσσύμβρον.

κύμιον. cuminum. frutex est unicaulis, frequentibus ramulis, folio penè fœniculi, semine nudo, copioso & canaliculato, radice subrotunda, quasi bulbosa. Id autē sativum cuminum est, cuius semen tertio ordine excalfacit, urinam inde mouens & flatum extinguens. Est & alterum cumini genus quod sponte nascitur & syluaticum vel agreste nuncupatur, frutice modico caule palmum alto, prætenui, quaternis quinifue foliis veluti serratis, gingidij diuisura. Capitula in cacuminibus quina senaue sustinet, rotunda, mollia, paleaceum semen complexa. Acrius efficaciusque multò est quàm sativum.

κύμιον αἰθιοπικόν. Id dicitur quod in Æthiopia nascitur, ori valdè gratum, primūmque bonitatis locum in satiuo cumino obtinens. Id Hippocratem βασιλίον, hoc est, regium appellasse Dioscorides scribit: licet quidam δ'άμιμ interpretentur.

κύμιον θηβαϊκόν. sic dicitur à quibusdam cuminum agreste.

κύμιον λαγυόν. sic dictum fuisse à quibusdā τῶν λαγυόνων Dioscorides authore est.

κωάγχα. angina. Est morbus acutus in gutture consistens cum angustiae sensu & spirandi difficultate. Id quidem videtur τῆς κωάγχαε nomen apud Hippocratem significare, etiamsi nullus tumor in gutture appareat, sed sola spirandi difficultas, nullo existente vel in pectore, vel in pulmone vitio. Qua quidem in re differt angina concursus à peripneumonia & laterali morbo, atque ex eo quòd angustiae sensus in gutture est. Sic enim scribit ἐν τῷ περὶ πνεύσεως: angina periculosissima est & celeriter enecat, si neque in faucibus, neque in ceruice quicquam apparet, si dolor vehemens est, si vix spiritus trahitur: etenim eodem die iugulat, licet interdum vsque ad alterum, aut tertium, aut etiam quartum diem protrahatur. Quæ verò in reliquis, non minore quidem dolore afficit: in faucibus verò tumorem ruborēque excitat. superiori non minus periculosa est, sed longius spatium habebit, præcipuè si vehemens fuerit rubor. Sed tum præcipuè malum protogatur, cūm non solum fauces, sed ceruicem quoque rubor occupat. Maxime verò potest ab ea secunda valetudo contingere, si rubor simul & ceruicem & pectus comprehendat, neque ad interna reuertatur erysipelas. Igitur ex his verbis haud dubia coniectura est omnes affectus qui huic loco accidunt, si spirationem quoquo modo reddat deteriore, ab Hippocrate κωάγχαε nominari, cūm nondum curæ esset medicis vel κωάγχαε, vel κωάγχαε scribere, multòque minus περὶ κωάγχαε, vel περὶ κωάγχαε dicere. Hæc enim nomina à posterioribus medicis inuenta sunt, quibus eorūdem anginae species designarent. Sunt autem hæc quatuor, quas hoc modo Paulus enumerat. Prima cūm interni τῆς φάρυγγος, id est, faucium muscoli inflammati sunt: vobis autem fauces internum oris locum ubi simul

DEFINIT. MEDIC.

conueniunt gutturis gulaeq; extrema: atque hac proprio nomine *κωάγγα* appellatur. Secunda, cum exteriores faucium musculi patiuntur inflammationem, quae *παρεκωάγγα* dicitur. Tertia, quando interni musculi *καλέουγος*, id est, gutturis, inflammatur, quae peculiari nomine *κωάγγα* vocatur. Quarta, cum externi eiusdem gutturis musculi laborat inflammatione: atque hac *παρεκωάγγα* nominatur. In quibus quidem differentiis describendis libuit Paulum potius sequi quam Galenum. Est autem praeter eas etiam quinta anginae species, luxatis & prominentibus colli vertebris in anteriora, pueris praesertim ex casu eueniens & ferè incurabilis. Itaque abscedentibus ad anteriora vertebris, locus quidem cauus in ea apparet, qui sine dolore non attingitur: musculi, qui cum ipsis comunicant, intumescunt, atque interdum alij, tum qui proprij sunt gutturis & ipsum aperiunt, tum qui gulam gutturi coniungunt aliquando verò obnascitur tuberculum, aut gula quoque ipsa interdum vitiatur. Et hanc quidem anginae speciem Hippocrates multis verbis lib. 2. τρῑ ἐπιδημιῶν persequutus est, ut refert Galen. lib. 4. de locis affectis, deque ea aphorismum 35. lib. 4. conscripsit. Eam scribit Aëtius proprie *κωάγγα* à veteribus appellatam fuisse, quod lingua propter luxatum verticulum à sua radice mota, & propriis sedibus excedente, factaque multum difficili respiratione, cogantur aegri aperto semper ore hiare & respirare, & canum in morem linguam exerere. Est autem omnibus anginae differentiis communis deglutiedi difficultas, adeò ut potus saepe per nates remeet. Caterum quae de angina prodidit Corn. Celsus non sunt valde consentanea iis quae modo retulimus, propterea consultò sunt à nobis praetermissa: habentur ea lib. 4. cap. 4.

κωαγγίης. sic dicitur à quibusdam *ᾱβερόπορος*, ut habetur apud Dioscoridem:

κωάνθρωπος, ii. morbus qui *καλοῦνθροπος* appellatur siue *ληκανθροπία* de qua suo loco.

κωία. herba est cuius cauliculus duum plerumque palmorum est, folia herbae mercurialis aut hederæ, subcandida ex interuallis, semine apud folia patulo & rotundo. Graeci aliis nominibus *κωοκράμβω* & *λιόζωσι ἀγρια* vocant. Officinae nostrae syluestrem atriplicem. Sunt qui existiment syluestris esse bliti genus:

κωικὸς πασμός. canina conuulsio. Est affectio musculorum maxillarum per quam os, nasus, oculus, atque adeò dimidia faciei pars in obliquum torquetur. Pertinet praecipue affectio hac, ut ait Galenus, ad musculum latum, quem *μνάδης πλάστωμα* appellant. Celsus lib. 4. scribit *κωικὸν πασμόν* non aliud esse quam distentionem oris. Hanc nonnunquam videas dici conuulsionem, nonnunquam verò paralytim. Sunt enim huius duae causae, spasmus & paralytis. Sed spasmus quidè eius partis quae apparet distorta: paralytis autem partis oppositae quae videtur naturalem habitum seruare. Omnis enim pars quae conuellitur, siue id ab inanitione perpetiatur, siue a repletionem, sursum primum contrahitur, deinde secum connexarum quoque partium musculos attrahit. In paralyti verò aliter contingit. Siquidem propter musculorum resoluta partis imbecillitatem impotentiamque, nerui qui in opposita habentur parte illis praualentes, perpetuam actionem exercent, ad principium suum recurrentes, neque ab ea desistunt, quod à neruis oppositis non reuocentur. Vbi enim neruarum quos aduersis in partibus numero, magnitudine & robore aequales natura inferuit quaedam ἀντίστασις & veluti aequilibrium est, si hi resoluantur, illos perpetuò solos agere oportet, atque ita ad originem suam recurrentes musculos etiam eo adducere.

κωόλλωστρον. lingua canina. herba est sine caule, humi strata, folijs latifoliae plantaginibus, arctioribus,

arctioribus, minoribus, lanuginosis: provenit in sabuletis. Non est ea quæ officinis lingua canis vocatur.

κωώλλωσσορ. etiam dici plantaginem quæ nomine peculiari ἀρνόλλωσσορ vocatur Dioscorides author est, non quod quæ verè κωώλλωσσορ dicitur, plantago sit, sed non dissimilem foliorum figurā habeat. Quæ quidem appellatione minor potius quàm maior intelligi debet, quod τὸ κωώλλωσσορ propriè dicto similior sit quàm maior.

κωωδίσσοριον. dicitur vinculum quo membri genitalis cuticula cum glande colligatur. Id. etiam κωώα appellant. Latini canem aut caninum vinculum dicere possunt.

κωωόδοντες. canini dentes. sunt dentes quatuor inter incisivos & molares singuli siti. duo superna in gena, & totidem in inferna sunt, singulares radices fortissimi. Hi à basi rotunda in acutissimum mucronem fastigiati desinunt. valent ad ea frangenda quæ à primis dentibus incidi non possunt. Siquidem ut incisivorum dentium munus est cibos molles dividere, ita horum est duros valenter confringere. Sic dicti sunt etiam in homine, quod sint canum dentibus quàm simillimi. vide in dictione ὀδοντες.

κωωοειδής. dicitur à quibusdam & Ἰούλιον.

κωωόζολον. dicitur à quibusdam chamæleo niger, ut habetur apud Dioscoridē, propter gravitatem odoris.

κωωοκίρδαμμορ. sic à quibusdam dici & κίρδαμμορ Dioscorides author est.

κωωοκίφάλιορ. dicitur à quibusdam & Ἰούλιον.

κωωοκίραμβι. dicitur à quibusdam & ἀπὸ κωωορ, ut scribit Galenus. Sed Dioscor. κωωίαν alio nomine vocari scripsit.

κωωοκτόνορ. dicitur à quibusdam & ἀπὸ κωωορ, ut scribit Nicander in alexipharmacis. Canes enim, si ab his edatur, interficit.

κωωόμαζορ. dicitur à quibusdam chamæleo niger, ut habetur apud Dioscoridem.

κωωομώοιορ. dicitur à quibusdam ἢ ὀρεβάκχῃ, ut habetur apud Dioscoridem.

κωωόμαζορ. dicitur à quibusdam & ἀπὸ κωωορ, quod & alio nomine κωωοκίραμβι vocatur. Sic autem & Ephesius Rufus anigmaticè appellavit τὸ κωωόβαζορ, ut scripsit Galenus lib. 1. τῆς κωωότοπος.

κωωόμορφος. sic quidam τὸ κωωόκορ appellant, ut habetur apud Dioscoridem.

κωωομύα. dicitur à quibusdam & Ἰούλιον.

κωωόξοδον. species rosæ est, florem roseum ferentis, & spōgiolas habens quibus ὁ κωωόβαζορ caret, atque ab eo distinguitur. Plinius author est florem lilij nascentis in Italia cynorrhodon vocari: quod & Hippocr. accepit cū rubentia cynorrhoda fæminarum purgationibus commendat in vino.

κωωόβαζος. rubus caninus, vel sentis canis. est frutex multò amplior rubo, arboris instar, foliis logè quàm myrtus latioribus, aculeis circa virgas robustis, flore albo, fructu oblongo, simili nucleis oliuarum, & cū maturescit rubente, lanea intus natura. Columella sentem canis nominat: Galli vulgò englenterium vocant. Vim habet adstringendi, sed maximè fructus qui κωωόβαζα appellantur.

κωωόβαζος. dicitur à quibusdam capparibus, ut habetur apud Dioscoridem.

κωωόςδεξας. testiculus canis: dicitur & simpliciter ὀξας, de quo vide suo loco.

κωωώδης ὀξείς. canina appetentia. vide ὀξείς κωωώδης.

κωωωειστικός. genus unum est tithymalli, caule palmeo aut etiam proceriusculo, subrubente, foliis pinus tenerioribus exilioribusque, omnino ut novella pinus possit existi-

DEFINIT. MEDIC.

mari: hic lacteo succo manat, cui eadem vis quæ & aliis tithymallis. κνπαιωσται vocant propter foliorum similitudinē caule gemino aut triplici nascentem in cæpestribus. κνπαιωσται. cypressus. Est arbor procera, caudice oblongo & tereti, folio pini, sed magis carnosus, amarus, neque ita pungens: fronde decidua, odore vehemēti. Semē comis in nascitur prætenue, exile & quasi laricis fructui proximū, quod pilula sua fatiscere labitur. Nomen in officinis retinet, adstringit & resiccatur, neque acrimoniae & caloris expers est, sed ea prorsus habet moderatissima. Dioscorides refrigerandi vim illi tribuit.

κνπιδρος ἡ

κνπιδρος. cyperus. herba est folia ferens porraceis proxima, sed longiora & exiliora, caulem odorati iunci, cubitalem aut maiorem, angulosum, in cuius cacumine minuta folia cum semine exoriuntur, radices coherentes inter se oleis oblongis similes aut rotundas, nigro colore, suavi odore, amaro gustu. in officinis nomen retinet. Rura fouchetum vocant. Corn. Celsus iuncum quadratum nominat. Eius radices magno in usu sunt, calefacientes & exiccantes citra morsum. Habent & quippiam adstringens atque incidens. Aliud præterea cyperi genus Dioscorides tradit in India nasci, gingeris effigie, quod manducatum croci vim reddit, gustu amaro sentitur, & illuc præsentem psilothi vim exhibet. Id Ruellius contendit esse quod ab officinis terra merita appellatur.

κνπιδρις. dicitur authore Plinio cyperi radix quæ oblonga est.

κνπιδρος. cypirus dicitur à Plinio gladiolus, ac quamvis multi cyperum à cypiro non distinguant, vicinitate nominis fallente, nos, inquit, utrumque distinguemus. Non tamen Græci videntur aliquam eius mentionem fecisse.

κνπιδρος. ligustrum. Est arbor foliis oleæ latioribus, mollioribus, colore viridioribus, flore muscaceo, candido, odorato, semine atro, non absimili sambucino acino, effigie coriandri. Arbor ipsa à Gallis vocatur troena, in dumetis frequens. huius folia summæque germina vim quandam digerendi cum aquea substantia modicè calida, habentque etiam adstrictorium quiddam ex terrena & frigida substantia. Eius flos coquitur in oleo premiturque, siquæ; quod κνπιδριος oleum vocatur, modica adstringendi facultate, & maiore quadam vi calefaciendi præditum.

κνβασια, ἡ λεζομυνη παρα, apud Hippocr. quam quidam pileum barbaricum dicunt.

κνβια ἡ μιδρα. dies dicitur ab Hippocrate qui aliquid certo iudicat & decernit, & in quo iudicia rata firmæque sunt.

κνβιακὸς πρεχλοσος. pastilli nomen est ad nomas & putredines utilis, ut scribit Orbasius. hic alio nomine ἀσκλιπιδος appellatur. Refertur ab Aëtio.

κνβια. palea, furfures, & hordei purgamenta, apud Hippocratem.

κνβια ναιτου. παραηται, apud Hippocratem.

κνβισος. podex, apud Hippocratem.

κνβιδρις. sic dicitur auricula parte sui extrema, qua ab anteriore in posterius vertitur & quasi reflectitur.

κνβιωμα. Hippocrates in prognost. appellavit οιδημα, hoc est, tumorem omnem præter naturam generali significatione, sicut Galenus comment. 2. annotavit.

κνβιωσις. gibberositas, siue gibbositas. est spinae dorsi distortio in posteriorem partem. Hac & ὀπισθοκνφωσις appellatur, vel simplici etiam nomine κνφωσις, ut annotavit Gal. initio comment. 3. ἐστὶ τὸ ἐπὶ ἄρθρων. Opposita huic contortio dicitur λοξωσις, spinae vertebrae

vertebris in anteriorem partem conuersis.

κύνσπερος. podex. apud Hippocr. lib. de natura fœtus: ὅς τὸν κύσπερον ὄδὸς γίνεται ἀπὸ τῆς κοιλίας καὶ τῆς ὑπὲρ ἑξῶ. dicitur περικτὸς ἔσθρα.

κύνσιγξ. κύστις μικρὰ, hoc est, parua vesica apud Hippocratem.

κύνσιγξ φλίβος. dicuntur venæ gemellæ sibi quæ valdè vicinæ quæ è trunco venæ portæ seu propagines quædam exortæ, inseruntur in collum ἔ corpus vesicæ bilem continentis, quam κύστιν ἀλυδὸζον appellant.

κύνσις. vesica. Est pars membranosa, urinam à renibus excipiens ἔ foras excernens. Duabus constat tunicis, una propria ἔ interna villis valdè intertexta, intus rectis, foris trāsuerfis, mediis inter hos obliquis, altera verò exteriore, ex peritonæo pubis os intus vestiente orta. Vtraque latissimè distendi ἔ rursus in breuissimum spatium contrahi potest, eamque ob causam vesica à plerisque nervosa dicta est ex quadam similitudine, ut ἔ reliqua omnia alba ἔ exanguia, quoniam plurimum extendi, rursumq; in se ipsa retrahi ἔ subsidere videntur, quamuis ex nullo nervoso corpore originem ducant, ut nec vesica ipsa, quæ neruulos tantum recipit partim à ramo sextæ coniugationis qui per costarum radices ad partes ventris inferni tendit, partim ex infima spinali medulla deriuatos. Præter hos autem nervos etiam venæ ἔ arteriæ inter vesicæ tunicas à colli lateribus ad usque fundum sparse sunt, à ramo per foramen ossis pubis in crus descendente. Illæ sanguinem ἔ spiritum vesicæ subministrant, cum ipsa alioqui exanguis sit. Ex earum partium numero habetur, quæ excrementorum sunt receptacula. Etenim in eam renes tanquam in lagenam urinam deponunt per meatus οὐρητικὰς dictos qui à renibus prodeūtes, obliquo itinere delati inter ipsius tunicas, paulo supra ipsius os, inseruntur. Eam ubi continuerit donec vel quantitate vel qualitate molesta sit, excernit: in fœtu quidè quamdiu utero continetur, per ἔραζον in cavitatem tunicæ allantoidis, editis autem in lucem foras per ἔρηθρον. In hos enim meatus urina fertur è vesica per ipsius ceruicem, quam musculus ambit trāsuerfis constans fibris, quibus unde quaque constrictis, vesicam claudit ne urina effluat.

κύνσις ἀλυδὸζος. folliculus fellis. vesica bilem continens. Est vesica in cauis iecinoris sita, inter venæ portæ ἔ cauæ radices, bilem ex iecinore attrahēs. Constat simplici tunica, villos habente intus rectos, nec ita multos, foris trāsuerfos, ἔ medios horum obliquos. Ac rectis quidem bilem trahit ex hepate, obliquis retinet, trāsuerfis verò expellit. A collo enim suo stomachos habet duos, unum in hepar, inter venæ portæ ἔ cauæ radices numerosis surculis distributū, quibus bilem in se allicit, alterum verò ratò geminum, sæpius simplicem in ecphysim delapsum, quo in ipsum ἔ intestina bilem flauam expellit, eversa facillè gemina membrana eius osculum in ecphysi claudente. Maximo illa hepatis lobo dimidia mergitur, reliquam simæ hepatis tunica tegit ad venæ portæ exortum, à qua venulas duas, quas κύστις quibusdam appellare placuit, ἔ à vicina hepatis simæ arteria arteriolas in imū usque fundum admittit. Recipit verò etiam unam portionem quandam nerui qui à sextæ coniugatione per costarum radices dextra parte ad partes ventris inferni peruenit.

κύνσιος. dicitur, ut Plinio placet, primus partus mali Punicæ florere incipientis. Dioscoridi flos est mali Punicæ, ipsius Punicæ inuolucrum, siue capitulum, quo flore decussō semen cōcipitur. In hoc ipso cytino flosculi sunt antequam scilicet malum ipsum pro-

DEFINIT. MEDIC.

deat erumpentes, quos balauſtium vocat Plinius. Adstringit & ſiccatur.

κύνος dicitur à quibuſdã ἰσοκυνῶν: ea enim malo granato immaturo ſimilis eſt.

Sunt & qui futura mori poma cytinòs dicant, quãquã alij ricinòs nõ cytinòs vocent.

κύνος. cytiſus. frutex eſt incanus totus, ut rhamnus, cubitalibus ramis, ſæpe maioribus, circa quòs folia ſæniſſimi aut lori trifolia, ſed minora, dorſo in mediis tumente. Odor erucæ ſi digitis terantur, commanducatis guſtus cicericis recentis. Vim habent digerendi, aqueæ & temperatæ miſtam, ſicut & malua. Cytiſum Romani trifolium maius appellant.

κῦμα. Egyptianum nomẽ eſt. eo thymiamatis compositio deſignabatur dicata diis, quam ſacerdotes veſpere quotidie cremabant. Erat autẽ miſcella, ut Plutarchus ait, commentario de Iſide & Oſiride, propter quadratum numerum ſedecim literis ſacris contenta, ex melle, vino, uua paſſa, cypero, reſina, feſeli, aſpalatho, myrrha, iunco, bryo, calamo, utraq; iunipero, lacaphtho, cardamomo, bitumine. Id autem κῦμα ἰδρωτικόν, hoc eſt, ſacerdotale ſeu ſacrificum appellabant. Dioſcorides proximam cõdendi huius rationem explicauit, ſcribens & alias pleraſque eiſdem confectiones tradi. Neque enim religionis tantum cauſa, ſed etiam ad ſanitatẽ uſurpabantur. Si quidem ualebant & ad conciliandum odorem gratum, & naribus ab antiquis admovebantur, ut catharros concoquerent, ſoluerent obſtructiones, purgarent cerebri uentriculos & morbis peſtilentibus reſiſterent. Per os quoque aſſumebantur, ut peſtori inherẽtia concoquerent, & iecinoris frigiditytẽ emendarent. Ac quanquam permulta ad eos uſus compositioes eſſent, dua tamen præcipuẽ fuerunt cognomen- tis inſignibus, & à Paulo & ab Aëſcio deſcripta, quarum unam κῦμα ἡλιακόν, ſiue ὁ ἄξ τῆν λς', hoc eſt, Solare, ſiue ex triginta ſex rebus compositum: alteram uero κῦμα ἡλιωτικόν ἢ ὁ ἄξ τῆν κς', id eſt, Lunare, ſiue ex uiginti & octo rebus apparatus uocabatur, uel quòd illud Soli, hoc Lunæ priuatim incenderetur & inferuirit, uel quòd maximè probabile eſt, quia illud in Solis formã, hoc in Luna figuram effigiatum eſſet. Solebant enim antiqui thymiamata iſta ſpecie quadam effingere, quòd & hodie in iſdem uidemus obſeruati: formantur enim etiam nunc in auiculariũ modum quas cyprias auiculas, corrupto nomine pro cyphias uocant, uel ſigillo tamen ueteris nominis adhuc relucente.

κυφοδὲς. dicitur medicamentum in formam τῆς κῦμας compositum. Idem tamen reuera eſt quòd κῦμα, ſed quia & κῦμα propriè ad deos & ſacrificia pertineret, antiqui medici in eo ſuperſtitioſi medicamẽta quorum uſum à diis ad homines transferebant, maluerunt κυφοδὲς quàm κῦμα appellare, ut Andromachus, cuius aliquot huius nominis compositioes referuntur à Galeno.

κῦφος. gibboſitas. Eſt uitiũ in ſpina, cum eius uertebra loco mota ſunt & in poſtèriorem partem conuertuntur. Sunt autem hæc tria uitia in ſpina, κῦφος, λῥεδωσις & ſκολιωσις, quibus additur & σῶσις. Galenus ſcribit Hippocratem κυφὸς ſolitum nominare, quos omnes κυφὸς appellat. Eſt autẽ κῦφος uitiũ ſpinæ quòd à caſu, icthu & tuberculis duris anteriorem thoracis partem diſtendentibus pulmonemque prementibus aliquando contingit, ut docet Gal. comment. eius aphor. quo ſcribit Hippocrates gibbos ex aſthmate, aut tuſſi factos ante pubertatem mori.

κυκλῆν ἢ

κυκλῆς. ſic dicitur proprio nomine aurium ſordes.

κῦμα.

κῶρ. canis. canicula. Est sydas octodecim stellis refulgens canis similitudine, in cuius mandibula stella est quæ αλεα & πῆλῶρ quasi anticanis appellatur.

κῶρ. κῶρ. sic dicitur vinculum illud quo membri viridis cuticula glandi colligatur, vocatur & κῶρῶδιστορ, quasi caninum vinculum.

κῶστος. dicitur à quibusdam ὁ πῆλῶρ & χεραιας, ut habetur apud Dioscoridem.

κῶδια. caput papaveris. vim habet refrigerandi, somniumque conciliat. Ex eo medicamentum fit quod ἀξ κῶδιῶρ celebri nomine dicitur. Capita papaveris recentia minimè aquosa octo decemue in aqua pluvia sextario uno macerata per unum diem, incoquuntur dum tabescant, deinde expresso liquore & excolato mellis optimi despumati dimidia aqua mensura miscetur & coquitur ad compagem mellis Attici. Et hæc quidem simplex decoquendi ratio est. Præstat autem cum dulcis radicle unciæ primum cocta, deinde madefacta in sape sextario rursus incoquere. valet ad viscerum inflammationes, deliria, vigilias & tussim.

κῶλα. dicuntur in homine longiora maioraque membra à thorace separata & quasi dependentia, ut brachia & pedes: verùm Pollux κῶλαρ, quod & κῶλῦμα, inquit, vocatur, ex femore tantum & crure constare scribit.

κῶλικὰ φάρμακα. colica medicamenta, hoc est, ad sedandum coli dolorem comparata. Siquidem præter sedationem doloris vix aliud in colicis affectibus præstare possumus, idque satis esse Galenus initio lib. 6. de locis affectis scripto prodidit. Itaque colica medicamenta genere quidè ἀνώδια sunt, à communi tamen ἔκ ἀνώδιῶρ forma differunt, quod quæ propriè colica appellantur, aromatis & odoratis ac urinã cientibus seminibus mista sint, propterea quod stupefaciendi vim illis inesse oporteat. Constat enim magna ex parte hyoscyami semine, & cicuta & papaveris succo, & cortice radice mandragora, quibus in colico affectu uti cogimur ob magnitudinem doloris. hæc medicamenta etiam ἀνῶδτους κῶλικὰ medici appellant. Ac quanquam κῶλικὰ vocentur, non tamen ad colicos tantum sed ad alios etiam morbos adhibentur sedandi doloris causa: quo factum est, inquit Galenus, ut antidotos omnes dolorem sedantes κῶλικὰ veteres nuncuparint, appellatione videlicet ab affectu, qui maximos dolores habet, deducta.

κῶλαρ. colon intestinum. Est intestinum crassum ordine à vetriculo quintum, inter cæcum & rectum mediū. Id dextra prius ilia præteruectū ad sinistrum renem emergit, pèrque ventriculi fundum & iecinoris cauum exporrectum descendit ad rectum intestinum. Abscedit longissimè à centro mesenterij, quod non expediat venas mesaraicas valdè exugere, ea quæ continet excrementa: cæco autè, ut ait Galenus, ad portionem respondet. Sicut enim cæcum valdè extuberat globosumque est, ita & colon tota sui longitudine multos habet medios globos, & veluti cellulas, exiguas quidem nec tantas quantum cæcum est (hoc enim totum veluti quidam venter est) sed ad portionē eius similitudinēque factas. In eo crassiores faeces diutiùs commorantur, donec excernendi tempus appetat. Itaque fit ut sæpe ab his malè afficiatur, variisque morbis tentetur, pro contenti excrementi qualitate: vocatur autem eius morbus κῶλικὸν, qui quamvis variis de causis oriri possit, sic tamen potissimum dicitur qui à frigido crassoque aut viscoso humore aut flatuoso spiritu excitatur. Eum consequuntur nausea & vomitus, pituitosi atque corrupti humoris multò grauiores & magis assidui quàm per nephriticos affectus, adhæc excrementorū retentio, ut

K

DEFINIT. MEDIC.

ne flatum quidem neque etiam ructum possint emittere. Sape etiam veluti circuire videtur dolor atque plurima loca occupare; & modò in hac modò in illa parte vehementior fieri, cum nephritici dolores eodem in loco stabiles iugiter infestent. Difficile tamen est discrimen, adò ut non modò plebeij sed ne medici quidem discernant, omnesque eos dolores, siue renes, siue vteretas, siue mesenterium, siue tenuia etiam intestina occupent, κωλυτῶν indifferentem appellent.

κῶλυμα. idem quod κῶλον apud Pollucem.

κῶμα. marcor. veternus. Est deficiens & imbecillis motus facultatis imaginatricis à frigido & humido, magnam somni cupiditatem inducens. Apud Hippocratem duplex eius differentia legitur, ut annotauit Galenus: unum enim somnolentum, alterum insomne statuit. medici ἄγρυπνον κῶμα appellarunt, hoc phreniticis, alterum lethargicis proprium. Somnolentum dicitur in quo aeger profundo & diuturno somno premitur, insomne in quo aegri vigiles manent, clausis tamen ferè semper oculis nisi excitetur. Tunc enim oculos attollunt & tangentem respiciunt, liberèque tum sentiunt tum mouetur, atque etiam desipiunt, quòd ipsis varia rerum imagines obuersentur, quæ illorum mentes mouent & somnum abrumpunt. Verum è lecto surgere & vigilantium opera exercere nequeunt. Varia, inquit Galenus, fuerunt interpretum Hippocratis sententiæ quid κῶμα apud eum significaret: alij ἐς ὑπνον καὶ τὰ φορὰν, alij somnum ipsum, alij somnolentam cataphoram interpretati sunt. Galenus initio comment. 1. ἐς τὸ πρῶτον κεφάλαιον, scripsit se in libello περὶ κῶματος pluribus testimoniis demonstrasse Hippocratem cataphoram omnem κῶμα appellare. Fuerunt qui τὸ κῶμα ἀπὸ τῆς κῶμας λέξεως veteribus dictum fuisse scripserint, quod est crapula & comestationibus indulgere: siue à communi utrorumque symptomate, nam tum ebriosis tum qui comatis altera specie laborat, magna ex parte vigilat: siue quòd οἱ κῶμαζοντες omnium facillimè in eum morbum incurrunt. Siquidem ex immodico vini potu in primis contrahitur. Quam, ut verisimile est, sententiam sequutus Linacer, κῶμα vertit marcorem: marcere enim torpere significat atq; languore & inertia teneri, præsertim cum Celsus de Lethargo, in hoc, inquit, marcor & inexpugnabilis propè dormiendi necessitas. Erotianus κῶμα interpretatur τὸ μὴ ὑπνοῦν, καὶ οἷον κῶμα, & κῶμα τῶν δεικνύοντων τὰ πρῶτα τῶν θείων ἐν κατὰ φορὰν ὄντων.

κωνίαειον. conarium. Est glandula in cerebro, à basi lata in mucronem fastigiata, gloutiis innixa. Glandulam esse non tantum substantia eius declarat, verum etiam usus. Siquidem opplet firmatque diuisionem vasorum petentium plexum choroide, & ventres anteriores, quæ ferè glandularum omnium communis est utilitas. Plerique eundem usum etiam illi tribuere in cerebro quem habet pylorus in vetriculo. Nam ut pyloron aiunt esse glandulam, prohiberèque ex vetriculo cibum, prius quam coctus sit, in tenue intestinum transire, ad eundem modum conarium in principio meatus positum custodem quendam esse aiunt, & velut œconomum esse quantum spiritus mitti oporteat. Quarum tamen opinionem Galenus lib. 8. de usu partium reprehendit. Est autem conarium figura cono, id est, nuci pineæ simile, unde & nomen habet. Situm est ad principium meatus qui vetriculum medium cum posteriore coniungit, & gloutiis supra & antè sustinetur. Non est autem cerebri pars, neq; ab internis partibus vetriculi, sed extrinsecus ipsi adheret.

κωνίειον. cicuta. herba est caule geniculato ut fœniculi magnòque, foliis ferula, angustioribus,

ribus graueolentibus, carumine ramoso & umbellas sustinente, flore subcandido & semine candidiore aniso, radice concaua nec profunda. Dum pubescit, apio simillima est & pro eo nonnunquam fallit, lethali alementum periculo. Est enim lethale venenum propter refrigeratoriam vim quæ semini & folio magna inest, ut videre licet ex Alexipharmacis Nicandri quæ nos Latina fecimus. Recentiores tamen faciunt cicutæ duo genera, aquatica frigētis naturæ, terrestris calidæ, sed nullo idoneo authore. Cicutæ tamen vis est, si Celso credimus, exedēdi corpora, ut forsitan seminibus & foliis frigida sit potestas, canli feruida. Auerroës & Conciliator nullo habito discrimine, eam calidā & siccam tertio gradu scripsere, magno, ut mihi videtur, errore.

κωλία. vinum picatum apud Hippocratem. Iniicitur cum cortice piceæ semihemina in vas siglinum, & aliqui quidem excolant postquam ebullit, alij verò relinquunt, ut scribit Galenus ἐν τοῖς ἁλωσῶν.

κωλοσπίς ἀπὸ φους. processus est secundæ vertebræ sic dictus à similitudine nucis pineæ, alij πυρροσπίς appellant, Hippocrates ὀδόντα vocauit. vide in dictione ὀδόντας.

κῶνος. meta. inuersus turbo. pyramis. Ex hac similitudine pineæ nucem significat, quam Hippocrates κώκκα λαρ, recentiores medici σπύβιλαρ vocauerunt.

κῶος οἶνος. Coum vinum. quinta vini falsi species secundum Plinium, cuius ex Italico vino faciendi rationem scribit à Catone demonstratam fuisse, super omnia in sole quadriennio maturandum præcipiente: de quo Constantinus Cæsar agricultura lib. 8. cap. 23. Aliqui (inquit) musti partes tres & aqua marinæ partem unā ad tertias decoquunt. Alij salis drachmas XII. defruti congium, musti congium unum, spicæ Celticæ drachmas XVI. in vini albi metretas duas ammiscunt.

κωφοί. verbum est tertiæ personæ apud Hippocratem, significans idem quod ἀμαρῶσι καὶ ἀμβλωσά. Id est, languescit & retundit. sunt qui scribant κωφοί.

κωφός. ἀμαρῶς καὶ ἀδένεις, hoc est, languidus & inualidus, apud Hippocratem.

κώφωσις. surditas. Est actio auditus abolita à causa aliqua præter naturam. Affectio est auditui opposita, ut habitui priuatio. Quare quæcumque auditum abolent, ea pariter surditatem inducunt. Ea autem genere duplicia sunt, consistuntque omnia aut in ipsa audiendi facultate, eiusque primario instrumento quod est animalis spiritus in aures affluens: aut in ipsis organis quæ natura ad audiendum comparauit. Ad primum genus pertinet causæ omnes quæ ipsum sensuum neruorumque principium, hoc est, cerebrum malè habent, præsertim qua parte ex eo neruus auditorius producitur, cuiusmodi sunt intemperies aut vitiosus aliquis humor vel sensim in cerebro cumulatus, qui habitualement aliquando & incurabilem surditatem facit: vel confertim & subito in ipsum irrumpens, sicuti per febres acutas accidit, de quo celebris habetur apud Hippocratem aphorismus: Quibus biliosæ deiectiones, superueniente surditate cessant, & quibus surditas superuenientibus biliosis deiectionibus cessat: item qui non multo postea scriptus est, Quibus in febribus aures obsurduerunt, sanguis ex naribus fluens, aut alius turbata soluit morbum. Pleno enim eiusmodi humoribus cerebro, isque ad aures maximè vergentibus, fieri non potest quin & audiendi potentia vel hebetetur, vel etiam in totum auditu priuetur, & ipse animalis spiritus impurior, crassior & faculentior redditus, ad audiendum prorsum ineptus euadat. Possunt tamen & hæ ipsæ causæ organis auditus esse communes, &

DEFINIT. MEDIC.

in ipso auditorio neruo, praesertimque meatu eius interno talem intemperiem tantamque obstructionem excitare, ut nec sonis in aures aditus pateat, nec interno spiritui in ipsum neruum via. Id quod etiam a sorde, callo, aut alio tumore praeter naturam meatum nerui auditorij occupante accidere potest. Haec quidem causa si magna sunt, surditatem inducunt: si autem exigua, auditum vel obtusorem reddunt, vel deprauant, vel in eo dolorem etiam mouent. Sunt enim harum omnium affectionum communes causa, sola magnitudine ab inuicem differetes. Praeter quas tamen aliud quoddam discrimen afferri potest, quod laesis aliis instrumentis auditioni usum aliquem praebentibus, iis scilicet quae aurem foris circumstant, intemperie aut tumore praeter naturam aut continui solutione, aboleri quidem in totum auditus, surditasque fieri non potest, sed tantum hebetari vel etiam depruari. Quod autem ad dolorem attinet qui in auditus sensu aliquando mouetur, non est dubium quin a proprio sensibili fiat, ut voce aspera, grauissima, maxima, celerrima, qualis sonus est tonitruum, a quo saepenumero inductam esse surditatem animaduersum est diuulso audiendi instrumento, sicut e contra vox lenissima tardissimaque sano auditui solet esse grata: fatigato autem gratior, si praeterea sit perexigua, agro vero longe gratissima, eaque etiam magis ipsum silentium.

κώφωσις, quamuis proprie ad auditum pertineat, Hippocrates tamen dixit de oculis ἀνὰ τὴν παρεμποδίωσιν: sicut annotauit Erotianus, ut et alio loco κώφωσις ipse dixit ἀνὰ τὴν ἐβλάβην καὶ παρεμποδίωσιν.

IO. GORRAEI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM

Τ Ο Λ.



Αβη. ἢ ἐπισημασία, apud Hippocratem, sed ea maxime quae per circuitus repetit.

Λάβρα ὕδατα. quae vocat Hippocrates lib. 1. τῆν ἐπιδημιῶν, Galenus interpretatur ἰζαυφίδια σφοδρᾶτε καὶ ὀλιγοχρόνια.

Λάρανα. species est τῆν ἰτείων, sed deterior, crassique succi ac tardè commeantis, ut quae ex similigine constet. Quae enim ex melle

parabatur, ῥυήματα Graeci vocant, multò erat praestantior, sicut scribit Galenus lib. 1. de aliment. facult.

λαγυρίαι καὶ

λαγυρίμα. significat aliquando apud Hippocr. etiā ipsum semen, ut in lib. de nat. pueri.

λαγυρίαι. ilia. pars inter coxas et pubē in imo vètre posita: κωνῶν alio nomine dicuntur.

λαγυρίων ὀσούω. os ilium. Est apophysis ossis sacri superna et ampla, continens intus ventris imi partem plurimam, tangensque ilia. Os enim sacrum tres apophyses rectas habet, ut ait Galenus, hoc est, nec deorsum nec sursum repentes, hanc quae τῆν λαγυρίων dicitur, aliam quae dicitur τῆν ἰζίων, et tertiam quae τὸ ἕβης. Tamen os totum saepe os ilium vocamus, quòd id inter caetera magnitudine et crassitie praepolleat, ut scapulam

scapulam totam vocamus omoplatam quamvis id nomen sit propriè partis in scapula latissima.

λαγώπου. lagopus. herba est nascens in segetibus, leporino pedi similis. nec plura antiqui de ea scripserunt, nisi quòd pota sistit aluum, & adalligata inguinum inflammationes discutit. Dicitur alio nomine λαγού κύμιον, ut habetur apud Dioscoridem.

λαγώπουρον. sic Hippocrates τὴν λαγώπουρον herbam nominavit, quasi leporis triticum, furfuribus cum inaruit simillimam, folio paruo quasi oleagineo, longiore tantum, cruentis vulneribus imponens.

λαγώφθαλμοι. dicuntur quibus superior palpebra sursum reducta est, adeò ut oculum totum contegere non possit, sed per somnum etiam oculus apertus maneat, sicut & leporibus. Id vitij aliquando naturaliter provenit: aliquando à causa præter naturam, ut ustione, cicatrice, sutura latiore & malè facta: interdum etiam senectute. Idem si inferiori palpebra contingat, ἐντόπιον appellatur.

λάδανον. ladanum. Est succus pinguis & roscidus cisthi, quem ladona Cypri vocant, foliis adhærescens. Huius colligendi ratio multiplex fuit: præcipua tamen ex capellis atque hircis: siquidem folia cisthi carpenses insidentem vis succum villo barbarum & femorum abstergunt, qui suapte natura tenax & lentus facile sequitur visci modo ad contactum. Derractus hic postea expurgatur atque in offas conuolutus reponitur. Optimum provenit in Arabia apud Nabathæos Syriae conterminos. Recentiores ex authoribus ἑρβον nominant. Est medicamentum præstantissimum, in secundo ferè abscessu calidum, naturà tenue, emolliens mediocriter, discutiens & concoquens: sed tamen habet etiam aliquam adstringendi vim.

λάδορος. putatur à doctis esse cicercula, folio nõ rotundo ut plurima leguminum, sed oblongo. Caulis humi repit ut piso, quaterni & inæquales grano sunt anguli, ut ait Plinius. Galenus ochris & phaselis non longè dissimili natura constare prodidit, & Asiaticos suos eo cibo plurimum uti in modum τὸ φακιστικόν.

λαίλαπες. dicuntur à Grecis venti repente excitati & vehemētes, maximè si pluviam multam & subitam habeant, ut annotavit Galen. comment. εἰς τὸ α'. τῶν ἐπιθυμῶν.

Erotianus interpretatur ὄμβρον μὲν σφοδρὸν ἀπὸ μὲν γιγνώσκον.

λαίμος. gula. dicitur aliis nominibus τεμαχος, οἰσοφαγος, λόνυγία.

λαίμοφθον. quid sit incertum est, nec sæpè etiam à medicis usurpatur. Meminit eius Paulus in magni cypheos cõpositione. Ruellius existimat esse nascaphthũ siue narcaphthũ, atomatis scilicet genus quod ex India deportabatur suffimētis optimum.

λακωνικόν. pars fuit prima balnei apud antiquos quæ constabat calidi aëris tribus differentis, & sola ferè ex toto balneo nobis superest, testudo scilicet illa thermarum quæ igne concalecta vaporem siccom continet, à quo sudor in corporibus movetur. dicitur alio nomine ἑλακωνικόν, & πικρατικόν ἑρβον, & δόλος ἕρβος. Latini pariter Grecis Laconicum appellant.

λαμβδοειδὲς ἰαφί. sutura lamdoides. est sutura transversa in posteriore cranij parte, quam si à tergo spectes, figuram literæ Λ imitari videbitur. Illi ex omnibus suturis soli additamenta tribuuntur ab Anatomicis. Sunt autem huius suturae extrema partes, quæ propter occipitij humiliora nõ ampliùs exactam suturae compagem expriment, & versus capitis basim protenduntur, sensimq; sibi mutuò appropinquant. Ceterum λαμβδοειδὲς suturam Galenus deesse scribit quibus eminētia occipitis nul-

la est. vide κρᾶσιον.

λαμβωδῆς etiā appellatur ab Actuario diuisio uenae cauae inferioris, qua in duo crura abit paulò supra initium osis sacri, non dubiū quin à forma literae λ. Eandem diuisionem Galen. lib. de anat. uenarum elemento v. comparat.

λαμπῆς. sic dicta est à quibusdam ἰ λυχλῆς ἀρχῆς, ut habetur apud Dioscoridem.

λαμπῆρ. apud Hippocratem lucerna, lampas. Apud Atticos etiam, ut scribit Galen. id significat in quo ligna urebantur lumen praebeantia. Sed & fax & lychnus eo nomine designatur.

λαμπυρᾶ. τὰ ἀφρώδη, hoc est, spumosa, apud Hippocr. Spuma enim quodammodo splendida est.

λαμπῶδης. apud Hippocratem & λαμπῶρ καὶ κρᾶσιον, ut interpretatus est Bacchius, non rectè tamen Erotiani iudicio: λαμπῆ enim cum significet spumam uino innatantem, & ueluti pingue quoddam glutinosum quod conditis oleis supernatat, λαμπῶδης intelligere oportet in cuius summo innatat quippiam τῆ λαμπῆ simile.

λαμψάνη. lapsana. olus est syluestre, cuius folia, inquit Dioscorides, caulesque coquuntur in cibo, & plus alit quam rumex, estque stomacho utilius, prauum tamen, ut ait Galenus, succum gignit. Illitū autem abstergendi digerēdiq̄ facultatem possidet. Inter syluestres brassicas censetur, pedalis altitudinis, tribus hirsutis foliis nari similibus, nisi candidior esset flore. A Romanis napum syluestrem uocari Dioscorides scribit. Rura nostra sanuas albas, quasi syluestres napos uocant.

λάπαθρον. rumex. olus est multos habens caules, ramosum, radice singulari, alta, ut quae nonnunquam descendat ad tria cubita, quae tamen syluestri breuior esse consuevit. Cum perfectè adoleuit, figura betae proximum est, & corpore carnosio atque madi-do. Multa eius genera produntur apud Dioscoridem.

λαπαρέη

λαπαρῶν. dicitur pars ea corporis quae posita est inter costas nothas & ossa quae ad ilia pertinent. ratio nominis est, quod inanis sit & desideat. Propriè enim & λαπαρῶν significat inane & uacuum, sicut λαπαρῆ exinanire, ut apud Homerum:

ἴλιον ἴζα λαπαρῆαι δὲ ναϊόμειον πολλέθρον.

Sed & omne quod desidit λαπαρῶν Graeci appellant, translato uocabulo ab eo quod communiter accidit. Siquidem omne quod uacuum est, necessariò desidit. Annot. Gal. comment. 2. ἐς τὸ κρᾶσιον. & similiter initio comment. 2. ἐς τὸ πρῶτον, scribens eam partem omnino uacuatam uideri, si cum supernis infernisque partibus, utrisque ossibus conferatur. Idem uerò comment. 2. ἐς τὸ πρῶτον ἀρχῶν scripsit, se de uocabulo τὸ λαπαρῆαι dicere posse, adductum experimento & Hippocratis ac Poetae usu, cum ipso morbo, eam significare partem quae inter ossa pectoris, & quae propriè appellantur ossa ilium, est interiecta. Attamen idem comment. 3. ἐς τὸ πρῶτον ἀρχῶν ait id quod inter ossa singularum costarū est, ab Hippocrate eo libro λαπαρῶν appellari, qua parte masculi sunt dicti μασθλῆιοι: Erotianus autem non quod inter costas medium est, sed ipsam costam λαπαρῆω dictam fuisse ab Hippocrate scripto prodidit. Verum Hippoc. lib. 6. τῆν ἐπισημῶν λαπαρῆαι usurpauit ut nomen adiectiuum, dices ὀδυῖον λαπαρῆαι, id est, dolorē mollē & laxū, qui fit sine phlegmone & tensione.

λαπαρῆς. κινῶς. τὸ γὰρ κινῶν ἐκ τῆ λαπαρῆαι σημαίνεται, ut scribit Galenus comment. ἐς δὲ γ. τῆν ἐπισημῶν.

λαπαρῆωαι.

λαπαχλωα. proprie quidem vacuari, inde vero mollescere significat apud Hippocr. ut annotat Galenus ἐν τοῖς γλωσσοῖς. qui etiam commēt. ἐς δ' ἡ προγοσσιὸν λαπαχλωα πλὴν γαστέρα interpretatur κωσῶν καὶ προσέληται τὰ τ' γαστροῦ οἰδηματὰ. Dictū ἔξ τῆ λαπαχλωα cui vis inest emolliendae alui & laxandae.

λαπάη. λαμβάνει, apud Hippocr. ut annotauit Erotianus.

λαρυγξ. est finis superior asperae arteriae, tribus constans cartilaginibus, praecipuum vocis instrumentum. Eandem autem partem etiam φάρυγγα appellari auctor est Gal. lib. 3. usus part. cum tamen proprie, ut ait, pharynx ante laryngem consistat. Est autem larynx suprema arteriae pars, seu principium faucibus continuum, seu asperae arteriae caput. Componitur ex tribus cartilaginibus, una θυροειδὴς dicitur quae anterior velut scutum quoddam aliis praeposita est: alia ἀγυρωειδὴς, ori vasis olearii adsimilis, cartilagine tamen duas sortita: tertia vero innominata, infima, os œnophori (quod brochum Galli vocant) referens: harum autem ἀγυρωειδὴς καὶ θυροειδὴς mobiles sunt, sola autem innominata immobilis est. Ob eam causam in ea firmatur aliarum duarum musculi. Nam cum duodecim sint musculi laryngis proprii, duo quidem prodeunt à thyreoide media interna in anteriorem arytenoidem quam claudunt, duoque similiter ab arytenoidis posteriore basi in eiusdem basim anteriorem quam comprimunt: reliqui vero octo omnes ab innominata, partim anteriore, partim posteriore parte, partim etiam lateribus. Caterum horum musculorum beneficio totus larynx praecipuum vocis organum est, quam tamen acutam vel grauem praecipue facit arytenoides, adiuta cartilagine epiglottide, arytenoidem magis minusve claudente, laxatis aut contractis duobus musculis ipsam releuantibus, adiuta quoque gargarone, vocem ipsam plectri ritu modulante.

λασιον. linteum apud Hippocratem.

λαχουρον. olus. sic dicitur omnis herba sativa quae edendo est: inter quas quonia beta non postremum locum obtinet, factum est ut beta λαχουρον κατ' ἔθος ab Atheniensibus diceretur. Secundum quam significationem Dioscorides plantaginis folium λαχουρον dixit, hoc est, betaceum. Non enim olus intelligere potuit, cum in exprimenda similitudine spectatum loqui non generatim conueniat.

λαχουρον βασιλιον. olus regium. Hoc nomine quondam dictam fuisse artemisiam Dioscorides auctor est, & Graecorum exempla Romanos herbam regiam appellasse.

λαϊον. emplastrum nomen, quod in leaena modum malum penitus extirpat adhibitum ischiadicis & hereticanis. Describitur ab Aetio lib. 12. inter epithemata & malagmata ischiadicorum.

λαβρεια. axonium siue senecta serpentis apud Hippocratem, quidam autem concham vacuam interpretatur. Erotianus simpliciter ὑμνωδὴς ἀπόσπωμα: alij vero animalis genus dicit eo nomine significari, paruo lepori simile quod forte Galli liebre vocant.

λαχνα. dicuntur per metaphoram extremitates oris vultus apud Hippocr. sic enim proprie vocantur extremitates & ora vestimentorum. Eas ipse etiam alibi ἀμφοῖδες appellat.

λαχυν. λαχυνον, κατὰ τὴν δύσιν, apud Hippocratem.

λαχυνον. leuitas intestinorum. Est continua & equabilis intestinorum superficies, cibos in coctos elabi sinens. Sic dicta est quasi λαβὸν τῆν ἐπιπέδον, hoc est, leuitas intestinorum. Caterum ut omnis leuitas, ita haec geminam habet causam, unam quidem cacarricem aliquam perpetuam, qualis etiam forinsecus in corporis cuticula contingit

DEFINIT. MEDIC.

ex cicatrice ortam quam dysenteria magna & profunda exulceratio inuexerit: alteram verò humorem quandam glutinosum, interna toti tunica intestinorum obductum. Siquidem ad utramque causam lubricitas & continendi cibi impotentia cōsequitur, qui proinde priusquam concoctionem adeptus sit, ex intestinis elabitur: retentio enim siccitate quadam & asperitate partium continentium perficitur. Ad hac duabus illis de causis venarum, qui ad intestina pertinent, meatus clauduntur, à cicatrice quidem cōnientes, à lento autem humore obstructi: itaque cibi per corpus digeri non possunt, sed per intestina necessario vacuātur. Est enim hoc lienteria præcipuum symptoma, cibi crudi per aluum excretio. Postea verò id ipsum symptoma morbi nomen promeruit, omnisque eiusmodi excretio lienteria dici cœpit, à quacunque causa nata esset. Oritur autem præter superficiariam intestinorum exulcerationem & cicatrices à facultatis etiam cibum in ventriculo vel continentis vel concoquentis imbecillitate. Inde enim cibi crudi nulloque modo immutati descendunt, siue à dysenteria, siue ab ileo aut diarrhœa aut alia quacunque de causa imbecillitas ea prouenerit. Verùm hæc lienteria (inquit Paulus) quam ventriculi imbecillitas accersit, videtur cum cœliaca affectione confundi (in hac enim, quemadmodum & in lienteria, venter nequit præ imbecillitate cibos vel concoquere vel distribuere, cibique ideo læues, crudi & perliquidi redduntur, aluo omnino fluida) nisi quòd lientericis celeriter quæ assumpta sunt egeruntur, tamque intensa est cruditas, ut alimenti assumpti genus aperte cognoscatur, atque hac potissimum nota à cœliacis discernuntur. Ex quacunque autem causa lienteria orta sit, ægri cibum non sentiunt, & in cachexiam incidunt, cruda assidue excernunt, colore subalbida, inæqualia atque aquosissima, nulla prorsus sanguine aut bile perfusa. Ardor præterea tota præcordia occupat, cibique fastidium consequitur.

λεῖον. leue. Id dicitur quod continuū est nullaque ex parte diuisum, sed sibi undique coherens æquabili superficie. Contrarium est τὸ τετραχῆ, hoc est, aspero. λεῖον etiam apud Hippocratem Galenus interpretatur ἀπειρο, comment. 4. 3. γ. τῆ ἐπιδημῶν.

λεῖο ποδῆς. planici. dicuntur apud Hippocratem quibus medius pes ab interiori parte non est cauus, sed planus quasi tabella quæ plāca dicitur. Hi vitiosam habent pedis structuram & valgus similem. Annotat Galenus comment. 3. 4. 3. τὸ ἐπιδημῶν.

λεῖο τῆς. leuitas. morbus est primi generis in formatione cōsistens. Fit à pingui & lēto humore partē aliquā plus æquo madefacere, aut à cicatrice. Cōtraria illi est τετραχῆς.

λεῖο φύλλοις. species est brassica apud Athenæum, quæ sic dicitur à leuore foliorum. hanc tradit ubique nasci, & nullam respicere regionem.

λεῖο δερματι. dicuntur quibus præputiū ex morbo vel sectione deest, aut ita contractum est ut glandem amplius tegere non possit. Romani apellas & recutitos vocantur.

λεῖο θυμῆ. defectus animi. quid proprie sit, & quomodo differat tum à syncope, tum à lipopsychia, non est exacte definitum à veteribus. Itaque in re ambigua si quid mihi licet statuerere, primum quidem videri potest ἢ λεῖο θυμῆ nomen accepisse ἐκ τῆ θυμῶν ἢ θυμῶδδὸς θυμῆς, & proprie dici cœptam de deflectione animosæ facultatis. Quæ quoniam in corde sedē habet, ideo ἢ τῆ λεῖο θυμῆ cordis facultas præcipue laborat. Ergo ἢ λεῖο θυμῆ defectus est facultatis vitalis. Verùm cum huius tanta sit dignitas ut ea incolumi vita seruetur, deficiente verò vita pariter deficiat, & reliquæ facultates protinus cum ea concidant, quod non est aliud quàm syncopen pati,

pati, necesse omnino est, quò discrimen inter eã seruetur, statuere non tam magnas tamq; vehemētes esse defectionis causas in lipothymia, quàm sunt in syncope, ideòque ut cetera quidem habeãt inter se cõmunia, ut causas quas Gal lib. 1. ad Glauconem diligentissimè persequutus est, non tamen ita dissipantur resoluunturque per lipothymias spiritus & calor natiuus, quibus duobus tanquam vinculis vita nostra continetur, ut mortis periculum, velut in syncope, immineat. Languent quidè agri, pulsus deficit, & procedente malo nec mouentur nec sentiunt, sed citra sudorem, qui veluti limes quidam lipothymias à syncope determinat. Vbi enim is oritur præterquam quòd summam naturæ non valentis humorem corporibus ingenitum & radicalem continere, imbecillitatem significat, solidas etiam partes eo expoliat, adeò ut omni virium substantia dissipata nihil reliqui natura habeat quo earum robur cõseruet, sed unà cum iis, si immodici sunt, ipse simul animus è corpore emigret. Habet igitur lipothymia & mitiores causas & minora symptomata quàm syncope, quo factum est ut Galenus eodem in libro scripserit à lipothymia synopes initium fieri, ut quæ syncopen præcedere consueuerit, tanquam leuior quidam affectus grauiorem. Id quod etiam patet ex lib. 12. meth. med. ubi scribit crudos humores si & copia sua vires premant, & propter tùm multitudinē tùm crassitudinem exiguos animalis meatus obstruant, iam multis nominibus exitialem affectum inducere, ac syncopæ oportunos reddere: quòd si nec obstruant nec onerent, syncopen eos quidem non inferre, sed animi deliquia, quã lipopsychias vocant. Ex iis enim intelligimus non esse tam magnam lipopsychiæ causam quàm syncopes, neque par periculum. Quanquam autem, ut initio proposuimus, ex ipso nominis etymo ἡ ἀποθυμία ad vitalis facultatis defectum, ut & ἡ ἀπεθυμία animalis, pertinere videatur, atamen per eam facultatum omnium exolutio contingit, ut sensu motuque destituantur agri non minùs quàm animo.

ἀπεθυμία. idem quod ἡ ἀποθυμία, nisi quod à defectu & exolutione animalis facultatis dicta est, notis scilicet eius exolutæ apparentibus, cum tamen sit eadem ratio utriusque quam antè diximus.

ἀπειρία πυρετός. Est febris continua, in qua simul externa frigent, interna vrũtur. Genere quidem putrida est, sed cuius calor nõ sit æquabiliter fusus per uniuersum corpus. Extrema enim per eam frigent, siue extremorum nomine pedes manúsque tantùm intelligas, siue totius corporis extimam cutim. Siquidem utrumque aliquando accidit per febres lipyrias, adeo ut cum intus ipsa viscera vrantur, venter tamen ipseq; etiam thorax frigida ad manum sentiantur. Ceterum inæqualitas ea mala est si credimus Hippocr. lib. 2. prognost. non quidem in febrium intermittentium accessionibus, sed in continuis & acutis febribus, cuiusmodi lipyria est. Huius causam ferè semper Galenus retulit ad magnitudinem phlegmones viscera obsidentis. Ardoris namque vehementia sanguinem, & quæ in eo continentur spiritum atque calorem ad se ex toto corpore instar cucurbitula attrahit, ideòq; summæ corporis partes exangues redduntur & frigida. Aëtius ab erysipelate circum ventrem consistente febrem lipyriam dictam accendi scripto prodidit, ut ab eo quod in iecinore creatum est, πυρετός, & ab eo quod in pulmonibus, πυρετός. Diuersi ab ea generis est quæ pestilens & maligna dicitur, in qua quamuis extrema frigere soleant, non est tamen necesse interna aduri, propterea quòd malignitatis & pestilentie essentia

DEFINIT. MEDIC.

non posita sit in calore, nec ulla alia qualitate, sed in totius substantia contrarietate. λέειον. sic dicitur liliū ab Hippocrate, quod alij κρλιον vocāt. Sunt verò qui scripserint ἔμ ἰάριον à quibusdam sic vocari, ut refert Erotianus.

ἀεφαυρι. sic propriè dicuntur οἱ ἀχρσοι, id est, decolores: sed non ij tantum, verum omnes quibus minus est sanguinis quàm oportet, ita vocantur, etiamsi colore nondum protus sint destituti. Eos verò qui aliam ob causam corpore sunt malè affecto, κακὸς χροὺς medici vocant, ut scribit Galenus commēt. εἰς δ' ὅδε διακτὸς ἀξίωρ, quo loco eam vocem Hippocrates usurpauit.

ἀεχιρ. est summæ cutis asperitas cum leni pruritu. Deterior quidem est pruritu, ut qui sine asperitate sit, sed lenior quàm psora aut lepra, adeò ut si ieiuna salua quotidie defricetur, sanescat: increscens verò & extremam cutem in furfures resoluens, in psoram trāsit, atque inde in leprā, ubi pro furfuribus, piscium quasi squamulæ concreſcunt. Gignitur, ut ait Galenus, ex misto quopiam humore, serosis nimirum ac tenuibus & acerbis succis cū crassis permistis. Quare nō in psoram modò, sed etiam in lepram degenerat, tāquam in peiores morbos vetustate discussis illis tenuibus aut vſione incrassatis, tūcque non solis valdè siccantibus medicamentis, sicut per initia, sed præterea repurgantibus etiam & exterſoriis curari debet. Ceterum ἀεχιρ nomine illum etiam impetiginosum morbum, mentagram Romanis appellatum, sed multò magis ferum & agreſtem ob id dictum, Plinius comprehendit, qui definitur ab eo non squamis, ut lepra, sed fædo cutis furfure, totos primùm vultus, deindè verò & colla pectūsque & manus occupante, oculis tantum immunibus. Fuit autem, ut idem author est, nouus morbus, & ante Tiberij principatum penitus incognitus: nec verò in iis tantum notis feritas eius erat, sed quòd admodum contagiosus esset, solòque osculo vel contactu non humilem aut mediam plebem, sed solos proceres inuaderet. ἀεχιρ omnes ferè impetiginem interpretantur. Cornelius Celsus non ita, sed papulam videtur vocare, cuius duas, quas habet & lichen, differentias statuit, feram & mitiorem. Nam quæ ab eo describitur impetigo, sine dubio lepra est.

ἀεχιρ. dicitur callus in equorum genibus & supra ungulas in flexu earum partium duratus. fertur comitialibus prodesse.

ἀεχιρ. herba species quam aliqui βερον appellāt: saxi enim adhæret ut muscus. Sunt qui putent esse Hepaticam in offic. dictam. Exterit, purgat, siccatur, refrigerat. λέκυδος. à quibusdam dicitur quam Hippocrates ἀρακίδα appellauit: quidam verò λέκυδον ad pisum & atacum genus esse defendunt. Galenus apud Hippocr. pro lente cui detracta sunt putamina videtur interpretari. Significat autem λέκυδος putamen vel guttum olearium, ampullamve per .i. scriptum.

λέκυδος. οἱ λυτεum. de quo vide ὄρον. Significat & pulmentarium ex leguminum farina, siue leguminum lomentū elixatum. Tantum autem λέκυδος & ἔτρος inter se differunt, quantum ipsa leguminum farina ab ipsis leguminibus fressis differt. Itaque quoties κυάμιον ἔτρος dicitur, pro faba fressa elixata intelligitur, sed κυάμιον λέκυδος, faba farinam elixatam significat: sic πιαστίνος λέκυδος & ὄροβινος λέκυδος, alioſq; leguminum dicitur.

λέμμα. ἢ ἐπιθερματις apud Hippocratem.

λεοντιάσις. dicta est à quibusdam ἰελεφαντίασις, ut habetur apud Aretæum & Aëtii, propter rugarum extremi frōtis similitudinē quam elephantici cū leonibus habent.

λεοντινί.

λεονικὴ. à quibusdam dicitur ἰναυλίαι. ut habetur apud Dioscoridem.

λεόνιον. apud Aretæum idem quod λεοντίαισις.

λεοντοβοτάιον. sic dicta fuit à quibusdam ἰεροβοάγχα.

λεοντοπάλαιον. herba est caule dodrantali aut altiori, plurimis alis concauo, in cuius cacumine semina parua duo aut tria in siliquis ciceris modo. flores habet anemonæ similes, punicei coloris, folia brassicæ, sed papaueris diuisura, radices nigras rapæ similes, strumofas. Calfacit & siccat ordine tertio.

λεοντοπόδιον. herbula est duum digitorum, folio angusto, tres quatuorue digitos longo, hirsuto, & iuxta radicem canescente. In summo eius caule capitula quasi perforata, flores nigri, semē usque adeo spissa lanugine inuolutum, ut saepe fallat. Radice parua coherent, quam tradunt appensam ad amatoria prodesse.

λεπίδες. dicuntur apud Hippocratem petris adherentes conchæ.

λεπίδιον. herba ea est quæ ἰβριεὶς appellatur Galeni Paulique testimonio, etiamsi de utroque seorsim Dioscorides disseruerit. Proditur fruticosa, foliis lauri sed maioribus, acris, exulceratoria & optima tollendo coxendicum dolori. Scribit autem Dioscorides etiam hoc nomine ἰγγυλίδιον à plerisque uocatum fuisse.

λεπιδόδεις. sunt duæ lineæ in cranio, utrinque singulæ, à recta sutura quam ὀβελῆαι dicunt æquidistantes, per capitis longitudinem à posteriore parte in priorem super aures feruntur. Fiunt autem duobus inter se coherentibus ossibus, non per suturam quidē, quæ species est ζωαρθεώσις, sed sincipitis osse descendente, paulatim in squamæ speciem attenuato, & in os subingrediente quod ab auribus ascendit. Proindeq; eas nonnulli nō suturas simpliciter, sed vel suturas λεπιδόδεις, hoc est, squamatum modo compactas, vel πεσοκλήματα λεπιδόδεις uocant. Sunt autem hæ suturæ, inter ossa temporum & os sincipitis mediæ.

λεπίς. æris squama: sic enim absolute appellatur aliquando, quæquam & ferri squamã similiter significet. uide in dictione χαλιού λεπίς.

λέπες. λέπωμα, apud Hippocratem.

λέπες. Est asperitas cutis profundior cum pruritu, eam in squamulas resoluens. Eius causa melancholicus humor est multus, viscosus, crassus, sed tamen acris & immotus sub cute & subiecta carne latens, sensumque eum doloris excitans qui pruritus dicitur. Est enim pruritus à lepra, ut & à psora, inseparabilis, sed tantus in lepra ut ager etiam uehementissimè scabendo nullo modo iuuetur, sed omnis potius generis ulcera & phlegmonas præterea accersat. Humor autem ille terrestris & siccus cutem exasperat, sed multò quàm in psora profundius, ut subiecta quoque carnis partem aliquam occupet. Verùm ea omnino perexigua est, adeo ut lepra ob id non desinat solius cutis affectio dici. Ab eadem humoris qualitate & malignitate, piscium instar, squamula ex summa cute discedunt, materiam semper subministrante colliquatione quadam subiecta carnis & totius corporis facta à calore præter naturam. Squamulis autem illis inter cætera differt à psora, quæ non squamulas, sed furfuracea tantum corpora ex se remittit, ut quæ à minori gignatur intemperie & humore minùs crasso, terrestris & maligno. Sunt enim hi duo affectus valde affines & congeneres, ut non aliud ferè psora sit quàm mitior lepra. Est enim psora ad lepram præuia, ut & lepra ad elephantiasim, si magis humor uratur & malignior euadat, & morbus diutius perseueret. Est igitur lepra inter psoram atque elephantiasim

DEFINIT. MEDIC.

media, sed ea tamen latitudine prædita, ut in quatuor distincta sit differentias, cum gradus quosdam, prout magis minusve humor uritur & malignus euadit. Prima minime mala est, rubet & similitudine scabiem representat: distat autem ab ea, quia magis exculcerata est, & pustulas bullulasque habet, ex quibus postea squamulae resoluuntur. Altera peior est, similis papulae ferè, sed asperior, rubicundior, figuris variis, squamulis ex summa cute discedentibus, rosione maiore, & celerius latiusque procedente: rubrica cognominatur. Tertia crassior est & durior & magis tumet, in summa cute finditur & vehementius rodit. Ipsa quoque squamosa, sed nigra procedit. In temporibus aut oritur aut desinit: nigrae cognomen est. Quarta curationem omnino non recipit. subalbida est & recenti cicatrici similis, squamulasque habet pallidas, quasdam subalbas, quasdam lenticulae similes, quibus demptis nonnunquam profluit sanguis. Alioquin verò humor eius albidus est, cutis dura atque fissa est, proceditque latius. Hac omnia maxime genera oriuntur in pedibus & manibus, atque ungues quoque infestant. Commune etiam omnibus est quod squamulas remittant, à quibus τὸ λέπρος nomen factum esse putant. Sic enim dicitur quasi λέπρος, id est, squamosa, ἀπὸ τῆς λέπιδος, hoc est, squama, quanquam sunt qui quartum leprae genus ante expositum solum proprie eo nomine vocandum censent, propter albedinem, quòd apud Græcos λεπρωώδου significet idem quod λευκώδου. A Latinis ἡ λέπρος dicitur impetigo, non ea quidem quæ λεχὼ dicitur & mètagra, sed quæ à Cornel. Celso descripta est lib. 5. & in suprascripta genera quatuor distincta, id quod multis evidentibus argumentis patere potest si quis diligenter velit attendere. Ab Auicenna dicitur Albaras nigra & impetigo excorticatua, quòd cutis per cortices squamasque resoluatur.

λεπρωώδου. duo significat, τραχυνώδου καὶ λευκώδου, hoc est, exasperari & albescere. Vtrumque sumptum ἀπὸ τῆς λέπρος, quòd qui ea laborent vtrumque perpetiantur. Hinc & ἡ λέπρος dicitur generali quadam significatione ἢ ὡς τοῖς στόμασι περὶ φύσιν λευκώδης, ut in Theriacis Græcus Nicandri interpret annotauit.

λεπτὸν ἢ ἑντερον. tenue seu gracile intestinum. Dicitur superior intestinorum pars membranosa, teres, à vetriculi fundo incipiens, & desinens quæ cæcum incipit. Sic dicitur ad differentiam crassi intestini. Sunt enim intestinorum duæ summæ differentia, una gracilium, altera crassorum: illa magis membranosa, hæc magis carnosæ sunt. Diuiditur autem rursum tenue intestinum in tres partes, ecphysim, ieiunum & ileon. Verum postremum totius nomine etiã λεπτὸν absolute dicitur à Galeno lib. 5. usus partium, de quo vide in dictione ἐλιόν.

λεπτόν. ἢ ἀραιόν aliquando apud Hippocras. hoc est, rarum. ut in lib. de locis in homine, quemadmodum Galenus ἐν τοῖς γλωσσεῖς interpretatus est.

λεπτόφυλλον. tertia τῆς ἀεζώου, hoc est, sedi species, quæ alio nomine ἀνθράξου ἀγρία, Romanis illecebra appellatur authore Dioscoride.

λεπτόνοτα. attenuantia. dicuntur tam cibi quàm medicamenta, quæ acri & calida facultate prædita crassos succos tenuant & incidunt. Sunt autem ea longo usu nobis nota, ex ratione explorata. Nā olfactu & gustu satis instruimur ad eorum cognitionem. Quacumque enim olfactui aut gustui aut utrique simul actia & mordicantia & calida apparent, ea facultatem habere attenuandi atque incidendi certum est. Quæ etiam largius æquo sumpta, ventriculum mordent, & nausæ à cibo magnam inducunt,

inducunt, & halitus acres emittunt, non modò cum manduntur, sed etiã postquam è corpore fuerint egesta. Ad hæc si quid olfactui odorem bonum inferens, aromatis speciè gustui representet, id quoq; calidũ viribus esse oportet & attenuans, quamuis non perinde atque ea quæ mordicant & rodunt & insigniter calida sunt. Attenuant præterea & incidunt quæ saporem habent nitrosum aut salsum, nec minùs quæ amara sunt, item quæ acida: ut acetum & quæ eo cõstant, alia quidem magis, alia verò minùs. Multa enim attenuandi vim hebetant & imminuunt, ut olenm, cibi omnes aquei & muciosi, præterea olera plurima hortensia propter superfluum humiditatem. Ex quo patet attenuantia omnia, nõ calida modò sed sicca etiam facultate esse, & tantò magis attenuandi vi pollere, quanto fuerint sicciora, & ex iis similiter quæ sicca non sunt, maturiora, aliis minùs maturis, & quæ siccis locis proveniunt & montibus, iis quæ in paludibus & campis crescunt. Cæterum primi inter attenuantia ordinis sunt allium, capa, nasturcium, porrum & sinapi: post illa autem smyrnium, pyrethrum, origanum, calaminthe, silybrium, pulegium, satireia, thymus. Quibus ordine proxima sunt capparis & terebinthi fructus, postea eruca, sium, apium, petroselinum, orminum, thaphanus, brassica & beta.

ἄσθενος. extenuatio, gracilitas & macies corporis. Est, ut diffinit Galenus comment. 3. in lib. 6. τῆ ἑδὴ δὴ μὲν, ὄλον τῆ ὄγιου καὶ δαίρειος πρὸς καὶ σὺ μῆκος ἢ ἑωλῆκος. Id est, totius molis detractio & collapsus vel subsidencia, siue utcumque ipsam nominare libuerit. Huius præcipuum signum est cutis laxitas, quod mangones etiam nouerunt, ex eo coniucentes tum quæ corpora crassiora reddi non queant, tum quæ & quantum possint. Ipsam enim cutem summis digitis sursum trahentes, quantum ea recedit à carne subiecta, in tantum emaciata corpora refici & impleri posse sperant. Sunt autem extenuationis multæ causæ: alimenti penuria, exercitationes plures, vigilia, cogitationes, dolores, morbi colliquatiui & ἀπορῆκος, euacuatio copiosa per aluum, per vomitum, per sudores & per sanguinis profluum. His adde & ἀποφῆκος, eiusque omnes causas, de quibus suo loco dictum est. vide in dictione μαρμαῖος. Vide & Galenum in comment. aphor. 7. lib. 2. quo scribit Hippocr. Quæ longo tempore extenuata sunt corpora, lentè reficienda esse: quæ verò breui, breuiter. Et comment. in aphor. 28. lib. eiusdem.

ἁλολιθορμίου. ὀμλωῶτος, apud Hippocratem, ut interpretatur Erotianus.

ἁλοκαὶ ἑμπλάστροι. dicuntur emplastra quadam alba, lenia, ferè non grauibus vulneribus accommodata, præcipueq; senilibus. Quale est quod habet, cerussæ P. XXXXII. seui vitulini curati & ceræ singulorum P. XLVIII. olei heminas tres, ex quibus ea cerussa coquitur. Author Celsus lib. 5. cap. 19.

ἁλοκαὶ ἑνδα. frutex est radice cyperi, valida & amara. Is diuisis nominibus etiam ἁλοκαὶ ἑνδα δὴ καὶ dicitur, de qua suo loco dictum est.

ἁλοκαὶ ἑνδαμῆς ἢ ἁλοκαὶ ἑνδαμῆρος. sic à quibusdam dicta est ἢ ἁνδαμῆς, ut Plinius testatur, non tamen omnis, sed illa modò cui flores candidi sunt.

ἁλοκαὶ ἑνδα. ὀ σωμαζος καὶ ὀ οισοφραγος. sunt & qui ἀπὸ τῆ ἀνδαμῆος & accipiunt.

ἁλοκαὶ ἑνδα. herba diuim generum, montana & urbana: sed quæ sit nemo descripsit. Hermolaus & Ruellius scripsere herbam quandam esse in uinetis nascentem Mercuriali similem & congenerem, sed nullum, quod sciam, authorem sequuti.

ἁλοκαὶ ἑνδα. dicitur à quibusdam & ἀνδαμῆος, ut habetur apud Dioscoridem. Mercurialis

L

DEFINIT. MEDIC.

esset, nisi per medium folium huic alba linea transcurreret.

λευκή ἑλ?α. ἢ τῷ σφακτοτίου ἑλ?α, apud Hippocr.

λευκή vitiligo alba. Est cutis carnisque subiectæ præter naturam albedo. Neque enim ad solam cutem, sed ad subditam etiam carnem vitium hoc pertinet. Fit errore facultatis nutritoria, sanguinem pituitosum, lentum & viscosum gignentis. Nam cum tali sanguine caro diutius alta regeneratæque fuerit, facillime albedo in alta carne contrahitur talémque habitum accipit, ut omnia facile in album conuertat, & non iam simpliciter caro, sed alba caro sit. Cum enim diutius ea affectio perseverarit, caro quidem adhuc manet, mutatur tamen eius forma & in alteram speciem vertitur, mediam inter sanguineam carnem & exanguem, proque naturali habitu cachexia inducitur. Sic quidem leuce carnis habitum transformat, cumque talis euasit, tota fit pituitosa albæque, nec magis nititur alimentum in rubram carnem vertere, quam polypodes & locustæ, ceteræque crustacea, exangui & alba carne prædita. Nec verò dubium est quin sensus, præsertim autem tactus, in ea affectione obtusior sit, propter humoris frigiditatem & crassitatem qui cutem subiectamque carnem possedit. Id malum videtur esse quod vulgò nostri homines lepram albam vocant, quòdque Auicenna albaras album nuncupauit. Differt autem ἀπὸ τῷ λέπρῳ ἐλάφωτον, quòd hæc sint cum asperitate cutis, rosione, pruritu & squamulis: λευκή vero cutim habeat leuem sine ulla aspredine & rosione. Nomen habet λευκή vel ἀπὸ τῆς λευκότητος, vel à quadam similitudine cum populo arbore quam λευκὸν appellant. Vt enim foliis & cortice candida est, sic & cutis eius quem is morbus occupauit.

λευκὸν γράφις. lapis est in Ægypto nascens, qui cum subuiritidis appareat, tamen si ad cotem affricetur, aut asperius pallium, locum dealbat: eo etiam linthea illustriora redduntur. Author Aëtius lib. 1.

λευκίον. viola. quo nomine etsi candida propriè designari videatur, tamen & pro lutea & cœrulea & purpurea solet usurpari. Est autem planta cubitali ferè altitudine, ramosa, caule brassicæ exiliore, folio longo, molli, canescente, flore quadrifolio, non unius coloris: nam alij purpurei sunt, alij niuei, alij lutei.

λευκίον dicitur à quibusdā ὀχρίλευκός, hoc est, atramentum futorium quod candidum est & albæ violæ simile.

λευκόςφορος ἢ

λευκόςφορος. vocatur hoc nomine glutinum auri cum ligno inducitur. Ex pluribus compositum est, Sinopidis Ponticæ selibra, silis lucidi pondo decem, & melini Græciensis duobus mistis tritisque unà per duodecim dies.

λευκόπυρον. nomen malagmatis, quod habetur apud Galenum lib. 7. τῷ κτ' γλ' η.

λευκὸ φλεγμαλίς. hydropis species qui & ἀνασάρις dicitur, & σαρκίτης siue ἑσσοσάριδι. vide ὕψωψ.

λευκόςφυλλον. est species τῷ ξηρομύρου, hoc est, unguenti sicci, cuius usus præcipuus ad collum & axillas est, quò illis odor gratus concilietur. Descriptio habetur apud Aëtium extremo libro.

λευκόςχρους αἰνός. est species vini salis, ex passis prius uuis, mox calcatis & aqua marina maceratis, deinde in album mustum comiectis, compositi.

λευκόςμα. cicatrix oculorum altior magisque profunda: nam quæ superficialia est, κφίλιον dicitur.

Λέωρ.

αἰσρ. dicitur à quibusdam ἰελεφάρηαις, ut scripsit Aretæus: Archigenes, ut habetur apud Aetium, λιοντίαις appellauit.

λίθου. dicitur à quibusdam alterum genus cisthi, ex quo scilicet ladanum provenit.

λίθου sive λιθάρια. est frigida & humida cerebri intemperies à pituita frigidiore & humidiora cerebrum madefaciente, febrem lentam, obliuionem, marcorem, inexpugnabilem penè dormiendi necessitatem inducens. Gignitur hoc vitium in capite in quo scilicet princeps animi pars residet, contrarium quodammodo secundum speciem phrenitidi, & ratiocinatrici animæ omnino noxam adfert. Ac humorem quidem à quo sit necesse est frigidum esse, quoniam memoria non nisi à frigiditate offendi potest, quem simul humidum esse oportet, alioqui non iam λίθου, sed κροχί sive κτάλις excitatur, medius inter phrenitidem & lethargum affectus, quem tamen Alexander Trallianus breuitati consulens, magis que τῆς διεραπιδικῆς quam τῆς φυσιολογίας studiosus, sub lethargo comprehendit, & non legitime lethargum appellat. Quamuis autem humor iste natura sua frigidus sit, attamen in lethargico affectu semper putrescit & incalcescit, febremque accendit, sed eam quidem omnino lentam non impense acrem & erodentem, propterea quòd cum natura talis humor est, tum in parte frigida putrescit. Cōsequitur autem illa lethargum, ut veteres medici prodidère, qua in re (præter alias differentias) ἀπὸ τῆς κροχί οὐ λίθου discrepat: febris enim τὸ κροχί solet præcedere eaque uehementior. Itaque sopores qui per februm circuitus συμπτωματικῶς agrotos premunt, magis κροχίκοι sunt quam λιθάριακοι. Est enim ὁ κροχί velut symptoma quoddam: λίθου per se cōsistit & cerebri actiones labefactat. Verùm quemadmodum sæpe ex morbo morbus nascitur, sic plerisque morbis lethargus succedit, sed sapissime ex phrenitide impensius refrigerata nascitur. frequenter etiam in illum continens febris transit, morbi que alij permulti, quibus immodica vacuatio contigit. Sunt autem lethargicorum quedam differentia. Alij unam continuamque habent lethargi accessionem, alij per circuitus quosdam in somnum ruunt & rursus reuocantur ut excitati audiant, moxque in somnum relabuntur. Sunt autem omnes obliuiosi, stupidi, mente capti, crebro oscitant & hiant, ac sæpe hiant ore persistunt, velut os claudere obliui. Urinam reddunt iumentorum lotio similem, ac sæpe in manus sumpta matula, eam se tenere non meminerunt.

λίθου. obliuio. Est memoria abolita. Namque debilis, veluti torpor: deprauata autem, delirium memoriæ est. Cause autem obliuionis plures statuuntur, succus frigidus & pituitosus in cerebro collectus, & ipsius corpus refrigerans. Morbi in abscessum declinantes, pestilentia, senectus, medicamenta frigida vel sumpta vel capiti admota, ut habetur apud Galenum extremo lib. 2. de sympt. causis.

λίθου. lippitudo. sordes oculorum. Est pituita crassior & semicocta circum oculos concalescens propter infirmitatem membranarum oculi, ut scripsit Galenus comment. 3. εἰς τὸ πρῶτον ἀρθρῶν.

λίθου γῆ. Lemnia terra. Legitur in Lemno insula, tumulo quodam propè Hephestiada. Est terra pinguis, spissa, mollis, rubricæ colore, adstringens. De hac quæ scripta sunt à veteribus, videntur etiam nunc ei cōuenire quæ hodie ad nos defertur. Eam Galenus scripsit esse pinguem mollémque, dum ait sacerdotem pingue lutum eò usque deficcare, dum mollis cere simillimum euadat. Spissam autem esse idem declarauit, dicēs astra Samium ea leuiorem esse, cum Dioscorides ipsum astra spissum

DEFINIT. MEDIC.

esse prodiderit. Rubrica verò colore est, ut idem Galenus scribit: sed differt ab ea, quòd hominis qui ipsam contrectat manus, ut rubrica, non inquinet. Tres eius differentie traduntur. Terra sacra, quam nemo, inquit Galenus, attingit præter unam sacerdotem: altera rubrica, quæ fabri utuntur: tertia, qua fullones, propterea quòd extergit. Prima utantur medici. Glutinosum quid habet, adstringit & citra mordacitatem resiccet. Hanc alij *μύλον λιμῶνα*, alij *σφραγίδα λιμῶνα* appellant, quòd olim in ea Diana sigillum, quòd creditur fuisse capræ effigies, imprimeretur: sicut hodie eius loco Turcicæ literæ.

λιμωκός. linamentum in longitudinem implicitum, authore Celso. vide *μοτός*.

λιπός. torcular. Nomen est profectum primum ab Herophilo, deinde usurpatum ab anatomicis, quòd designat locum quendam in capitis vertice vacuum, instar torcularis aut lacunæ, in quem coeunt in vertice meningis duplicationes, sanguinem quasi in cisternam deducunt, atque inde velut ab arce quadam, omnibus subiectis partibus riuos mittunt, alios quidem in totum cerebellum, alios verò in partem anteriorem, tanquam vinum è torculari promentes. Dicitur alio nomine *λιχνηῶν*.

λίρη. significat apud Hippocratem multis in locis *μετέλαι παρακοπή* ἢ *παραφροσύνη*, ut annotat Galenus initio comment. 3. in lib. 3. *τῆν ἐπιδημιῶν*. similiter extremo lib. 3. *πῶδε δασυτοίαι*, per *παραλήθους* eos significans qui leuiter desipiunt. Verum Aëtius *λίρη* videtur facere speciem quandam certæ delirij, scribens lib. 6. *λίρη* differre ἀπὸ *μωροσύνης*, quòd *μωρός* consequentia dicit & facit, *ληρώδης* autem nullo consequio verba faciat, sed sine ulla connexione ex hoc transeat in aliud: quòd q; *μωροσύνης* pueris præsertim & adolescentibus accidat, *λίρη* autem senibus. Oritur cerebro frigidiore factò sine interna siue externa de causa.

λιβιδίου. dicitur à quibusdam centaurium minus, quando secundum fontes nascitur.

λιβανίου πωτός. pessus Libanius. celebris ad emolliendum scirrhosum uterum. Recipit cereæ albæ quadratam. olei nardini, gleucini, susini, medullæ cervinæ, adipis anserini, singulorum sextantem. *αψυπι*, butyri, nitri, singulorum drach. IIII. his aliqui oui assati vitellum adiiciunt.

λιβανίου. collyrii nomen est, cui Paulus lib. 3. cap. 22. vim tribuit leniendi, concoquendi & pus digerendi. Descriptio eius habetur apud eundem lib. 7. cap. 16. Cefetur inter *ἀπαλά* καὶ *ἀδύκτα* collyria, itaque dicitur à thure quòd recipit.

λίβανος. thus. Arbor est Arabiæ familiaris & propria, sed à nullo descripta, nisi quòd Theophrasto & Plinio placuit eam lauro similem esse. Ab ea manat lachryma pinguis quæ concreta densatur, odorata, sacrificiis dicata quam Græci *λιβανίου*, Latini arboris sui nomine thus appellant. Masculum dicitur quòd ex eo rotunditate guttæ pependit, vel cui testin species est, cum in hærete lachryma priore, consequuta alia se miscuit, quòd & *μάμος* à similitudine vocatur. Græci *σαρπύρα* & *ατομωρ* vocabant, sicut minores guttas *ὀροβίαρ*. Micas autè thuris coccussu *elisas*, mannâ vocamus.

λιβανίου. dicta est à quibusdam hoc nomine masculæ conyze radix.

λιβανίου. *τῶν ὑγρῶν*. hoc est, humidò, apud Hippocratem.

λίβη. stillatio humoris ex oculis apud Hippocratem. Dicitur ἀπὸ τῆς *λίβης*, quòd proprie *σάραρ* significat.

λιβανίου. *σκοτεινὸν καὶ μέλαι*, apud Hippocr. ut annotat Erotianus.

λιβανίου κολύβια. sunt collyria *ἀδύκτα* multorum generum, quæ partim à Galeno lib. 4.

ἄν τ' ἰσὶ τοῖσι, partim ab Aëtio lib. 7. describuntur. Est & unum apud Paulum Aeginetam, sed falso inscriptum λιβάσιον: debet enim scribi λιβυσιον. Constat enim eadem materia qua & alia omnia λιβυσιὰ appellata: praeterea non reperias id nominis unquam à medicis collyrio datum. Nam quod thure constat, non λιβάσιον, sed λιβυσιον nuncupatur. Sed neque in eo thuris quicquam est.

λιβυσιον. dicitur à quibusdam λιπὸς ἀγριον, authore Dioscoride, quòd plurima nascatur in Libya.

λιγνὸς. fuligo. dicitur & ἀσβόλι. Est terrestris tenuiūmque partium substantia summis caminorum parietibus adherens, ex multo rerum pinguium vstarum halitu & vapore concrefcens. Vel, ut diffinit Galenus, est vapor terrestris, ex materiis immodicè assis vstisque. In hoc enim fuliginem differre scribit à fumo, quòd fumus mistio sit ex terrestri aqueaque substantia materis tantum semiuistis. Cæterum differentia fuliginis multa sunt, pro varia materia ex qua colligitur: ex acriore enim & calidiore acrior calidiorque fuligo, ex mitiore mitior. In usu habita medicis fuerunt, ex thure, terebinthina, myrrha, styrace, pice liquida, cedro. Omnis exiccat, totaque natura terrena est, tenuiūmque partium, sed modicum ignei caloris retinet qui materiam adusit. Ab eius similitudine etiam in nobis fuligo fuliginosusque humor aut vapor aut halitus dicitur, ex vstione proveniens, quam calidior quidem sicciorque intemperies inducit, motus vero multus & vehemens, vigilia, ira, dolor, cura, inediaque augent. Eiusmodi excrementa medici λιγνώσει vocarunt, parique ratione Hippocrates lib. 3. ἴπ' ἠδὲ δὲ μωρ, γλώσσῃ λιγνώσει dixit, linguam halitibus iis fuliginosis obductam, nigrāque in modum fuliginis.

λιγνώσει πωδελήματα. fuliginosa excrementa, de quibus superius in dictione λιγνὸς.

λιδαίερον. argenti spuma. medicamentum est metallicum non sponte quidem nascens, sed in secundis fornacibus emergens, dum plumbum vel eius arena ab argento aut auro secernitur. λιδαίερον Græci appellarunt nomine ex argento & lapide composito, ortæ rei duritiem designantes: Latini vero argenti spumam, nascentis rei naturam magis explicantes, & coctura potius euentum contemplati, quæ ex plumbo & argento eam veluti recrementum spumam redderet. Non quòd ex argento solo eiusmodi spuma prodeat (siquidem spuma hæc plumbi maxima pars est, quod totum partim in spumam, partim in plumbaginem vertitur, cum de ipso argento nihil fere deperat) sed quòd ex plumbo & argento nata, fuerit apud antiquos frequentior quàm ullum aliud lithargyri genus. Triplicem enim lithargyri differentiam Dioscorides exponit, unam ex arena quam μολυβδίνην vocant, in fornacibus excocta donec perfecte igni incandescat, & tota versa sit partim in hanc spumam, partim in plumbaginem: alteram & ex mistura plumbi & argenti, quam ἀργείην nominant: tertiam ex mistura plumbi & auri, omnium optimam, quæ χρυσίη dicitur. Sunt autem hæc duo, non materia tantum, sed & colorū nomina: ἀργείη enim dicitur non tam quòd facta sit ex argento, quàm quòd candida sit in modum argenti: & similiter χρυσίη tum quòd ex auro prodierit, tum quòd ab igne fulvū colorem contraxerit. Meminit praeterea Plinius argenti spumæ quam stereotida, & alterius quam pneumenen appellat. Quibus tamen nominibus non alia quàm quæ dicta est huius spumæ materia indicatur, sed spumæ tantum conformatio. Illa enim in solidiores massas, hæc in tubulos concreta intelligitur. Cæterum argenti spuma nec cali-

da nec frigida nec humida manifestò est, sed exiguam habet siccandi vim in primo abscessu ab his quæ ad amussim media sunt inter humida & sicca: nec similiter vis eius est obstruere, sicut nec aperire: item nec abstergere nec inquinare, sed paululum à mediis ad crassius quodammodo recessit. Quamobrem in varios usus administratur & miscetur emplastris, uti docet Gal. lib. 1. τῆν κ' τὸ πους.

Λιθίασις. dicitur calculi generatio in vesica: quamuis ille etiam in renibus creari possit, nemo tamen λιθίαρ & λιθιώτας usurpauit nisi de iis quibus in vesica molestus est, urinæ suppressionibus, vesicæ & imi vëtris distentionibus, ardoribus urinæ, & summis multis doloribus.

Dicitur tamen etiam λιθίασις in oculis morbus exteriori palpebrarum parte, in quo alba quædam & crassa callis aut lapillis similia apparent oculum pungentia, ut scribit τῆς ἐσχατῆς author, apud quem tamen incertum est partēne palpebrarum exteriori, an potius interiori insideant.

Λιθοδεδωρον. dicitur à quibusdam τ' κεράλλιον, ut scribit Dioscorides.

Λιθοδεδωρον. petrosum. ossis nomen. Sic dicitur pars ossis temporalis, protensis sutura τῆς λαμβδωδεδωρον finibus terminata. In eo osse apophysis est σκληρῆς, quam Galenus βαλονοειδὴ & χαροειδῆ appellat: & alia præterea quæ meatum auditorium continet.

Sic dicta sunt quòd petra seu rupi videantur similia, nõ duritie modo, sed etiã specie.

Λιθοκέλλα. glutinum quo lapides coniunguntur, conflat, inquit Dioscorides, ex marmore, lapide Pario & taurino glutine.

Λίθος μέλας. lapis molaris apud Hippocratem, quam κίχλην appellant.

Λιμακίστεροι. λιμνώδεις ἢ κερτάφυτοι & ὄμαλοι τῶποι, apud Hippocr. ut explicat Erotianus.

Λιμακώδεις. οἱ ὑγροὶ καὶ βοτανώδεις, hoc est, humidi & herbofi, apud Hippocr.

Λιμνήσιον. dicitur à quibusdam cętaurium tam magnum quàm minus, ut habetur apud Dioscoridem, quòd propter lacus vbertim utrumque profiliat.

Λιμνήσις. sic dicitur ἢ ἀδερκην, ut scribit Aëtius lib. 3. Dicitur & à nonnullis centaurium utrumque, ut habetur apud Dioscoridem.

Λιμνηζόνιον. ἀσπία παντελής, hoc est, abstinentia omnimoda, vel certè ἢ ὑδὶ βίῃς τῶμασι μόνοις διαίτα, ut explicat Gal. Usurpatur hoc nomen ab Hippocr. ἐν τῷ πρῶτῳ διαίτης ὀξείῳ.

Λιμὸς. fames. Est, ut ait Galenus, πένυ εἰς ἄκρον ἢ κενουσα δὲ ἀρεῖαι στίων, hoc est, extrema fames à ciborum penuria, siue ea voluntariè, siue præter voluntatem feratur. Idem ergo genere λιμὸς καὶ πένυ, solaque magnitudine differunt. Est enim πένυ modica siccationis in ventriculo sensus, λιμὸς verò magna & vehemētis. Sic enim apud Hippocratem intelligitur tum eo aphorismo quo scribit, ὅσον λιμὸς οὐ δὴ ποιεῖν: tum altero qui ita scriptus est, τῶσι σώμασι βίῃσι ὑγρῆς τὰς σάρκας ἔχουσι, δὲ λιμὸν ἐμποιεῖν· λιμὸς γὰρ ξυρεῖν τὰ σώματα. His enim aphorismis ἀσπία proprie significat, sicut & lib. 2. τῆν ἐπιθυμίαν ubi ait, ἐν αἰνῷ ὁσπερὶ οὐρανὸς ἐν λιμῷ, σκελετὸν ἀνθρώπου ἔχειν. Significat vetò etiam apud Hippocratem vehementem & insatiabilem ciborum aviditatem, quæ κνωδῆς ὄρεξις appellatur. ut aphor. 21. lib. 2. λιμὸν θῶρεξις λέει. Neq; enim hæc secundum naturam, ut ait Galenus, fames est, sed morbofa, quam vini potus soluit.

Λιμωδῆτις. μεγάλην τρυφήν ἀρεῖα, apud Hippocratem.

Λίνοσπος. sic dicitur à quibusdam ἢ χαίμαισπος, ut habetur apud Dioscoridem.

Λινόζωσις. Mercurialis. herba foliis ocimi, minoribus, helxinæ cognatis, ramulis duplici genicularum nodo cinctis, alarum cavis multis, fructu in fœmina copioso, quandam racemo-

racemorum speciem prabente: in mare è foliorum sinu dependente, paruo, rotundo, ceu binis testiculis unà coherentibus, frutice dodrātali aut maiore. Vtraque olerum modo manditur ad ciendam aluum, & illita discutit.

λίνοϋ. linum. herba est vulgò nota, tenui dodrantalique auena, tamarisci foliis, flore cæruleo, specioso. Eius semen primo gradu calidum est, inter humectātia siccantiāque medium, ex quo propterea sunt eclegmata extrahendis à pectore pituitis, finiendis- que tussibus cum melle ac pipere. Similiter & emplastrum quod ad Polletem refer- tur, ad pectoris affectiones & ad nervosarum partium inflammationes ac dolores. Describitur ab Aëtio lib. 15. cap. 14.

λίνοϋ à quibusdam dici τὸ κνίδιον ἰσχυρὸν habetur apud Dioscor. quoniam frutex ipse, qui granum cnidium profert, similis satiuo lino sit.

λίπα, & ἔλαιον, apud Hippocratem.

λίπαρὰ ἔμπλαστρα. lenia emplastra. dicuntur apud Celsum lib. 5. cap. 19. quæ medicamen- tis pinguibus constant, differentia in eo ἀπὸ τῆς ἀλιποιότητος, quæ constant ex medica- mentis non pinguibus. Plura utriusque generis exempla Celsus eo loco recenset.

λίπαρὸν. pingue. saporis genus est. Sic autem dicitur quod unguinis modo sublinat & replet, mitigatque exasperatas & quasi erosas linguæ partes, sed absque ulla dele- ctatione. In hoc enim à dulci differt, quòd manifesta cum suauitate idem præstat. Est verò fortassis & pingue ipsum dulce, aut certè ex dulcium genere, sicut putarūt quidam qui pauciores quàm octo gustus differentias esse contendunt. Dicitur & πῶρ, quæquam Galenus comment. 5. in lib. 6. τῆς ὑψηλοῦς, videatur & πῶρ genus constituere τῆς λίπαρῶς καὶ τῆς γλυκύτης: quo loco scribit Hippocrates & ἁλώδεις ἀπὸ πῶ- ρος procreari.

λίπαρότης. pinguitudo. Ex iis quæ antè τὴν λίπαρῶν dicta sunt, satis patet esse gusta- bilem qualitatem, quæ sine voluptate, aut ea longè minori quàm dulcia exhibent, linguam linit & subungit. Valdè affinis est dulcedini, de qua vide γλυκύτης. Du- bito an aptè Latine dici possit. Pinguedo enim & pinguitudo non sunt vera huius qualitatis nomina, sed potiùs substantiæ, quàm πικρῶν appellant.

λίπαρὸν. herbae nomen cuius meminit Aëtius, Alexandria sic vocante, quæquam ali- qui, inquit, cnestron nominant, ad ulcera capitis manantia vehementer utilis. Nec indicat is author qualis ea sit, utrum eandem cum thymelæa cneorone, an diuer- sam putarit.

λίτρα. libra. mensura & ponderis nomen fuit apud Romanos, sicut etiam nunc apud pharmacopolas, cuius ambiguitatem illi tollere volentes, λίτρα, μέτρον ἢ σταθμῶν, id est, mensura aut pondo, adiucebant, sicut apud Plautum habetur: Et la serpitiy libram pondo diluunt. & passim in libro Scribonij Largi: quod tamen non perpetuò faciūt, libram tantum aliquando dicentes ubi de pondere agitur. Libra autem tam men- sura quàm pondus fuit unciarum duodecim, quæ & ipse similiter in ponderibus & mensuris usurpabantur, quarum etiam qui meminerunt authores, ut omnem dubi- tationem tollerent, iis σταθμῶν ἢ μέτρον addiderunt, ut ex Galeno constare potest. lib. 1. τῆς κῆρας, ubi albi emplastri compositionem enarrat: λιθαργύρου μὲν καὶ ψιμυθίου λίτρας ἐκ τῆρου σταθμῶν δυοῖν δὲ λιθοῖν ἑλαίου μέτρον. Verum id scire oportet, libram & unciam mensuralem, atque adeo mensuram omnem certam atque immobilem sem- per fuisse, pondera autem rerum omnia ferè varia esse, pro eorum quæ expenduntur

varietate. Sciendum tamen est quòd sicut Plinius pro mina vertit libram, quæ tamen quatuor drachmis est minor, ita Græci contra, nonnunquam centum drachmis libram non minam exprimunt, ubi quatuor drachmæ redundant. unde Galenus lib. 6. τῆν κῆ ρεῖν scribit: ποτὲ ἢ ἄντι τῆς λίτρας, ἢ δραχμαῖς ρεῖν φουσιμ ἀντί τοῦ δὲ ἀντι τῆς μινῆς. Et similiter eiusdem operis lib. 1. ὡς ἢ ἀντι ἀναλογίᾳ πᾶσιται μηδὲρ μέγα ἀφύροντος· εἴτε τοῖς ἐκαστῶν δραχμαῖς τῆν μεταλλικῶν, εἴτε τοῖς ἐνεγκόντα ἐξ, αἱ δύο κενύλαι τῆς ἐλαίου μινύοντο. Sed quid dicemus ad Scribonium Largum? qui scribit: quæ enim in libra denarij octoginta quatuor apud nos, quot drachmæ apud Græcos incutunt. Largus pleraque medicamēta vertit ex Græcis, qui libra vocabulo usi sunt in suis compositionibus, diidentes eam more Romano in duodecim uncias, unciam verò in septem drachmas, denarios intelligētes. Itaque more illorum loquutus Scribonius videtur, alioqui libra drachmarum est sex & nonaginta.

λιχίος. index. secundus est digitus pollicis proximus. sic dicitur παρὰ τῆς λίου χεῖρας, id est, quod longo spatio à pollice distet. hæc autem distantia λιχίος ab eo digito appellatur, ut author est Pollux. Alio nomine δειλίος vocatur, quòd eo indicamus, exprobramus, minamur. Salutaris olim dictus est à Latinis, vel quòd nisi visa & indicata salutemus, vel quia apud priscos eo digito ori admoto silentium, quo nihil ad salutem melius, indicebatur.

λιχίος. mensura est apud Græcos qua rerum intervalla metiuntur. Cōstat autem eo spatio quod inter pollicem & indicem est, cum quàm maximè fieri potest distenduntur. Inquit enim Pollux: εἰ δὲ τῶν μέγαρ δάκτυλων τῶν λιχίω ἀντιπένας, τῆς μέτρον λιχίος. Est autem hæc mensura duorum palmorum & dimidij, siue decem digitorum.

λίος. πλέως, apud Hippocratem, ut annotavit Erotianus.

λόβιον. ὁ δὲ λίος, qui & λόςος vocatur.

λόβος. ima aurium pars & carnosæ, quam fibræ Gaza interpretatur apud Aristotelē lib. 1. cap. 11. de historia animalium. vide οὖς.

Dicitur & λόςος ὁ δὲ λίος, ut placet Aëtio, quasi siliqua, quòd solus leguminū cum thecis suis mandatur in patinis.

λοχίος. τῆς λαχίω τῆς ὀφθαλμοῦ, quòd etiam alio nomine σφραδὸν dicitur & κικλώπιον.

λογικοί. sic dicti sunt medici qui ratione & methodo propria morborum remedia investigabant. Hi medij quodammodo fuerunt inter Methodicos & Empiricos, & ab utrisque multum diuersi: ab his quidem, quòd non solam experientiam, sed præterea rationem in curandis morbis adhiberēt, ab illis verò quòd non tantum quæ communia sunt, sed etiam propria consideranda censerent, nihilque omnino negligenter quòd ad curationem facere videretur. Idem etiā δογματικοὶ dicti, quorum princeps fuit Hippocrates. vide δογματικοί.

λοχίης. herba folijs porri similibus, latiusculis & modicè rubentibus, ad radicem plurimis & in terram conuexis, paucis in caule, flores in eo ceu galericulos habet, comitis personis similes paruum exerentibus linguam, nigros: siquidem minutulis iis biatibus albugo quadam inferiore labro prominens speciē linguæ representat. Semē in inuolucro clausum, cum primū exit triangulum, simile cuspidi, unde ducta est τῆς λοχίης appellatio. Radices Gallicæ pastinacæ. Dicta quondam est à Romanis Veneria aut lanceola. Ab ea altera lonchitis est quam asperam cognominant, Romani longinam aut Colubrinam, folijs scolopēdrij, scabrioribus, amplioribus, diuisuris

nifuris quoque maioribus: vulneraria herba, quæ plagis inflammationes abigit. Potacum aceto lienem absumit, crediturque à multis esse scolopendria.

λοιμὸς. pestilentia. Est morbus epidemicus, contagiosus & omnium perniciosissimus. Est enim communis & è cōmuni causa natus, non tamen patrius & familiaris, sed potius aduentitius. Verùm contagiosus est & presentis periculi, ut qui maligna & venenata putredine vitalem cordis facultatem substantiamque pessundet. Continens eius causa putredo est, tam spirituum quam humorum, non vulgaris quidem aliqua, & qualem reliquæ febres habere solent, sed venenata qualitate imbuta. Putredinem excitat interdum obstructio sola, interdum sine obstructione aër tota sua substantia putris & corruptus, sed maxime quidem si adiuncta sit obstructio. Sed utrobique accedere oportet causam illam sine qua non, hoc est, afficiendi corporis præparationem ex plethora vel cacochymia cum ocio, cibo & potu largo, crasso, lento, Venere immodica & intèpestiva, unde & cruditates plurimæ & obstructiones cumulantur. Putredo hæc humorum pestilentia continens causa, sæpè in nobis nascitur per se, sæpè ab aère vel calido humido, vel magis pestilente & putri. Putret autem aër tum qui conclusus non diffatur, tum qui inquinatur ab halitibus & vaporibus putridis siue illi ex cloacis, barathris & specubus, siue ex lacubus & stagnis non motis nec diffatis, siue à mortuorum animalium insepultis cadaveribus excitentur, siue ullam aliam ob causam. An verò & corporum cælestium influxus quidam, ut astrologi loquuntur, pestilentem reddant aërem, dubitare malim quam credere, præsertim cum medico sensus magis sequenti, aëris mutationes pro omni sint Astrologia, ut ex Hippocrate conicere licet lib. 3. aphor. initio prognost. & lib. de aère, locis & aquis, tametsi ibidem, ut locis aliquot aliis quorundam syderum insignium ortus & occasus observari voluit, & post eum Galenus & Aëtius lib. 3. quòd circa hos magnæ in aère mutationes fiant. Nulla tamen ex his quas superior ætas commemorat, in pestilentem fuit conditionem. Porro aër ille siue putris, siue immoderatè calidus & humidus, siue alio quovis modo vitiosus, inspirando attractus & in cerebrum cordisque ventriculum sinistrum receptus, in corpore excrementitio & perspiratu carente, putredinis occasionem ilico præbet spiritui primùm vitali & animali, deinde & humoribus contentis in utroque cordis ventriculo, à quibus in reliquum corpus vitium facile serpit. Hinc gravissima illa pestilentia symptomata quæ Rufus recenset, deliria, biliosi vomitus, præcordiorum contentiones, labores, sudores copiosi, extremorum frigiditas, alus profluvia biliosa, tenuia & flatulenta, urina aquosa, rennes, biliosa, nigra, in quibus pessima sunt quæ tum subsident, tum pendunt, pectoris ardor, lingua torrida, sticculosa, remissa, vigilia, convulsiones, syncope, & alia multa deterrima, pro natura corporum pestilentia affectorum & reliquis circumstantiis à quibus symptomata exoriri varia solent. Porro λοιμὸν dicere an λοιμὸν πυρετὸν siue νόσον, nihil interest. Non enim aliud febris pestilens est quàm ipsa pestilentia.

λοιμὸς πυρετός. pestilens febris. Idem quod λοιμὸς de quo supra.

κόπρος. castanea. ut patet ex Galeno lib. 2. de aliment.

ἀνώτος. significat apud Hippocr. alutæ extimam partem quæ interiori ferè semper durior densiorque est. Erotianus φλοιὸν καὶ λεπτοῦμα interpretatur.

νώθησις. vitium spinæ, cum eius vertebra loco suo mota sunt, & in priorem siue ante-

DEFINIT. MEDIC.

riorem partem conuersa. Sunt autem in spina hæc vitia, λάρδασις, κύφωσις, σκολιόσις, σείσις, ut author est Galen. cōment. 3. εἰς τὸ πᾶσι ἀρθρῶν. Erotianus apud Hippocr. λάρδατον interpretatur τὸ ἰσχυροσπασμῶν καὶ ἐναρτίον τῶν κνερῶν.

Λούειν καὶ

Λουουῶ. significat apud Hippocratē non solum δ' λούειν, sed etiā δ' αἰονᾶν, ut scribit Gal, ἐν ταῖς ῥηλώσεσιν.

Λουῖτρον. nomen est medicamēti ophthalmici quod ad Hermiā authorem refertur, cuius descriptio habetur apud Galenum lib. 4. τῆν κ' τὸ πρῶτον.

Λοφία. sic proprio nomine dicitur prima dorsi vertebra, sub atlante proxima: vocatur ἔτι ἀ quibusdam λοφῶδία.

Λόχεια. τὰ. dicuntur omnia quæ à puerpera post fætum ἔτι secundas exeunt. Ea Gaza apud Aristotelem purgamenta vertit. Sunt autem reuera τὰ κη. ταμίνα, ἀ quibus tamen sola ratione differunt, quòd hæc ante partum, illa post partum sic appellētur.

Λυβιαία καὶ λουεία. Lybiana collyria. sic dicta sunt, inquit Galenus, quæ mordacitatis expertia sunt, ἔτι longiori tempore affecta partis vitiatum humorem consumunt. Appellantur eadem ἔτι κνικιοὶ ab albo colore, ut in quibus præualeat amyllum ἔτι terra Samia ἔτι cerassa Rhodiaca.

Λυβικῶν. aliqui sic vocarunt τὸν ἀσπᾶραγον.

Λυγισμός. artuum confractio, contortio, luxatio. Est enim λυγίζων idem quod στρίφων, καὶ μῆψον, κλάζων. vititur ea voce Dioscorides agens πᾶσι τῶν ἀρθρῶν.

Λυγιδίς. collyrij nomen callos ἔτι cicatrices oculorum exterentis, visumque exacuentis. Descriptio eius habetur apud Galenum lib. 4. τῆν κ' τὸ πρῶτον. Habetur ἔτι apud Paulum lib. 7. cap. 16. ex quo Galeni descriptio emendari debet.

Λυγκόειον. lingurium. idem planè quòd τὸ ἰλλικόν, id est, succinum. sic autem dictum est, quòd aliqui, cuius opinionis Demonstratum authorem ferunt, crediderint succinum esse glaciata[m] lyncis urinam. Multi tamen ex Arabibus videtur à succino distinxisse. Sunt verò qui dicant lingurium dictum esse quasi Ligurium, quod Theophrastus in libello de lapidibus inscripto in Liguria effodi prodiderit, ἔτι Strabo Ligures lingurio abundare dicat.

Λύγος. ὁ λυγμός, apud Hippocratē.

Λυγυώδης πυρετός. singultuosa febris. Sic apud Hippocratē dicitur authore Galeno comment. 4. in lib. πᾶσι διαίτησιν ὀξείων quæ à principio ad crīsim usque adiunctum habet singultum, sicut ἔτι πᾶσι πυρετοῖς πρῶτον apud authorem prothetici affectus dicitur qui ab initio aut non multò postquam fieri cæperit, conuulsionem accersit. Cui enim circa crīsim tantum singultus oritur, qui actis ἔτι mordacis humoris vomitione statim leuatur, ea nequaquam singultuosa appellari debet. Quæ autem huius febris causa esse possit, intelliges si legeris quæ mox de singultu dicentur.

Λυγμός ἢ

Λύγξ. singultus. Est motus conuulsiuus ventriculi vitium quod tunicis suis inest, expellere tentantis. Hic motus quidē est facultatis expultricis, sensu tamen percipitur ἔτι cum motu voluntario cōmunicat, ideoque à Galeno inter symptomata facultatis sine actionis animalis motricis numeratur. Ac quanquā sit naturæ solius opus, hoc est, facultatis corpus regētis, ut horror, sternutamentū, tussis, oscitatio, vomitus ἔτι ructus, attamē quia causa aliqua præter naturam est quæ naturā ad singultum excitat at-

que

que compellit, ob id symptomatis præter naturam annumeratur, ut & ea de quibus supra dictum est, quæ causam pariter aliquam habent morbiferam per quam natura ad eiusmodi motus cogitur. Cum autem alij sint in ventriculo depravati motus, ut ructus, nausea, vomitus, ab his hoc uno maxime differt singultus, quod illa nihil conuulsioni simile habeat, hic verò conuulsioni persimilis sit. Ut enim pars quæ conuellitur, ad principium suum contrahitur, idque duabus omnino de causis, inanitione vel repletionem patitur, ita ventriculus singultiendo contrahitur, & ab iisdem, ut scripsit Hippocr. causis à quibus & conuulsio, excitatur. Veruntamen singultum conuulsionem dicere non licet, quoniã hæc solis accidit musculis (ventriculus autem nec ipse musculus, est nec os eius) sed veluti conuulsionem aut verius motum conuulsuum. Est autem, ut scribit Galenus, facultatis tum retëtriciæ tum expultricis commune symptoma: illius quidem quod ventriculus, dum singultit, prauè & non naturaliter cibos complectitur: illius verò propterea quod ad ipsam primum proprièque pertinet motus ille prauus, dum cupit quod molestum est expellere. Ex quibus Galeni verbis intelligimus singultum motum esse non simplicem, sed ex duobus contrariis compositum, dilatatione scilicet & constrictione. Sicut enim fieri assolet in omnibus functionibus corporis quæ magno conatu viribusque egent, ita in singultu ventriculus quò valentius possit vitium à se excutere, primum se dilatat (quod dū agit, cibos deserit, nec naturaliter complectitur) deinde velut collectis viribus seipsum adstringit, magnaque totius sui corporis compressione singultum edit. Ex quibus apparet non eundem esse vomitionibus & singultientibus motum, propterea quod nec idem sit affectus. Quippe in vomitionibus ea quæ in ventriculi capacitate sunt reiciuntur, non magno adeò conatu: in singultu verò, quæ in ipso ventriculi sunt corpore, simili tum affectu tum motu, qualem si perpetiuntur qui ex intemperie rursunt, omnibus nimirum ventriculi partibus id quod se contristat expellentibus. Est enim singultus virtutis expultricis validus motus, sicut & sternutamentum & tussis, vomitūq; multò validior, quod nisi magna vi eius causa quæ penitus eius tunicis ori- que infedit, excuti non possit, quemadmodum Galenus in comment. aphor. 39. lib. 5. demonstrauit, etiamsi contra visum sit Auicennæ. Cæterum quum singultus affectio ventriculi esse dicitur, non est ita intelligendum quasi ad totum ventriculum semper pertineat, cum sæpè os eius dumtaxat afficiatur, aut solus etiam œsophagus quæ proximè stomachum attingit. Siquidem horum trium corporum affectione singultum excitari proditum à Galeno fuisse video, ventriculi, stomachi & œsophagi, conante semper natura quod penitus in partibus impactum est, altiùsque in earum tunicis infedit, exprimere atque abigere. Hæc quidem fuit Galeni de singultu sententia, in quam omnes postea medici descenderunt. An verò eadem Hippocrati fuerit, equidem dubito. Ille namque singultum non motum conuulsuum, non veluti conuulsionem, sed conuulsionem esse existimauit, sicut Galenus comment. in aphor. 4. lib. 5. annotauit. Neque verò causa vlla est quæ nos ab ea opinione reuocare debeat. Cum enim ventriculus atque os eius maxime magnorum neruorum sit particeps, non quo ille quidem moueatur, sed exquisitissime sentiat, si in eos causa aliqua præter naturam inciderit, quæ in aliis partibus neruos ita offendit, ut ad suum principium sese recipere cogantur, eadem in stomacho talem affectionem excitare potest, quæ & in aliis partibus excitatur. Est enim conuulsio omnium partium in quas

DEFINIT. MEDIC.

nerui descendunt, propria, quæ ut in quibusdam partibus peculiaria sortitur nomina (in oculo enim ὄραβιοὺς, in mandibula τεταῖος, in ore κωνιὸς ἀσπιδίος, in pudendo σαττειάσις appellatur) sic in ventriculo λύγξ vocata fuit. Feruntur autem illi in stomachum atque ventriculum à sexta coniugatione insignes, & sicut scripsit Hippocr. lib. 2. epidemiôn, breuissimi. Hi quamuis ventriculû aut stomachum non moueant, quia tamen à cerebro (quod ut sensus, sic etiam motus principium est) oriuntur, à causa præter naturam offensi, in principium suû recurrere reuertique possunt, & secum partem in quam inserti sunt, conuellite. Neque enim ea coniugatio motio- nis expers est, sed multis diffusis ramulis in aliquos colli & laryngis & sterni & co- starum musculos, deinde in laryngem recurrens, iis partibus sensum motûmque con- ciliat. Quoties igitur tale iis neruis qui ad stomachum à cerebro rectâ feruntur, vi- tium infederit, quale in aliis partibus conuulsionis excitandæ vim habet, id in sto- macho proculdubio conuulsionem pariter inducet, quam proprio nomine singultum omnes appellarunt. Et reuera si omnes omnium tam particularium quàm uniuersalium conuulsionum causas, siue generales, siue speciales contemplemur, eadem sin- gultus etiam causa videbuntur. De illis quidem diserè pronunciauit Hippocrates aphor. 39. lib. 6. conuulsionē scribens fieri ex repletionē vel inanitione, atque eodem modo singultum. Porro inanitionis nomine summam siccitatem denotari Galenus nos docuit, cuiusmodi ea est quam febres ardentes, purgationes, sanguinis excretio- nes, vigilia immodica inuexerunt, quæq; etiam chordas potest abrumpere. Reple- tionis autem nomine non aliud hîc intelligendum puto, quàm humiditatem quan- dam superfluam atque à natura alienam. Ea namque siccitati siue inanitioni reue- ra opposita est. Quo fit ut eo aphorismo nõ aliud velit Hippocr. quàm statuere om- nem conuulsionem fieri vel ab aliquo humore vitioso, vel ab inanitione summâque siccitate. Repletio autem gemina est eodem Galeno authore, una quidem ad vasa, altera verò ad vires: illa quidem cum nerui adeò replentur, ut necessariò cõtrahan- tur, breuiorésque fiant: hæc verò cum ipsi humore grauantur, non multo quidem sed vitiosa qualitate prædito, quem cum auersentur & excutere cupiant ab eo de- morfi, puncti & laceßiti, in principium suum recurrunt. Itaque repletionis nomine non summam modò plenitudinem, quæ ad vasa dicitur, Hippocrates intellexit, verum acrem etiam aut serosum aut medicatum humorem neruos mordentem, à quo couulsionem sæpißimè oriri nemo est in arte medica vel tenuiter institutus at- que versatus qui dubitet. Proinde miror quid Galeno venerit in mentem, dum ista scriberet libro octauo τῷ ὀγδοῦ κατὰ τὸ πρῶτον, his verbis: Hippocrates quidem con- uulsionem fieri dixit ex repletionē & euacuatione, & additum est ad aphorif- mum fermè in omnibus exemplaribus, sic autem & singultus. Ego verò in con- uulsionem (inquit idem) tertiam aliquam causam supra euacuationē & repletionem nondum reperi. Singultum etiam sine his fieri video, acribus humoribus aut serosis & medicatis stomachum mordentibus, quos ubi vomitu reiecerint, statim singultu liberantur. Quin & multi deuorato pharmaco ex tribus piperis generibus constan- te, si statim vinum insuper bibant, omnino singultiunt, ex quorû numero etiam ego sum. Amplius autem & cibo in mordacem qualitatem corrupto aliqui singultiunt, & quòd à vomitu statim liberantur, omnibus notum est. Quidam etiam ex rigore oris ventris singultiunt. Verum pueros maximè frequenter singultire contingit, cum
ob cornu-

ob corruptionem alimenti in ventre, tum ob partis frigiditatem. An verò & ob nimiam euacuationem fiat singultus, veluti etiam conuulsio, dignum consideratione est. Hæc quidem Galenus, parum memor eorum quæ locis propè infinitis docuit, ut conuulsiones interdum fieri demorso ore ventriculi ab acri aliquo humore: grammaticum quendam conuelli solitum aura quadam tenui à crure sursum ascendente: ab humore aut semine putri in utero cum distentiones neruorum tum conuulsiones oriri, & à veneno similiter mole quidem exigua, sed facultate maximo quem venenata animalia morsu infuderint. Sunt autè hæc causæ profus eadem cum tertiis illis causis, à quibus præter inanitionem atque repletionem singultum fieri Galenus paulò supra scripsit sese obseruasse. Sed & ex frigore conuulsiones non minùs quàm singultus oriuntur. Id quod docet Hippocr. aphor. 17. lib. 5. & 18. atque etiam ipse Galenus prodidit comment. 3. in prognostica agens de conuulsione, quam scribit etiam sine febre in forti admodum frigore enasci. Hæc quidem qui diligentius expenderit, certò intelliget verissimam esse Hippocratis sententiã de causis conuulsionis atque singultus, & repletionem intelligendam non eam plenitudinem modò quæ ad vasa est, sed omnem vitiosi humoris affluxum à quo nerui offendi possunt. Iam quod pertinet ad alias causas, omnes quidem sunt singultui atque conuulsioni cõmunes, adeò ut quæcũque de conuulsione dicta sunt, etiam de singultu commodè intelligantur. Cùm enim singultus genere conuulsio sit, eandem quam & illa habet tum causam, tum generationem, tum etiam significationem. Itaque ut conuulsio ex helleboro, ex vulnere, ex sanguinis multo profluuio, ex superflua purgatione, ex vomitu, ex ileo, ex iecinoris inflammatione mala est, ita & singultus qui talibus de causis ortus erit, quemadmodum ex aphorismis Hippocratis & Galeni in eos commentariis perspicere licet. Siquidem symptomaticus est omnis eiusmodi singultus, in aliis quidem summam siccitatem, in aliis verò humoris vitium cum magna stomachi & neruorum qui ad ipsum pertinet imbecillitate. A quo quidem symptomate λυγρὸς πυρετός, hoc est, singultuosam febrem ab Hippocrate dictam fuisse legimus, sicut supra à nobis ostensum est. Fit autem singultus aliàs per ventriculi ἰδιοπαθείαν, aliàs verò per συμπαθείαν: ut in meningibus inflammatione laborantibus, aut intestinis, aut utero, aut aliis quæ ὑσπίαν sint neruosis partibus, aut hepate inflammato provenit. Sed cùm maxima ex parte singultus omnis præter naturã sit, & malus aut lethalis, fieri tamen potest aliquando criticus, signis cõcoctionis manifestò iam apparentibus, crismque vomitione mox futuram indicare, quòd stomacho offenso natura in superiorem partem ducere videatur.

λύγος. vitex. Est frutex in arborem assurgens, qui ut plurimum nascitur in fluminum ripis ac torrentium alueis, ramis prælongis, fractu peruicacibus, foliis oliuæ sed mollioribus. Duo eius genera habentur: vnum album florem mittit cum purpureo, alterum, tantum purpureum, & semen instar piperis. Calefacit & siccatur tertio ordine. Tenuiũ est partiũ, flatũsque ideò discutit: appellatur alio nomine ἄγνος, quasi castus. Creditur enim conferre ad castitatem non modò commanducatus potũsque, verum etiam in cubile substratus. Dicitur autem λύγος à viminum & vincendi vsu. Id enim Græcis λυγίζω significat, quanquam λύγος vox est communis omnibus quibus in rustico opere ad vincula utimur: quales salices omnes sunt, genista, erica, ulmi, in quarum genere vitex etiam numeratur, ideòque communi illa appella-

tione etiam nominatur.

λυγίζμ. apud Hippocratem cōtorquere, implicare, inflectere. ἀπὸ τῆν λυγίω, propter eorum flexibilitatem.

λυγία ἢ λυγία ἢ λυγία. species est melancholia, qua qui laborant luporum de more noctu domo egrediuntur, & donec illucescat circa mortuorum sepulchra versantur (quo loco visum mihi est annotare legendum esse apud Aëtium, καὶ μέγιστος ἰμῶρας ποδὶ τὰ μνήματα μάλιστα διάγουσι. ut patet ex Paulo, qui pro eo dixit ἀλατρίβουσι) Sunt autem eorum nota ista: facies pallida, oculi sicci & caui, visus hebes, lingua siccissima, saliva in ore nulla, sitis immodica, tibia perpetuò exulcerata propter frequentes casus, atque ut canes mordent, ex quo arbitror morbum ipsum etiam κωαίδη ἢ λυγία ἢ λυγία vocatum fuisse veteribus. Is traditur mense patissimum Febuario inuadere.

λυγία ἢ λυγία ἢ λυγία.

λύκος. arbor est spinosa, ramis trium cubitorum aut longioribus, foliis buxi, densis, fructu piperis, nigro, leui, amaro densoque, cortice pallido, non dissimili lycio madefacto, radicibus multis, obliquis, lignosis. Nascitur plurimum in Cappadocia & Lycia. Dicitur alio nomine πυξία ἢ λυγία, quasi dixeris buxeam spinam: in officinis lyciū dicitur. Facultatis est exiccatoria, constatque diuersis substantiis, una quidem tenuium partium digerente & calida, altera terrestri & frigida, ex qua adstringendi vim habet. Paratur ex eo medicamentum quod λύκος dicitur: id nō est aliud quàm succus eius coctione expressus extractusque. Extrahendi autem eam fuisse rationē Dioscorides docet: Coquebatur in aqua tusi rami cum radicibus aereo vase, sed antè per multos dies macerati, tūm abiectis lignis iterum liquor, donec mellis crassitudo fieret. Alij verò, ut idem ait, lycium faciebant semine eius expresso & insolato. Vim habebat digerendi & desiccandi non paruum, nempe secundo ordine, prætereà abstergendi & contrahendi. Optimum erat quod vri poterat, restinctumque rubentem spumam ostendebat, glebis extrinsecus nigris, intus cum fractum erat, rufis, odore minimè viroso, cum amaritudine adstringēs, crocino colore, cuiusmodi Indicum erat ceteris præstantius.

λυκοτόπος. sic dicebatur δ' ἀκόπος, quod lupos qui eum fortè in cibo obiectum deuorant interficiat.

λύκος. nomen est pastilli desiccantis & adstringentis, ad dysentericos comparati. Descriptio habetur apud Aëtium lib. 9.

λυκοκυντάλιον. sic dictum est à quibusdā δ' σποα μωαδὲς μύριον, sicut habetur apud Diosc. λύκος secundum Dioscoridem, vel λύκος, ut habetur apud Galenum & Paulum, est quarta anchusæ species, de qua vide ἀγχούση

λύμαπα. καὶ δάριματα apud Hippocr. ut interpretatur Erotianus.

λύπη. nuda & arida loca apud Hippocratem.

λύρον. sic à quibusdam dicitur ἢ ἄλισμα ἢ δαμασκόπος, ut habetur apud Dioscoridem.

λυσιπένιον. nomen est τῶ ἀκόπου φαρμάκιον, cuius descriptio est apud Paulum lib. 7. cap. 19.

λύσιον. dicuntur apud Hippocr. interualla quibus articuli ab inuicem disuncti sunt, ut annotat Galenus ἐν ταῖς γλωσσεῖς.

λύσσα. rabies. proprie quidem de canibus dicitur, & significat furorem illum in quem sub Canicula maximè aguntur, omnium animalium soli, ut scribit Galenus lib. 6. de locis

locis affectis, differens de uteri affectionibus: Transfertur tamen cum ad homines tum ad reliqua animalia, quæ per contagionem ex rabidi canis morſu mēte abalienantur & furorem pariter animo concipiunt. Id quod ut plurimum euenit die post canis morſum quadrageſimo, quemadmodum Dioſcorides lib. 6. copioſiſſimè explicauit. Eam affectionem in hominē ita contractam à venenata quadam qualitate, non μαιλα, non φρενιπιδι, ſed λυσαμ perinde atque in cane medici appellarunt. Obſeruatum autem fuit tantam eſſe eius veneni pernitiē, ut non morſu modo, verum ſolo etiam contactu rabidi canis ſaliua rabiem excitare poſſit.

λυσαμδιδις. παραφρενιπιδις, hoc eſt, furibundum, apud Hippocratem.

λυχιουμ. nomen eſt medicamenti ad inunctionem oculorum. Deſcribitur à Galeno lib.

4. τριπικον τοπευς.

λυχης. herba eſt diuim generum apud Dioſcor. una dicitur σαφαιμαλκην, hoc eſt, coronaria, Romani genicularem ſiue ballariam vocant, ſtorem habēs viola albæ magnitudine, ſed purpureum, neque unquam excedens quinque folia: Plinius quodam loco flammeam cognominat, alibi roſam Græcam. Altera autem ἀγρια, hoc eſt, ſylueſtris vocatur, omni ex parte ſaluiæ ſimilis, excepto natali ſolo: cum enim illa in humidis locis proueniat, hæc in aridis naſcitur.

λυχης ἀγρια. dicta eſt à quibuſdam τριπικων, ſicut habetur apud Dioſcor.

λυχιπιο. tertia ſpecies τριφλομιδου, foliis ternis aut cum plurimum quaternis, craſſis, pinguibus, ad lucernarum lumina aptis, qua de cauſa δευαμδιδις à quibuſdā dicta eſt.

λωτομητρα. ſpecies loti ſatiuæ, ſemine ſimillimo porri.

λωτις. & arboris & herbae nomen eſt. Arbor quidem ipſa proprie valdè magna eſt, foliis per ambitum ſerratis, fructu magnitudine fabæ, colore vario, vuarū modo matureſcente, prædulci, ſuaui & ſtomacho ſalubri. Numerosa eſt in Pharide inſula, ideo Lotophagia vocata. Herba autem triplex à Dioſcoride ſtatuitur, ſatiua, ſylueſtris, Aegyptia. Satiua naſcitur in viridariis, caule tantum foliata. Sylueſtris, quæ Romani trifolium minus vocant, aſſurgit caule bicubitali aut etiā altiore, aliſ pluribus cocauo, foliis loti trifoliæ, ſemine ſtenigræci, minutiore multo, medicati guſtus. Aegyptia peculiaris eſt Aegypto, campis flumine inundatis proueniens, caule fabæ, flore paruo & candido ſimili hordeo, qui ſole oriente pateſieri traditur, & occidēte comprimi. Calycem habet papaueris capiti ſimilem, in quo grana ceu milij, ex quibus ſiccatis ſunt in Aegypto panes.

λωτις μίγας, dictus eſt à quibuſdam οκυνπος, ut habetur apud Dioſcoridem.

M ij

IO. GORRAEI PARISIENSIS
DEFINITIONVM MEDICARVM

T O M.



Μύγμα Galenus apud Hippocratem interpretatur τὸ, πὲρ μύγμα καὶ φάρμακον, καὶ τὴν χειροποίητὴν μαγδαλιαν.

μάγμα. propriè quidem unguèti fax, quæ expressa reliqua liquidiori materia relinquitur. Ab eius verò similitudine ipsum unguentum & spissamentum omne, pauco liquore subactum, ut non diffluat, etiā μάγμα dicitur. sic μάγμα ἰδύχσορ ab Andromacho primum, deinde à reliquis medicis dictum est, non ab ullo quidem expressum, sed per se ita comparatum.

μάγος. emplastri nomen quod quidem etiam ἰφασιάδα nuncupant, egregium profus ad sinus & fistulas conglutinandas & resiccandas, ad hæc ad hydropicos & aquosum ramicem. Descriptio eius habetur apud Aëtium lib. 10. cap. 24.

μαγύδαεις. caulis silphij, ut scripsit Galenus, quamvis & semen eodem nomine aliquibus dicatur: aliis autem radix. Verum quibusdã sic libuit appellari alterum laserpitij genus quod in Libya nascitur, radice silphio simili, minus crassum minusque vehemens, fungosum, sine succo, cui sit natura eadem quæ silphio.

μαδίασος ἢ

μαδίασος. est defluuium pilorum ex palpebris, alio nomine μιλφωσις dicitur. fit ab acrifluxione.

μαδάρα. dicuntur ab Athenæo quæ à Gal. Βεΐδωλα, pruna scilicet, ut putat, Damascena.

μάζα. Latinum nomen non habet, nisi quis, ut Plinius, offam interpretetur. Sic autem appellari polentam hordeaceam quæ sit humido conspersa Aëtius author est, sed quæ videlicet mandatur cruda cum defruto, vel melle, vel alio huiusmodi. Multa eius genera & nomina produntur à Græcis. Ceterum μάζα apud Hippocratem significat farinam hordei tostam aliquo liquore subactam, siue oxymelite, siue malsa, siue posca, siue aqua pura, ut annotavit Erotianus.

μαμύκωλον. fructus arbuti quem κόμαρον Græci vocant. Plinius lib. 15. cap. 24. unedonem Latinis dici putat, eo nomine nõ fructum modò, verum ipsum etiam arborem dici scribens. Galenus tamen nõ comari, sed epimelidis arboris fructum unedonem vocari prodidit. Vis eadem utrique tribuitur, acerba, κακὸς μαζος & καραβαεικὴ.

μακιδονικόν. medicamenti nomen, cuius descriptio habetur apud Aëtium lib. 15. in hunc modum: Cerae, colophoniae, picis, adipis taurini, thutis æquales portiones. Liquabilibus liquatis & ab igne amotis thus inspergitur & infarcitur. Id medicamentum tetrpharmaco simile est, solòque thure ipsum superat, ut scripsit Galenus lib. 13. meth. med. Describitur & ab Aëtio aliud Macedonicum Azanita, ad multa, ut ait, commodum & insigne.

μάκρη. macer. Est cortex flavescentis Dioscoridi vel Plinio, rubens: nomine sua arboris, sed nobis incognita, crassus, gustu perquam adstringens, vel, ut scribit Galenus, multum acerbus, cum leuicula quadam acrimonia, odoratus sicut pleraq; alia aromata quæ

quæ ex India conuehuntur. Videtur mista constare essentia, phæraque terrena, frigida: paucula uerò calida & tenuium partium. Siccat tertio ordine. in calore & frigore temperatus est. Non est dubium quin macis Arabum ab eo differat. Est enim extrema membrana nucem moschatam uesiens, & diuerso temperamento prædita.

μακρόπους. qui multum spirat, uel qui spirat, ut interpretatur apud Hippoc. Galenus. μαλαβόειον. medicamenti nomen quod oculis dolore uexatis conuenit. Descriptio habetur apud Gal. lib. 4. τῆν κὰτὰ τὸ πους, & apud Paulum lib. 7. cap. 16. qui scribit etiam ἰσθίου à quibusdam dictum fuisse.

μαλαβόειον. arbitrantur aliqui esse Indici nardi folium, falsi quadam odoris cognatione. Permulca uerò nardum olent, ut phu, asarum, niris, quæ multum ab eo differunt. Verum malabathrum folium sui generis est quod Indica gignunt paludes, lentis palustris modo innatans aquis, sine radice. Id collectum statim lino transsueitur, & siccatum reconditur. Tradunt siccatis æstiuo feruore aquis humum aridis fruticibus uri, quod ubi non euenerit, ne amplius quidem renasci. Laudatur recens, ex candido nigricans, integrum, nec fragile, odore caput feriens, quod diu in suauis odore permaneat, & nardum sapore imitetur, nullo salis gustu. Ut autem nardum odore, ita & uiribus representat.

μάλαγμα. sic proprie uocant medici quod partes præter naturam induratas emollit. Temperamento id omne mediocriter calido præditum sit oportet, nec tamen manifestè aut siccet, aut humectet: sic enim partium induratarum, quibus admotum fuerit, ueluti fusionem quandam molietur. Is enim est malagmatis usus, ut quod in duris partibus concreuit, fundatur. Quod cum effectum fuerit: tum digerentibus medicamentis locus est, ut quod calore fustum fuerit, resoluatur. Verum nescio, inquit Galenus, qua ratione inducti Asclepiades & Andromachus omnia pharmaca quæ foris imponuntur, siue emolliant, siue adstringant, condensent, indurèt, malagmata appellarunt. Quos postea sequuti alij medici, tres maxime eorum differentias, ut ex Antyllo refert Oribasius, statuerunt: alia ex quibusdam siccis radicibus, herbis, seminibus: alia ex metallicis aut iis quæ metallicis proportione respondent: alia ex succis, seruo, lacrymis, & iis quidem omnibus diuersa facultate præditis. Sic fit ut μάλαγματα, ἐμψάσσα, προχόσμοι confundantur, inter quæ tamè Celsus lib. 5. distinguit, scribens μάλαγματα maxime ex floribus eorumque etiam surculis parari, sed ἐμψάσσα καὶ προχόσμοι magis ex quibusdam metallicis fieri: deinde uerò τὰ μάλαγματα cantusa abundè mollescere, laboriose uerò conteri: ea ex quibus τὰ ἐμψάσσα καὶ αὶ προχόσμοι componuntur, ne ledant uulnera cum imposta sunt. Est uerò & malagmaticum in iis ad mouendis differentia: aut enim medijs corporis regionibus (quæ proprie ἐπίδηματα, inquit Paulus, appellant) ut uentriculo, secinori, licni imponuntur: aut extremis partibus, ut capiti & articulis.

μάλασσα. dicitur hoc nomine ἢ βδέλλιον, ut habetur apud Dioscoridem.

μαλάσα. uocantur ab Hippocrate pisces spinam non habentes, ut polypus, loligo, serpia, urtica. Hæc uerò & sanguine & uisceribus caret, author Galien τῆς γλωσσῆς.

μαλακόν. molle. Secundum Platonem definitur id esse quod cedit carni nostræ. At Aristoteles multo elimatius, qui non quod cedit uocat molle, sed ei addit, quod in se ipsum, uel quod loco non uideatur. Sive enim dicamus, Molle est quod in se ipsum cedit: siue, Molle est quod cedit, nec de loco migrat: siue, Molle est quod cedit in se-

DEFINIT. MEDIC.

ipsum, nec migrat, benè definiemus, quòd duobus propriis symptomatibus ob oculos ponamus molle. Nam tùm in seipsum cedit, tùm loco nò mouetur: quorum utrūque soli illi accidit. Cedere nāque commune symptoma est mollis & imbecilli, at in seipsum, solius est mollis, ut non in seipsum, imbecilli tātum. Itēque ut in locū vicinum migratio, proprium infirmi est, ita nò demigrare, unius mollis. Proindè quod cedit in seipsum, nec migrat, omnes vocant molle, quemadmodum id quod eò illud adigit, durum. Dicitur autem molle tripliciter, sicut & durum: absolute seu in summo, ut aër & aqua mollis, terra dura: in victoria seu excessu, ut caro mollis, os durum: in collatione ad symmetrum sui generis aut speciei, vel quoduis obuium, vel seipsum dum habebat secundum naturam, in quo quidem significato non simpliciter molle, sed mollius aliquid esse dicitur. Inter secundas qualitates mollities habetur, & ab humiditate nascitur, adeò ut quicquid molle est, idem etiam humidum dici possit, etiamsi non sit necesse ut è contrario quod humidum est, id etiam molle existat. Id enim discriminis inter mollitiem humiditatēque esse Galenus docuit, quod mollities ipsorum corporum propria qualitas sit, humiditas verò qui in eo continentur humorum. Differentia tactu cognoscitur. Nam humiditas cum madore est, mollities sine hoc. quanquā est profecto & molle corpus humidū suis ipsius partibus.

μαλακὸς σφυγμὸς. mollis pulsus. Sic dicitur quem mollis arteria facit, seu in quo arteria digito occurrens, tenera ac carnosior sentitur. Huic contrarius est durus, cum siccor & in modū corij rigidior arteria occurrit. Sumpta est autem hæc tota differentia à consistentia instrumenti, seu statu corporis arteriæ, siue à qualitate tunicarum arteriæ. Est ergo causa mollis pulsus mollities, siue ea inducta sit à causis secundum naturam, ut cibo humido, balneo frequenti, somno multo, vita molli & delicata, voluptati ociòque dedita: siue etiam ab iis quæ sunt præter naturam, ut comate, cataphora, lethargo, hydrope, œdemate & aliis id genus morbis.

μαλακτὰ. mollificabilia. Sic dicuntur terrea, quæcumque concreuerunt. Sed non omnia quidem quæ concreuerunt, emolliiri possunt. Nam cum ea genere duplicia sint, alia aquea, alia terrea, aquea non possunt μαλακτὰ dici: liquantur enim non emolliuntur: exemplo est glacies. Quæ verò terrea sunt, si ita concretionem adeptæ sunt, ut nec eorū humor uniuersus, perinde ut in sale & nitro, inaruerit, nec in iis pori inæqualiter se habuerint, ut in latere & in omni fictili, mollescere possunt, idque ab igne, ut ferrum, cornu & ligna quedam. vide πικτὰ.

μαλακτικὰ φάρμακα. emollientia. Dicuntur medicamenta quæ corpus durum in naturalem statum reducūt. Itaque quot modis durum corpus efficitur, tot ferè sunt emollientium differentia. Nam quod siccitate durum euasit, humectando remollitur: quod verò copiosi & superflui humoris affluxu, vacuando per frigida, calida, sicca. verūtamen sicuti hæc non propriè dura dicuntur, sic neque medicamenta emollientia propriè sunt quæ humectant vel euacuant, sed peculiariter sic vocatur, quòd ea emollit quæ congelatione induruerunt, præsertim si in iis contentus sit humor præter naturam, veluti in scirrhosis. Siquidem ea propriè dura nūcupantur. Ergo quæ verè emolliunt calida esse oportet, secūdo aut tertio ordine. Nam quæ minùs calida sunt, ea potius in genere pus momentiū habentur. quæ verò sunt calidiora, potius digerēdo vacuandòque indurant, quàm emolliunt. Itaque facultas quoque emplastica in iis inesse debet. Quod verò pertinet ad aliam primarium qualitatum coniugationem, minùs

minus sicca esse conuenit, sed primo ordine: quãquam si quis fortè ea humida dicat, non repugnandum: nam parum absunt ab iis quæ nec humectant nec desiccant. Medici præterea, ut scribit Galen. lib. 7. τῆν κατὰ χεῖν, in huiusmodi pharmacis, quod emolliētius est, pinguius appellare consueuerūt: hoc autem uidelicet humidius quoque est. Cæterum velut in corporibus induratis non parua est maioris minorisque duritiei latitudo: sic & medicamentorum ea curantium non parua esse latitudinem oportet, quam Galenus lib. 7. τῆν κατὰ χεῖν exponit.

μαλακιστος. quibusdam herba est uirens, hederæ simillima, in riguis nascens, lenta atque mollis, quæ ubicumque loci fuerit inuenta, subesse aquam significat. creditur ea esse quam officinæ sigillum diuæ Mariæ uocant.

μαλάχη. malua. herba duorum generum, hortensis & syluestris. Illa sæpè grandescit in arborē, foliis amplis, circinata & rotunditatis, rarioribus in ambitu segmentis. Caudex simplex, altus, à medio ferè ad verticem floribus decoratus, breui admodum pediculo dependentibus qui uenustate rosas non cedunt, sed odore carent. Funduntur indè rosæ, à quibus plantam ipsam uulgus transmariam rosam cæpit appellare. Eius folia cum sole circūagi traduntur, seq; eodem inclinare quò sydus feratur. Syluestris autem folio est rotundo, pingui, paucis in ambitu segminibus intercepto, caule magno, purpureis floribus prædito, radice candida. In eo genere cui grande folium & radices albæ ἀλθαία uocatur, & à quibusdam αἰσαλθαία ab effectus excellentia. Dicta creditur μαλάχη ab emolliendo uentre, hortensis præsertim, quæ ut est humidior syluestri, ita & imbecillior.

μαλακιστη. sic à quibusdã dicitur ἢ βελιουθ authore Dioscoride, nisi fortè μαλακιστη scribendum sit, quo nomine donari potuit propter mollitiem.

μαλακιστη ἡλθια. costæ molles. sic uocantur costæ nothæ.

μαλακιστη ἡπτος. mollis & lenis annus, apud Hippocratem lib. 3. τῆν ἡπτιμ. hoc est, ἀπνοια καὶ θερμότης, ut interpretatur Galenus.

μαλακιστη ἡ φάρμακον. sic uocantur ab Hippocrate pharmaca generis oleosi, ut quæ constant adipibus, æsypo, resinis, butyro, cera. sic differunt ἀπὸ τῆν μαλακιστην.

μαλακιστη. dicuntur ab Hippocrate μαλακιστη ἢ μαλακιστη enim ceram significat, eam præsertim quæ mollis est. Author Galenus ἐν τῶν ἡλθια.

μάλινα. apud Hippocratem multis in locis idem quod ὡς ἡδὶ ἢ πολὺ. ut coniecturam eius rei de qua dicitur, proximè ostēdat. sicut ἐν τῶν πῶδι ἀρθρωσιν οὐτοι οὖν καὶ θνήσκουσι διατακτοὶ μάλινα, id est, circiter decimum diem, ita ut quamuis nono die vel undecimo intereant, uera tamen oratio sit, quemadmodum Galenus in comment. annotauit. Eadem in significatione alij etiam Græci usi sunt, apud quos μάλινα significat idem quod sæpenumero.

μαλοπι. malua maior, quæ & fatiua est.

μαμεξίς. radícula tenuis & parua, foris subflaua, intus alba, dulcis, calamo aromatico similis, prædensis & exuberantibus nodis, quasi geniculis distincta, dulcis primùm saporis, sed postea leuiter amari. Valet contra uenenatorum morsus, oculorum cicatrices, & albugines exterit. Calfacit & siccatur ordine tertio. Sunt qui doronicum apud offic. & herbar. uocari existiment: alij mannam esse uolūt, nullam rationem, nullum authorem sequuti.

μαροραξίς. planta est cuius duo genera statuuntur. Vnum nigricans, quod & fæmi-

DEFINIT. MEDIC.

na, angustioribus & minoribus foliis quàm lactuca, odore viroso & grauì. Gerit mala vitellis oui similia, pallida, odorata, in quibus semen pyrorum. Radices habet magnas, binas ternasue implicatas, extra nigras, intus albas. Alterum candidum est. hoc matrem existimant, ingentibus foliis, latis, albenibus, leuibus. Mala huius duplo maiora quàm femina, croci colore, odorata. Radix quidem supradicta similis, sed amplior & candidior. Refrigerat mandragoras ordine tertio. eius mala soporem grauem inducunt. A Romanis canina malus aut terrestris dicitur.

μαλα. furor. insania. Species est τὸ παραφροσύνης, ut scribit Galenus lib. 2. de causis symptomatum. Est autem παραφροσύνη σφοδρὰ ἀπὸ πνεύου, hoc est, mentis abalienatio vehemens citra febrem. Hippocrates etiam ἐκ σαοῦ aliquando appellat. Habet autem magnitudinem & vehementiam, ut feratum modo in eos insiliant qui imprudentius ipsis occurrerint, & vinciri propterea debeant. Quod autem delirium paruum mitèque est, Hippocr. λιγού consuevit appellare. Fit autem citra febrem, nullaque alia re differt à phrenitide. Mentis sequidem utraque noxa est: sed proprium est τῆς μαυνομλίωρ febre carere, ut febricitare τῆς φρενιτιδῶρ. Excitatur ab iis causis quæ ἐν τῇ παραφροσύνῃ recitantur, cerebròque accidit vel per se, vel per còsensum affecto. Nunquam pituitosus humor eam parit, sed eum acrem & mordacem omnino esse oportet, cuiusmodi est omnis flaua bilis, & aliquando melancholicus humor, si plurimum vstus est aut computruit. Fit etiam aliquando à copia sanguinis, ut Hippocrates aphor. 40. lib. 5. scriptum reliquit, & Aërius ex Archigene & Posidonio recitat. Sed Galenus feruidiorem ipsum fieri oportere dixit, hi verò nonnunquam à sanguine copioso nec putrente, sed bene temperato, solaque copia, ut in temulentis, molesto, τὴν μαλαίαν oriri pronunciant: suaque illi signa symptomataque tribuunt, risum, vultum hilarem & perpetuum cantum. Verùm generalis hi videntur uti nomine τὸ μαλαίας, & omnino ἀπὸ τὸ παραφροσύνῃς usurpare, præter morem Hippocratis & Galeni, qui μαυνομλίαι & ἐκ μαυνομλίαι non nisi in vehementi delirio ab acri & calido humore excitato, usurpant. Hippocrates tamen uno tantum loco τὴν μαλαίαν non propriè pro eo delirij genere accipit, sed pro ea mentis abalienatione quæ propriè μελαγχολία appellatur. Is est aphorismus 21. lib. 6. quo scribit τοῖσι μαυνομλίοισι κερσῶρ ἢ αἰμωρρόοιδῶρ ἐπὶ χρομλίωρ, τὸ μαλαίης λίσιρ γίνεσθαι. Hic enim aperte τὴν μελαγχολίαν propriè dictam intelligit, sicut in comment. Galenus annotauit.

μαίνα. mel roridum vel aërium dici potest. Est enim mellis species non ignota veteribus, Galeno, Plinio, Dioscoridi, sed mellis nomine & titulo comprehensa, ne quis eam ab Arabibus primùm cognitam proditamque fuisse putet. Sic enim de ea scriptum reliquit Galenus: In foliis (inquit) stirpium adnascitur quippiam, quod nec eorum succus, nec fructus, nec pars existimari possit, sed rorulentum quiddam, nec tamen continenter, neque copiosè prognasci soleat. Nec me præterit per æstatem in arborem, fruticem, herbarumque foliis plurimum fuisse inuentum, sic ut à ludentibus rusticis Iupiter diceretur melle pluisse. Præcesserat tùm nox frigidior, pridie calida siccaque cæli conditio diluxerat. Quapropter inter naturæ rerum peritos conueniebat, halitus quos terra vel aqua prospiraasset, extenuatos & excoctos, nocturni frigoris beneficio coaluisse. Id in regione nostra rariùs euenit, in Likano monte quotannis, ad eò ut extensis pellibus arbores succutiant, receptoque quod profluit, ollas & fictilia compleant, priuatòque nomine vocant δροσμύλι, id est, roscidum mel, & etiὰ αἰρόμελι,

ἀρόμελι, id est, mel aërium. Hæc Galenus. Mellis speciem esse ipsa dulcedo sufficienter testatur, quæ gustu prorsus mellea sentitur. Cōcrescit maximè Vergiliarum exortu, vel sydere Syrio splendente. Vim habet modicam ciendi aluum & flavam bilem pellendi, tūtōque pueris & fœminis uterum gestantibus exhiberi potest.

μάννα. præter significationem superius explicatam, etiam accipitur pro granis seu micis thuris concussu elisis. Cùm enim thus gestatur, vehitur, agitur, aut quoniam modo tractatur, multa ex eo fragmenta decidant necesse est, quæ mannam, inquit Galenus, propriè appellant. Hanc nihil à thure differre aliqui existimarunt, quos tamen Galenus reprehendit, quòd hæc manna non solo thure, sed eius etiam corticis fragmētis quibusdam simul elisis mistisque constet. Proinde differt à thure, quòd propter corticis misionem thure sit adstringentior, thus autem ea magis emplastici. Sed exigua quidem differentia est, adeò ut Galenus lib. 5. meth. med. scribat se mannam pro thure interdum sumere. Dicitur aliquando simpliciter ἡ μάννα, aliquando verò cum addito ἡ μάννα τῆ λιβαίου.

μάυλας. brassica apud Nicandrum.

μαραδία. dictum est à quibusdam sylvestre fœniculum, sicut habetur apud Dioscoridē.

μαρασμός. marcor. tabes. Est immodica totius corporis ariditas & consumptio. Quò fit ut facile morbus hic innotescat, oculorum ingenti cavitare, veluti in foveis quibusdam reconditorum, & uniuersi corporis squalore, caloris vitalis flore destituti, cutis circa frontem siccitate & tensione, palpebris instantibus & tanquam somno grauatibus ab impotentia quadam vigilandi: sunt & tempora collapsa atque caua. Breuiter totus homo non aliud est quam ossa & cutis. In ventre nulla intestina, nulla viscera inesse credas, adeò contracta sunt præcordia & consumpti ventris musculi, ut nihil ex iis præter fibras & cutem supersit. Hæc autem symptomata aut adhuc fieri intelliguntur, aut iam planè facta absolutaque esse. Indè duplex marasmi differentia existit, unius quidem nondum perfecti, sed adhuc ad maiorem consumptionem tendentis: alterius verò iam planè consummati. Hic prorsus immedicabilis est, illi remedia quædam possunt adhiberi. Est & gemina rursus differentia, nam cùm omnis marasmus ex siccitate fiat, ea interdum calorem, interdum frigiditatem habet coniunctam. Ex quo fit ut marasmus alius siccus & calidus sit, alius siccus & frigidus. Qui calidus est, non aliud prorsus est, quam febris hectica iam longè progressa ad solidam usque simularium partium substantiam, appellaturque μαρασμός πυρετός. Hic ergo quatenus febris est, caloris est particeps. Frigidus verò marasmus duplex est, unus qui senium ex morbo dicitur, alter ipsa mera senectus. Neque enim senectus aliter desinitur quam frigiditate & siccitate: sed senectus quidē ipsa ætatis cursu prouenit, senium verò ex morbo nõ item, sed præ mature à violenta causa. Succedit autem febribus ardentibus & hecticis cùm sua sponte, tùm frigidorum usu. Per se quidem, quòd febris hectica non humidum modo primigenium, verùm calorem etiam natium populetur & depascatur, eoque pereunte cor etiam frigidius quam secundum naturam reddi necesse sit. Indicio est pulsus paruus & rarus, similiter & respiratio parua, rara, atque etiã frigida, ex quibus manifestum est refrigeratum esse principium vitale. A frigidorum verò usu aliquando senium ex morbo inducitur, quòd medicus sæpè cogatur febre hectica & marasmode laborantem diu multumque refrigerare omni ciborum, potionis & remediorum genere, ut eum

DEFINIT. MEDIC.

ab hectica febre, à qua praesentius periculum imminet, in senium ex morbo transfe-
rat. Nam cum hecticis spes tantum posita sit in conseruando humido substantifico,
& iis arcendis quae ipsum absumunt, certè senium ex morbo hectica febre tolerabi-
lius est, quòd refrigerato principio vitali cordisque substantia, humidi minus consu-
matur quàm per hectica febris calorem. Itaque eam rationem Galen. lib. 10. meth.
med. sequutus, consulit eum quem marasmus planè iam occupauit, non esse à medi-
dicis nisi cum praefatione sanandum, & in alterum transferendum marasmm qui
senium ex morbo nominatur. Traditur & à Galeno alia marasmi differentia, in
verum & non verum. Verus quidem est per quem omnes corporis solidae partes si-
militer marcescunt, initio ab ipso corde factò: non verus autem, qui in certa quadam
parte consistit, ut in ventriculo & iecunore, in quibus Galenus magna ex parte he-
cticas marasmodesque febres se contemplatum esse scribit. Superueniunt aliquan-
do & pulmone, sed rariùs, tum propter eius humiditatem, tum quod spirando refri-
geretur. Incidunt & pectori & mesaræo & ieiuno & colo, interim verò & ute-
ro & renibus. In septo autem transuerso marasmm se nunquam uidisse Galenus
scripto testatus est, sed hecticam sanè febrem uidisse, & hanc semel quidem planè
absolutam, saepe verò citiùs interimentem quàm planè esset completa, quòd eam &
spirandi difficultas & delirium excipiat.

μαράσις, φασί, apud Hippocr. ut interpretatur Erotianus.

μαράσις dicitur ab Hippocrate quam multi θερμασποδία, hoc est, cinerem calidum vo-
cant, ut annotauit Galenus in τῶν γλωσσῶν. Sunt autem, inquit Erotianus, qui φε-
ρανώδεις καὶ μικροὺς ἀνθρακας, hoc est, arentes & paruos carbones interpretantur.

μαρμάρια. nomen est malagmatis ad articularum dolores & resolutiones comparati.
Describitur ab Aëcio lib. 12. cap. 44. & apud Paulum lib. 7. cap. 18.

μαρμαρυγία. apud Hippocr. λαμπρόνες πύλαι, & ἴδι' ἀστραπαὶ πύλαι, αἰφνιδίαι, πυρόδεις.
spendores oculis obuersantes.

μάραρον. herba surculosa, flore origani, foliis multò cãdidioribus, flore odoratiore & natu-
ra sisymbrij, subadstringēs & modicè calfaciēs. Sunt qui menthã syluestre esse putēt.

μαρών. sic dicitur à quibusdã Cetaurium magnū, ut habetur apud Diosc. quasi Ma-
ronia herba, à monte Thracia, quo loco probatū fore & copiosum nascitur cetaurij.

μάθησις. ἢ θερμὸς. id est, caliditatis, apud Hippocr. ut scribit Gal. in τῶν γλωσσῶν.

μασσοάριον ἢ

μασσοχῆσις. nomen est thymiamatis, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 23.
habetur & apud Aëcium lib. 13. sed diuersa, ad suffitus tamen etiam comparata in
modum τῆς κύριου. Aegyptium nomen videri potest.

μάσση. significat apud Hippocr. miscere & subigere atque etiam exprimere, ut scribit
Galenus in τῶν γλωσσῶν.

μάσσον. idem quod πλεον, id est, plus, apud Hippocr. ut Galenus in τῶν γλωσσῶν explica-
uit. Bacchius tamen cōtrario sensu ἔλασσον, hoc est, minus interpretatus est, sicut an-
notauit Erotianus.

μασίχη. mastiche. Est resina quam lentiscus in Chio ferè tantum fundit. Cum enim læ-
tiscus resinam ubique sudet, in Chio tamen sola mastichen propriè dictam, quae non
est aliud quàm lentisci resina optima tenuissimãque. Importatur quidem & ex In-
dia quadam è spina mastiche, item ex Arabia, Asia, Graciãque, sed omnibus praes-
tat

stat Chia. Cuius tamē etiam duo genera ibi proueniunt, nigra & cādida. Nigram Ægyptiam, candidam Chiam vocari Galenus prodidit. Illa siccatur magis & discutit minúsque; adstringit, hæc verò calfacit & siccatur moderatius, primo, ut scribit Paulus, ordine. Est autem mista facultatis adstrictoria simul & emollientis, per quam stomachi, ventris, intestinorum, iecinoris inflammationibus recte adhibetur.

μασθητες **μῦς**. *mansorij musculi*. Sunt musculi duo (utrinque; scilicet unus) bilipites & triangulares maxillæ circumagentes. Habent enim singuli duo capita, quorum unum exorians à **τῆ** **μῖλου**, fibris in partem genæ infernæ posteriorem emissis eam mouet antrosum, alterum autem à zygomate, fibris istas interfecantibus in similitudinem **χ**. lateræ, & in genam anteriorem immisissis, eam mouet retrorsum. At cum utraque fibra simul agunt, motu medio inferna ipsa gena tollitur. Tria verò singulorum latera sunt, quorum unum versus zygomatis extremitatem porrigitur, aliud versus inferiorem mandibulam, reliquum verò ac tertium velut basis quædam prædictum utrumque latus partibus maxillæ inferioris coniungens, secundum ipsius longitudinem extenditur. Ceterum hi musculi carnosam quoque maxillarum partem constituunt, suntque; subter malas quàm alibi nervosiores, quo loco habent velut verticē. A mādendo **μασθητες** appellati sunt, etiam si musculi quoque temporales ad mandendum plurimum conferant. Hi enim præstant, ut commissis inter se dentibus cibi comminuantur: illi verò fractum cibum leuigari, atque in minima conteri à molaribus faciunt. Hæc enim actio eorum propria est, non etiam temporalium, qui à superiori parte exorti sursum tantum maxillam adducunt, nõ tamen in latera mouent:

μασθιακόν. *medicamentum aridum, auctore Demosthene Massiliota*. Valet ad carbunculos. Describitur à Galeno lib. 5. **τῆ** **κ** **χ**, atque à Paulo lib. 7. cap. 13.

μασθαις. *mammillaris*. est apophysis ossis temporalis, papillis mamarum, præsertim vaccinarum, similis. Extuberat & cauius est, quò aër ampla & anfractuosa eius cavitæ conclusus, magis resonet auribus. Inseruit inserendis musculis. Dicuntur & à quibusdam uteri cornua, **καρμῆς** vocant, **μασθαις** à **μασθῆς** propter similitudinem quam habent cum mammis.

μασθῆς. *mamma*. dicitur & **μασθῆς**. Est, ut ait Rufus, **ἐν τῷ στήθει σφαιρῶδης ὑπεροχῆ**. Definatur autem pars ad latus pectoris, glandulosa, semicircularis, in cuius medio papilla protuberat, gignendi lactis vim à natura habens. Verum glandulosa illa substantia admodum varia est. Viris namque (in quibus proprie **μασθῆς** dicitur, ut **μασθῆς** siue **μασθῆς** in mulieribus) calidioribus scilicet & siccioribus pene nulla est, eademque arida, uti etiam admodum puellis. Iuuenulis verò compactior est & duriuscula; vetulis verò flaccida. Eam autem multæ sed paræ glandulæ constituunt, sibi mutuò incumbentes, & inter se commissæ adipis & fibrarum interuentu quæ ex carnea membrana in cutem pertinent. Semicircularis illi est forma, non tam quò minùs pateret iniuriis, quàm quò plus lactis cōtineret. Est enim rotundum omnium capacissimum. In eius medio **σθῆλη**, hoc est, papilla, veluti apex & tuberculum siue papula eminent, de qua suo loco dictum est, quàm ambit circulus quidam subniger, qui **ὄσ** dicitur. Sic quidem condita mamma aptissimum fit gignendi continendique lactis organum, quod quia è sanguine gignitur, iccirco natura venas magnas & frequentes mammis largita est, alias quidem externas, à ramo venæ cavae axillam iam petentis descendentes: alias verò internas à vena cava pariter descendentes ex iugulo

DEFINIT. MEDIC.

summoque sterno. Hæ partim absumuntur in mammæ & musculos pectoris internos, partim verò ad xiphoidem cartilagineam & musculos rectos delapsæ, inque eos & vicinas partes distributa. paulò supra umbilicum, furculis aliquot suis occurrunt furculis totidem venarum epigastrii, indeque fit cõsensus ille mammarum cum vetro. Habent & hæ venæ arterias aliquot comites, sed perpaucas & graciles.

μαχάλη ἄ

μαχάλη. ala siue axilla. locus est sub humero concavus, multis glandulis scatens. Hic ad suscipienda pectoris excrementa creandamque phlegmonem valde opportunus est propter glandularum οὐλομελίω, ut scribit Hippocrates lib. πῶδι ἄρθρου. quo etiam loco ipse nervos sub alis existentes non communi vocabulo ἰσῖρα, sed τόνους ἑπικαίους propter eorum firmitatem appellavit, ut illic Galenus annotavit.

μαχάληια φλέψ. axillaris seu interna vena. Est ramus venæ cavæ magnus ampliusque, qui ab ea antequam thorace excedat productus, per axillam in internam brachij sedem expanditur. Ex eo ἡ φλέψ, id est, interna vena vulgari & usitato nomine à medicis omnibus appellatur. Eadem & ab Hippocr. & à Galeno lib. 2. πῶδι διαίτης ὀξέωρ, ἡ κατ' ἀγκῶνα, & ἡ ἐν ἀγκῶνι φλέψ. & ab eodem Galeno in anat. venar. ἡ ἐξ ἧ μαχάλης, καὶ ἡ ἀπὸ μαχάλης. Multò maior ampliorque est quàm humeraria, & in soboles λογὲ numerosiores dividitur. Huic per totū arteriam subiici, Paulus Ægineta scripsit lib 6. cap. πῶδι φλεβοτομίας. Per morbos qui infra iugulū consistūt secatur in cubito, quòd supra cubitum sub musculis delitescat, alioqui non est dubium quin sæpè altius eam secare utilius foret.

μαχάλησις. sic vocatur à quibusdam proprio nomine secunda dorfi vertebra quæ τῆ λφ-φίς subest.

μάτος. ζήτησις, id est, quæstio apud Hippocr. & ματῖθω, ἡ ζήτησις, ut scribit Galenus ἐν τῷ τῶν ἰσθμῶν.

μαχάεια. sunt ossa nucleorum Persicorū, sicut recitat Galenus ex Archigene lib. 5. τῆ κτ' ἰσθμῶν.

μαχάεις. gladiolus quo chirurgi utuntur, apud Hippocr. quem ille geminum facit, ὀξυ-κελί καὶ ἐνδοαδῖ siue γαστρῶδι, hoc est, acutum & ventrosum.

μαχάειωνος φάρμακον. emplastrum est ad multa commodum. Recipit, Aristolochia rotunda, galbani, æruginis rasæ, opopanax, iridis Illyrica, ammoniaci thymiamatis, myrrha ana drachmas octo. terebinthina, cera, olei omphacini ana septuncem & uncia dimidium. Olei dimidium cum ærugine terendum, & reliquum cum cera & terebinthina coquendum. opopanax cum aceto dissoluendum, tum demum omnia simul subigenda atque unienda.

μαχάειον. dicitur à quibusdam ἡ ξιφίον, ut author est Dioscorides. quod & alio nomine φάσγανον eandem ob causam appellatur.

μεγαλειον. unguentū quod & μελιδίον alio nomine vocari Galenus author est. Dioscorides vero diuersum à Mendefio videtur existimasse, scribens ἡ μεγαλειον suo tempore defecisse, quo tamen vigebat Mendesium.

μέγα κηλούειον. est collyrium Diarrhodon quod ad Diagorem refertur, atque alio nomine κηλούειον siue ἡ κηλὸν τῆν ὀβ. appellatur, quoniam rosarum uncias 72. capiat. Eius triplex compositio habetur, apud Galenum lib. 4. τῆν κτ' ἰσθμῶν, quæ & à Paulo & ab Aëtio consimili materia referuntur. Sed adverte in prima compositione quæ est apud

apud Galenū croci drach. quadraginta contineri, iniūsto & absurdo profusus pōdere.

Est & δ μέγα κολούειον διοδῶναρ, cuius descriptio refertur ab Aëtio ad finē lib. 7.

μέγα λιπόσος. dicta est à veteribus ἡ ἐπιληψία κατ' Ἱπποκράτην, ut author est Galenus.

μέγα λιφλεβς. magna vena. Sic vocata est à medicis vena quam anatomici portam appellant, sicut caua μέγιστη dicta est. vide φλεβός.

μέγα λώπλωγχιον. sic dicitur ὁ οἶνός, hoc est, vinum apud Hippocratē. ἐν τῷ ὀδοῦ διαίτης ὀξείωρ, quod Galenus interpretatur viscera in molem attollens, seu magna viscera faciens. Id quod ipse in primis tribuit vino dālici. Accipitur tamen aliquando etiam passivē, & significat hominem qui magna habet viscera, siue à natura, siue ex morbo, ut phlegmone, scirrho, œdemate.

μέγας δάκτυλος. magnus digitus. Sic pollicem Hippocrates vocavit, ut scripto Galenus prodidit lib. 1. de usu partium.

μέγας σφυγμός. magnus pulsus. Est pulsus longus, latus, simulque profundus. Pulsuum differentia est sumpta à quantitate diastoles. Cum enim in longum, latum & profundum arteria distenditur, pulsus magnus fit. Huic oppositus est parvus, id est, brevis, strictus & humilis simul, arteria in has tres dimensiones parum distenta. Dicitur autem tenera magnus pulsus ad aliquid, quemadmodum & moderatus. Est enim magnus moderato maior. Itaque non est simplex & unus pulsus magnus, sed varius pro magnitudinis incremento. Talis autem euadit solo calore aucto, sed quo tempore nec facultas malè affecta sit, nec instrumentum. Ex quo fit ut solius calor excessum proprie significet, idque eo magis, quò secum habet annexam maiorem celeritatem & frequentiam. Hac enim duo magnus pulsus secum solet adsciscere, sed primùm quidem celeritatem, quando scilicet usus intantum auctus est, ut maximā distentionem superet. Tunc enim cum magnitudo nulla maior potest contingere, pulsu ad summū aucto, natura necessario inducit celeritatem quam potest maximā, quæ ubi etiā tanta est, ut augeri amplius nequeat, concitat simul cum celeritate frequentiam.

μέγας πύλοσος. pastillus magnus, sic dictus à simplicium medicamentorū copia quam recipit. Commodus est dysentericis. Prodest & ad caua crustosaque ulcera. Descriptio habetur apud Aëtiū lib. 9. cap. 49.

μέγας νόσος. magnitudo morbi. Dicitur etiam σφοδρότης, id est, vehementia. Id dicitur à quo magnum periculum agro impendet. Tribus autem modis aestimatur à Galeno, per læsæ partis aut actionis præstantiam, ex propria affectus essentia, ex facultate nostrum corpus gubernante. Partis aut actionis præstantia bifariam consideratur, vitæ scilicet aut sanitatis respectu. Itaque si cor offensum sit, si ventriculus, si iecur, si motus, cerebri actio, perietur, quia hæ partes earumque actiones ad vitam necessariae sunt, non potest earum morbus non esse magnus: similiter si testiculi, si ren alter, si bilis vesicula, si sensus aliquis malè affectus sit, quoniam, si non ad vitam, certè ad sanitatem partes illæ omnino necessariae sunt. Propria verò morbi essentia duobus quoque modis spectatur, per se siue ex propria substantia, & ex declinatione à naturali habitu. Per se quidem siue propriae substantia ratione, morbus omnis cacœthes, febris pestilens, semitertiana, causus, cholera & permulti alij magni sunt, nam tota substantia totòque genere siue idea periculum agris accersunt, non alia de causa, quam quia tales. Ratione verò declinationis à naturali habitu magnus est morbus, qui cum tota substantia totòque genere non sit magnus, tamen intantum auctus

N

DEFINIT. MEDIC.

est & recessit à naturali habitu, ut plenus sit periculi. Sic phlegmone qua in non momentaneo etiam musculo permagnum spatium occupat & in immensum excrevit magna est, sic febris continua, qua multis gradibus recessit à mediocritate temperamenti. Ex facultate verò nostrum corpus gubernante, netui punctura magnus est morbus, quòd eo puncto sæuissima protinus symptomata facultatis animalis excitentur: item omnis morsus venenati animalis, quacunque corporis parte factus sit, magnus est, tum propter vitalem facultatem, in quam propterea syncopa incidunt, tum propter naturalem, ex qua icteri, hydropes, sudores & grauissima omnino symptomata oriuntur. Itaque ex facultate nostrum corpus gubernante, siue ex symptomatis magnum morbum censeret, idem est. Sed aliquando reperias Galenum ab idea magnitudinem distinguere specialius sumptam, aliquando magnitudinem intelligere solam à naturali habitu declinationem & excessum, aliquando verò duobus tantum metiri magnitudinem, ratione scilicet propriae substantiae & declinationis à naturali habitu, aliquando verò, ut lib. 4. meth. medendi, tribus, propter partis affectae praestantiam, propter affectus magnitudinem, & propter cacoethiam, qua non mihi videtur aliud esse, quam propria cuiusque affectus substantia.

μεγίστη φλέβη. maxima vena. Sic dicta est à Galeno vena caua, ex parte gibba hepatis nata, ut in anat. venarum & in libello de format. fœtus. vide φλέβη.

μέδιμνος. medimnus, siue medimnum. Est mensura aridorum Attica, sed agricolis frequentior quam medicis ob magnitudinem. Continet chænicas quadraginta octo, ut ait Suidas, hoc est, ceterum & octo libras mensurales, seu modios sex non medicos quidem sed georgicos. Eius nota apud Græcos fuit M.

μεθιμναιὸς πυρετός. sic à iunioribus medicis, ait Galen. dicta est febris quotidiana qua ad integritatem non desinit. Eadem etiam καθιμναιὸς dicta fuit. Nam qua perfecte desineret & integrè, ἀκαθιμναιὸς appellatur.

μεθόδοι. medici methodicæ sectæ addicti, quæ illi desiniebat esse cognitionem apparentium communitatum ad sanitatis finem spectantium. Statuebant autem ad curationis indicationem nihil conferre cognitionem loci affecti, causæ, ætatis, regionis, anni temporis, considerationem virium ægrotantis aut naturæ aut habitudinis ipsius, neque consuetudinem, sed à solo morbo conuenientis remedij indicationem sumendam censebant, neque ab eo secundum speciem, sed ab eius communi & uniuersali notione, quam quidè appellabant κοινότητα, ut qua in singulis particularibus spectaretur. Constituebant autem in uniuersum τρεῖς κοινότητες: adstrictam, fluentem, & mixtam ex utraque. Atque in adstricta quidem relaxandi, in fluente verò comprimendi indicationem sumebant, in mixtis verò, ab eo quod magis urgeret. Præter hæc tria nihil medico considerandum iudicabant, quod ad remedij inuentionem pertinere videretur. Ecquid enim (aiunt) iuuat refrigerationes, æstus, ebrietates, cruditates, plenitudines, defectus, lassitudines, oria, ciborum qualitates, consuetudinum mutationes tam anxie rimari? Eane, contempnis iis qui in corpore sunt affectibus, sananda suscipimus, quorum nullum prorsus superest? Nam illa quidem abeunt: quod autem ab illis excitatum est, in corpore manet. Id ipsum curare oportet, hoc enim morbus est. Considerandum est igitur qualisnam ille est. Si namque adstrictus est, laxare: si fluidus est, reprimere oportet quacunque tandem ex causa uterque originem duxerit. Quid ergo iam causa valet, cum nec quod fluidum est laxari, nec quod adstrictum

adstrictum est adstringi unquam debeat? Atque ut reliqua similiter expendamus, proponatur phlegmone, in qua cum adstrictionis vitium sit, non si aestate acciderit, relaxantia remedia postulat: hyeme autem alia, sed utroque anni tempore iisdem percuratur: nec puerili aetate relaxantibus, senili vero reprimentibus: nec in Aegypto quidem laxatoriis, Athenis autem comprimentibus. Similiter si phlegmone contraria fluida affectio statuatur, ea nunquam relaxantibus sed perpetuo adstrictoriis remediis medicanda est, hyeme, aestate, vere, autumno, pueris, aetate florentibus, senibus, siue Thraciam, siue Scythiam, siue Aethiopiam incolat. Itaque si nihil horum ad curationem conducit, frustra in his omnibus studium ponitur. Quid vero corporis partes? nonne & haec superuacanea sunt ad indicationem curationis? Vel audeat aliquis dicere phlegmonem in parte quidem nervosa relaxandam, sed in arteriosa, aut venosa, aut adiposa, aut carnosa adstringendam esse. Vel si aliqua sit in corporis quadam parte adstricta affectio, audeat dicere eam non esse comprimendam, vel quod fluidum dissolutumque est, constringendum non esse: quamobrem si partis natura non immutat curationis modum, sed auxiliorum inuentio ex ipso affectionis genere depedit, in vanum partis ipsius ratio habetur. His quidem atque aliis eiusmodi rationibus Methodici nullam rei cuiusvis habendum esse rationem existimant ad remedium inuentionem, praeterquam communitatum, ut appellabant, hoc est, notionum quarundam vniuersalium quibus, sicut dictum est, adstrictum laxandum, solutum vero adstringendum esse indicari putant. Itaque ab ea methodo nimium compediaria methodi dicti fuerunt. Quorum princeps proditur Themison Laodiceus Syrus qui ab Asclepiade Rationali institutus, ad methodicam sectam inuentionem se contulit. Hinc est quod illi Galenus multis in locis communitatum repertorem nominat. Eam postea Thessalus Trallianus absoluit, contra quem Gal. tam acriter saepe debacchatur.

μεταγενος σφυγμοσ. vide μεσοσ.

μεσολαυα: adolescens, scilicet qui aetatem agit a decimo octauo anno, usque ad vigesimum quintum, ut annotat Galenus comment. in aphorif. 9. lib. 5. hoc enim annorum spatium in τριμηνιασ οριζωνι definitur. Est autem media inter ολιγαδελιασ και ανωριμασ, id est, pubertatem, & florem ipsum aetatis, ut idem ait in aphorif. 29. lib. 3. quibus scilicet multa habet communia, sed maxime quidem proprium in maribus sanguinis e naribus profluum, quod a pubertate incipiens in adolescentia plurimum est, & ad virilem aetatem praecipue imminuitur. Caeterum quum e puberibus adolescentes euadunt, & semen & pili locis genitalibus erumpere incipiunt, testes subito crescunt, virginibus mammae extuberant, & menses ferri incipiunt, & maribus praesertim, vocem manifestam inuoluunt, ut docet Galenus comment. 4. in lib. 6. τριμηνιασ. hac aetas omnium optima est, & maxime apta ad omnem voluntariam actionem. vide in dictione iudicia.

μελαυρασ: species est palustris iunci fructum ferentis in modum unarum coherentium, in quibus cascidaeum semen clauditur. Sic dicitur a nigro cacuminis colore.

μελαυρασ: trochiscus nomen cuius compositionem Paulus habet lib. 7. cap. 12. eo Paulus utitur ad expurgationem sordidorum viscerum lib. 4. cap. 41. Est & emplastri nomen apud Paulum describitur lib. 7. cap. 17.

μελαυρασ: Est desipientia sine febre, timorem & maestitiam sine causa inducens. Species est & παροξυσμοσ. Habet enim depravatam facultatem imaginatricem & ratio-

N ij

DEFINIT. MEDIC.

cinatricis motionem multa vana animo voluens quæ metuat, magnūq; indè mœ-
 rorem concipiens. Sunt enim timor & mœstitia duo perpetua cōmuniāque omnium
 melancholia laborantium symptomata, ut habetur apud Hippocr. aphor. 23. lib. 6.
 In causa est humor melancholicus, qui, veluti externa tenebra omnibus pauorem
 inducunt, nisi vel audaces admodum, vel philosophiæ præceptis instructi confirma-
 tique fuerint, ita colore suo atro & tenebris simili timorem parit & mœstitiā, mul-
 tāque eiusmodi falsa animo repræsentat, quæ tamen vera ob facultatis ratiocinatri-
 cis deprauationem reputantur. A quibus si quis volet melancholicos distinguere,
 infinitas propè reperiet eorum differētiās. Tot enim erunt quot etiam cogitationum
 & spectrorum animo obuersantium. Itaque non ex his, sed potius ex sedibus in qui-
 bus humor ille melancholicus & gignitur & redundat, medici melancholiæ spe-
 cies distinxerunt, quòd sic ad curationem maximè pertineret. Quod quia tribus lo-
 cis contingit, ideò tres in vniuersum melancholiæ differentiæ existunt. Siquidem
 ille gignitur & abundat vel in cerebro solo, vel in solis hypochondriis, vel in vni-
 uerso corpore. Qui in cerebro per se gignitur, & non aliundè in ipsum influit, me-
 lancholiæ eam speciem creat quæ primariò & per se facta dicitur, alterato scilicet
 cerebri temperamēto, & indè nato melācholico humore corpus eius replente. Quæ
 ex hypochondriis humore eo scatentibus oritur, hypochondriaca & flatuosa appel-
 latur, quòd ex iis, sed maximè sinistro, humor atque vapor cerebrum petant, quòdq;
 flatus plurimi in ventriculo, intestinis, abdomine, totòque etiam corpore moueātur.
 Ea omnium mitissima esse solet, secundum eam quæ totius corporis vitio prouenit.
 Pessima verò & ferè incurabilis quæ ex priuato cerebri affectu oritur. Cùm autem
 duæ sint potissimūm humoris melancholici differentiæ, vnus frigidus & siccus, vi-
 norum faci respondens, alter calidior, acrior & vstione redditus ferocior, qui μέλαινα
 χολή propriè appellatur, ille morbum istum de quo agimus parit, ideòque febrem non
 habet: qui verò ab illo fit, non simpliciter μελαγχολία sed μελαγχολικὴ ἰκτερίτις, hoc
 est, σφοδρὰ καὶ ἀπειρώδης πικρῆται, febremque habet adiunctam tanquam phre-
 nitidis & inflammationis cuiusdam particeps. vide παραφρεσίτις.

μελαγχολικὸς χυμὸς. ater & melancholicus succus. Est humor omnis frigidus & siccus.
 Hic est naturalis & benignus, crassus, faculentus & niger, sanguiniquæ mistus ad
 corporis nutritionem. Siquidem habetur inter quatuor humores, ex quibus tāquam
 elementis constamus & nutrimur. Hic vinorum crassorum faci similis est, & à liene
 attrahitur secerniturque à sanguine. Quod namque in sanguine crassum nigrūmq;
 velut fæx in dolio, subsidet, sic appellatur. Est autem mitis & placidus succus, nec
 habet aliquid acidi, acris aut erodentis, neque in terram effusus ebullit, neque eam
 fermenti & aceti modo atollit, neque teter est odore, neque erodit, neque vstus est,
 neque in perniciem, semper excernitur quemadmodum ἡ μέλαινα χολή, id est, atra bi-
 lis exquisita, quæ omnia hæc maleficia præstat. In hoc enim μελαγχολικὸς χυμὸς dif-
 fert ἀπὸ τῆς μέλαινης χολῆς, quòd hæc præter naturam sit, & vsta ab immodico calore
 & valdè maligna: ille verò limus sit sanguinis, ad corporis nutritionem cōparatus.
 Huius substantia, quemadmodum & aliorum trium humorum in alimentis qui-
 dem continetur, producitur verò à temperatura siue totius corporis, siue hepatis fri-
 gida sicca, qualis est ætate declinante & autumno, & ex alimentis similiter frigidis
 & siccis, aliisque omnibus sumendis, admonendis, faciēdis, educendis frigidum, sic-
 cum,

cum, crassumque succum gignentibus. Nam & ipse temperamento suo huiusmodi est. Veruntamen si diutius in corpore retinetur adeo ut incalcescat & putrescat, facile in atram bilem exquisitam, quam μέλαινα χολή vocari diximus, degenerat, & simile quiddam faci vini vsti patitur, quæ cum ante vstionem frigida & sicca sit, post vstionem tam calida redditur, ut carnem urat, liquet & corrumpat.

μέλαινα χολή. atra bilis. sic proprie dicitur quæ talis exquisitè est, hoc est, supra modum vsta, calida, sicca, acris, erodens, acerbæ, acida, splēdens & terram fermenti & aceti acerrimi modo elemās, eoque distincta ἀπὸ τῆς μελαγχολικῆς χυμῶν. vide χολή μέλαινα.

μέλαινα ῥίζα. sic dicitur ab Hippocrate Ασφαλθι aromatici vocati radix, ut habetur apud Galenum ἐν ταῖς ἁλωσαῖς.

μελαῖνις. cum accentu circumflexo Dioscorides legendum putat, ut μελαῖνις capra, μελαῖνις vacca, & significari ait ex Melenis. ea autem urbs est ad Crisæum campum sita ante Cripium, pasua bona habens & lac bonum gignentia, ut inquit Dioscorides. Author Galenus ἐν ταῖς ἁλωσαῖς.

μελάμπρος. sic dicta est à quibusdam ἡ ἐλξίη, ut habetur apud Dioscoridem.

μελάμφυλλον. dicitur ὁ ἄκωνιθος, authoribus Dioscoride & Plinio, nec dubium quin à nigro foliorum colore.

μελάμωδον. sic dictum est veteribus veratrum nigrum à Melampode vate, vel eiusdem nominis pastore, quod is cum animaduertisset eo purgari capras, dato postea lacte eius sanavit Prætidæ furentes.

μέλαι γραφικόν

μέλαι ἢ γραφικόν. atramentum scriptorium, seu atramentum librarium: quid sit notum est. Dioscorides scribit ipsum colligi fuligine è tædis coacta, & in singulas libras gummi ternas fuliginis uncias adici. Fieri etiam è resinarum & pictoria fuligine, assumi autem fuliginis minam, gummi sesquilibram, glutinis taurini, atramenti sutorij, singulorum sesquiuncia. Ea de causa non est dubium quin erodendi vim habeat, valde desiccet, & multò magis si acetum habeat, quomodo apud nos preparari solet.

μέλαι κύπριον. sic vocat Hippocrates Cyprium cinerem quo ad oculos utimur, inquit Galenus ἐν ταῖς ἁλωσαῖς.

μέλαινα ὑπερχήματα. nigra deiectiones, à veteribus medicis (inquit Galenus cōment. in aphor. 2. lib. 4.) dicuntur, quæ nigra bilis exquisitè non sunt. Nam illa nihil habent acris, nihil acidi, nihil erodentis, neque in terram effusa ebulliunt, terramque fermenti & aceti modo attollunt (quod atra bili proprium est) sed sunt veluti sanguinis limus, faci vinorum crassorum similis. Hunc, si in corpore redundat, expedit vacuari, eiusque excretionem non raro salubrem esse Galenus observavit, cum atra bilis exquisita excretio Galeno semper visa sit perniciofa.

μελάινον. Plinio herba est in segete ac pratis nascens, flore albo, odorato. Dicitur & μελάινον peculiari nomine medulla roboris. Est etiam τῆς ταιέχου, hoc est, salsamēti nomen, quo cetera thynnorum partes præter ceruicem & ventrem sale condita designantur, ut scribit Orbasius lib. 2. sic autem vocantur, ut idem ait, quod sint similes nigrantibus quercus radicibus: appetitum autem excitant sinapi adiuncto, & quia sunt expertes pinguedinis, difficilius quàm imus venter corrumpuntur. Pli-

DEFINIT. MEDIC.

- nus verò id *salsamenti* genus ex piscibus, *melandryis* vocatis fieri docet, atque ita dici, quòd *quernis assulis simillima* sint. Est autem *μέλαιθος* *thymini* genus grandissimum, quod veluti in *assulas* dissectum ita condiri sale consueverat.
- μέλαιθος*. vox est ab Hippocrate usurpata in prognostico, quam quidam coniunctim legunt ἀπὶ τῆς μέλαιθου, quidam diuisim, ἀλλοῦ ἢ μέλαι ἔορ, ἀπὶ τῆς ὄρ.
- μέλαιθισμῶν*. sic dicitur à quibusdam ἢ ἄνθισμῶν, ut habetur apud Dioscor.
- μέλαιθιον*. *gith.* frutex est exilibus surculis, sæpè binos dodrantes excedens, foliis ut *senecionis*, minutis, sed multò tenuioribus: capitulo in cacumine tenui, paruo, ceu *papaueris*, oblongo, intercurstantibus intus membranis, quibus semen includitur nigrū, acre, odoratum, quod panibus inspargitur. Calfacit, siccatur, tenuium est partium, flatu discutit, absterget atque incidit. Fit ex eo *errhinum* præstantissimum quod *pituitam* detrahit.
- μέλαιθόριζον*. sic vocatum fuisse *elleborum nigrum* Dioscorides author est: distinguitur enim ab albo radice colore.
- μέλας*. dicitur etiam à Latinis *melantheria*: quidam tamen *atramentū metallicum* nomināt. Succus est in metallis concrefcens. *Geminae* originis proditur à Dioscoride. *Alia* concrefcit salis modo in *fodinarum*, undè *as* eruitur, *cuniculis*: *alia* verò in eorum locorum superficie, quæ *terrena* est. *Omnia* nigra est, etiam si exiccata plerumque euadat cinerea, & eam commendat Dioscorides quæ *sulphuris* colorem trahit. *Vim causticam* eam obtinet quam & *misy*: valdè adstringit, ita tamen ut omnia adstringentia tenuitate exuperet.
- μέλας*. nomen est *trochisci*, cuius descriptio habetur apud *Aëtium* lib. 5. Est & huius nominis *emplastrum nigrum* quod proprio nomine οὐσία appellatur, de quo suo loco dicitur.
- μέλας*. ἰδιὸς μέλας, θεραπευτικῶν, cura gerētī, curanti: μέλας ἰδιὸς apud Hippocratem cura & sollicitudinem significat, non autem tristitiam, quemadmodum apud *Homerum*, sicut scripsit *Galenus* ἐν ταῖς ἁλωσῶν.
- μέλας*. Hippocrates lib. 1. τῆς ἐπιδημιῶν usurpauit ἀπὶ τῆς ἀσκήρ. ut *Galenus* cōment. 2. annotauit. & μέλας ἀπὶ τῆς ἰδιὸς μέλας, hoc est, diligentia pro cōsuetudine Ionū, cōmēt. 2. ἐς τὸ πῶς ἀγῶν. *Erotianus* τὴν μέλας ἀγῶν, hoc est, actionē interpretatur.
- μέλι*. *mel*. Est succus dulcis, calidus & siccus in *ventriculis* apū elaboratus, & ore redditus. Est autem in initio *mel* ut *aqua dilutum*, & primis diebus feruet, ut *musta*, seque purgat. *Vigesima* die crassefcit, mox obducitur tenui membrana, qua feruoris ipsius *spuma* concrefcit. Ipsum in *ventriculis* suis *apes* concipiunt ex frondibus & pabulis odoratis maximè, & suauibus, quæ postea elaboratū ore reuomunt, *cera* & *propoli* mistum. Optimum est quod dulcissimum est atque acerrimum, colore verò pallidū: consistētia neque crassum neque concretum neque valdè dilutum, sed unitum in omni parte & tenax, ita ut si eius particulam digito sustuleris & desfluere permiseris, sibi ipsi continuum extendatur, & perinde ac *viscum* non abscissum, non in particulas dissectum descendat. Plures eius differentia à natali solo desumptæ celebrantur à veteribus. *Atticum*, quod *Atticæ* regionis est, præcipuè ex *Hymetto*, omnium præstantissimum, & *Hymettium* appellatur. Ab eo *Calyminum* quod ex *Cycladibus* affertur, & *Hybleum* siue *Symbliū*, quod ex *Sicilia*. Deinde *Chium*, *Syrium*, *Scythicum*, *Siphnum*. Id omne à veteribus bonum habitum est. *Mel* verò *Colchicum*

Colechicum, *Heracleoticum* siue *Ponticum*, quòdque in *Sardinia* atque in *Carnia* *Creta* mōte nascitur (cuius generis est quod *μολιόριον* appellatur ab insania quam gignit) item *Milesium* & quod in *Marathone* fit virosū creditum est. *Narbonense* atque *Hispanum* apud nos commendantur, cum reliqua nobis sint incognita. Nam quod in *Belgica* nascitur frigidum, crudum excrementosumque est, totumque coctione resoluitur in spumam. Sed in quocunque tamen tractu terna mellis fastigia veteres statuere: *ἀνθιον*, quasi dicas floridum, quod vere fit ex floribus constructo fauo: *ἀστειον*, hoc est, aestiuum, à tempestiuitate precipua, ipso *Syrio* splendete post solstitium. Est autem id omne rutilum, ut diebus editū siccioribus. *ἐρικιον*, sylvestre & minimè probatum, quod conuehitur post primos autumnii imbres, cum erice sola floret in syluis. Hæc *Plinius*. Quas quidē res mellis differēcias etsi *Dioscorides* propriis nominibus non appellauit, designauit tamen, vernum, aestiuum & hyemale appellans. A mellis huius similitudine, etiam manna & saccharum inter mellis species numerata sunt à veteribus. Est mannam quidem *θεοσμυλι* & *ἀερόμελι* *Galenus* aperitè nuncupauit, mellisque speciem esse testatus est. Saccharum verò *Dioscorides* sub mellis titulo comprehendit, de quibus suis locis.

μελιθεῖα. dicitur ab *Hippocr.* de vino non eo tantum quod suaue est, sed eo etiā quod est cum melle mistū, quod & ipse *μελιχροον* nominat, ut *Gal.* ἐν ταῖς ἡλώσεσι annotauit. *μελικνεῖς*. Est apostema humorem melli similem membrana conclusum habens. Species est apostematis, ut & *ἀδερμα* & *σάτωμα*. Quorum hoc ab adipe, illud à pulicula intra membranam conclusa nomen habet. Sic & *μελικνεῖς* humorem continet melli *Hymettio*, ut scribit *Galenus*, similem, eumque membrana comprehendit, qui ea selecta non aliter quam mel è fanis diffluit. Sed dicitur eodem etiam nomine aliud ulceris genus quod propriè *κνειον* appellatum est, ut habetur apud *Aërium* lib. 6. cap. 68. similiter apud *Celsum* lib. 5. cap. 28. Neque enim dubium esse potest quin duæ illæ meliceridis species, quas *Celsus* descripsit, sint species *κνειον*, non autem *μελικνεῖδος* à nobis prius descriptæ, quæ apostema est, quæq; dissecta cavitatem unam habet, & intus uno loco atque spatio humorem suum continet, eumque non multis foraminibus, ut *κνειον*, sed uno ore effundit, posteaquã ferro aut medicamēto aperta fuerit. Est igitur *κνειον* nomen æquiuocum, propriè quidem & frequentius tumorem prius definitum significans, interdum verò ulceris illud genus quod *κνειον* peculiari vocabulo diximus nuncupari, quòdque à propriè dicta meliceride differt non modò notis prius explicatis, sed etiam quòd *κνειον* non nisi pilosis locis, magisque ad cutem, *μελικνεῖς* verò pro more reliquorum abscessuum in omni musculo possit excitari.

μελικνεος. legitur apud solum *Celsum* lib. 5. cap. 28. pro ulceris genere quod non sic, sed *μελικνεῖς* solet vocari, & lib. 5. cap. 26. pro saniei specie, quæ crassior, glutinosior, subalbida, mellique albo subsimilis est, quamque ille scribit ferri ex malis ulceribus ubi nervi circa articulos lesi sunt, & inter hæc loca maximè ex genibus. Sed nihil simile apud alios authores scriptum reperio, nec *μελικνεον* omnino dici animaduerti, uti neque *μελικνεῖα*, quemadmodum in quibusdam *Celsi* codicibus reperitur.

μελιρροτον. aqua mulsæ. Est aqua melle mista. Sed misturæ ratio multiplex est, nec una certaque tradi potest. Quoniam enim non admodum utilis est iis qui amarā bilem coaceruant, & facile in iis vertitur in bilem, nisi prius per intestina aut vesicam

DEFINIT. MEDIC.

transeat, eiusmodi naturis diluitor dari debet, ut nec sitim adferat, nec bilē gignat. similiter iis quibus viscera scirrho aut phlegmone, aut œdemate tentantur, aut aliquo morbo acuto laborat. Nam cum mel in iis tum propter moram quam in obstructis visceribus trahit, tum propter eorum ardorē protinus in bilem vertatur, eamq; ob causam noceat, aqua autem tardè penetret & nimis diu moretur in hypochondriis, ex utrisque mistum melicratum idoneum redditur ita temperatum melle & aqua, ut & facile distribuatur in corpus, & bilem non gignat nec sitim. Meracius verò exhibere conuenit, si alui deiectionem molimur. Paratur autem utriūque duobus modis: unum crudum est, alterum decoquitur. Crudo utimur cum alium deicere aut vomitionem incitare volumus. Probe autem coctum valentiùs alit. Coquitur autem ad hunc modum: Primum multum aquæ melli indimus (Paulus lib. 1. in octo partes aquæ unam mellis miscet) deinde tantisper coquimus, quoad spumare desinat. Spumam autem, cum primum emergit, tollere ab eo oportet. Conuenit microsphectis, tussientibus, peripneumoniacis & iis qui immodico sudore digeruntur. Est autem sciendum μελικρατον ἀπὸ τῶν ὑδρῶν μελιτος sola vetustate differre. Est enim melicratum aqua mulsæ subita & recens, hoc est, ex tempore parata, hydromeli autem inueterata & recondita. vide ὑδρῶν μελι.

μελιλατος. fertula Campana, siue ferta Cāpania, herba est in Campanica Italia laudatissima nascens. Tria eius prodūtur genera: vulgare, statim ab radice fruticosum; cubitale, flagellis exilibus, coma trifoli, minuta ac lentè simbriata, flosculo melino, odoris eiusdem cuius & herba, nempe suavis, tereti ac per ramos diffuso semine: alterum aspectu cano, croci odore ac flore, pinguisimis ac breuissimis foliis: tertium simile fœnogræco, folio raro, semine in lunata siliqua, glauco, rotundo, infra sinapis amplitudinem, flore luteo, odorato. Nascitur ubique, Græco nomine Gallis, nedum officinis, nobilior quàm Latino. Diuersis facultatibus pollet, adstringendi, discutiedi & concoquendi. Ex ea epithema ad hepaticos præparatur, cuius descriptio habetur apud Aëtium lib. 10. cap. 6.

μελιμυλον. pomum dulce, sic dictū à sapore melleo. Sunt tamen qui non omne quod dulce est, sed quod natum sit ex malo inserta pyro syluestri aut cotoneo, ex qua miscella creari dicunt quæ propriè Athenienses μελιμυλα, hoc est, dulcia & mellita poma nominant.

μελινη. sic dicitur interdum à Theophrasto & aliis quibusdam ὀέλνωος, hoc est, panicū, ut habetur apud Dioscoridem.

μελιωτόφυλλον. herba est cauliculis & foliis ballotæ similibus, maioribus tātum tenuioribusque nec perinde hirsutis, ea citrum redolent: ex quo citraginem Romani vocauerunt, alij apiastrum: Galli melissam dicunt. vires easdem habet quas & marrubium, sed imbecilliores.

μελιωτόφυλλον etiam à quibusdā ἁ σελινου, hoc est, apium dici Dioscor. author est.

μελιταια. herba est quam alij μελιθαινα, alij μελιωτόφυλλον vocant.

μελιτρα. nomen est ξηείου φαρμάκου, hoc est, aridi medicamēti cuius author dicitur Oribasius à Paulo lib. 7. cap. 13. Eo Paulus lib. 4. cap. 40. utitur ad implenda caua ulcera quæ pura fuerint.

μελιπίπης. est lapis dulci & mellito sapore præditus, sicut & galactites, sed plus quàm hic caloris habet, atque ideo magis etiam abstergit. Dicitur fieri ex ramentis saxi calca-

calcarij in lapidem concretis, ut & galactites. Colore rufo flauoque est sicut chalcitidis usta & auripigmentum & sandaracha.

μέλι. edulij quoddam genus fuit apud Romanos, authore Galeno, refrigeratis & humectantis. nec dubium quin lacte constaret, ut ex Paulo patet, atque Constantino Cesare lib. 18. de agricultura, qui praterea docet melcam non aliud esse, quam lac repositum & reconditum in fictile nouum, feruenti aceto prius per fustum atque imbutum. Inde autem secretionem seri à crassiore lactis substantia fieri constat, quam per grumos concrefcere verisimile est, eamque obsonij speciem fieri quæ Parisius du lait caillé dicitur. Species igitur est τὸ ὄξυγάλακτος, de quo suo loco.

μεμωσμένος. μεμολυσμένος & hoc est, fœdatus apud Hippocr. sicut Galenus scripsit ἐν τοῖς γλωσσίς.

μεμυγμένον. collyrij nomen est quod habetur apud Celsum lib. 6. cap. 6.

μεμολυσμένους. quidam refrigeratos, quidam induratos & lapideos interpretantur apud Hippocr. ut refert Galenus ἐν τοῖς γλωσσίς.

μεμύρηκον. ζωάλικον, id est, conuoluit, apud Hippocr. sumptum à lanis quæ nentur, ut annotauit Galenus ἐν τοῖς γλωσσίς.

μεμωσμένον, & ἀνασθητόν, id est, sensu carens, apud Hippocr. ut scripsit Galenus ἐν τοῖς γλωσσίς. καὶ & μωσσην ἐμποιοῦ τῆ Διαιτα, ut explicat comment. ἐν & περὶ ἐπιπέδου.

μοσθητόν. unguenti genus est Ægypto peculiare, dictum à capro, qui ea Ægypti parte, ubi primum unguentum istud repertum est, colebatur, quique μιδίς vernaculo sermone dicebatur. Dictum est & Ægyptium unguentum, ut habetur apud Galenum lib. 2. τῆν εἰς τὸ πικρὸν. Dioscorides scribit constare balanito oleo, myrrha, casia & resina, similemque metopio vim obtinere, sed inferiorem multò. Cum Dioscoride consentit & Paulus Ægineta, qui eius compositionem apertius explicat, nisi quod ipsam inter malagmata recenset lib. 7. cap. 18.

μέρος. pars. Id dicitur quod totum complet atque integrat: vel, in quod totum diuiditur. Hæc quidem simplicissima est partis definitio. Est enim pars ex iis quæ ad aliquid dicuntur: quippe pars totius integræque pars dicitur, æquè profectò ut totum & integrum per relationem ad proprias partes nominatur. Quicquid ergo totum complet atque integrat, id totius corporis quod complet particula siue pars nominatur. Patet autem eam cum toto unitam coniunctamque esse oportere. Cum autem aliæ sint partis significationes, ut pro specie, proq; differentia, de ea propriè agimus quæ totum integrat, ut antè diximus. Itaque cum totum quod medicus præsertim expendit & in suas partes diuidit, homo existat, partes proinde à medico dicuntur quæ totum hominem componunt, quas tamen non tam μέρη quam μέλη, hoc est, membra priuatim quidam vocandas censent. Hinc quidem Hippocratis οὐλομελή, hoc est, integra & absoluta totius corporis ex membris compago, siue natura, cuius ille ἐν τῷ περὶ ἀρθρῶν meminuit. Verùm cum nomen hominis æquiuocè dici possit, scilicet pro homine sano & vita fruente, proque humano corpore, siue ipsa corporea mole & structura, nulla habita vitæ ratione, primum id conuenit distinguere, quòd diuersa sit ratio partium in homine sano aut ægro, uiuente aut mortuo. Qui uolet, ipsam tantum humani corporis formam & speciem consempletur, ut uidetur fecisse Galenus lib. de usu part. liceat tamen & totius hominis vita fruētis partes speculari, & eas reparare, quæ uiuentem hominem componunt atque integrant, præfer-

DEFINIT. MEDIC.

tim cum omnium partium actio atq; usus ad vitam referatur. Sic autem quicquid in humano corpore inest, sine quo vivere aut bene vivere non licet, id corporis humani partem vocare possumus. Quod enim à toto demere non licet sine totius dissolutione, id merito totius pars dicetur. Itaque humores & spiritus, quod iis demptis totus homo constare non possit, inter partes corporis humani annumerari quodammodo poterunt. Quod qui negant, humani tantum corporis speciem ipsam oculis subiectam intuentur, non etiam totum hominem, cuius non minima pars sanguis videri potest: de spiritu iudicium paulò difficilium est, quoniã totius corporis partes quoque corporeas esse oporteat. Sunt namque naturã partes eiusdem cum toto suo generis. Freti tamẽ Hippocratis autoritate eos etiam inter partes corporis habere possumus, qui totum diuisit in continentia, contenta, & impetum facientia. Sed iam humoribus & spiritibus omisis reliquas partes contemplemur, quæ corporis omnium uiuentis tum vita carentis communes sunt. Eas in duo summa genera medici distinxerunt, ut aliæ simplices, aliæ compositæ, siue, quod idem est, aliæ similes, aliæ dissimiles dicerentur. Similes, ὁμοιομετῆρῶν dicta à Græcis, in sibi similes perpetuò diuiduntur, partesque omnes tum toti tum inter se similes habent, ut os, cartilago, ligamentum, membrana, tendo, neruus, arteria, uena, caro, cutis: quibus adde si placeat adipem, medullam, lac, semen & alia quæ sunt eiusmodi, si quicquid in corpore continetur, inter partes referri debeat. Eas Galenus propria hominis elementa quandoque nominat, aliàs prima corpora, quod scilicet ex iis constent, quæ compositæ & dissimiles & organica nuncupantur. Compositarum autem maxima prorsus diuersitas est, & varia admodum ratio, siue ipsam compositionem spectemus, siue earum usum atque actionem, quæ utique ipsis propria est, & à qua organica appellantur. Nam quamuis omnes æquè ex similibus partibus constatæ sint, ipsarum tamen aliæ ex seipsis etiam constituuntur, & sæpe organicam partem totius organi portionem quandam esse apparet. Sunt enim organicarum partium alia aliis magis composita. Quam rationem sequutus Galenus lib. de morb. differ. quatuor organicarum partium ordines siue differentias constituit, primo ordine eas collocans, quæ ex similibus partibus coalescentibus unius operationis gratia sunt compositæ, secundo verò quæ ex his rursus componuntur, etsi uni totius instrumenti actioni quam maximè deseruiant, tertio autem quæ iis adhuc magis compositæ sunt, demum quarto quæ totum ipsum organum comprehendunt. Verbi gratia, musculus, uena, arteria, neruus inter prima instrumenta connumerantur, digitus verò inter secunda, pes ex digitis constans inter tertia, postremò crus inter quarta, ut quod sit membrum summè absolutum. Pauca igitur eiusmodi sunt quarti generis instrumenta, caput, thorax, venter, duæ manus & totidem crura. Tertij generis aliquantò plura: ea autem sunt in quæ prima proximè resoluuntur. Vt in capite cerebrum, oculi, os, aures: in thorace, pulmò, cor, diaphragma, & quo ea cõcluduntur, thorax: in ventre, ventriculus, iecur, lien, renes, intestina, vesica, uterus: in manu, humerus, brachiũ, manus in crure, femur, tibia, pes. In secundo autem ordine permulta collocantur, ea scilicet in quæ tertij generis instrumenta proximè resoluuntur. Verumtamen difficillimum est unicuique particula proprium ordinem assignare, præsertim in primis secundisque ordinibus. Quippe sunt aliqua quæ ambiguas utrinque notas habent, ut videantur tum ad primum tum ad secundum ordinem pertinere: oculi enim, ne longius abeas, proxima

proximæ partes sunt humores & tunica. Sed hæc quo ordine locari debeant, incertum. Siquidem videntur simplicissimi generis esse, nec resolui posse in alias partes, proindeque primo ordine esse collocanda, quia tamen partim ex meningibus, partim ex pericranio, partim verò & ex optico nervo coaluerunt, putare quis possit secundo ordini tribuendas esse. Verùm in iis omnibus diuidendis diiudicandisque poterit quis per ocium occupari. Ex his autem facile iam licet videre de quibus Galeni definitio intelligenda sit, qua instrumentum vocat quamlibet animalis partem quæ perfectam actionem edere potest. De iis enim quæ ad tertium quartumque ordinem pertinent intelligi debet, non de iis quæ ad primum secundumque referuntur: nec proinde debemus ex ea de omnium partium natura iudicare, atque ad eam, veluti ad regulam, earum examen reuocare. Sic quidem se habet partium in similes & dissimiles diuisio. Præterea verò alia est à Galeno tradita in arte parua omnium partium communis, ad hunc modum: Partium, inquit, quæ duplex est omnis differentia. Nam aliæ principia quædam sunt, aliæ ab his sunt orta: quædam nec aliarum gubernationi præsumt, nec ab aliis gubernantur, ut quæ ingenitas vires habeant quibus reguntur, nonnullæ verò natiuas simul & aduentitias facultates habent. Talem quidem partium ab earum usu & actione distinctionem Galenus tradidit. Pro cuius explicatione notandum est, singularium partium secundum naturam usum aliquem esse, usumque ad actionem referri: actionis autem causam facultatem dici, eamque nihil aliud esse quam vim aliquam parti insitam, per quam agit id quod agere nata est. Adhæc notandum est gubernare siue regere, non aliud dici quam actionem aut opus edere per quod vita est, aut sine quo ea esse non potest: gubernari autem siue regi, esse ab aliquo primo & per se iuari ad eam actionem seu opus. Iam ergo facile est videre quatuor illas principes partes à medicis celebratas, cerebrum, cor, iecur & testes, gubernare, non autem gubernari. Sunt enim earum opera toti corpori communia, tamque necessaria, ut per ea vita nostra sit, quæ tamen ut præstent, ne mutuis quidem operibus indigent. Cerebrum enim sine aliarum partium subsidio à propria atque insita facultate spiritum animale gignit, cor vitalem, iecur sanguinem, testes semen. Quod si quis obiiciat & cerebrum & cor & testes nutriri oportere & proinde egere sanguine & ope iecinoris, satis illi fiet si intelligat cerebrum quidem beneficio iecinoris indigere ad sui conseruationem, nec eo tamen iuari primo & per se ad opus quod agit. Siquidem nutritio non est causa per quam spiritus animalis gignatur, sed potius per quam cerebrum & eius actio conseruatur. Similiter autem de reliquis principibus partibus iudicandum. Ac quoniam eorum opus tam est ad vitam necessarium, ut toto ferè corpori debeat communicari, iccirco secunda partium differentia constituta est, ab iis scilicet ortarum usque ministrantium; per quas veluti per canales quosdam partes reliquæ principum beneficio fruenterentur. Hæc sunt nerui, arteria, vena, vasa spermatica, quæ reguntur quidem, non etiam regunt: præstant enim operam suam principibus partibus, estque earum opus pars quodammodo operis nobilium partium. Tertia verò differentia est earum quæ nec aliarum gubernationi præsumt, nec ab aliis gubernantur, quod scilicet earum actio nec communis toti corpori habeatur & ad sustinendam vitam necessaria, nec primo & per se egeat partium principum beneficio. Ad eam referuntur, os, ligamentum, membrana, glandula, pinguedo & caro simplex. Ossium quidem præcipuus

DEFINIT. MEDIC.

usus est partes sustinere & firmare, ligamentorum autem ea secum vincire atque continere. Quod quamvis corpori commodissimum sit, non tamen opus est toti commune, & ad vitam necessarium, ut eius causa ab iis putetur corpus gubernari. Sed neque ad id iuvantur aliarum ope partium, ut quæ ingenitas vires habeant, à quibus munere suo fungantur. Quod enim os partem firmat, & ligamentum ossa coniungit, à se ipso habet, non autem quia nutriatur, ut antè de cerebro & corde diximus: est enim earum omnium eadem ratio. Quarta demùm differentia est earum quæ natiuas simul & aduentitias facultates habent, cuiusmodi sunt pulmones, ventriculus, lien, renes, vesica. Quòd enim earum unaquæque actionem propriam edat, à se ipsa suòq; natiuo temperamento habet, ita tamen ut principis alicuius partis subsidio indigeat. Quippe pulmones aërem expirant atque inspirant ab ingenita quadam facultate, quæ eorum temperamenti proprietatem consequitur, eaque propria est eorum actionis causa, ad eam tamè præterea vis quædam à cerebro accedit, quæ quamvis rationem causæ per quã respiratio est non habeat, obtinet tamen eius sine qua profus esse non potest. Est enim illi omnino necessarius thoracis motus. Idem de reliquis partibus iudicandum, quarum aliæ à corde, aliæ à iecinore influentem vim excipiunt, ut ad eas pertinentes nervi, venæ arteriæque declarant. Itaque eæ partim gubernant, ut quæ usum habeant toti corpori communem, & sine quo vita esse non possit, partim etiam gubernantur, quòd vim à principibus partibus manantem recipiant, sine qua opus suum perficere nequeunt. Sic quidem partium diuisionem à Galeno traditam multis explicatu difficilem interpretari visum est. Præterea verò aliæ quædam sunt earum diuisiones, ut in solidas & carnosas: sumpta ab earum substantia, sanguineas & spermaticas: à cuiusque origine, quòd aliæ à sanguine, aliæ à semine gignantur.

μελαὶ φάρμακα. medicamenta localia, quæ & τοπικὰ appellantur.

μεσοποτάμιου μύρου. species est cenantharij authore Posidonio, à quo hoc nomē adepta est. Describitur à Paulo lib. 7. cap. 21.

μεσογαίου. idem quòd μεσεντέριου. Siquidè ἀραιὸν καὶ λεπτὸν ἔστω, inquit Hesy chius, hoc est, ventrem & tenuia intestina significat. Dicitur & ἀραιὸν ἔστω καὶ στενὸν, id est, tenue & angustam. Itaque μεσογαίου dicitur, quasi in medio intestinorum tenuium vel ventre positum, non autem à raritate, ut quidam existimant.

μεσεντέριον. Est corpus membranofum in medio intestinorum situm, venæ portæ ramos connectens. Nam quò firminus esset, ex dura membraneaque substantia cõstituitur. Est autem illi gemina tunica, quarum utraque à peritoneo iuxta lumbos exoritur & connascitur, nisi quæ venas & arterias continent, aut quæ adeps multus intercessit, aut quæ ipsa intestina conuestiunt. Nam ecphysis à peritoneo, colon, quæ fundum ventriculi superuehitur, ab epiploo posteriore vestitur. Illis autem in partibus intercedentia vasa, adeps & intestina, tunicas mesaræi connasci prohibent. Ceterum per eas venæ dispersæ sunt propè infinitæ, quibus tanquam manibus iecur succum ad se trahit, quem in sanguinem vertat, easque tunica illa fulciunt, ne dum homo salit, aut cadit, aut vehementius feritur, contundantur aut disrumpantur. Nec verò mesenterium venas modò cõtinet, verum etiam arterias à magna trũco, quæ secundum lumbos fertur: eas enim omnes simul amplectitur, conuestit & tuetur. Nec tamen eo contenta natura, ad maiorem horum vasorum munitionem ad-

pem

pem multum mesenterio indidit, præterque adipem glandulosum corpus, quod πύργους vocant, machinata est, eoque medias eorum vasorum scissuras communiuit, ne propter infirmitatem motionibus violentis laderentur. Gaza mesenterium passim apud Aristotelem lactes interpretatur. Id quod ab eo nimis licenter factum esse Hermolaus Barbarus scribit Plinium secutus, qui lactes appellauit molliora intestina, quæ primum in homine & oue occurrant, per quæ cibus labitur. Sed Gazæ Budæus patrocinator. Siquidem lactes non tam intestina, quam pingue illud quod ea ambit, significant. Nostrates in piscibus lactantias vocant. Alio nomine μεσεντερειον à Græcis μεσεντερειον dicitur, utroque nomine, ut scribit Gal. lib. 6. τῆν ἀνατομικῶν ἐγχειρίσιν, ab accidentibus ipsi indito: μεσεντερειον quidem à situ, μεσεντερειον autem à peculiari substantia, quod & medium inter intestina situm est, & omnes venas ex iecore ad ipsum descendentes unâ cum vicinis arteriis & nervis in orbem completitur, quemadmodum intestina singula.

μεσεντερειον. significat apud Hippocr. obstaculum trabis lignæ, domum unam in duas partes separantis, veluti columnam quandam in medio positam. Quidam autem & superpositum tectum μεσεντερειον vocant, ut scripsit Galenus in τῆν ἀνατομικῶν ἐγχειρίσιν.

μεσεντερειον. ἢ κερυφειον.

μεσεντερειον. nomen est ab Hippocrate usurpatum lib. 6. τῆν ἐπιδημιῶν. quod Galenus mesenterium interpretatur, partis vocabulum pro toto accipiēs. Sed propriè eo nomine videtur designari pars ea mesenterij, quæ crassis intestinis continua est, ut quæ pertinet ad tenuia intestina: posset, si usus ferret, μεσεντερειον nūcupari. Et reuera sicut duæ summæ sunt intestinorum differentia, tenuium & crassorum, ita bipartitum videtur mesenterium, ut ejus loci comment. Galenus ostendit.

μεσεντερειον. idem quod ὀμφαλός, umbilicus.

μεσεντερειον. sunt musculi inter medias costas siti. Hi numero sunt quadraginta quatuor, utrinque videlicet duo & viginti. Horum autem undecim interni, & totidem externi sunt, bini scilicet in singulis costarum interuallis, quæ undecim in alterutro latere sunt. Externi quidem singuli in singulis costarum interuallis oriuntur, & fibras habent ex superiore costa in inferiorem obliquè deductas. Interni verò contrario & oriuntur & procedunt modo, originem quidem ex inferiore costa ducentes, & obliquè sursum in superiorem protensi, & externos ubique in χ. literæ formam interfecantes. Cùm autem eiusmodi fibras eoque modo protensas habere hi musculi dicuntur, intelligendum est de spuriarum quidem costarum interuallis totis: verarum autem costarum non totis, sed ad eam tantum costarum sedem ubi in cartilagine degenerant. Siquidem inter verarum costarum cartilagine, utriusque musculi intercostales villorum situm prædicto contrarium sortiuntur, ut propterea unus idemque musculus inter verarum costarum cartilagine situs, non unus sed geminus plerisque existimatus fuerit. Caterum ut gemina est musculorum intercostalium differentia, ita & geminus usus. Externi thoracem dilatant ad inspirationem: interni verò eundem contrahunt ad expirationem.

μεσεντερειον. medius digitus. Hic habitus est apud veteres omnium despectissimus. Nam cùm reliquis sit longior & in medio situs, velut deses & ignavus notatus est. Ideo prisca moris fuit, ut, si quos aliqua contumelia aut conuitio afficerent, iis medium digitum reliquis contractis protenderent. unde Martialis,

DEFINIT. MEDIC.

Rideto, & digitum porrigitō medium.

Idem impudicus ab eo dicitur alio versu,

Ostendit digitum sed impudicum.

Et infamis apud Persum. Eadem ratione κατὰ πύργου quasi cynædus & scortum ab Atheniensibus appellabatur. Similiter quidam ex Latinis verpum, à verrendo pōdice, eum nuncuparunt.

μεσόμενον. dicitur, auctore Rufo, pars ea quæ inter ambo supercilia media est, ad frontis finem supra nasum sita. Ea etiam μετώπον dicitur. Vtrūque nomen à situ inditum.

Martianus Capella lepidè glabellam vocavit, quòd ea pars glabra sit & depilis.

μετὰ. præpositio est qua Hippocrates omnibus in libris ἑλαττικῶς utitur Ionum more, ut Galenus annotavit ἐς δ' ὅδ' αἰτίας ὄξιος.

μετάβασις τῶ ὀμοίῳ. vide in dictione ἐμπειρικῆ.

μετακάρπιον. postbrachiale vulgò: Latinis palma. Est pars summæ manus inter carpum & digitos sita. Ea Aristoteli, Rufo & Celso quinque constat ossibus: Galeno autem quatuor. Verùm illi tertium os pollicis metacarpio adscribunt: hic verò pollicis, quem eodem modo quo & reliquos digitos tribus ossibus cōstare par est. Verùm non sine ratione id os pollicis infimum tertiumque metacarpio annumeratur, propterea quòd nō aliter quàm reliqua quatuor ossa metacarpij (nisi quòd hæc per synarthrosim, illud verò per diarthrosim) carpo inarticulatur, cùm tamen infima aliorum digitorum ossa metacarpio per diarthrosim alligentur, nō etiam carpo. Sunt autem quatuor illa metacarpij ossa reliquis digitorum ossibus longiora, & magna ex parte tertia. Discedūt autem abinvicem satis longis intervallis, in quibus plures muscoli collocati sunt, qui digitos moueant. Caterùm metacarpij duæ sunt partes, interior & exterior. Interior, ut videtur Rufo, δέναν dicitur ab Hippocrate, ab aliis ἑποδέναν: exterior verò ὀποδέναν.

μετακάρσιμα δ' γαλακτικῶδες κρᾶμα. lactea commissio, apud Hippocr. πῶδ' αἰτίας ὄξιος, ut annotavit Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις.

μετακόνδυλοι. dicuntur, ut scribit Rufus, postremi digitorum articuli, unguibus proximi. Nam medios digitorum articulos κενδύλους ait vocari. Itaque quòd his illi posteriores sint, μετακόνδυλοι appellantur, ut & primi προκόνδυλοι.

μεταληπτικὴ τάσις. est species una tensionis quæ à superiori laqueo glossocomi perficitur. de qua vide in dictione γλωσσόκομος.

μεταλλικῆ. dicuntur ea quæ in metallis generantur siue sponte naturæ siue per fornacem producantur: quibus etiam accedit tertium genus eorum quæ ex his ipsis homines conficiunt, velut est cerussa, ærugo, scandix & istis similia.

μεταπρωτολύσις. est exiguorum meatuum status mutatio. Nomen est Methodicorū proprium, idem planè indicans potestate quod μετασώμεσις, de qua vide paulò post.

μεταπρωποιῦσαι. meatuum statum transmutare. μετασυκείναι.

μετάπλωσις. transitus siue transmutatio in aliam speciem. Sic dicuntur pleræque febres ἐκ τῆς μεταπλώσεως factæ, ut quæ ex acutis non acutæ sunt, nec febres modò, sed omnes etiam alij morbi qui ex priore specie in aliam degenerant & transeunt, ἐκ τῆς μεταπλώσεως fieri dicuntur.

μετάρεσιον. ὑψηλόν, hoc est, sublime apud Hippocratem, ut annotavit Erotianus.

μετασύκωσις. est exiguorum meatuum in naturalem statum mutatio. Nomē est à Methodicis,

ethodicis, ut ait Galenus, nec clarè nec prudenter usurpatum, idem planè indicans potestate quòd ἡ μεταποροποισις. Cum ergo illi existimarent ex corpusculis & meatibus corpora nostra constare, & in exiguorum meatuum symmetria sanitatem, in ametria morbum cōstituerent, reditum ad pristinam meatuum symmetriam μετασυμμετρίαν appellabant. Nā & ipsam meatuum compositionem συκείματα, & συκρίνεται τὰ σώματα @ Διακρίνεται, quasi misceri secernique corpora dicebant. Medicamenta verò quæ id præstarent μετασυμμετρίαν nominabantur, quod nomen quamuis à Methodicis profectum, postea celebres etiam medici usurparunt. Sunt autem ea primis quidem qualitatibus calfacientia & exiccantia: secundis verò cutem relaxantia, ex profundo attrahentia, & habitum corporis aut partis cui adhibetur immutantia. Eius generis est thapsia authore Dioscoride, & sinapi, & plerique dropaces, smegmata, psilothra: ad hæc varia gestationum genera, deambulationes, vociferatio, unctiones, cucurbitula, vomitus à radícula, & alia quæ à Paulo Aegin. recensentur lib. 2. cap. 72. de fluxu muliebri.

μετάφρασις. quid propriè sit, non satis est à veteribus explicatum. Verisimile est ex ipso etymo, eam dorsi partem significare quæ ad septum transversum sita est, quasi & μετὰ τὰς φρένας. Sic enim veteres septum transversum appellarunt. Rufus in libello quem edidit de partium hominis nomenclatura, definit μετάφρασις esse τὸ μεταξὺ τῆς νώτου @ ὀσφύου, κατὰ πῶ τῆς νεφρῶν πρόσφουσι, id est, partem inter dorsum & lumbos mediam, quæ renes adiacent. Nec tamen inter partes spinæ numeratur, quam veteres totam diuiserunt in cervicem, dorsum, lumbos & os sacrum.

μετέπειρα. idem quod ἔπειρα, apud Hippocratem ἐν τῷ περὶ ἀρθρῶν. Erotianus tamen ἐνίοις interpretatur, citatque authorem Herodotum ἐν β'. scribentem, τὰς ζεῖας μετέπειροι καὶ λέουσι.

μετώρον. sublime. quod nomen doloribus accommodauit Hippocr. aphor. 7. lib. 6. scribens, ἀλγίματα τὰ ἐν πῶ κοιλίῃ μετώρα, hoc est, dolores ventris sublimes. Sic autem dicuntur non in imo ventre conditi, sed qui externas partes, ut musculos epigastrij, exercent, & sunt positi extra peritonæum. Idem verò etiam μετώρον πῶδιμα dixit ἐν τῷ περὶ ἐπιπλοῦ, & in libris τῆς ἐπιδημιῶν cum multis in locis, tum lib. 3. in historia mulieris angina laborantis, de quo in eius loci explicatione ita Galenus edisserit: Primum quidem Sabinū interpretatum esse, πῶ ἀνὰ τῆ ἐνὶ χρομδίῳ ἀναπνοῆν, quam tamen interpretationem Galenus non probat: deinde verò & μετώρον πῶδιμα duobus modis intelligi posse: uno quidem inspirationem toto thorace factam, siue in qua totus thorax attollitur & μετώρον γίνεται, qualis contingit asthmaticis & morientium plerisque, diaphragmate iam non valente inspirationem perficere, sed omnibus musculis unà operam suam dilatando thoraci dicantibus: altero verò eam quæ non nisi recto thorace fieri potest: tunc enim ægri coguntur μετέπειρα ἐκαστοῦ, hoc est, erigere sese, quia nisi recta ceruice spirare non possunt: secundum quam significatione μετώρον πῶδιμα non est aliud quàm ἡ ὀρθοποιία, ab Hippocrate in lib. progn. explicata. Tertiam ab his τῆς μετώρον πῶδιματος interpretationem, videtur Galenus ponere lib. 3. περὶ δύσπνοιας, sed eam quidē ex sensu potius quàm medica ratione depromptā, ut sic dicatur ab Hippocrate spiritus qui ad fauces modò penetrare, atq; in iis subsistere, non autem in imum thoracem subite videatur. Est autem ea inspiratio μετώρον ab Hippocrate dicta, parua atque frequens, ut Galeno placet, nō au-

DEFINIT. MEDIC.

tem magna, sicut plerique iudicarunt, ex magna thoracis dilatatione, quanquam nihil vetat eam etiã magnam esse, ut ex scriptis Archigenis apparet, quæ Galenus τῆν κῆ τὸ πρῶτον lib. 9. cap. 1. recitat, quibus ille suadet certum quoddam pharmaci genus ictericis exhibendum esse post deambulationem & frictionem, ἐπι μετὰ φρονέου τῆς πιδύματος ὄντος. Nam quamvis asthmaticis, orthopnoicis & synanchicis propter meatuum obstructionem spiritus necessariò parvus & frequens est, attamen ubi partes eæ liberæ sunt atque ab humore vacuæ, aucto post exercitationem calore, necesse est magnam fieri respirationem, nec ad eam solum diaphragma sufficere, sed præterea opus esse omnium musculorum auxilio, ut thorax multum dilatari atque in sublime attolli possit.

μετόπωρον. autumnus. vide φθινόπωρον.

μετρητῆς. metreta. cadus. Mensura est liquidorum apud Atticos maxima, capiēs ἄρας duodecim, siue libras mensurales centum & octo. Eam Fannius Atticam amphoram appellavit his versibus,

Attica præterea dicenda est amphora nobis

Seu cadus, hanc facies nostræ si adieceris urnam.

Ex quibus apparet Atticam amphoram capere amphoram Romanã & urnam, & Romanam ab Attica magnitudine differentē esse. Itaque qui accuratius scripserunt, non simpliciter μετρητῆρ dixerunt, nisi cùm Atticã intelligerent: cùm enim Romanam intelligebant, Romanam vel Italicam addebant, sicut Dioscorides in descriptione vini scillitici, λαβῶρ σιλίτις ἐν πετρημυθῆς καὶ κικαδαρυθῆς μῶς γ'. καὶ δεῖς εἰς γαδικούς καὶ τοῦ μετρητῆρ ἰταλικῶρ, καὶ μῶας εἰς ἴασορ: hic enim metretem Italicum appellavit amphoram Romanam. Idem & κεράμορ ἰταλικῶρ dixit in vino absynthite. A Latinis metreten dici cadũ ex Dioscoride & Plinio perspicuum est. Vbi namque apud Dioscoridem μετρητῆς legitur, Plinius cadum conuertit, ut quo loco Dioscorides vinum è labrusca factitium describit, qui totus locus à Plinio in Latinum versus est, lib. 14. cap. 16. In quo tamen aduertendum est non omnem amphoram cadum dici, sed Atticam modo, cùm Plinius cadi nomen non soleat usurpare, nisi Græca in sermonem Latinum transferens, vel de vinis Græcis loquens. Eadem mensura etiam alio nomine à Græcis κεράμορ appellatur, ut author est Hesychius, & σάμωρ siue σαμῖορ, ut habetur apud Aristophanis interpretem in Ranis. Nec verò semper, ubi metreta nomen apud authores occurrit, mensuram hanc modo isto definitam intelligere oportet, sed simpliciter aliquando vas magnæ cuiusdam capacitatis, nulla certa definitum mensura.

μέτρορ. mēsurā. Est qua tũm liquorum, ut olei, vini, aceti: tũm rerum aridarum, ut frumenti & leguminum molem metimur. Verũm non simplices, sed variæ olim fuerunt mensuræ, singulis videlicet nationibus suæ, sed nullæ tam secum congruentes quàm Romanæ cùm Græcis. Differunt tamen & illæ inter se plurimum, quòd aliæ humidorum tantũm, aliæ siccorum, aliæ amborum indifferenter existerent. Erant autem apud Romanos liquidorum mensuræ istæ: Culeus capiens amphoras viginti. Amphora urnas duas. Urna congios quatuor. Congius sextarios sex. Sextarius heminas duas. Hemina quartarios duos. Quartarius acetabula duo. Acetabulum sesquicyathum. Cyathus ligulas siue cochlearia quatuor. Ambiguæ autem siue communes tam liquidorum quàm aridorum mensuræ erant: Libra, quæ siue mēsurā siue pondus

pondus esset, uncias duodecim continebat: & uncia, quæ duas semuncias: adhæc sextarius, qui libram & bessem, hoc est, uncias viginti mensurales comprehendebat. Aridorum verò mensuræ istæ fuerunt: Modius capiens duos semodios, Semodius sextarios octo, Sextarius heminas duas, Hemina acetabula quatuor, Acetabulum sesquicyathum, Cyathus ligulas quatuor. Apud Græcos autem etiam diuersæ fuerunt. Siquidem aliæ Atticæ, aliæ Ephesiæ, aliæ Alexandrinæ: tum aliæ Medicæ, aliæ Georgicæ, aliæ etiam Hippiatricæ. Verùm Atticæ & celebriores & frequentiores in authoribus occurrunt, præsertim autem in medicis, cum ferè Attica obseruatione, ut scribit Plinius lib. 21. capite ultimo, medici utantur. Itaque Atticæ siue medicæ mensuræ, sicut & Romanæ, duplices fuerunt, liquidorū & aridorum. Erāt autem istæ liquorum: μετρις capiens ἄρας duodecim. χοῦς capiens ἕξας sex. ἕξης capiens κτύλας duas. κτύλι capiens τέταρτα duo. τέταρτον capiens ὄξυβαφα duo. ὄξυβαφορ capiens κύαδον unum & dimidium. κύαδος capiens κύχας duas siue μύσσα quatuor aut χαμάς quinque. χαμά capiens κολύβια duo. Rerum verò aridarum hæc sequuntur: μέδιμ & continens χοίνικας quadraginta octo. χοίνικς tres κτύλας aut ἕξης unum & dimidium. ἕξης duas κτύλας. κτύλι quatuor ὄξυβαφα. ὄξυβαφορ sesquicyathum. κύαδος decem κολύβια. Atque hæc in usu medicis maxime fuerunt. Præterea verò etiam rusticis peculiare quædam mensuræ fuerunt dictæ georgicæ, & hæc duplices, liquorum scilicet & aridorum. Ac liquorum quidem istæ: μετρις, capiens ἀμφορέας duas: ἀμφορέας, capiens χοῦς quatuor: χοῦς, ἕξας nouem, siue κτύλας duodecim: κτύλι, ὄξυβαφα quatuor: ὄξυβαφορ, κύαδον unum & dimidium: κύαδος verò μύσσα quatuor. Quæ quidem omnes georgicæ mensuræ videntur ad medicas proportionem habere sesquialteram, ut scriptum est à Georgio Agricola. Aridorum verò fuerunt hæc apud agricolas mensuræ: μέδιμ & capiens ἡμιμέδιμους duos, τετραπίας tres, ἐκπίας sex, ἡμίετα duodecim, ἡμιδωδεκάτα viginti quatuor, χοίνικας quadraginta octo: χοίνικς, capiens κτύλας tres: κτύλι, capiens ὄξυβαφα quatuor: ὄξυβαφορ, cyathum unum & dimidium: κύαδος, μύσσα quatuor. Reliquas mensuras persequi inutile fuerit, nihil ad propositum nobis scopum pertinentes.

μετώπιον. à nonnullis dicitur galbanum, ut scribit Dioscorides: dicitur & eodem nomine, ut idem scribit lib. 1. unguenti quoddam genus in Aegypto, quod ab Hippocrate αἰγὸ πίον μύρον dicitur, ut scribit Galenus in explicatione vocum Hippocratis, atque sic appellatur propter galbani mistionem: nam lignum, inquit, in quo galbanum nascitur, metopium vocant. Est igitur metopium tum arboris tum succi ex ea manantis nomen. Ponitur etiam aliquando μετώπιον ἀπὸ τοῦ μετώπου, hoc est, pro fronte. μέτωπον: frons. Est pars faciei supra oculos sita & ad tempora usque protensa, substantia muscosa & osse subiecto constans. Omnibus quidem frontem supra oculos sitū esse constat, & utrinque ad ossa temporum desinere, verum quam altus sit, non item. Alii enim frons tantum dicitur quantum inter supercilia & capillos patet pilis nudum. Atij verò totum id spatium quod ab oculis ab coronalem usque suturam interiacet, frontem appellant, quod totum illud os frontis nominetur: Id à superiore quidem parte sutura coronali, ab inferiore verò ea sutura quæ capiti cum gena superna communis est, à lateribus autem osse sphænoide terminatur. Non est autem vniusmodi, sed in superna oculorum regione, quam totam constituit, tenuissimum, duabus tamen squamis coagmentatum, ad supercilia & nares cauum, aere plenum, ad tem-

pora tenue, solidum, in fronte crassius, densius ossibus bregmatis, propè quæ tenuius
 & ob raritatem infirmius quàm in fröte. Ad concursum autem obelæ suturæ cum
 coronali mollissimum rarissimūque est, ceu corporis totius infumibulum, ut etiam
 pueris mandentibus & respirantibus diu mobile appareat. Est autem ei superposita
 substãtia quedam musculoſa, siue carnoſa membrana dura & sicca ex multis car-
 nosis fibris conflata, cutem habens ita secū unitam, ut una eademque sit amborum
 substãtia. Pars enim substãtiæ illius musculoſæ superficiaria, ipsi cutis efficitur. Id
 quod nulla alia in parte totius corporis cõtingit, ut docet Galenus lib. xi. de usu par-
 tium. Itaque cutem ab ea eximere non licet, sicut ab aliis partibus, in quibus cutis
 à subiecta carne diuersam habet substãtiam. Ob id sunt qui substãtiam illam
 non musculum, non carnem, sed cutem musculosam appellant. Cæterum inter eam
 & os frontis tunica pericranios intercedit, vetans ne illa cranio adhærescat: neque
 enim adhærescere oportuit, propterea quòd cranio immobili existente, ipsam moue-
 ri oculorum gratia conducebat. Itaque ea sola cutis motu voluntario prædita est, ne-
 que ferè in toto corpore alia est, quæ osse suo quiescente moueatur. Græci περιετωπι-
 διον & περιετωπίδα peculiari vocabulo nuncupant, & quæ in ea rugæ sunt, solidus.
 μηδική. herba est foliis & caule trifolio pratensi similis, procedens verò folia contrahit,
 caules edens trifolij & siliquas corniculorum modo intortas, in quibus semen lentis
 magnitudine dependet. Galli grande treslon, quasi trifolium vocant, alij Burgun-
 diense fœnum.

μηδικόν μίλον. sic dicitur malum Citrium, quod in Media præstantissimum nascatur.
 μέδιον. medium. planta est folio iridis, caule tricubitali, in quo flos grâdis, purpureus, ro-
 tundus. semen habet cnici, minutum: radicem dodrantalem, crassitudine baculi,
 gustu acerbo. Eius radix vires semini contrarias præ se ferre proditur: austera enim
 est & adstringens, cum semen tenuis incidentisque sit facultatis.

μηδική φρόδιον. μικρόν ἀφρώδιον. hoc est, papauer spumosum, commendatum ab Aëtio in
 potu contra vipersas, fortasse quia vomitionibus probetur.

μηκόν. papauer. herba est, cuius quatuor produntur differentie: unum satiuū siue hor-
 tense est, quod θυλακίην vocant, cuius tria obseruant genera: primum capitulo lon-
 go & semine candido, quod panibus sanitatis usu inspergitur, vel tostam in secū-
 da mensa bellarij modo editur: secundū cui caput insidens demissumq; est, & semen
 nigrum, quod πύπης vocatur & εἰώας, quoniam eius scapo lacteus succus emanat:
 tertium magis syluestre, multò hoc longius & productiore capitulo. Alterum genus
 papaueris erraticum est, quod εἰώδα proprie vocant quia flos eius protinus decidit.
 Id in aruis cum hordeo nascitur foliis erucae, aut origani, aut cicchorij, aut thymi, sed
 longioribus, diuisis, scabris; iunceus ei caulis, rectus, cubitalis, asper, flos syluestris a-
 nemones, puniceus, interdum albus, oblongum caput, sed quàm anemones minus:
 semen rufum, radix longa, subalbida, minoris digiti crassitudine, gustu amara. Ter-
 tium est quod καρνίης siue corniculatum dicitur, folio candido, hirsuto, verbasco si-
 mili, in ambitu syluestris papaueris more serrato, caule non dissimili, flore pallido,
 calyculo fœnigræci in corniculorum modū inflexa, semine papaueris pusillo nigroq;
 radice per summa cespitum nigra, crassa. Tertium ἀφρώδιον, hoc est, spumeum dictum
 est, foliis admodum paruis, radice similibus, fructu inter ea candido. Totum colo-
 re candido spectatur & spumeum, vocatur ab aliis ἰσάλαρον.

μακρόνιορ. succus papaueris, qui etiam ὄπιον alio nomine vocatur. Sunt tamen qui ea distinguant, Plinium sequenti qui lib. 20. cap. 18. scriptum reliquit cum capita ipsa & folia papaueris decoquantur, succū meconii vocari, multo opio ignauiore. vide ὄπιον.

μακρόνιορ etiam apud Hippocr. significat τὸν πᾶσι πᾶσι καὶ λούμιον, quem etiam ipse μακρόνιορ appellat, ut annotauit Galenus in τῶν ἁλωσῶν.

μακρόνις. lactuca atra, amara & lactentis quoddam genus, sic dictum à copia lactis soporiferi, quo somnum inducit non aliter quam ἡ μακρόνιορ. Quamquam enim omnes lactuca somnum parere credantur, hoc tamen illa potissimum præstat. Apud antiquos Italia, inquit Plinius, solum hoc genus lactucarum meconidum fuit, à quibus omnes lactuce nomen adeptæ sunt.

μακρόνις. apud Aërium lib. 15. lactuca est quam supra μακρόνιδα diximus nominari.

μάλα. τὰ περὶ βᾶνα, hoc est, oues, apud Hippoc. sicut Galenus in τῶν ἁλωσῶν. annotauit.

μυλέα. fraxinus. Arbor est procera, caudice tereti, leui cortice, spisso, tenui, rubro, ramis utrinque pinnatis, foliis lauri, per ambitum leniter serratis, non sine quodam marginis vel cacuminis aculeato callo, porracei coloris, semine minuto foliis ipsis incluso, amaro, radice multa, crassa, & sublimi. Græci duo genera eius fecere, excelsum proceriusque ligno candido, molliore, crispiore, nervoso, enodi: alterum humilium, scabriore, duriore, fuscior. Valla apud Homerum Iliad v. μυλέα prunum reddidit, nescio quem authorem sequutus. Galli fresnam nominant.

μάλα. specillum instrumentum chirurgicum quo aliquid illinitur, vel finditur, vel extrahitur, vel infunditur. Quæ cum varia sint, eorum varietas adiuncto distinguitur. ut πᾶσι δὲ μάλα, specillum latum, seu potius specilli altera pars lata, instar spathe siue gladij quo chirurgi vel unguenta diluunt & miscent, vel agris oblinunt, vel super alutam aut linamenta expandunt. Id Hippocrates μάλα πᾶσι τῶν ἀνθρώπων nuncupauit. μάλας uero, quod priuatim auribus repurgandis destinatum est, & quod quidam ab Hippocrate μάλα ὕδατος dictum esse scripserunt. καὶ δισκος μάλας, specilli extremum concuum in formam τῆς μάλας, quo aliquid vel extrahi, ut per auriscalpium, vel etiam infundi potest. Nam cum specillum duobus extremis constet, alterum fere semper latum est, alterum uero diuersæ figuræ. Si concuum est, καὶ δισκος appellatur: si rotundum est, πᾶσι μάλας, hoc est, specilli nucleus: si fissum est, ut aliquid apprehendi & extrahi possit, ἄγρα nuncupatur. Celsus omnem eam partem uno nomine auersum specillum dicit. Quod uero priuatim uulneribus accommodatur specillum, Hippocrates μάλα ἰσχυρῶν, hoc est, specilli uulnerarium appellauit, sicut Galenus in τῶν ἁλωσῶν annotauit.

μυλιάς. ἢ ἀπὸ μάλας τῆς ἕως. quæ est à Melo insula. Cognomen τῆς χαλκίπιδος ἢ συμνησίας apud Hippocratem. Eiusmodi enim alumen secundum Ægyptium ualentissimum erat. Est autem Melus insula Coo proxima.

μυλίνα ἰπποκράτους. melinum emplastrum. sic dictum à colore mali cotonei, cuiusmodi esse solet id in quo arugo mediocriter coquitur, ut docet Galenus. Nā ex cruda uiridis color, ex ea uero quæ plus æquò cœta est emplastrorum genus emergit, quod & δισκος, & δισκός, & ab aliis κρόνον uocatur. Verum plurima emplastra à ueteribus μυλίνα appellata aruginem non habent: itaque sic ea dicuntur vel quod ex varia mistura coctionisque modo prædita sunt eodem colore; vel quod vires habeant easdem, quas Galenus lib. 2. τῆς κατὰ τόπους definit, ut nō ad eò magna uulnera glu-

DEFINIT. MEDIC.

tinēt, & ulceribus cicatricem obducant, quæ à medicis ἀραισάτα dicuntur, quæq; ex rosaceo liquefacta, cana ulcera carne replent. Crito à coloris similitudine eadem emplastra πύξινα, hoc est, buxæ appellauit. Vt autem is inducatur, ubi benè solutis reliquis medicamentis cacabus ab igne eximendus est, immitti ærugo debet, & tantis per postea coquendū lentissimo igne, dum melinus color repræsentetur, sicut Menatus & Serapio docuerunt.

μύλαθρον. sic dicitur ἡ ἀμπέλδινα, id est, vitis alba, authore Dioscoride & Theophrasto: forte quòd fructu eius ad cōcinnanda dempsandaque coria οἱ βυρσοδέφοι uterentur. Græci enim μύλαθρα dicunt τὰ βάμματα καὶ καλλωπίσματα, hoc est, infectiones & concinnationes. Eadem ratione etiam ψύλαθρον, eadem ἡ ἀμπέλδινα uocata est.

μύλοναθρον. cognomen est aristolochiæ λογæ quæ mascula dicitur, propterea quòd florem ferat, cūm dehiscere cœperit, pyro similem.

μύλαρον. mala gena. Pars est faciei, inter nasum & aurem sub oculo leuiter eminens. Epulis nuda est, non modò propter os subiectum, sed etiam ad ornatum & decorem uultus, quòdque natura uoluerit eam esse sedem pudoris, ibiq; maximè ostendi ruborem. Sic dicta est à mali similitudine, sicut rubrum mali colorem spectemus, siue rotunditatem, quam illi natura donauit, ut sic oculum ab externis iniuriis infrataretur: ideòque Hippocr. lib. i. de morbis non illepidè malas κύκλους προσώπου appellauit, ut author est Galenus ἐν τῇ ὀφθαλμῶν. sub ea laxior pars est quæ bucca dicitur à Latinis, à Græcis autè πύλα, σιαγῶν, γνάθος, γένυς. Pollux etiam author est μύλα uocari tonsillas duas penitiores, in intimo ore positas ad radicem linguæ.

μύλαρον. est oculi procidentia iam inueterata, atque adeò auclta ut etiam palpebras excedat. Sic dicta à mali similitudine quòd ita protuberet oculus, ut malum exertū appareat. uide πύλασις.

μύλαρον πύλων. melopepones. Species sunt cucumerum, qui cūm magnitudinem excessere, pepones Plinio uocantur: cūm uerò rotundi formam & effigiem mali referūt, tunc facto ex pepone & malo nomine, melopepones dicti sunt: neque enim aliud inter illa discrimen quàm ex figura quondam fuit. Totum autem hoc genus in Martio & Aprili melones, quasi μύλωνας à malorum figura Palladius appellat. Est uerò eadē melopeponibus uis quæ & peponibus: de quibus uide suo loco.

μύλαρον πύλων. confectio quædam est ex malis cotoneis in uino coctis, adiecto postea melle, pipere, aniso, atque aliis pro arbitrio pharmacopœi, quæ deinde omnia mista instar seminciæ formantur, & cum lauri foliis componuntur. Species est cydoniati.

μύλαρον πύλων

μύλαρον πύλων. specillum auricularium, quo ad repurgandas aures utimur. uide μύλαρον πύλων.

μύλων. mensis. Eius duo sunt genera, aliis ciuilibus, aliis naturalibus dictus est. Ciuilis mensis est numerus quidam dierū quos unaquæque ciuitas uel regio suo instituto obseruat. Hic nusquam par erat, sed singulis gentibus sui menses fuerūt, ut ait Galenus. Naturalis autem est quæ certo cursu solis uel lunæ metimur. Sūt enim eius species duæ, quòd partim solis, partim lunæ esse dicatur. Secundūm solem fit mensis, dum sol unūquodque in Zodiaco orbe signum percurrit. Quare cūm duodecim in eo signa sint, totidem etiam in anno menses statuuntur, qui tamen nec peræquè inter se pares esse, nec dies habere totos dicuntur. Quippe sol in aquario moratur dies undetriginta, in pisce ferè triginta, in ariete unum & triginta, in geminis propè triginta duos, &

sic in

sic in cæteris inæqualiter, sed usque adeò non totos dies in singulis, ut annum suum, id est, dies 365. & portionem nescio quam adhuc astrologis inexploratam in duodecim suos diuidat menses, sicut Iulius Cæsar partitus est, & nunc ubique obseruatur. At medici menses non solis, sed lunæ cursu metiuntur, secundum quam mensis definitur spatium quod ab uno lunæ coitu cum sole usque ad alterum intercedit. Id autem expletur diebus undetriginta circiter & dimidiato, quibus adici etiam quandam particulam, quæ sit totius diei quingentesima septuagesima sexta, demonstrauit Hipparchus, ut Galenus auctor est. Quod non ignoras Hippoc. scripsit in lib. de septimestri partu, sexaginta diebus uno depro quamproximè duos menses costare. Diuiditur autem is mensis in quatuor hebdomadas, quæ ceu tempora quadam partibus anni quatuor proportione respondet, & paribus, ut ex Antyllo scripsit Orbasius, prædicta sunt temperamenti. Siquidem luna perinde atque sol cum per Zodiacum expatiatur, aërem variè afficit. Ac prima quidem hebdomas incipit à nouilunio, & durat dum ea διχότομος, hoc est, per medium secta appareat, estque veri similis, aëremque calidissimum & humidissimum reddit, unde humores non aliter quam vere plerumque scaruriunt & impetu feruntur. Secunda ea desinente incipit, & ad plenilunium usque procedit, æstati similis, vel eo argumento quod fructus quam maximè maturet. Hebdomas tertia est à plenilunio donec luna in duas partes æqualiter diuisa sit: sicca & autumnò similis perhibetur. Quarta verò quæ ab ea ad nouilunium est, hyemi comparatur. Harum autem hebdomadam singulas Hippocrates rursus in duas περιόδους diuidit, & hebdomadas quidem κριλευς, περιόδους verò θεωριλευς pronūciat. De quibus vide in dictione κριλευς & θεωριλευς ἡμέρας.

μωργροφύλαξ. membrana custos. Describitur à Corn. Celso lib. 8. cap. 3. Lamina aenea, firma, paulum resima ab exteriori parte leuis, qua chirurgi in vulneribus capitis utuntur quoties excidendum os est & attollendum, metusque imminet ne in ipso opere cerebri membrana, negligentius & ultra quam res ex postulat premendo, ledatur, ex quo sopores & graues inflammationes cum periculo mortis oriuntur. Ea de causa Græcis μωργροφύλαξ, Celso membrana custos appellatur. Huic autem simile quoddam ferramentum habent chirurgi nostri, quod vectem dicunt, cum eo attollant os quod ferè totum excisum est & iam labat, non secus quam grandiores lapides vectibus impelluntur, quanquam eodem ferramento cerebri membranam custodiant. Est enim lamina ferrea angustior, ab ea parte qua os tangit aspera, ab altera leuis, non recta, sed media duobus locis recuruata.

μηνιξ. meninx. Est tunica gemina, una tenuis, altera crassa, utraque intra cranium sita, maximi sensus, & cerebrum foris integens. Tenuis cerebrum omne cui coheret, anticum scilicet geminum, & posticum continet, atque ab his omnibus ortam rhachidem totam & nervos opticos & alios cerebrales undique per cranium conuestit. Est autem pluribus venis & arteriis intertexta, quibus partes, quas integit, nutrit atque temperat: estque ea in re ζωειω atque etiam μωραγωω similis. Propterea etiam in cerebri maendros altius insinuatur, & in ventres, iisdem vasis intertexta, ubi membranam ζωειω efficit. Crassa verò meninx cranio quidem cõtigua, sed ei non adhaerescens, & cribri instar perforata, tenui propemodum toti circumposita, & cranio ad propulsandam eius duritiem & impressiones opposita, vasis etiam pluribus abundans, & qua cerebrum dextrum à sinistro, & utrumque à postico cerebello

DEFINIT. MEDIC.

diuidit duplatæ similis, portiones sui multas & magnas tum in cranium, tum per cranij suturas in pericranium, & per ossa ethmoidia in nares, perque neruorum in cranio inferno foramina, neruis & toti rhachitidi vestiendæ & muniendæ imperitur. Ab ea pericranios membrana originem ducit, similiter & dura oculi tunica, quæ anteriore sui parte, iam inde ab iride, sit κεφαλαϊδης. Cæterum utraque meninx à cerebro in totam spinam descendit, eamque cõuestit & munit, & præter eam neruos quoque omnes tum à cerebro tum ab ipsa rhachitide exortos.

μηλοχέν. nomen mulieris, apud Hippocratem.

μηρόν ἰ

μηρός. femur. Est os omnium maximum, supra ischio, infra tibiæ articulum. Utraque autem parte per diarthrosim iungitur. Est autem huius forma eadem quæ & brachij. Antè enim & foris utrumq; est gibbū, intus & post, cauum. Quæ cauitas utrobique est ad apprehensionem, ut equitantes, nautæ, funirepi, sutores & alia pleraq; ministeria cõprobant: gibbositate autem cauitatē necessario sequente abusa est natura ad dyspathiā. Tria autem id os habet capita, supernū unū, inferna duo. A superni vertice ligamentum rotundum & robustum in basim ἰστυλῆς & in latus infernū firmiter inferitur. Os autem femoris infirmū antequam in duo capita findatur, paulatim latefcit & crassescit, ut basim aptā his capitibus præstare sufficiat. Est autem inter hæc duo inferna capita sinus atque interuallum, unum ab anteriori parte, alterū à posteriori: sed anteriori quidem mole tuberculum insidet, in posteriori verò ligamentum validissimum, neruus, vena, arteria, cruris totius maxima continentur. Cæterum in superiori femoris ceruice apophyses duæ sunt, una externa, & omnium corporis processuum nulli alteri osi cõmissorum facile maxima: altera interna multo que inferior, sed magnitudine nequaquam externa comparanda. harum utramq; ἡσοχενίτις appellat, quasi cursoriam, quod femoris motus cursusq; per musculos his apophysibus insertos perficiantur. Verum externam quod ampla sit multumq; gibbosa quidam peculiari vocabulo χουτόν, id est, natem appellant, siue à similitudine, siue quod musculi nates ipsas constituentes præcipue inferantur. Sunt qui μηρόν verterunt crus, quo tamen nomine Celsus πῶν κνήμῳ propriè intelligit, scribens lib. 8. cap. 1. crus ex duobus ossibus constare, ex tibia & sura. Idem autem femoris nomine manifestò ἰπ μηρόν intelligit, scribens tibiæ os cum femoris inferiore capite committi, sicut cum humero cubitum.

μητέρα. uterus. Est pars mulieris tunica constans velut ex duabus diuiduis coagmentata, concipiendi gerendique fœtus instrumentum. Illa fibras habet rectas intus, nec ita multas transversas, foris paulo plures, obliquas, harum medias & plurimas & valentissimas. Et hæc quidem uteri propria est, eiusque naturam & substantiam constituit. Verum ad uteri perfectionem multa alia concurrunt, tunica altera, vena, arteria, ambarum cotyledones, nerui, cornua, testes, & præter hæc omnia connexio cum partibus vicinis, situs, magnitudo, numerus, figura, adhæc uteri os & collum, & ipsius colli os seu pudendum. de quibus breuiter ordine dicemus. Tunica illa altera neruosa est, nascitur à peritonæo hypogastrij propinquo. in recens fœtis & parturiētibus, ut & propria tunica, est tenuissima: in virginibus, sterilibus & parere cessantibus, crassissima. Vena & arteria ad uterum feruntur duplices, primæ à spermaticis vasis, quæ mulieri ut viro nascuntur, dextra quidem à vena caua & aorta, paulò infra

fra renalia: sinistra verò à renalibus, nisi quòd arteria saepe ab aorta exit. Hac vasa ramulum valdè flexuosum testibus largita, in uterum absumuntur, inter tunicas eius duas variè dispersa: secunda verò à ramis vasorum quae sunt ad os factum, per ossis pubis foramen in crus descendantibus produnt, & partim in uterum ascendunt, partim in eius collum descendant. Horum vasorum ora in internum uterum penetrantia *κευλιδιον* appellantur, de quibus suo loco diximus. Nervi in uterum distribuuntur quemadmodum & in viri penem à ramis sexta cōiugationis qui ad costas feruntur, & ab infima spina. Cornua *κευαις* vocant. sunt duae uteri apophyses exiguae, à lateribus ad ilia, papillae seu cornibus exorientibus similes, in quae semen muliebri excernitur, & contracta allantoidis extremitates desinunt. Testes uteri lateribus ad fundum adiacent, utrinque unus, multò minores virilibus, rectè tùm peritonæo, vasa in hos ipsos cum sanguine seminali varicosius educente, tùm epididymide propria tunica: sed erythroide & scroto & darto carent. A testibus vasa semen in uterum per cornua deferunt, initio ampla, ut virilia, deinde angusta, rursus ad uterum laxata. Connexio uteri cum partibus vicinis maxima est per tunicam à peritonæo exortam, quae uterum firmissimè alligat ossi pubis, ilium, & sacro. per venas quoque & arterias præcipuè spermaticas & peritonæi apophysim eas deducentem magnis vasis alligatur, ut per nervos spinali medullæ: per quasdam quoque fibras tenues intestino recto per alias vesicæ, sed plures & laxas: per vincula etiam laxa ossis pubis & sacri & lumborū musculis. Magnitudo mediocris uteri longa, ut plurimum est undecim digitos, à fundo ad pudendum. Ad ilia autem præcipuè cornibus extenditur. Distinguitur autè uterus sinu duplici, quem *κευωρυ* appellant, dextro & sinistro, per illam tunicam propria in medio glutinationem sutura quadam, qualis scroto inest, obscuriore tamen foris designatam. Uteri os in virginibus & utero gerentibus & sterilibus & parere cessantibus est glandi virili persimile: parturientibus verò & recens enixis adeò extenditur & patet, ut nihil eius supersit, sed cavitatis una propè æqualis à fundo uteri ad pudendum appareat. Id os à conceptu multum contrahitur teste Hippocrate, mediocriter autem aperitur, dum semen recipit aut ipsum excernit vel menses: idem os epiploon inter vesicam & uterum illapsum in valdè obæsis comprimit & conceptum impedit, ut scribit Hippocrates. Uteri collum est corpus musculosum carne dura & cartilaginosa constans, in annos semper magis durum & cartilagosum euadens, ita ut vetulis iam sit simile summitati asperæ arteriæ, ut rectè comparavit Herophilus. Colli autè uteri os, cunnus Latinis dicitur.

κευρυχου. instrumenta quibus in uterum medicamenta infunduntur clysteris modo.
κευρ. meon. meu. Frutex est anethi caule & foliis, sed eo crassior, Binum ferme cubitorum altitudine attollitur, sparsis in obliquum rectumque radicibus, longis, tenuibus, odoratis, linguam excalfacientibus. Calfaciunt ordine tertio, siccant secundo, urinamque ideo cient & menses. Officinis anethum sylvestre dicitur, ab aliis tortuosum.
κευριδιου. antidotus à Mithridate rege composita, qua se à venenis tutum seruauit. Verum eius varia feruntur compositiones. Quintus Serenus poëta simplicissimam descripsit, constantem ruta foliis viginti, nucibus inglandibus duabus, salis grumo uno cum caricis aliquot, ut his versibus cecinit:

Antidotus verò multis Mithridatia fertur

DEFINIT. MEDIC.

Confociata modis, sed Magnus scrinia regis
 Cùm raperet victor, vilem deprendit in illis
 Synthesin, & vulgata satis medicamina risit:
 Bis denum rutæ folium, salis & breue granum,
 Iuglandésque duas, terno cum corpore ficus.
 Hæc oriente die parco conspersa Lyæo
 Sumebat, metuens dederat quòd pocula matri.

Eadem etiam apud Plinium describi videtur lib. 23. cap. 8. Sed ut sunt hominum ingenia, quæ in aliorum inuentis minimè possunt acquiescere, primæ huic compositioni magna postea miscella accessit, adeò ut permultæ eius nominis antidoti extiterint. Referuntur plures à Galeno ex variis authoribus, Antipatro, Cleophante, Damocrate, Xenocrate, Andromacho. Alias Paulus & Aëcius descripsere, valdeque ab his omnibus diuersas Arabes, & quas non sit facile intelligere. Adeò ut in tanta huius præstantissimi Antidoti compositione non sit facile pharmacopœo deligere quam sibi concinnandam proponat. Optimæ habentur quas Galenus lib. 2. de Antidotis tum ad Andromachum, tum ad Antipatrum refert. Itaque eas tanquam synceriores atque vetustiores in usum potius reuocandas censeo. Vocatæ sunt hæ simpliciter antidoti Mithridatiæ, aduersus multa venena efficacissima, & plus quam ipsa etiam Theriace valentes, sed sine viperarum carnibus (quibus solis Mithridatiū videtur à theriaca differre) factæ, & propterea aduersus viperæ ictus non tam præsentis remedio. Quæ tamen etiam postea addi cœperunt, unde theriaca illa Mithridatiæ emerfit quam Galenus ex Andromacho recitat, sic dicta quòd viperæ carnes recipiat. Præter has etiam à Galeno lib. 7. τῆς καὶ τοῦ αἵματος alia diuæ μεθεσθῆναι ἀντιδοτοῦ, ἀρωματικῆ καὶ πανακτικῆ inter arteriaca medicamenta numerantur.

μικρὸς σφυγμὸς. paruus pulsus. Est pulsus differentia sumpta à quãtitate diastoles, magno pulsui opposita. Itaque cùm magnus pulsus dicatur quando arteria tribus dimensionibus, hoc est, longitudine, latitudine & profunditate naturalem habitum & mediocritatem excedit, palàm est eum qui deficit, hoc est, breuem, strictum, simulq; humilem pulsum, paruuum vocari. Dicitur autem ad aliquid, ut & moderatus: est enim paruus pulsus moderato minor. Talis euadit solo calore infra modum imminuto, ferèque secum perpetuò annexam habet paruitatem & raritatem, velut & magnus frequentiam & celeritatẽ adsciscit. Diuerso tamen vterque modo. Siquidem aucto calore pulsus primùm magnus euadit, postea celer, inde frequens. Imminuto autem atque refrigerato, primùm raritas, secundùm eam tarditas, postremò paruitas apparet, sicut Galenus lib. 1. de causis pulsuum demonstrauit. Hic pulsus propriè usum deficientem significat, hoc est, caloris, qui in corde & reliquo corpore est, refrigerationem & spiritus animalis consumptionem.

μυλίοιομ. genus est alcyonij quod figura vermi simile est, purpurei coloris & compage substantiæ molli, omnium alcyoniorum tenuissimum.

μύλας

μύλας. est defluuium pilorum è palpebris. dicitur alio nomine μάστιξ.

μίμικτις. imitatio. Tertium erat genus τῆς ἐμπελειᾶς, quo ea quæ aliquando profuissent vel nocuissent, siue naturâ, siue fortunâ, siue consilio oblata fuissent, rursus in experimentum ducebantur, aliorum qui ea prius experti essent imitatione. Ea quidem potissima

potissima pars medicina empiricorum fuit, eaque una artem suam maxime constituerunt. Non enim bis tantum aut ter, sed saepius id quod profuit imitati, idemque in iisdem affectibus ut plurimum proficere inuenientes, ac eiusmodi memoria δειγμα vocantes, eam unam artis partem maxime fidam ratamque habebant.

μινόςφαιρον. sic dictum est à quibusdam ἢ μάλοβαθρον.

μινύειν. μάλιστα. ἰδίειν. hoc est, mandere & edere apud Hippocratem, sicut annotauit Galenus ἐν ταῖς ἡλωσαῖς.

μισόδουλον. sic quidam ἢ ὠκισμὸν dictum volunt.

μισόν. Est succus in metallis concretus in glebae formam vel pollinis aliquando, finitimus chalcitidi. Ex ea namque efflorescit, quãquam non ex ea tantum, sed ex sory etiam atque melantheria, omnique atramento sutorio. Nascitur in iisdem metallis in quibus & chalcitis, atque in se inuicem aliquando temporis spatio transcunt, quemadmodum narrat Galenus chalcitidem per triginta propè annos domi suae asseruatam, in misy versam se uidisse, crassis nimirum chalcitidis partibus attenuatis natura & temporis ope. Est enim misy partium multò quàm chalcitis tenuiorum, alioquin genere cum ea cognatum. Dicitur & supra chalcitidem oriri, non aliter quàm ærugo supra æs. Proindeque vires non admodum habet dissimiles. Calefacit, exiccat, acre est, erodit, adstringit, extergit, expurgat. Luteum est, & micæ habet auri colore internitentes.

μιστήν. dicitur apud Hippocrat. tegmen vel tanquam inuolucrum quoddam, aut epididymis, quæ est varicosus quidam tumor, summo didymo insidens, author Galenus ἐν ταῖς ἡλωσαῖς.

μινά. pondus est quod apud medicos unciarũ sedecim fuit. Id quod patet ex Dioscoride qui sic scribit in libello de ponderibus & mensuris. ἡ μινὰ καὶ τὰ πλὴν ἰν τετρακλῶ χροῖσιρ ἄγρ οὐγγύας ἰς. πούτεσιρ ὀλίγας ἐκί. Id est, Mina secundum medicorum usum habet uncias sedecim, drachmas centum viginti octo: verum ἡ ἀθηναῖα μινὰ multò leuior est Romana, nã centũ modo drachmas pendit, ut ex Suida apparet, qui scribit ἐκ τῶν δραχμῶν ποιοῦσι μινὰν μίαν. Item ex Plinio, qui lib. 21. cap. ultimo, Mina, inquit, quam nostri minã vocant pendet drachmas Atticas centum. Quinetiam ex Fannio sic scribete,

Mnam vocitant, nostrique minam dixere priores:

Centum hæ sunt drachmæ.

Proinde quum Plinius verba Dioscoridis in latinum vertens, μινὰν libram reddit, proculdubio Atticam intelligit, ceu drachmis tantum quatuor differentem à libra Romana, quæ drachmarum est nonaginta sex. Sic quoque videtur usus mina Philoxenus medicus, cuius emplastrum est apud Asclepiadem, ut scribit Gal. τῆν καὶ τὰ πλὴν. lib. 4. κισσοῦ δραχμῶν ἑ. ὁ μινὰν ἐπιγράφα. στατος παυρείου δραχμῶν ἑ. ἑπίπινος τὸρ μινὰν δι- νος δραχμῶν σί. ὁ πεία πέταρτα ἰδιγράφα. Videtur autem Asclepiades hæc interpretationem per drachmas posuisse, cum Philoxenus scripserit minam, ne quis eum de Alexandrina aut alia putaret sensisse. Galenus verò cum Crito minam scripserisset, dubitat quãnam intelligat: locus est lib. 5. eiusdem operis, cum inquit: φάινεται δὲ καὶ ἐν ὄνοισι ἑ. δραχμῶν βελέμνι & εἶναι πλὴν μινὰν. Quoniã verò Romæ egisse Critonem constat, ut qui Casareus medicus fuerit, dubium est an cum drachmas scribit, ut alij, denarios intelligens, voluerit minam esse centum denariorum. Tũc enim ab Attica mina multum, à medica parum differret. Sic autem ait Galenus: ἀγα-
P

φάνεται δὲ τοῖς ἀπὸ τῆν σκευῶν καὶ μέτρων γράψασιν, ὅπως ἔστιν ὁ τις μῶς σαθρός. οἷον μὲν ἐκκαίδεκα λεγόντων οὐγγίον εἶναι πλὴ μῶν, οἷον δὲ ἄποσι. οἷον δὲ καὶ διοειρημένον, καὶ πλὴ μὲν ἀλεξασφοδενκλῶ ἕκκοσι φασόντων εἶναι οὐγγίον, πλὴ δὲ δύνῃ ἐκκαίδεκα. *Idem vero etiam lib. 1. dicit* ἕκκοσι μὲν οἷον ἄποσι οὐγγίον ἔχει φασὶ πλὴ μῶν, οἷον δὲ ἐκκαίδεκα. *Quod autem Alexandrina medicis in usu fuerit Galenus indicat, recēns ex Asclepiade emplastrū Moschionis veteris medici sic scribētis:* λιδαργύρος μῶα μῶα. ἢ δὲ μῶα ὡδὶ ἑνὸς τοῦ φαρμάκου ἔχει ὀλίγος ἔξ'. *Itaq; Gal. addit:* ἢ κ' ἑξ' ὅσον φάρμακον ἢ κ' δὲ μῶα ὡδὶ ἑνὸς γεγραμμένον ἔξ'. σφαχμαῖς φασὶ ἔχει πλὴ μῶν. ὡδὴ οἷον ὅτι ἀλεξασφοδενκλῶ λέγει μῶν, οὐγγίον κ'. ἔργον ὅπως ἐκείνη τῆν οὐγγίον ἔχει σφαχμαῖς ἢ οὕτω γὰρ συμβίβεται τὰς ἔξ'. σφαχμαῖς ἔχει πλὴ μῶν. *Hinc videmus medicis aliis in usu fuisse Atticam minam, aliis quam nominant medicam, aliis Alexandrinam. Atticam potissimum his qui vel antequam populi Romani nomen & res florerent scripserunt, vel in Gracia agentes Romana pondera ignorarunt. Alexandrinā vero his qui Alexandria medicinam exercuerunt. Medicam autem quibus res Romana non fuerunt ignota. Sed cum à Galeno nulla ratio sit indicata, cur hæc mina cōstituta sit, poterit fortè ratio ista afferri, quòd medici qui Romæ egerunt, quia uterentur Romanis ponderibus, utpote libra, uncia, denario, quem drachmam appellare solent, & scirent Atticis minam esse centum drachmarum, scripserunt quoque minam esse cētum drachmarum, denarios intelligentes. Sic Crito videtur accepisse minā. Alij referentes ad drachmam Atticam qua denarius quinta parte grauior est ex Cleopatra sententia, drachmas inuenerunt Atticas centum viginti quinque tot denarios efficere: qua drachma in uncias collecta conficiunt sedecim, minus tribus drachmis, quas non curarunt. Sic natam arbitror medicam minam, qua eadem & centum sit denariorum, & drachmarum Atticarum centum viginti octo. Porro Alexandrina ratio est aut quòd drachmas grauiores habuerint, si Polluci credimus, minas omnibus fuisse centum drachmarum, ipsas verò drachmas pro earum grauitate vel leuitate variaſſe: aut quòd mina, si Pollucis sententiam non probamus, plures apud eos quàm centum drachmas habuerit. Itaque si grauiorem drachmam fuisse putauerimus non semper quinque drachmae Alexandrinae efficient octo Atticas: habebit enim una drachma Alexandrina sesquidrachmam Atticam & decimam ipsius partem, sin mina plurius fuit drachmarum quàm centum, nemo quot fuerit, nisi grauitate drachmae prius cognita, scire potest. Illud nobis satis fit, Alexandrinam minam drachmas Atticas pendere centum sexaginta.*

μινασίου φάρμακον. *emplastrum est authore Mnasea, secundo ordine remolliens. Conſtabat, ut scripsit Galenus lib. 1. τῆν κ' γειν, portionibus equalibus spuma argenti, adipis & olei. Atque sic quidem Galenus. Mnaseas verò, ut Paulus & Aëtius prodidēre, ceram, colophoniā resinam & passum adiiciebat, vel equalibus, ut habet Aëtius, portionibus, vel in equalibus, ut Paulus. Est illi non modò emolliendi, sed etiam discutiendi facultas.*

μογιλάσι. *qui difficulter ex aliquo linguae morbo loquuntur, ut ij quibus ab ulcere & cicatrice dura sub lingua relicta lingua incuruatur & impeditur libera vocis prolatio. Dicuntur & ἀκυλόλωσσι, nisi quòd Aëtius μογιλάσις videtur intelligere eos modo qui ex aliqua affectione impeditè loquuntur: ἀκυλόλωσσις verò tum hos, tum illos qui ex utero & à natura id vitij habent.*

μολόχι.

μολύχα. idem quod ἰμαλάχα, hoc est, *malua*. Alij non omne quidem *malua* genus, sed factiuam modo sic dictam volunt.

μολύχην ἰμαλάχος. describitur à Galeno lib. 2. τῆν ἐν βίου, cap. 2.

μολύβδαινα. herba, inquit Plinius, vulgò nascēs folio lapathi, crassa radice, hispida. Ea multis esse creditur maior persicaria, aut omnino nobis ignota est.

μολύβδαινα. plumbago. Est medicamentum metallicum ex plumbo feruescente factum, cum iam id ipsum superior catinus combibit. Excoquitur in secundis fornacibus ex plumbeis laminis, vel ex lapide plumbario aut arena, usque dū hæc tota versa fuerint vel in lithargyrum vel in molybdenam. Non est unius coloris. Suprema eius pars colore propius ad spumam argenti accedit, infima ad cinerem, media ex utrisque mista est. Suprema bonitate præstat, aliquantulum splendet: cum in puluerem teritur, rutila fit: in oleo cocta iecoris colorem contrahit. vires, ut ait Galenus, similes habet lithargyro, quod mediæ temperaturæ est: ab ipso tamen parum ad frigidum inclinat, neque abstergit, estque densarum magis partium: proinde ad reprimendas fluxiones apprimè conducit.

μολύβδινος. plumbaris. species lithargyri. vide in dictione λιθάργυρος.

μολύβδος. plumbum. præsertim nigrum: quod enim candidum est, Græci peculiari nomine κασσίτερον appellant. Vim habet refrigerandi. Siquidem non modò multum habet humidæ substantiæ à frigore congelatæ coactæq; sed etiam aëreæ, & pauca terrestris: ut ostendit Galenus lib. 9. τοῦ τῆν ἀπλωρ δωμαίως.

μώλωσις. inquinatio dicitur ab interpretibus Aristotelis. Non est aliud quàm inchoata tantum & non absoluta elixatio, cum humidum externum calidius quidem est quàm ut ullo modo mouere possit humidum in eo quod elixatur cõtentum, sed tamen imbecillius quàm ut perfectè concoquere possit, & ad æqualitatē reducere. Aristoteles scribit lib. 4. τῆν μεμωρῶν μώλωσις esse incõcoctionē cõtrariam elixationi. Itaque si elixatio est concoctio indefiniti humoris à circumfuso calore, μώλωσις erit incõcoctio humoris in corpore indefiniti ob defectum caloris in circũfuso humido. Nec tamē propter caloris defectum putredinem induci est necesse, quòd μώλωσις ab alio quàm putredo motu fiat. Defectus autem ille caloris prouenit, vel propter copiam frigiditatis quæ in humido est, hoc est, cum humidum quod circũfusum est rei quæ coquitur, frigiditatis plus habuerit quàm caloris: vel propter copiam humoris, qui in eo est quod coquitur, tãtã, ut à calore circũfusi humoris uinci & mitificari nõ possit.

μολώδαι. dicitur Hippocrati quod citò moueri & mutari desit, refrigeratumq; est, ut explicat Galenus comment. 2. ἐς 3. τῆν ἐπιδημῶν.

μολυμῶν. sunt collyria quæ cũ oui cãdido, aut muliebri lacte, aliquãdo uerò etiã aqua simplici illita oculis inflãmatione laborãtibus eã statim mitigãt. Constãt magna ex parte iis quæ mediocriter adstringũt, cõcoquũt & discutiũt. Cuiusmodi sunt acacia (quã quidẽ quæ habet collyria, τρυφῶν, hoc est, fæculẽta appellãtur) æris squama, æ vstũ, crocus, myrrha, lyciũ Indicũ, castoriũ, thus. Verũm in quibus adstringẽtia prædominãtur, plurimo oui cãdido diluẽda sunt, præsertim si quid ex metallicis cõplectantur. In quibus autem crocus, myrrha, castorium, thus, lycium præualent, in his parcius oui candidum commiscẽdum. Ceterũm uitari oportet usum τῆν μολυμῶν καλοειῶν in plenitudine totius corporis. Nam quia facultate frigida sunt, obstruunt densantq; meatus, ac si copia humoris in oculis fuerit: in causa sunt plerũque, ut tu-

DEFINIT. MEDIC.

nica κρεατοειδής rumpatur. Sunt autem dicta μονοήμερα, quòd intra diem unum curationem absoluant.

μονόκλων. sic dicitur genus unum artemisifæ quæ singularem ramū habet, ad alterius differentiam quæ πολύκλωνος appellatur.

μονομίληρον. est collyrium μονοήμερον. sic dictum quòd ex unica specilli (quod μίλη Græcè appellatur) inductione oculorum inflammationi medeatur. habet hunc in modum: Cadmiæ drach. XXIIII. eris drach. XII. chalcitidis tostæ drach. XII. opij drach. XI. piperis grana XXIIII. mellis sesquiunciam. gummi drach. XXIIII. Excipiūtur aqua: mel postremum adiicitur. Aëtius.

μορέα. morus. Arbor est notissima, cuius fructus maturus quidem aliū subducit & medicamentis stomaticis alijsq; quæ moderatā requirūt adstrictionem, utiliter miscetur: immaturus autem ubi exaruerit, perquam adstringēs fit medicamentū, ex quo nobilis illa Διξ μρεῶν confectio præparatur, ad tonsillarum orisque inflammationes utilissima, siue illinatur, siue gargarizetur. Descriptio eius habetur apud Aëtium lib. 8. cap. 45.

μόροξος. lapis in Ægypto nascens, quem aliqui χασόν, nonnulli λευκοχαοίδα nuncupant.

μορόσυκος. ficus Ægyptia, quam alij συνόμορον appellant.

μοσχίων. ἀρπηλακίη. describitur à Galeno lib. 7. τῆν κ' τόπος.

μοσχίονος ἐμπλαστῆρος. describitur à Galeno lib. 2. τῆν κ' λ' η. atque etiam ab Aëtio lib. 14. inter emplastra cephalica, multisque ab eo laudibus ornatur.

μοσχιάριον. nux moschata. dicitur & μοσχιαρέδιον, & μυρεψική, hoc est, unguentaria, quòd dum recens est, tota succo pingui & oleoso madeat, sic ut in unguentum exteri possit. Calfacit & siccat ordine secundo.

μόρος. est preciosissimum odoris genus quod ex umbilici animalis cuiusdam Indici vomica erumpit. De quo Aëtius libro πδδὶ τρεῶν δωάμεων scripsit hunc in modum: Moschi diuersa sunt genera. Primatum tenet qui nascitur in ciuitate quadam dicta Toupat, quæ magis quàm Chorasa ad Oriëtem spectat. Colore subflauo est. Eo deterior habetur qui ab India defertur, colore in nigritië vergente. Sed & eo ignauior est qui à Senitis deportatur. Omnis in umbilico cuiusdā animalis gignitur uno cornu præditi, maximi, capræ similis. Siquidē cū Veneris stimulis agitur, ei umbilicus intumescit congesto inibi crassiore sanguine: quo tempore & pabulo & potu fera abstinet, in terramque crebrò voluitur, & umbilicum exprimit sanguine refertum, qui post aliquot tempus concrescens, magnam odoris suauitatem adsciscit. Est autem calidus & siccus ordine tertio, ac partiū tenuitate pollet. Imbecillas partes roborat, caput frigidum firmat, sed calidum offendit. Reuocat quos animus defecerit. Cardiacis affectibus opitulatur, quoniam cor cōfirmet, sed pallore utentium membra decolorat. Probādī quibusdā ea est ratio: In peluim humore perfusam post examinatum trutina pondus immittunt, postea iterum æqua lance ponderant: si ad stateram reductum superferatur, syncerum & legitimum putant: sin degrauetur, spurium. Hæc Aëtius.

μοτόριον

μοτός. linamentum seu lint eum carptum quod vulneribus inditur. Sūt autem τῆν μοτῶν quinque differentie, quas ἡ ἑσκατωγῆς author recenset, σρεπῆος, ξυσῆος, ἑλτός, ἑλλυχνιώτος, ἑλαιπικιώτος, hoc est, tortile, rasile, concertum, ellychnio, pudendóq; simile. Inser-

uiunt

uiunt autem hæc linamentorum species ulceribus, vulneribus, & reliquis apertioni-
bus corporis, seu sicca indantur, seu medicamentis, quæ ob id ἰμωτα vocantur, obli-
ta, quæ intromittere oporteat, vel ad sistendum sanguinem, vel ad detergendum, sic-
candum, exedendum. Indita verò sunt his differentiis nomina partim à formis ac
figuris quibus effinguntur, partim à materia ex qua constant: ἑστῆτορ, hoc est, tortile,
à forma nomen habet: ἑξωθεν καὶ ἔλτορ, hoc est, rasile conceptumque, ab ipsa linteolo-
rum materia: hoc quidem concepta, illud verò de rasa, quare etiam aliquando sim-
pliciter ἑξωθεν ἢ ἔλτορ ὀδοντορ, hoc est, rasura aut vmsura linteolorum appellantur:
ἑλλυχνωτορ verò dictum est, non quòd ad lychni seu funiculi lucernarum similitudi-
nem contorqueretur, sed quòd ex ellychnio fieret, id quod ex Galeno apparet lib. 13.
meth. medendi, ubi ait: ἑξωθεν δ' ἀρκῆ μωτός ἢ τοι ἑξωός, ἢ ὕδατον, καὶ μάλλον ἐν τῷ
μαλακωτῷ ἑλλυχνίω, οἷα πρὸς ὅτι τὰ τεσσάρων. Subdit autem eiusmodi linamenta etiã vim
quandam habere ad superexcrecentem ulcerum carnem consumendam: κενωτικω-
τορ autem vocatum fuit à prudendi humani similitudine. Verum præter hæc quinq;
linamentorū nomina alia etiam apud veteres leguntur, ut apud Celsum λήμισκος,
quod ille in longitudinem implicitum linamentum interpretatur, & aliquando li-
namentum inuolutum & oblongum: & apud Aetium σφλισκος, quod linamētum
significat ad cunei parui similitudinem intortum, vel quod cunei modo ea quæ cō-
iunguntur & adhærescunt separet.

μωσὶ καὶ ἑξωός. pastillus apud veteres celebris, cuius descriptio habetur apud Paulum
lib. 7. cap. 12.

μοχαία. est ossis vel ossium à loco qui præter naturam sit ad naturalem reductio. sic defi-
niuit author def. med.

μύαρον. herba surculosa, tripedanea, folio rubiæ pallido, semine fœnigræci figura, oleoso.
Alio nomine μάλαμπυρον vocatur, quasi nigrum triticum. Galli vocant chamelinam
vel camaminam.

μυδιαιδός. sic dicitur sylvestris asparagus, qui & τειρεῖος & corruda vocatur à Latinis.
μυδιαιδός. putredo. Vitium est omnium partium commune, quæ putrescentes humore ali-
quo madent & defluunt. venit ἀπὸ τῆς μυδιῆς, quod grammatici & οἰκιστῶν & δι-
υραίνωται interpretantur, adeò ut τῆς μυδιῆς nomen eis competat quæ putrefacta li-
quescunt & stillant. Ac quamquam omnibus, sicut ἐν τῇ ἑσπερίῳ γῆ habetur, partibus
communis sit ἢ μυδιαιδός, in oculis tamen ante omnia usurpatur, eorūque præsertim
palpebris, quæ adipe tumentes humore assidue remittunt. Vsus est ea voce Diosco-
rides lib. 1. cap. de nardo, dicens eam conferre πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς μυδιαιδός τῷ βλε-
φάρω. Ruellius glabras oculorum genas interpretatus est, habita potius symptoma-
tis ratione quàm essentia morbi, propterea quòd remediij causam statim subiungat
Dioscorides, scribens, σύφουσαι καὶ δακρυούσαι τὰς βλεφαρίδας. Nam cum propria τῆς
μυδιαιδός natura consistat in superfluo humore, facile fit ut inde pili defluant: eos au-
tē nardus retinet adstringendo & densando, & proinde humorem illum superfluum
atque vitiosum, in quo morbus positus est, siccando. Mallem dicere, superfluo hu-
more redundantes palpebras.

μυδρίασις. morbus est pupillæ, quæ cum à naturali colore nihil euariet, multò tamen
quàm consuevit, latior est atque effusior, adeò ut aliquando ad iridis circulū pertin-
gat. Eo malo visus quandoque in totum adimitur, nonnunquã impeditur, ut omnia

DEFINIT. MEDIC.

minora quàm sint esse videantur, diffuso scilicet eo spiritu per quem videtur. *Causa huius est humorum influxus siue paulatim factus siue repente coaceruatus, à quibus tunica ἰσχυρῶς distenditur, & pupilla effunditur atque dilatatur, aciesque eius hebescit. Non multum à pupilla resolutione morbus hic distat, & non nisi difficillimè eliditur. Cum enim tunica ἰσχυρῶς membranosa sit, ubi semel distenta fuerit, induratur, neque facile postea contrahi potest. Accidit præsertim pueris propter tunicarum mollitiem atque imbecillitatem. Sed & qui natura nigros oculos habent, magnis sunt pupillis, ideòque in hanc affectionem promptè incidunt. Eadem verò etiam ἀνατομία, hoc est, pupillæ dilatatio appellatur. Ceterum μυσπλασις dicta est, vel ἀπὸ τῆς ἀμυδρῶς ὁρᾶν, quasi ἀμυσπλασις, vel ἀπὸ τῆς μύδαϊ, τὸν πτερυγαίνεσθαι, quòd pupilla superfluo redundet humore.*

μυελός. medulla. Est substantia simplex, humida, pinguis, alba, sensus expertis, in cauis ossibus contenta. Ipsa licet exanguis sit, ortum tamen habet ex sanguine in ipsas cauitates per venas illabente. Euadit autem candida & veluti spermatica, quòd ab ossibus eiusmodi mutationem accipiat. Sic mamma lac generat candidum, & adenes humorem dealbant quem intra se continent, testesque similiter. Est enim benignum ossium excrementum, quòd illa intra suas cauitates reponunt, nò tam ut excrementum, quàm ut aliquando sibi vsui futurum. Siquidem & proprium ossium nutrimentum est, & ossa motibus aut aliis de causis violentis incalescentia & arefacta reficit: tunc enim illa medullam suam veluti resorbent. Ex quo planè intelligitur medullam quæ calore & siccitate ossium absumitur, eorumdem frigiditate & humiditate fieri & coaceruari. Cuius rei hoc etiam argumentum est, quòd corpora quæ multo sepe & pinguedine abundant, plus medullæ coaceruent quàm sicca. Ob eam enim causam leo omnium animalium calidissimus siccissimusque, omnium ossium medulla carere creditur, quòd sicut scripsit Aristoteles histor. animal. lib. 3. cap. 7. ossa tam dura densaque habeat, ut attritu ignem, silicis modo, reddant: alia verò fortia ferociaque animalia pro caloris siccitatisque ratione, ossibus duris densisque esse, & parum medullæ continentibus. Hinc etiam factum arbitror, ut ossa digitorum quæ Galeni seculo solida & cauitatis medullæque sensui manifestè erant expertia, nunc propter corporum & ossium præsertim imbecillitatem & laxitatem, parum caua & nonnihil medullata videantur. Talis quidem medulla est propria appellata, nam quæ spinalis dicitur, improprie dicta est.

μυελός ἐγκεφαλίτις. medulla cerebialis, sic dictus est à quibusdam ὀγκεφαλός, id est, cerebrum, quòd eius substantia, ut ait Plato, medullæ quædam species sit. Alij verò non ὀγκεφαλίτις, sed μυελὸς ἐγκεφάλου maluerunt appellare. vide ὀγκεφαλός.

μυελός ῥαχίτις. medulla spinalis. Est substantia medullosa cerebro similis & cerebello continua, per rhachim totam descendens & neruorum propè omnium principium. Hanc μυελὸς improprie veteres appellarunt: sola enim quæ in ossibus continetur sensus expertis proprie medulla dicitur, hæc verò improprie, scilicet ob id solum quòd intra spondylos tanquam intra ossa contineatur, & substantia colorèque sit medullæ similis. Itaque medulla quidem dicta est propria substantiæ nomine, ut ait Galenus, hoc est, substantiæ similitudine (licet proprie dicta ossium medulla, sit dorsali medulla & cerebro humidior, mollior, dulcior, pinguior, iucundior) ad alterius autem differentiã ab aliis μυελός, aliis ῥαχίτις, aliis δισαχίτις, alij ῥαχίτις. Illa nãque per

per ceruicem, dorsum, lumbosque descendit, & totam rhachim implet, semper seipsa & durior & minutior reddita. Oritur ex cerebri totius basi, eique corporis substantia similis est, & eiusdem cum eo generis, neruosque ut & cerebrum producit, donec velut effreta desinat in sinem breuem, acutum, simplicem cum coccyge. Nerui autem hi subiectas cerebro partes mouent & sentientes efficiunt, ut plane constet spinalem medullam partibus capiti subiectis tanquam cerebrum esse, & multa cum cerebro habere communia, substantiae similitudinem, principium neruorum, sentiendi vim propè parem, & praeterea meningas duas, unam tenuem à tenui meninge cerebri ortam, quae uasa ipsam nutritura colligat, & substantiam eius admodum mollem, cerebro tamen non paulò duriores constringit, alteram crassam, à crassa similiter cerebri meninge prodeuntem, quae tenuem ambit & munit contra spondylorum duritiem. Nec tamen propterea medullam hanc cum cerebro eandem esse censendum est: habet enim utrumque quaedam propria & discrepantia. Nam cum cerebrum pulset atque moueatur, quanquam osse immobili contineatur, medulla tamen non mouetur, tametsi à spondylis mobilibus continetur, nullumque habet medium interuallum, ut cerebrum, sed praeter meningas duas, tertiam, qua cerebrum caret, tunicam neruosam, validam, crassam, asperam, humore circumfusam viscoso. Hac non modò duas illas meningas, sed etiam spondylos & totam rhachitidem vestit, & contra motus violentos & iniurias alias omnes tum internas tum externas tutò communit. Nascitur autem ab osse occipitis, quo loco spondylis committitur, & ad imam usque spinam, sicut & ipsae meningas, excurrit.

μυοκ. φ. α. λ. ο. ρ. species est τῆς πρῆσιως: sic autem dicitur parua adhuc & incipiens, & capiti muscae similis, unde & nomē habet. Nam cum ulcera, quae erosa vel rupta cornea tunica accidunt, profunda euaserint, portio uueae excidit, quodque prolapsum est nigrum aut caeruleum apparet, in circuitu uero circa fundum eius partis quae procidit, labra erosa ruptae uueae candida apparent, eoque magis si quod prolapsum est induruerit, & cornea tunica labra callum contraxerint. Caterum prolabente uuea, pupilla omnino diuellitur, adeo ut vel nullo modo appareat, vel alio prorsus situ & figura. Et his quidem notis τῆς μυοκ. φ. α. λ. ο. ρ. ἀπὸ τῆς φ. λ. ο. κ. α. ἴ. ο. uis distinguitur.

μυρ. τ. ι. σ. dicitur à quibusdam ἰ. κ. α. ω. η. λ. ι. s, ut habetur apud Dioscoridem.

μυρ. τ. ι. σ. sic dictum fuit à quibusdam τ. δ. λ. α. ω. ι. s, sicut legitur apud Dioscoridem.

μύκη. μύσις. praclusio, coniuuentia, apud Hippocr. sicut Galenus annot. ἐν ταῖς γλωσσίαις.

μύκη. κ. τ. ε. s. fungi. Sūt corpora quaedam spongiosa, leuia, mollia, intus & foris candida, è limo & acescente succo madentis terrae in ipso crepusculo excitata. Nicander eos ζυμοματὰ τῆς γῆς, hoc est, fermenta terrae appellauit in Alexipharmacis, quae nos aliquando uersibus Latina fecimus. Est enim fermentum aciditatis cuiusdam frigidae particeps, habetque tantam cum fungis naturae similitudinem, ut si caudice populi nigra iuxta terram conciso, aqua resolutum infundatur, ilico fungi enascantur, quos αἰγ. εἰ. τ. α. s ab ipsa arbore appellant. Est autem fungorum duplex differentia: aut enim edēdo sunt, aut lethales. Inter illos praecipui sunt β. α. λ. ἴ. τ. ο. u, hoc est, boleti, deinde ἀ. μ. α. ν. ἴ. τ. ο. u. Ab his numerantur, agirita, laciniae & ab ouorum similitudine ouati, sicut & à σπ. ο. γ. ι. a spangioli. Omnes tamen succum gignunt pituitosum, frigidum, crassum, prauum & suffocantem, etiamsi quantum optime praeparantur. Vitiantur autem multis de causis & euadunt uenenati. Si enim tubiginosus clauus, si putridus aliquis

DEFINIT. MEDIC.

pannus, si arbor noxia, si serpentis cauerna iuxta fuerit, & patescens primum ad-
halauerit, perniciales sunt. Namque strangulationes laqueis similes inducunt, &
animi deliquia & sudores frigidus, aut choleram, sicut Galenus lib. de ench. & ca-
cochy. prodidit.

Ceterum ab horum fungorum similitudine ὠδιφύσις, hoc est, adnata & excrescētia
quaedam μύκησις sive fungi appellantur in ulceribus. Eas Gal. initio lib. 1. de locis affe-
ctis meningi laesa fracto cranio accidere dicit, scribens ex his quae adnascuntur rebus,
sedis affecta notas peti, quonia res adnascētes essentiae proprietate oblineat: quem-
admodum, inquit, fungi, si fracto capite meninx fuerit affecta. Quibus & consen-
tiunt ea quae ab Alex. Aphrodisaeo scribuntur problem. 86. lib. 2. fracto scilicet cra-
nio humores affluere, qui ossis frigore condensati in speciem fungi concresecunt, supe-
riori parte ampliusculi, infra vero praetenuis. Idem tamen Galenus comment. 3. in lib.
3. τῶν ἐπιδημιῶν videtur fungos communes facere omnibus partibus exulceratis, ut
palpebris, pudendis & reliquis, humorum crassitie eiusmodi efficiente, inquit, ex-
crescentias quas vulgò fungos vocant.

μυκησῶν. nares. proprie dicuntur cōcaua nasi partes utrinque posita, quae meatum pra-
ebent spiritui & odoribus. Verumtamen quandoque totum etiam id membrum μυ-
κησῶν a medicis vocatur.

μύλαι. faeminino genere dicuntur molares dentes à Galeno lib. de Ossibus, & lib. 9. de
usu partium. Ab Aristotele vero lib. 2. de hist. animal. & à Rufo lib. de partium ho-
minis nomencl. dicuntur μύλαι genere masculino. vide γόμελαι: hoc enim nomine
etiam vocantur.

μυλακρίς. ἢ μύλι. hoc est, mola, seu patella, de qua mox.

μύλι. mola. Est os latum & rotundum toti genu suprapositum. Ob figura similitudinem
sic dictum est. Siquidem, ut mola pistrinensis, & rotundum est, & ab anteriore par-
te lateribusque asperum. A quibusdam & patella & rotula Latine vocatur. vide
ὠδιφύσις.

μύλι. mola. Est caro informis & inutilis in muliebri utero concepta. Ea inter-
dum rudimentum cuiusdam formae obtinet, sed inchoatum dūtaxat. Cute vel mē-
branis obducitur, intus venis abundat compluribus, sine ossibus, sine intestinis, sine
visceribus. fit à semine imperfecto atque infœcundo, ut cui calor desit quantum ad-
esse expedit ad fœtus conformationem, non tamen planè frigido humidoque. Siqui-
dem ex eo nihil omnino effici potest. Quò fit ut mulier sola citra viri congressum
molam non gignat, quoniam eius semen frigidius atque humidius sit, sed semen viri
praeterea accedere oportet, naturali tamen frigidius, atque ob id infœcundum, nec eò
usque progredi valens, ut hominis formam effigiet: id enim vegeti caloris nativi
spiritusque opus est. Sed non sic gallinae, sola namque sine coitu ova ὑπὲρ μύλα, id est,
subuentanea concipiunt, quae planè muliebri mola respondent. In causa est sicciior
volucrum temperatura, humoris frigidi redundantiam in semine absumens. Atta-
men mola, quamuis prorsus inutilis, concepti fœtus speciem per initia exhibet, men-
ses sistit, nauseas & vomitiones excitat, uterum attollit. Postea verò naturam pro-
ritat ad sui excretionem. Id quod saepe quadragesimo die, interdum autem tertio
mense contingit, vel multò etiam serius, adeò ut pleraque nonem decemue menses,
alia toto etiam vita spatio eam in utero gestauerint. Alimentum namque per ve-

nas uteri non aliter quàm fœtus attrahit, eoque nutritur & augetur, vitâ perinde atque planta prædita. Ab excretionem verò puerperia citantur quæ λήξιον vocant, lac in mammis colligitur, cæteraque contingunt ut in legitimo partu.

Μυλική. medicamentum dentium dolores sedans, inditum in dentem vel oblitum, sic dictum est à dentibus molaribus.

Μυλωύ. τυλωύ, indurare apud Hippocratem: medici enim μύλωρ siue μύλω appellunt scirrhum in utero concretum, ut annotavit Erasistratus.

Μύξα. mucor, mucus. Dicitur ab Hippocrate humor pituitosus lentus & albus. Is in partibus exanguibus, ossibus & cartilaginibus colligi consuevit, cum ad eam imbecillitatem pervenerint, ut alimentum suum nequeant cōcoquere: sic enim veluti semicoctum quid relinquitur, non secus atque in oculis membranae laborantes sordem eam reponunt quam λήμιον appellant. Nec tamen is humor qui μύξα dicitur perpetuò contra naturam est. Siquidem in omnibus articulis mucosum quendam humorem videre licet, ut inde & motio promptior & articulus iniuriis minùs esset obnoxius, quòd quæ sicca sunt abrumpi in motionibus facile soleant: eamque ob causam vertebrarum vincula μύξωδι Hippocrat. lib. de articulis appellavit. Sed contra naturam in iūcturis plerumque ille succrescit, de quo scriptus est Aphorif. penultimus sectionis sextæ, atque etiã in utero, undè abortus sequitur, quæadmodum Aphor. 45. sect. 5. scriptum est. Quamvis autem humor ille qui μύξα vocatur eiusdem planè generis sit cum eo quem βλένωρ ipse etiam Hippocrat. appellare consuevit, differunt tamen quòd μύξα dicatur ille propriè qui est in articulis, aut in spatiis internis continetur: βλένωρ verò qui è cerebro per palatum & nares descendit, quanquam Galenus lib. 8. de usu partium quam antiqui βλένωρ & κόρυζα dixerunt, à iunioribus μύξωρ vocari scripto prodiderit.

Μύξα. prunorum species Galeno & Dioscoridi incognita, Aëtuario, Psello & Aërio frequens ad compescendas febres, leniendas pectoris asperitates, sedandas ruses & urinæ difficultates, quas bilis aut æstus excitarit. Eius arboris ligno cortex dicitur esse albus, ramus virès, folio rotundo, amplo, fructus in racemo dulcis & candido lentore plenus cum interiore nucleo quasi oliuæ siccatur. Ex eo lentore mucoso videtur illi nomen inditum fuisse: sed per diminutionem etiam μύξαιον appellatur. vulgò sebesten dici videtur.

Μύξω πῆξω. idem quod μυκπῆξω. à mucò, arbitror, qui per nares exit. Et nares Sophocles etiam μύξωσ appellavit.

Μυοκτόνον. cognomen τῷ ἀκνύτον, quod mures, si ab iis edatur, necet.

Μυόπιδρον. dictum fuit à quibusdam ἑ δλάσι, sicut habetur apud Dioscoridem.

Μύουρον. sic dici à nonnullis ἑ σάμψυχον Dioscorides author est.

Μυούρος ἢ

Μυοειζών σφυγμός. decurtatus, aut mutilus, aut decrescens pulsus. Est pulsus systematicus decrescens. Esse quidem systematicum palàm est, siquidem in pluribus pulsationibus magnitudine imparibus inæqualis est. Decrescit autem, quòd in eo secundus primo, tertius secundo, quartus tertio, quintus quarto minor euadat, & sic deinceps plurimi. sic dictus est à figuris quæ in acutum desinunt, ut ait Galenus, vel quòd similitudinem referat caudæ muris, vel παρὰ τὸ μειοῦσθαι δύνω οὐράς, unde quidam μείουρον per diphthongum scribunt. Est autem pulsus μυούρος, hoc est, decrescens du-

DEFINIT. MEDIC.

plex differentia. Nam vel non cessat decrefcere atque minui donec omnino aboleatur & desinat prorsus moueri, qui ἐκλείπων μῦθος appellatur. vel cessat decrefcere & minui, qui etiam duas habet differentias, alius enim in qua desit paruitate hanc perpetuò seruat, alius verò rursus augetur, quem μῦθος περιλειπῶς vocant, & redit ad aliquam magnitudinem, eamque vel priori parem, vel maiorem, vel etiam minorem: ac nonnulli quidē qua antè proportionē sunt imminuti, eadem rursus augetur, alij verò maioribus vel minoribus accessionibus vitūtur. Pulsus omnis μῦθος prouenit ab imbecillitate facultatis pulsificæ, quæ tantā est ut ei oneri sint admodum arteriæ digiti. Verūm ea imbecillitas in eo qui μῦθος ἐκλείπων dicitur, maxima est, neque enim se recipit & recolligit, postea in eo qui in qua desit paruitate hanc seruat, minor verò ubi magnitudinem recuperat. Caterum aliæ etiam à prædictis pulsus differentia μῦθοι à medicis appellantur. Vna est cū in unica pulsatione & diuersis arteriæ partibus talis inæqualitas apparet, ut parte superiori arteriæ magnus, inferiori verò iuxta ægri pollicem paruius pulsus sentiatur, & hic μῦθος in uno pulsu dicitur. Altera verò est cū in uno pulsu diuersisque arteriæ partibus inæqualitas sentitur, pulsu circa duos medici digitos medios magno, circa extremos verò minore apparente: hic ab Archigene μῦθος ὑπὲρ τοῦ κέντρου siue ὑπὲρ τοῦ κέντρου dicitur est, quo nomine voluit indicare eā quæ in diastole est breuitatē cū utriusque extremi quadā conuenientia. Neque enim omnino interceditur, sed veluti reflexis utrinque partibus in breue contrahitur magnitudine, estque μῦθος secundum utrumque extremum.

μυρῶκο πομ. medicamenti genus ex acopi cum unguento temperatura confectum. Id ergo sicut acopo liquidius, ita unguento crassius est: recipit enim aut ceram aut resinam aut aliquid eiusmodi, quorum nullum in unguenta admittitur. Habet præterea μυρῶκο πομ quandam odoris suauitatem, per quam præstat acopis. Eius confectiois exempla habentur pleraque apud Galenum lib. 7. τὴν κ' γλιν.

μυρῶκη. myrice, hoc est, tamarice. Arbor est seu potius humilis frutex amerina ramis, folio angusto, carnosio & ferè pinnato. Duo eius genera, syluestris & satiuā, illa omnino sterilis, hæc fructum ferens gallæ similem. Syluestrem Gallia bryariam vocat & tamaris. Vires habet incidendi extergendique, nec tamen manifestè siccatur, sed adstrictionē quoque nonnullā obrinet, qua de causa decoctū ipsius lienosis prodest.

μυρῶκο πομ. sic dicitur à quibusdam ἀχιλλεῖος σιδεῖος, ut habetur apud Dioscoridem.

μυρῶκο πομ. millefolium aut supercilium Veneris. Caulis est tener singularisque radice una, foliis fœniculi, lauibus, plurimis, undè & nomen accepit. præterea subrubicundus & quasi arte expolitus.

μυρῶκη. formica. Est cutis excrescentia exigua, callosa & plerumque teres, basi latiore crassiorēque. Hæc cū reliqua omnia habeat cum acrochordone similia, sola basi differt, quòd ea acrochordoni angustior sit, intantum ut pendere videatur instar summæ chordæ. Celsus μυρῶκη genere neutro vocas, scripsit verrucis esse similia (non distinguens verrucarum genus, sed acrochordonas, ut arbitror, intelligens) humiliora thymio durioraque, quæ radices altius exigunt maiorēque dolorem mouent, infra lata, supra autem tenuia, minus sanguinis mittunt (namque acrochordon pro sui magnitudine sanguinē, si secetur, copiosum remittit) magnitudine vix unquam lupini modum excedunt, & nascuntur aut in palmis aut in inferioribus partibus pedum. Paulus verò totum corpus præsertimque manus myrmecis infestari

stari prodidit. Ea si vel deradantur, vel constringantur vel aliter attritentur, sensum mordentis formica inducunt. Inde illis inditum nomen est. Aëcius verò addidit & coloris similitudinem, eaque atro colore perinde ac formicas videri. Plerique πύ μωμικίαν sessilem verrucam, quòd basi suæ tota insideat, dicunt, ad differentiam τῆ ἀκροχόρδοις, quem pensilem verrucam interpretantur.

μωμικίω σφυγμός. formicans pulsus. Est pulsus inæqualis in vna pulsatione & diuersis partibus arteriæ, formicarum motui similis. Hic pulsus est omnium minimus, & cum motus multos amiserit, in vnum eumque profusus paruum desinit. Quoscirca nec inæqualem omnino dicas, quanquam esse ex genere inæqualium verisimile est, sed inæqualitas tam parua est, ut sensum fugiat. Nomen inditum est, ut quidam voluit, quòd perinde paruus sit atque formica: alij verò, quòd eodem, quo formica, modo agatur, sicut & δρεκαδίω & σκολικίω à motionis specie appellantur. Sunt qui utramque ob causam sic nuncupatum censeant. Vt vermiculans ab undoso paruitate differt, sic formicans à vermiculante. Non enim aliud est formicans pulsus, quàm vermiculans imminutus: sicut vermiculans non aliud est, quàm undosus diminutus. Tres enim hos pulsus distinguit quãtitas & magnitudo, non qualitas. Est autem formicans mirè paruus, nec eo minor alius, iuxtaque languidissimus planè ac creberrimus, non tamen, ut Archigeni visum est, celer, sicut Gal. lib. 2. de pulsuum dignotione demonstrauit.

μυροβάλανος. glans unguentaria. De ea veteres & recentiores diuersa scripserunt: veteres fructum esse arboris tradidère, magnitudine auellanae nucis, vel ut alij, magnitudine & aspectu capparidis. Stomacho aduersatur. Cum hydromelite pota carnis eius drachma vna est vomitoria. Sed cum oxycrato iecur & lienem purgat. Cum aceto, quo maxime ad agendum excitatur, lepras, psoras, lentes, vitiligines, pruritus extergit, hepatis & lienis indurato illinitur. Apud antiquos cortex eius premebatur odoris gratia. Nucleus, auctore Theophrasto, inutilis erat, caro autem ab aromataris expetebatur. Cum enim eius succus inodorus sit, omnibus suscipiendis odoribus aptissimus est, ut insipidum saporibus, & coloris expers coloribus. Id oleum balaninum Dioscoridi dicitur. Oleo expresso quod reliquum est magna terreum & amarum, incidit, terget, contrahit, stipat, videturque id esse quod μυροβάλανος πίσμα Græci appellantur, quo sæpè utitur Galenus ad scirrhus. Apud quem aliquando μυροβάλανος tantum, aliquando μυροβάλανος σαρκός, aliquando βάλανος μυροβαλάνος leges: aliquando verò μυροβάλανος ἄλβου & μυροβάλανος λεπύχου & μυροβάλανος λίπυρα κωμομυρία & σαρκίνα. Caterum veterum myrobalanorum tres præcipuas differentias Plinius recenset, Syriacam, quæ in Arabia proueniret, & erat candida, & à qua quod manabat oleum, optimum habebatur, quamuis paucum flueret. Thebaicam, nigram, quæ olei copia præferebatur. Tertiam Troglodyticam omnium vilissimã. At Arabes recentiores quinque generibus myrobalanos distinxerunt, quæ veteribus ignota fuisse putantur & prunorum generi potius quàm balanorum, id est, glandium assignanda, & quæ non facultatibus modò, sed alia ex aliis etiã arboribus nasci putantur. Sunt autem hæc: Lutea, quæ ex herbaceo colore flauescunt, spissa, ponderosa, exili nucleo, cute crassa. Refrigerant & bilem ducunt, vulgo citrina appellantur. Cærulea, quæ vulgus à colore Indæ nominat, solida sine nucleis, oliuæ forma: atram bilem deiciunt, & exhilarant. Tertio ordine collocantur Cepula, ceteris amplio-

DEFINIT. MEDIC.

ragravioraque, ex fusco rufescencia, carnosâ, phlegmagoga sunt, visum illustant, coctionem iuuant, pectus purgant, hydropicis cōferunt. Ab his Empelitica censentur, cute ossibus hærente, lapillorum pene figura. Ea pituitam trahunt, ventriculū purgant & roborant, appetentiam reuocāt, vomitū sistunt. Ab Actuario ἐμπηλιτικὴ & ἐμπελιτικὴ dici videtur, vulgus Emblica vocat. Postrema sunt Beletzica, eadē quasi forma qua Empelitica, vulgus Bellirica appellat: iuuāt empyos, hæmorrhoidas & capilli defluuium.

μῦρον. unguentum. Est medicamentum liquidius quo externæ corporis partes inungi possunt. Constat medicamētis diuersi generis, ut liquoribus, adipibus, medullis, quæ si ita cum oleo misceantur, ut exactam olei spissitudinem acquirant, simplici vocabulo μῦρον vel ἀλείματα appellantur: sin autem ceram aut resinam, aut aliquid eiusmodi recipiant, & crassitie τοῖς ἀνὸς τοῖς similia euadant, composito nomine μυράκιον nuncupantur.

μυροποικικόν. medicamenti compositi nomen est alopecias sanantis, cuius meminit Soranus in pharmani compositione quam citat Gal. lib. 1. τῆν κ' τὸ πρῶτον. Nec tamen quale id ipsum fuerit, Galenus certò videtur scire, scribēs se existimare picem fuisse & cerā unguento quopiā, ut gleucino, laurino, nardino, lētisicino, cedrino, eliquatā.

μύρεα. apud Hippocratem Æolico idiomate dicitur ἀντὶ τῆς σμύρας, ut Galenus ἐν ταῖς ἁλωσῶν annotauit.

μύρις. herba est simillima cicuta caulibus & foliis, radicem habet modicè oblongam, teneram, rotundam, odoratam, cibo non insuauem. herbariis & officinis cicutaria dicitur. Calfacit secundo ordine, & nō nihil etiam extenuat. Radix mensibus mouendis & humoribus è thorace pulmonéque repurgandis idonea est.

μύρις etiam à quibusdam dictum fuit ὁ ἡδάνιον, ut habetur apud Dioscoridē.

μυροῖν. idem quod μύρεος. Inde μυροῖνατον emplastrum dictum quod oleo myrteo paratur, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 17.

μυροῖναθῆς. sic à quibusdam dicitur prima species τῶ κληματίδος, quòd foliorum magnitudine myrto similis videatur. Eadem etiam μυροῖναθῆς appellatur.

μυροῖνατον. appellatur Dioscoridi virgultum myrto adnascēs, nodosum, inæquale, verrucosum, concolor, quod myrri caudicē perinde atque manus amplectitur. Adstringit vehemētius myrto. Plinius quod syluestris myrri baccis factum est vinum, myrtidanum appellat. Earum libra in tribus musti congiis deferuescit, donec duo supersint. Galenus virgultum & sobolem myrri ab eius radice erumpētē μυροῖνατον appellauit. Idem verò ἐν ταῖς ἁλωσῶν scripsit plerosque apud Hippocr. μυροῖνατον piper dici existimasse, uerū Hippocratē eo nomine fructum appellare eius plantæ quem ab aliis piper nominari scribit.

μύρεος. est arbuscula olea similis, sed ramis foliisque minoribus, angusta fronde, perpetua, seriatim disposita, flore supra fructum insidente baccis nigris, piperis gustu, succo uinoso, stirpe inæquali & ramosa.

μυροῖς ἢ

μυροῖν. sic à quibusdam dicitur in muliebri pudendo medio suborta veluti caruncula, quæ & νύμφη & κλητοῖς vocatur, atque ubi multò magis increuit, κέρως.

μυροχειλῆς. extrema pudendi muliebris margines carnosæ, quæ etiam πῆλην ῥήματα appellantur.

mūs. musculus lacertus. Est motus voluntarij instrumentum, prima simplici que carne & fibris constans. Propria enim musculorum substantia his duobus, carne & fibris, constituitur, ut scribit Gal. lib. art. med. Sunt autem fibrae posita simplices & secundum longitudinem ut plurimum expositae. Idem vero in initio comment. i. in lib. de fract. ait corpus proprium muscoli esse fibras à nervis & ligamentis prodeñtes, quas caro simplex cingit. Ob id Hippocr. eodem lib. musculos carnē appellavit. Quae vero ad musculos vasa perveniunt, utat rivi quidam sunt, qui non eorum substantiam compleunt, sed eia alimentum subministrant, ut nutriantur & vivant. Tres igitur tantum propriae muscoli partes sunt simplices, nervus, ligamentum (à quibus membrana musculos ambiens oritur) & caro simplex, ambobus in villos diuisis undique circumdata. Composita vero & totius muscoli maxima partes sunt, caput, quod & principium appellant, in quod nervus & ligamentum inseri solent, venter carnosus magis & musculum praecipue circumscribens, & finis ex quo tendo & aponeurosis oritur, atque in partes mouendas inseritur. Nec tamen facile est tres istas partes in quibusdam musculis discernere, ut sphinctere & intercostalibus. Est autem musculus instrumentum motus voluntarij, qui in eo perficitur à nervo in eius caput inserto, & in varias fibras diducto sparsoque per uniuersum muscoli corpus. Siquidem his contractis in seipsas versus caput suum musculus mouet, quae est propria muscoli actio. Sic enim contractae, partem in quam tendo inseritur versus caput attrahunt, sed saepe multum variè, pro vario fibrarum situ. Musculo propè omni aduersus alter musculus, contrariae actionis author attributus est, ut flexori tensor, adductori abductor, leuatori depressor, clausori apertor. Pauci enim omnino sunt, qui antagonista careant, ut sphincteres & diaphragma. Nec tamen numero, aut magnitudine, aut robore pares semper sunt musculi actionum contrariarum effectores, pro partis mouendae pondere aut actionis vehementia. Sunt autem musculorum differentiae plures: aliqua ab ipsorum substantia carnosae, nervosae, magis membranosa: aliae à magnitudine, magnus, longus, latus: aliae à numero partium, biceps, triceps, siue gemelli & trigemini: aliae à figura, deltoides, rhomboides, scalenus: aliae à partibus corporis, crotaphitae, rhachitae: aliae à situ, anteriores, posteriores, interni, externi, recti, transuersi, obliqui: aliae vero ab actione, ut sphincter & masseter, de quibus omnibus suis locis. Caterum dictus est musculus, vel quod excoriatum murem forma imitetur, vel quod pisci (quod mihi videtur probabilius) quem musculum appellant similis sit. Dicitur alio nomine à Latinis lacertus, à quo lacertosus musculosum significat.

mūs. pars est faciei quae supra labra est & infra nares. sed & barba ibi exoriens eodem nomine dicitur.

mυώδης τολινομα. musculosa extensio, seu musculus latus. Est substantia tenuis & membranosa, faciem propè totam & totum collum regens atque mouens. Huic originem dat membrana quaedam nervosa toti nostrae cuti subnata, hic ut in fronte & capitis parte aliqua carnosior effecta. Prodit autem ab aurium radice, occipite, spinis omnibus ceruicis, spina omoplatæ, acromio, clauis & sterno, totisque tenuissimus in faciei partes propè omnes fibris à tam diuersa origine variis inseritur, easque ob id in omnem propè partem mouet. Nullus ab hoc musculo detinetur articulus, quonia nec in articulum etiam inseritur, verum buccas & cutim, quibus coalescit, solas mouet. hic in iis qui spasmo corripiendi sunt, primus omnium intenditur, & qui κωμωδ, hoc est,

Q

DEFINIT. MEDIC.

- canini vocantur, *σπασμι*, huius præcipuè musculi affectio sunt.
μῦσι. vide *μῖον*.
- μυσέλιον*. antidoti nomen quæ ἔσπερα φάρμακον dicitur, propterea quod ex quatuor rebus constet: *Gentiana*, *aristolochia*, *baccis lauri* ἔσπερα *myrrha* equali pondere mistis. Comendatur ad arthritidem ex humore pituitoso contractam. Descriptio eius habetur apud *Aëtium* lib. 12. cap. 47.
- μῦσρον*. mensura est liquorum apud *Atticos*, tres drachmas ponderales capiens sine cochlearia duo ἔσπερα dimidium, siue *χίμλιον* unam ἔσπερα quartam ipsius partem. Eius nota apud *Græcos* fuit *μ*.
- μυσώτον*. est intritum, siue pulmentum ex allio ἔσπερα nigra oliua compositum, quod in cibo mouet urinam, ora venarum patefacit ἔσπερα hydropicis utile est, sicut habetur apud *Dioscoridem* cap. de allio, ἔσπερα apud *Galenum* ἐν ταῖς ἁλωσαῖς. Alij, ut scribit *Erotianus*, placentas interpretantur ex olere confectas: alij autem τὸν λεγόμενον ζῦμα. Dicitur, inquit, παρὰ τὸ μυσώθηται πῶς δυσδιάκριτος εἶναι μυσώτον.
- μύτις*. vocatur ab *Hippocrate* quod est in ore *sepiæ* atramentum, ἔσπερα piscis quidam, sicut *Galenus* ἐν ταῖς ἁλωσαῖς annotauit.
- μυῶδες* πλάτυσμα. vide post *μῦς*.
- μύωψ*. is dicitur qui à primo ortu oculis propius ad mota videt eaque propè oculis cōtingit, ἔσπερα limis semiclusisq; oculis aspiciat, etiamsi parua sint: remota verò, quauis magna, videre non potest. Vitium oculorum est cōgenitum ab imbecillitate spiritus visui, eaque ob causam incurabile: eo differt ἀπὸ τῆς κατὰ φύσιν, qui non natura, sed ex morbo talis euasit. *μύωψ* *Græci* vocant quasi minus videntes, *Latini* *lusciosos* ἔσπερα *lusciosos* ἔσπερα *nusciosos* appellant, ut *Budeus* annotauit. Affectio ipsa *μυωπία* nuncupatur, ἔσπερα aliquando *μυωπία*.
- μῶλυ*. frutex est folio graminis humi sparsa: flore albæ violæ simili sed minore, lactei coloris, caule candido, quaternum cubitorum, in cuius cacumine inest aliquid quod alij speciem referat. radix est oblonga, bulbosa. Hoc verum est *moly*, idem cum τῆ *μύλη* cuius *Galenus* lib. 7. *simpl. medic. meminit*. Ab eo diuersus est frutex ab una radice complures virgas fundens, foliis multò longioribus ἔσπερα tenerioribus quàm *rutæ*, graui odore, candido flore, capitellis amplioribus paulò quàm *fatiuæ*, tripliciter diuisis, in quibus semen triquetrum, subrufum ἔσπερα amarissimū sapore. Hoc quidem genus quidam nuncupant *moly*, ut *Cappadoces* ἔσπερα *Galatæ*, quoniam à vero *moly* non omnino discrepet eius facies, radice videlicet pulla ἔσπερα candido flore. Alij *armela*, *Arabes harmel*, *Syri besasam*, *Græci* πῖχαιον ἄγριον, hoc est, *syluestrem rutam* vocant. Eiusmodi est *μῶλυ* *Homericum*, ab eo decantatum *Odyss. κ*.
- μῶλυς*. apud *Hippocratem* significat allium, simplex caput habens ἔσπερα non diuisum in spicas, ut explicat *Galenus* ἐν ταῖς ἁλωσαῖς. Apud *Erotianum* *μῶλυς* malè scribitur. Sunt qui τὸ *μῶλυ*, inquit *Galenus*, interpretentur.
- μωλόμωλα*. dicuntur apud *Hippocr.* τὰ κατὰ βραχὺ ἀπὸ μαρμώμωλα, hoc est, paulatim extabescencia, sicut *Galenus* annotauit ἐν ταῖς ἁλωσαῖς.
- μωροσῖς*. fatuitas, stultitia, stoliditas. Est deficiens seu infirma motio facultatis ratiocinatricis. Ad eam quidem facultatem proprie pertinet fatuitas, non tamen reliquæ principis facultatis actiones integræ sunt, sed pariter imperfectæ: nam ἔσπερα parum aptè imaginantur, nec probè meminisse solent fatui, quippe qui cerebrum non habere

bere vulgo dicantur. Atque ita rem se habere declarat Paulus Aegineta lib. 3. cap. 11. scribens dici μωρώσιμ, cum & ratio & memoria male fuerint affecta, & ab iisdem causis eam fieri à quibus & memoriam & rationem laedi contingit. Similiter & Aëtius ex Ruso & Galeno scribit μωρώσιμ esse, quando unà cum memoria etiam ratio perit. Quibus quidem authoribus à μωρώσιμ non est simplex affectus, sed rationis primùm, deinde verò & memoria. In causa habetur vel minùs idonea decēf- que cerebri conformatio, vel frigida intemperies, aut frigidus aliquis & pituitosus humor in cerebro collectus, vel medicamenta quæ foris imposita caput modicè refrigerant. Neque enim μωρώσιμ causa tā vehemens magnaque est quàm ἄνοια, quæ eiusdem facultatis abolitionem priuationemque significat. Eo enim discrimine ἄνοια καὶ μωρώσιμ distinguuntur. Iam verò differt ἡ ἄνοια ἀπὸ τῆς παραφροσύνης, quod ut scribit Galenus, illa quidem abolitio sit, hæc verò functionis ratiocinatricis aut imaginatricis etiā deprauatio, quòdque, ut ait Aëtius, ἡ μωρώσιμ ἀνύλουθα λέγει καὶ πρᾶξις: delirium autem, quod & λῆρος & παραφροσύνη vocatur, non seruata rerum consequentia alium alij sermonem implicet qui nihil ad rem faciat. & delirium quidem ut plurimum senibus, μωρώσιμ autem & pueris & adolescentibus & reliquis ætatibus à morbo accidat.

IO. GORRAEI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM

T O N.



Nαξία. dicebatur apud veteres ἡ ἀμυγδαλή, ut scribit Athenæus, quòd in Naxo insula amygdalæ præstantissima nascerentur.

Nάπι. idem quod σίνιπ, sic dictū quasi νάφι, ut interpretatur Athenæus, quoniā nō sine natura fit, sed acri & proinde incōmoda donetur: addit, vel quòd pusillo sit corpore, sicut ἀφύσθι Græci dicunt quòd natura priuatū sit, unde piscis ἀφύθι denominatur. Alij νάπι

per priuationem, videlicet νάπιον, quasi immite dici volunt, quoniam acrementi vehementis particeps sit. Est enim feruidum sinapis semen & acerrimum.

Nάρθητα ἰσθλούρα. sunt differentia quedam collyriorum, sic dictæ quòd nardo constent.

Eorum ut diuersi modi sunt, sic diuersæ facultates. habentur quedam eorum formula apud Paulum & apud Aëtium.

Nαρδίη. sic magis quàm νάρθητα vocatur nardus montana, quæ apud nos, inquit Galen. nascitur, ut quæ multò sit inferior Cretica, Celtica & Indica.

Nάρθητα καὶ

Nάρθητα. est frutex graui & crassa radice, sed breui ac nigra fragilique, quamuis pingui, situm redolente, ut cyperi aspero sapore, folio paruo densoque, cacuminibus in aristas spicatis. Duo sunt eius genera, unum Indicum dicitur, alterum Syriacum, non quòd in Syria proueniat, sed quòd mōtis, in qua ille nascitur, altera pars Syriam, altera Indiam spectet: parte autem ea quæ ad Indiam vergit, quia Ganges fluit, quæ

Q ij

DEFINIT. MEDIC.

nardus circa eum nascitur, γαργύρις siue γαργυρίκη dicta est, procerior quidem reliquis propter loci humiditatem, sed minus odora. Est & alia nardus ὀζαιίτις vocata, quod virulentū expiret odorem. Dicitur etiam nardus alia συμφοαιλική, à regione in qua oritur, pumilo frutice, grandi spica, candida, odore hircino, quod aliqui ἄδιδναρδου esse suspicati sunt. Fuit etiam apud antiquos celeberrima νάρδος κελικὴ (de qua inter se Ruellius & Marcellus dissident, sitne ea quam Latini saluincam appellant) foliis longiusculis, flavescentibus, flore luteo, nascens in Liguria alpibus. Nascitur autem cum ea semper herba quaedam quæ τριζός, hoc est, hirculus appellatur, à gravitate odoris, sed sine cauliculo est & candidior, minoribus foliis, radice neque amara neque odorata. Est & genus nardi montanae, quæ aliquibus δουλαίτις aut νίεις, Galeno πειίτις appellatur. ramulis & folio eryngii, sed minoribus, neque scabris & aculeatis, sine caule, sine flore, sine semine, radice nigra, duobus aut pluribus hastulae regiae bulbis, sed gracilioribus & minoribus, cui vires cum Celtica pares sunt.

νάρδος ἀγρία. à quibusdam dicitur ὁ ἄσαρον, ut Dioscorides scripsit.

Νάρθηκία. dicitur apud Theophrastum genus unum ferulae humilioris.

Νάρθηξ. ferula. frutex est caule assurgens tricubitali ut plurimum & multum leui, fungosa medulla pleno, folio grandi, molli, multifido, caulem amplectente, ut in arundinibus. Duo ei genera Theophrastus reddit, νάρθηξ vocat adsurgentem rectè, νάρθηκίαν semper humilem, quæ ab aliquibus ferulago dicitur. Semè eius extenuat calfacitque, medulla viridis adhuc adstringit.

Νάρκη ἢ

Νάρκησις. torpor. stupor. Est sensus motusque diminutus nervosarum partium. Symptoma est tactus non exquisiti in partibus sensu praeeditis, sed debilis, cum motu pariter debili & læguido. Galenus in initio lib. 2. de sympt. causis inter depravati motus symptomata recensuit, quæ natura & morbo communia existunt, hoc est, quæ citra naturam operam fieri non possunt. Est enim stupor ex morbo & facultate mixtum symptoma, ita ut morbus quidem urgeat, sed facultas aliqua ex parte reluctetur. Quò sit ut quibus membrum aliquod stupidum est, si quicquid tetigerint obscuro & hebeti sensu percipiunt, neque perfectè & sine dolore moveri possunt. Si namque morbus virtutem prorsus superet, nullo modo corpus vel partem eius stupore correptam sustinere poterit: si virtus vincat, nulla in re laborabit. At si veluti pugna quaedam sit, movebitur quidem mēbrum, sed ægrè, atque si iubeas, ut, cum læsum membrum extendunt, ipsum extensum seruent, nequeunt: siquidem propter sustententis virtutis imbecillitatem, naturali pondere deorsum decedit. Ut autè in motu, sic & in sensu media dubiæque affectio est, eo nõ prorsus extincto, sed admodum obscuro & hebeti. Ex quo patet stuporè ab apoplexia & paralyti differre, in quibus propter causarum magnitudinem sensus motusque in totum abolentur, cum in stupore aliqua tantum ex parte minuatur. Qua in re magna in excessu defectusque differentia est, pro causarum inaequalitate. Magna namque causa magnū stuporem, parva paruum, mediocris mediocrem movet. Quamobrem non immerito dictus est via qua ad paralytim itur, vel parva etiam paralyti, propterea quod sola causarum magnitudine differre videantur. Sunt autem torporis plures causæ. Ac in primis quidem refrigeratio ab intemperie aut frigidis medicamentis inducta: durities ac crassities immodica ab alimento multo, crasso, lento, aut frigore violento & adstringente: aut vitæ ignavia,

te ignavia, aut solita excretionis suppressione. Compressio ab aliquo corpore duro nervis extrinsecus appresso, ut vinculo, sessione, innixu, compressu manuum, vicina partis phlegmone, scirrho, osse fracto vel luxato: ad hæc obstructio nervorum undecumque inducta. Siquidem ob eas causas animalis facultas à cerebro in nervos transmitti solita per illos penetrare nequit constrictos, crassos, pressos, obstructos, ut solis radij per aërem tenebrosus caliginosus, fumidus, & per aquam limosam splendorem syncerum transmittere nequeunt. Eadem autem causa, ut antè diximus, si maiores fuerint, pro stupore paralysem excitant: utriusque enim causa continens est nervi affectus maior minorue ex harum causarum aliqua natus, animale facultatem à cerebro in eum descendere impediens. Præter eas autem alia causa est, contactus videlicet torpedinis marina, quæ non tam earum causarum aliqua quam occulta quadam & indicibili proprietate stuporem tangentibus inducit, à quo effectus ἰσχυρῶς pariter à Græcis, ut & torpedo à Latinis dicta est. Est autem torpor interdum totius corporis, hoc est, τῆς κωλύου: interdum verò certa cuiusdam partis, ut qui in ore & dentibus fit, quem peculiari nomine αἰμαδία nuncupant.

ἰσχυρῶς. dicitur à quibusdam Centaurium magnum, ut habetur apud Dioscoridem. Quoniã verò Centaurium à quibusdam dicta est Gentiana, quidam ipsam etiam Gentianam ἰσχυρῶς vocarunt, ut scribit Dioscorides.

ναρκώδης ὀδών. stupidus dolor. vide ὀδών.

ναρκωτικὰ φάρμακα. stupefacientia medicamenta. Sunt medicamenta frigida, doloris sensum adimentia. Cum enim plures sint stuporis causæ, quas antè exposuimus, at tamen medici in medicamentorum usu ad movendum stuporem sola frigida usurpant, quæ calorem nativum spiritumque (quibus duobus omnia vitæ munia peraguntur) vel extinguendo vel repellendo, partem cui fuerint admota, sensu priuant. Nam sine spiritu animali nihil omnino sentire potest. Id autem non omnia frigida præstare possunt, sed ea modo quæ quarto excessu eiusmodi sunt, vel ut minimum tertij refrigeratium ordinis medium superant, ut mādragoræ radix, alterci semen & papaveris succus. Itaque quàm sit periculosus eorum usus nemo non intelligit, ut quæ partem cui admouentur, nisi diligenter medicus provideat, mortificent. Quod ne accidat commodissimè iis calida quædam miscentur, quibus non modò tale periculum declinatur, verum etiam ipse affectus mitigatur, aut humores concoquuntur, discutuntur, inciduntur, attenuantur, aut totâ substantiâ alterantur, præterquam quòd efficiunt ut vis etiam stupefacientium penitus subeat, quæ propter partium quam frigida habeat crassitiam in summo tantum corpore subsisterent. Ex iis ergo patet plures esse sopientium medicamentorum differentias: primum quidem quòd alia simplicia sint, alia calidis mixta: & horum rursus alia plus, alia minus calidorum medicamentorum continere. Omnia mitigando dolori adhibentur, si ex eo vires resolvuntur, atque inde vitæ periculum impendet. Interim enim dum doloris cessatio est, vires robur recolligent, quò & morbo resistere, & curationis spatium sufficere valeat. Est enim in usu eiusmodi medicamentorum scopus & terminus, ut vires custodiantur, in quo consistere debet optimus medicus, qui ut crudelis est, si ægrum doloribus confici patiatur, nihilque eos faciat, ita si eius deliciis nimium indulgeat, & ad leuissimos dolores commoneatur, adulator habendus est. Ergo veluti in rebus omnibus, ita hic quoque consilium illud sapientis qui, nequid nimis, dixit, complecte-

Qij

DEFINIT. MEDIC.

mur. Quippe si remediis morbi propriis agrum curatum iri speramus, abstinendum ab eiusmodi medicamentis est: sin ex vigiliis & viribus resoluendis discrimen est, iis uti licet. Quamuis enim certò constet corporis habitum nonnihil ex iis ledendum, lesionem tamen quam mortem potius eligere oportet. Hac nimirum persuasione Galenus, tametsi omnium maximè, ut scribit, ab usu grauius sopientium abhorrens, aliquando tamen ea & colicis exhibuit (Sunt autem hæc omnium valentissima, vimque stupefactoriam prædominantem habent, cum in aliis aromata, & odorata atque urinam cientia semina plurima contineantur) & iis qui vel oculorum, vel aurium, vel aliarum partium vehemētissimo dolore cruciabantur, cumque æger ex tenui destillatione, vigiliis & vehemēti tussi urgeretur, facile noxam eorum, si quis semel esset usus, spatium emendatum iri ratus. Sed cum ea inter se dissideant, quæ plurimum sopientium in se habent, ea ad præsens quidem magis sunt efficacia, ceterum valentem & remediis rebellem in agrotantis corpore frigiditatem relinquunt. Quæ horum in se habent minus, calfacientium verò sibi admistorum plurimum, ea quantum sunt ad præsens minus efficacia, tãtò in futurum minus sunt noxia. Omnia tamen id genus magis sunt salubria, si post annum à compositione sumantur. Philonis verò medicamentum etiam si duorum triumve aut quatuor annorum sit, multò sanè est melius, sed nec inutile tamen sequentibus annis ad decimum usque, sed tantò minus stupefacit, quantum est vetustius. Eorum usus, inquit Galenus, optimus est, ubi mordens humor est qui affligit. Cui ut aduersissima sunt quæ extenuant & calfaciunt, ita commodissima quæ eorum tenuitatem cogunt atque crassant, & præterea vehementem calorem refrigerant. Vbi verò crassi glutinosique humores exuperant, alienissima sunt quæ torporem inducunt, cauendusque magnopere in eiusmodi affectibus eorum usus est, modò ne æger ex dolore periclitetur.

Νάρκισσος. planta est cui folia porro similia, tenuia, multò minora & angustiora, caulis vacuus & sine foliis supra dodrantem attollitur: flos albus, intus croceus, in quibusdam purpureus: radix intus alba, rotunda, bulbosa: semen velut in tunica nigrum, longum. Radix siccat vehementer, adeo ut maxima vulnera conglutinet, simul tamen abstergendi & attrahendi vim quandam possidet.

Ναυσιώσις. dicuntur ab Hippocrate effusiones sanguinis quas etiam ἐκχυσις appellat. Translatum nomen est ab iis qui in nausea sanguinem vomunt, ut scribit Galenus ἐν τοῖς γλωσσίς.

Ναυτία. nausea. Est deprauatus motus facultatis expultricis, quo nititur per os excernere quæ ventriculo sunt molesta. Id quamuis præter naturam symptoma sit, tamen naturale dicitur à Galeno lib. 5. de locis affectis, quòd scilicet natura eo donauerit animalia, ut & tussi & sternutamento, quòd noxia à se depellerent. Sed sternutamentum quidem cerebri est, tussis pulmonum, nausea verò pertinet ad vetriculum, nec eum quidem totum, sed partem eius superiorem, quemadmodum & vomitio, sicut suo loco dictum est. Non est autem aliud nausea quam inanis quidam conatus vomendi: ubi enim ventriculus vel copia grauatur, vel qualitate mordacis cuiusdam rei offenditur, & eorum excretionem natura molitur, si partes imæ valent, superiores autem imbecilliores fuerint, primùm ea vel eorum partem à fundo ventriculi ad stomachum usque attollit, & vacuare per os nititur, quòd si faciat, vomitio succedit: sin autem per imbecillitatem aut materiæ lentorem, crassitiam & cõtrac-
ciam

- ciam vomitio nulla fieri potest, manet quidem voluntas conatúsque euomendi, sed planè irritus atque inanis. Hic nausea propriè dicitur, præceditque ferè semper vomitum, sicut ἔρυσσιμὸς κέρχρος, sed non ita ut vomitus post nauseam perpetuò sequatur, maximè si causa parua est quæ nauseam excitauit. Ac quanquam nausea propriè ventriculi sit, attamen per metaphoram etiam de venis sanguinem fundentibus Hippocr. lib. πδδὶ ἀγμῶν, ναυσίωσιρ καὶ ναυτίαι dixit, cum illæ veluti nauseabunda sanguinem exruunt ἔρ quodammodò vomunt, quod vitium idem paulò antè in venis ἐκχύμωσιρ appellauerat, ut annotauit Galenus commēt. 2. εἰς δ' πδδὶ ἀγμῶν.
- νάφθα.** naphtha. Est bituminis colamen ἔρ flos, coloris candidi. Itaque bitumine tenuior est, ἔρ ignem ad se, vel è longinquo celerius trahit. Plus enim in se igneæ substantiæ habet, quàm reliqua bituminis genera. Eo uti ad lucernarum lumina olei vice vetus est ἔρ multis in locis vsitatū, sicut in Sicilia in Agrigentino agro, unde oleum Siculum dictum est. Est autem νάφθα Babylonicum nomen. vis naphthæ eadem est quæ ἔρ omni bitumini, sed propter substantiæ tenuitatem efficacior.
- νεάνισκος.** iuuenis. Is dicitur qui in florenti ætate est, quæ ἀκμή dicitur. Eadem enim est ἢ τῆν ἀκμαζόντων καὶ ἢ τῆν νεωσικῶν ἡλικία, hoc est, florens ἔρ iuuenilis ætas. Terminatur, ut scribit Galenus in aphor. 30. lib. 3. quinta septimana, id est, anno tricesimo quinto: incipit autè, ut idem annotauit in aphor. 9. lib. 5. ab anno vigesimo quinto, desinente scilicet adolescentia, quæ ἢ τῆν μερακίωρ dicitur. vide ἡλικία.
- νεάπολιτου φάρμακον.** capit stimmeos, cadmiæ, chalcitidis, misyos, xenici singulorū pares portiones. minutim contunduntur, ἔρ melle respersa torrefiunt. Lauigata vsui sunt. utitur eo Paulus πρὸς μιλφώσις τῆν βλιφάρωρ.
- νεαίρη.** ἢ κἀπὼ καὶ ἐράτη κοιλία, quæquam Homerus Iliad. ε' non dicit simpliciter νεαίρη, sed νεαίρη γαστέρα, eo versu:
 νεαίρη δ' ἐν γαστρὶ πᾶσι δολιχόσκιον ἔγχοσ. τούτεσι τῆ νεάτη.
- νεάλιον.** nomen est malagmatis, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 18.
- νεῖον.** δ' νεον. hoc est, nuper vel nouum, apud Hippocrat. ut explicat Gal. ἐν ταῖς γλωσσῆς.
- νεκταρ.** dicitur vini mulsi genus ex musco confecti, hoc modo: Mustum quousque ad dimidias ferè resideat, excoquitur, ἔρ in decem eius sextarios unum mellis Attici miscetur, post in cadum transfunditur, gypsaróque vasis spiraculo in umbra reconditur. Verum inflationibus obnoxium esse perhibetur ἔρ stomacho aduersum, datúrque alui ciendæ causa. Author Const. Cæsar lib. 8. de agricult. Ex eo medicamēta multa nectarea dicta sunt, inter quæ habetur νεκταρία ἀνιδωτος descripta à Galeno lib. 8. τῆν κῆ τὸ πους, ita dicta vel à nectare, vel ab helenio quod recipit, quod nectarium à quibusdam vocatum fuit, ex quo νεκταείτης οἶνῶρ apud Dioscoridem, quod ex nectario, id est, helenio fieret. Est ἔρ νεκταείωρ ἐκλεγμα colicis, pleuriticis ἔρ dyspnoicis perutile, descriptum lib. 9. τῆν κῆ τὸ πους, vino dulci affuso coctum, ἔρ alia præter eà quamplurima à veteribus medicis eo donata nomine propter suauitatem.
- νεώμιον.** δ' νεχόμελιον ἔρ παραγινόμιον. hoc est, natantem ἔρ adueniētem apud Hippocratē lib. 1. τῆν γωαυκείωρ, quorum alterum de chorio, alterum de fœru dictum est, ut annotat Galenus ἐν ταῖς γλωσσῆς.
- νευράς.** frutex est pusillus in petris, similis peplo sed breuior, quanquam folio maiore, alio nomine παρωυχία vocatur. ιδυράς dicitur, quod radice constet neuulenta ἔρ torosa. Sunt ἔρ qui ιδυράδα δ' ποτίλωρ appellant.

DEFINIT. MEDIC.

no 609. neruus. Est pars simplex spermatica, exanguis, sensu tantum aut etiam motu praedita. Vt enim arteria & vena, sic neruus inter prima ac simplicissima humani corporis elementa censetur lib. 1. de elementis, & inter partes similes numeratur. Fieri autem ex semine non ex sanguine Galenus lib. 1. de semine prodidit, & albus ipse color neruorum arguit, quodque frigidus sit & exanguis. Erasistratus, ut habetur apud Galenum lib. de atra bile, scripsit, lentum & tractitium nec facilem excretu cibum esse à quo nerui aluntur, eiusque sententiam sequutus Galenus comment. in aphor. 26. lib. 2. ait neruos nutriti ex frigidis & glutinosis humoribus. Ex quo apparet neruos simili substantia constare, humore scilicet mucoso. Etenim si elixentur, si putrescant, in eius generis humorem dissoluuntur. Verum Galenus lib. de usu partium scribit neruos duplici constare substantia, ut & cerebrum, alios quidem molliore, alios vero duriore. Inde neruorum duplex oritur differentia. Alij enim molles, alij duri sunt. Quorum ut substantia, sic opus diuersum est: molles enim ad sensum, duri ad motum sunt comparati. Vt autem magis minusque molles esse possunt aut duri, sic magis minusque ad sensum aut motum valent. Quod tamen non ita accipi debet, quasi duri non sentiāt. Omnis enim neruus sensu praeditus est, & ubi neruus est, illic etiam sensum inesse oportet, licet magis obtusum & hebetem à duro quam molliore neruo. Non tamen contra necesse est omnem neruum mouēdi vi praeditum esse. Itaque qui nerui mouent, iidem prorsus sentiunt, non autem è contrario qui sentiunt iidem etiam mouent. Mollium principium est cerebrum, durorum spinalis medulla. Ab hoc principio singuli in suas sedes à natura mittuntur, molles quidem in organa sensuum, duri vero in musculos. Nullus eorum simplex est & ἀϋγίς, sed omnes coniugati feruntur, ideoque ab anatomicis neruorum paria appellantur. Ac septem quidem ex cerebro, triginta vero ex spinali medulla proficiunt. Eorum qui sunt à cerebro primum par seu prima coniugatio est neruorum opticomum, qui sunt maximi, mollissimi & caui meatu sensibili. Secunda eorum est qui mouent oculos. Sunt autem graciles, duri, multiplices: nam ramis septem in totidem oculi musculos absumuntur. Tertia autem multiplex est, cuius portio prior multis propaginibus inseritur in crotaphitas, masseteras, cutem faciei, dentes, gingiuas, musculos labiorum & linguae tunicam ad saporum discretionem (ob id haec tota Galeno gustatoria dicitur) Posterior autem portio, gracilior, durior aliis propaginibus fertur in crotaphitas, cutem frontis & faciei, musculos labri inferni, pterygia & narium membranas. Quarta dura & gracilis in palati tunicam absumitur. Quinta duplex est, parte maiore inseritur in meatum auditorium, in musculum latū, in crotaphitas & masseteras omnes, minore vero in eosdem masseteras absumitur. Sexta omnium ramosissima distribuitur ramulis quibusdam in colli & laryngis musculos, sed ferè tota in thoracem, ubi ramulos dat musculis tribus à sterno & vicina clauis ascendētibus, & ramum per costarum radices demittit ad partes ventris inferni quem costalem vocamus, alterum ad musculos laryngis recurrētem, tertium insigniorem in stomachum & ventriculum qui stomachicus dicitur. Septima vero dura est & absumitur in musculos linguae, ossis hyoidis & laryngis. Haec autem septem neruorum paria cranio excidunt per foramina, primum rotunda, secundū scissa, tertium & quartum oblonga, quintum mediocria in osse auditorio, sextum maxima, septimum parua, occipitis maximo foramini iuncta. Quae vero ex spinali medulla excidunt neruorum

uorum

uorum paria, inter spondylos excidunt, ita tamen ut supposito spondylo tribuantur. Primum enim thoracis par id dicitur quod inter septimum cervicis & primū thoracis spondylum excidit, & primum similiter lumborum par quod inter primum lumborum & ultimum thoracis spondylum est, & primum ossis sacri par quod est inter quintum lumborum spondylum & primum ossis sacri. Sic primum par dicitur, quod per foramen posticum, primo spondylo & occipiti commune egreditur. Hunc in modum prodeunt nervi inseruntur ferè in vicinas partes, ne in longiore via periclitentur, quam si ingrediuntur, mirè teguntur & muniuntur ad securitatē. Hæc quidem de nervis propriè appellatis sufficiant. Caterum non omittendum est quod scribitur à Galeno initio lib. 15. de usu partium differēte de pudendi substantia, nervum tribus modis dici, uno quidem propriè genus illud totum quod à cerebro & spinali medulla est: altero id quod à musculis oritur & τένων, hoc est, tendo ab Hippocrate dicitur: tertio autem quod Hippocrates λωδισμὸν, id est, ligamentum, medici verò post eum ἰδιόρον λωδισμὸν, id est, nervum colligantem nuncuparunt. Dictum est Græcis ἰδιόρον ἀπὸ τῶ ἰδιόρον quod nutare & flectere significat, ut scribit Galenus initio lib. de motu musculorum.

ἰδιόρον περιλιθόμουσων. nervi recurrentes. Sunt rami duo nervorum sextæ coniugationis quorum dexter circum arteriam quæ axillam adit, sinister verò circum magnum arteriæ descendens truncum obvolutus sursum reuertitur in laryngem. Oportuit enim laryngis quosdam musculos, quò vox ederetur, deorsum moveri, & ob id spiritum animale ab inferioribus partibus sursum quodammodo ipsis deduci: neque fieri id aliter potuit quàm demissis ad inferna nervis, posteaque recurrentibus. Quò autem firmi recurrerent, eos inniti corpori cuidam firmo & rotundo commodum fuit. Itaque circum arteriam quidem axillarem dextram nervus ille dexter ad superiora reuersurus reflectitur: sinister verò quoniam circum sinistram ipsam arteriam axillarem commodè reflecti non potuit (neque enim illa transuersim, ut dextra, sed obliquè sursum in alam contendit) ideo in cavitatem thoracis cogitur descendere, & arteriæ magnæ truncum apprehendere, qui deorsum ad spinā proficiscitur. Sic uterque secundum latera asperæ arteriæ sursum redit, & inseritur in musculos laryngis ad edendā vocem, qua ex causa Galenus lib. 4. de locis affectis φωνητικὸς maluit appellare: tam sunt enim ad vocem necessarij, ut secti vocem prorsus aboleant: refrigerati verò tantisper vocem impediunt, donec calefacti naturalem temperiem recuperaverint.

ἰδιόρον. nervosum. Est corpus spermaticum & exangue, ad nervi naturam similitudinem accedens. Tria eius genera Galenus esse dicit initio lib. 15. de usu part. & comment. 1. in lib. 6. τῶ ἐπιδημιῶν. Unum eorum quæ propriè nervi appellantur, & prodeunt ex cerebro aut spinali medulla. Secundum eorum quæ à musculis oriuntur & τένων ab Hippocrate appellantur, ab aliis autem ἰδιόρον: siquidem nervosæ partes musculorum tendines vocantur. Tertium verò eorum, quæ λωδισμὸν Hippocrates vocavit, recentiores autem medici ἰδιόρον λωδισμὸν, id est, nervos colligantes. At verò præter hæc genera etiam sedes, uterus, vesica & pudendum nervosa dicuntur, cum tamen nullo trium prædictorum generum contineantur, neque ex ullo istorum trium generum componantur, sed quòd nervosorum corporum similitudinem gerant: siquidem latissime distenduntur, contraque in brevissimum spatium contra-

DEFINIT. MEDIC.

hütur, quod nulli carnosio membro aut pingui accidit. Itaque partes illas nervosas ex quadã similitudine dicimus, ut & reliqua omnia alba & exãgvi materia prædita, quoniam plurimum extendi, rursumq; in se ipsa retrahi & subsidere videantur, ut eo comment. Galenus annotavit.

νεφέλι. *nubes. nubecula. Id dicitur apud Hippocratem quod in urinis pendet, eodem modo quo nubes in aëre. Galenus ἐναώρημα appellat commēt. 2. εἰς τὸ πρῶτον σκῆθρον. Scribens νεφέλι καὶ ἐναώρημα idem esse, aut νεφέλι speciem esse τῆς ἐναώρηματος: legitur enim apud Hippoc. duplex ἐναώρημα, ἰσοπέδης καὶ νεφελῶδης sive ἐπιπέδου, quorū illud crassius, candidius, compactius & rotundius est, hoc verò minùs candidum, rarius magisque diffusum. Ut enim aër nubilosus dicitur non qui atris nubibus cōdensatus est & caliginosus, sed qui serenus purusque nubes aliquot per eū sparsas habet, sic οὖρον νεφελῶδης sive ἐναώρημα ὑδιπέδου appellare Hippocrates videtur, quod nec colore est album, nec etiam planè nigrum, sed horum medium, ut docet Gal. cōmēt. 1. εἰς τὸ γ'. τῆν ἐπιπέδων. Caterùm id omne crudum esse & à flatuoso spiritu in altum efferri Galenus docuit. Quod perfectè cōcoctum, secretum, æquale, similarèque est, id certè quoniam nihil flatus habet, in fundum vasis urinarij descendit.*

νεφέλιον. *nubecula. Est in nigro oculi exulceratio superficialis ab humoris distillatione facta, caligine, ἀλλὰ dicunt, profundior, minor & candidior.*

νεφελῶδης οὖρον. *nubilosa urina, hoc est, urina quæ albam nubeculam continet, ut annotat Galenus comment. εἰς τὸ πρῶτον διαίτης ὀξέων. vide νεφέλι.*

νεφείης. *sic proprio nomine dicitur è liborū vertebra prima, sicut postrema ἀσφαλίης.*

νεφείης. *dici quidem potest omnis affectus quo οἱ νεφροί, id est, renes laborant, siue is similis sit, siue organicus, siue cōmunis, propriè tamen λιθίασις, id est, calculi morbus, νεφείης dicitur. Nomen habet à lesa particula.*

νεφελικὰ φάρμακα. *dicuntur antidoti & compositiones quæ renibus affectis conueniunt. Est autem earum duplex differentia generalissima: quædam enim calculosos renes iuuant, quædam verò inflammatos & ulceratos, quæ etiã ad vesicam similiter affectam conueniunt. Habent autem contrarias inter se facultates: quæ enim inflammationibus & ulceribus conueniunt, mitigatoria esse oportet, coniuncta tamè diureticis: quæ verò calculosis medentur, unicam facultatem sortiuntur, quæ secare & extergere potest cum manifesta caliditate. Sunt autem talia ferè omnia amara.*

νεφροί. *renes. sunt partes carnosæ, duræ, dēsæ, concauæ, fibrarum expertes, urinam à sanguine secernentes: hoc enim eorum munus est humore seroso sanguinem repurgare. Quæ ex re voluptatem potiùs quàm alimētum capiunt: sanguinem enim ad sui nutritionem habent. Caterùm quò serum attrahant duo vasa in singulos renes inseruntur, à vena caua vnum, & à subdita illi arteria alterū, maiora multò quàm renum magnitudini conueniat: vulgò emulgentia vasa appellantur. Ipsum autem iidem secernunt vase duro, crasso, ex iisdem vasis conflato, in ipsam carnem utrinque diuiso, ramis primùm binis, deinde sextenis sæpius equalibus, dimidio sui exteriori carni renum connatis, interiore liberis, tandem ad gibbæ renum partis medium coalescentibus. his ubi serum secreuerint, ipsum denique expellunt in vesicam per vteras numerosè etiam in carnem renum diffissos, quos, uti & vasa, parte sua sima excipit. In omnibus propè ren dexter sinistro sublimior est. vterque membrana à peritonæo nascente inuoluitur, neruulūque gracilem recipit à ramis sextæ coniugationis*

tionis qui costarum radicibus exporriguntur.

Ναρδία. τὰ ἐντόρα, apud Hippocratē.

Ναρπία, ἀδωκετὴ. hoc est impotens est, apud Hippocr. ut annotat Gal. ἐν τοῖς ἡλωδαῖς.

Νάρπειδς. herba quae vino infusa tristitiam discutit, & malorum omnium obliuionem inducit. Eam lingulosum esse quidam existimant, alij helenium, quorum opinio probabilior videtur. Nec enim aliud esse putatur, quod Helena apud Homerum Odyss. 8. in vinum coniescit quam helenium, ipsius nomine donatum.

Νήπιος. infans. sic dicitur fœtus ab eo tempore quo in utero brachia cruraque fœtus distincta absolutaque cernuntur, usque ad pubertatem. Itaque non tantum quum editum est in lucem νήπιος vocatur, sed in ipso etiam utero post corporis absolutionem, cum iam videlicet palpitate & moueri cœperit. dicitur etiam ab Hippocr. πηδίου.

Νήριον. nerium. Est frutex vulgaris notitia, quæ Dioscorides ἑοδδανδρον & ἑοδδανδρον scribebat vocari. vide ἑοδδανδρον. Sic etiam à quibusdam dictum esse & δελανδρον Dioscorides auctor est.

Νήσις. ieiunum intestinum. Est intestinum ordine à ventriculo secundum, illic incipiēs ubi primum, quod ἐκφυσις appellatur, in anfractus gyrosque conuolui cœperit. Sic dictum est quod semper inane sit, nec minimum quidem cibi in se continet. Id primum quidem omnium (quidam enim ἐκφυσις inter intestina non enumerant) chylum à ventriculo prodeuntem excipit, ex eoque primum hepar adhuc vacuum sursum alimentum attrahit, vasorum multorum officinis in sinum eius partem insertis. Itaque tum propter eorum multitudinem, tum propter hepatis viciniam, plurima & subita sit ex ieiuno distributio, nec diu chylus in eo morari potest, maxime chylo adhuc liquido facile effluere, & ieiuno etiā vehementius quam reliqua intestina eum propellente, quod ad ipsum bilis syncerior & actior ab ecphysi cōfluat: his enim de causis fit ut ieiunum chyli vacuum semper reperiatur, verum non ut eius principium certum est (incipit enim ubi ἐκφυσις desinit) sic & finis circumscribi designarique potest. Est enim cum eo quod illi succedit (λεπρόν καὶ ἄλωρον appellant) tam simile substantia & gyris, ut ab eo distingui non possit, à quo videtur tantum differre quod ieiunum vasis pluribus scateat, & inane sit. Vbi enim & rariora iā vasa cernuntur & chylus minus diffluens factusque crassior, consistere incipit, illic tertij intestini initium statui debet.

Νησείον. est genus collyrii nardini ex lacte preparati ad multa oculorum vitia perutilis. Eius descriptio habetur apud Aëtium lib. 7. cap. ultimo.

Νικολάου φάρμακον. nomen est cōpositi medicamenti glutinatorij quo Paulus utitur lib. 4. cap. 37. ad conglutinanda ulcera.

Νίλον καλλοῦειον. est collyrium diarodon quod ad Nilū auctorē refertur, omnium quae unquam composita sunt optimum & celeberrimum. Ceterum variis modis ab auctoribus describitur: id enim aliter Celsus, aliter Galenus, apud quem geminum est, aliter Aëtius, aliter Paulus describunt: sed in materia fere omnes consentiunt, praeter unum Paulum qui nardum non habet, quam tamē omissam esse puto non Pauli iudicio sed librariorum negligentia.

Νίεις. dicitur à quibusdam montana nardus, ut auctor est Dioscorides, quam & alio nomine θυλακίτην scribebat appellari. vide νάρδος.

Νίτρον. nitrum. Est succus concretus sali finitimus. Perinde atque sal aut nascitur aut

DEFINIT. MEDIC.

conficitur. Nitrum quod nascitur, vel reperitur in terra vel extra terram. Quod in terra reperitur, aut ceditur aliorum fossilium modo, estque durum & spissum & lapidi similis: aut in speluncis colligitur, ex quorum cameris vel pendens steriorum instar concreuit, vel excidens liquidum adhuc in terram defertur. Id vero est molle, laxum, candidius & similis spuma. Vtrūque hoc est, tam id quod effoditur quam quod in speluncis colligitur, vocatur à Græcis ἀφρονίτρον, tunc tamen molle modo ac spuma similis sub hac voce subiici recte possit, durū ac spissum non possit: sed ipsi unum ab altero non nominibus, sed sola bonitate & prauitate distinguunt. Quod vero extra terram reperitur, vel in conuallibus & campis, vel in lacu colligitur, atque sua sponte ex terra efflorescit, ἀλιόρυα Græci appellant. Nitrum autem quod conficitur, varij generis est. Vnum fit in Aegypto ex Nili aquis, quæ nitrosa sunt, in nitrarias infusis, in quibus quod lenissimum tenuissimūque est, spuma siue flos nitri appellatur, sed frequentius spuma, quam Græci diuisis vocabulis nominant ἀφρονίτρον ἡγροῦ, ut distinguant à fossili, spuma etiam simili, quod composita voce ἀφρονίτρον dicitur. Dioscorides tamen tum aphronitrum tum spumam nitri ἀφρονίτρον vocat, atque bonitate alterum ab altero discernit: primas enim tribuit Lydio, quod scilicet in Philadelphia Lydia effoditur & vere ἀφρονίτρον dicitur, secundas Aegypto, hoc est, confecto in Aegypto quod vere ἀφρονίτρον dici debet. Alterum nitrum etiam hodie ex nitro fossili factitium est, quod Georg. Agric. chrysocollam, & Arabico nomine boracem esse existimat. Tertium fit ex quercu cremata aut robore. Nō est autem nitrum unius coloris, nec perspicuitatis nec saporis, nullūque omnino odoratum est, nisi calce inspersa adulteratum sit. Calidum est, desiccatur atque digerit, & si inero sumatur, secat & extenuat crassos lentosq; humores potentius multo quam sal, sed multo quam ἀφρονίτρον imbecillius. Est enim salis & aphronitri medium. Si vero uratur, propius ad aphronitrum accedit.

Νίτρον Βερενικίου. nitrum optimum & maximè molle ac tenuium partium Galenus Berenicium & Berenicarium appellatum esse tradit (nō autem, ut vertit Linacer lib. 6. sanit. tuēda, Bernicarium) ab oppido Troglodytarum Berenice, ut opinor, appellatione ducta. Vnde quondam in Aegyptum aduectum Plinium Aegyptium vocare existimo, & Galenū ἐν τῷ πρῶτῳ βιβλίῳ περὶ τῶν ἰατρικῶν, Alexandrinum. Itaque multum errat Paderarum author, qui nitrum Berenicium vernicem exponit, sic dictum, ut putat, quasi Bernicem. Vicinitate literarum deceptus est. Neque enim vernix vulgò dicta nitrum est, sed longè alterius generis.

Νόμος. nome etiam à Plinio dicitur. Est ulcus putredinosum, quod vicinas partes serpendo depascitur. Putredinem autem acquirit vel diuturnitate temporis, quo omnia, quāquam initio βίβησι sint, tādem νεκρῶσι redduntur, vel statim à principio, ut quod à venenatis animalibus factum est. Progressu quidem temporis & aphthæ & dysenteria in nomas transeunt, ut scripsit Galenus ἐν τοῖς βιβλίοις περὶ τῶν ἰατρικῶν. Sunt autem omnia eiusmodi ulcera agrè sanabilia, & vehementissimis profus medicamentis opus habent, adeò ut citra uestionem curari non possint. Dicitur affectus hic ἀπὸ τῆς ῥιμῆδος quod pascere significat, propterea quod pergere pascēdo id vitiū ab agris particulis ad eas quæ integra sunt, soleat, atque harū semper aliquid agris adiacere, ita ut nō solū à substantia indicata rei, sed ab accessorio appellationē Græci indiderint.

Νόμος. lex. Quemadmodum in ciuitatibus leges sunt quæ quod agendum est præcipiunt, & vetant

Et vetant quod agi non debet: sic et in medicina videri dicuntur præcepta, quæ certo et sine ulla coniectura aut ambiguitate aliquid esse agendum aut non agendum docent. Eo vocabulo Hippocrates et in initio lib. αὐτῶν, et in τῷ αὐτῶν ἀγῶνι et in τῷ κτ' ἰντεῖον usus est, ut Galenus annotavit.

νόσος. morbus. Est affectus præter naturam, actionem per se ledens. Sed quid sit affectus, antè dictum est in dictione διαδosis. Præter naturam vel contra naturam dicere, nihil prorsus refert: utrumque uno verbo παρά φύσιν Græci dicunt. Nam et fædus ictericorum color, et lentigo, et alius quivis etiam leuissimus affectus contra naturam est, nec tamen morbus dicitur, si propter sui exiguitatem non ledat actionem. Siquidem in omni morbo necesse est actionem ladi corporis aut alicuius partis, eamque læsionem tum sensibilem esse, tum per se, primò et proximè à morbo fieri, ut eo discrimine morbus à causa sua, suisque symptomatis distinguatur. Ac quoniã morbus omnis ei parti insidet cuius actionem primò et per se ledit, consentaneum est primas morborum differentias ex partium differentiis constitui. Itaque cum duplices eæ sint, similes atque organicae, duo pariter erunt summa morborum genera, intemperies et incommoderatio, quorum illud partis similis, hoc autem organicae proprium est. Nam intemperies naturale partis similis temperamentum (per quod omnis actio inculcata editur) dissolvit: incommoderatio verò instrumenti symmetriam pervertit, sine qua actio fieri non potest, vel per quam melius fit aut conservatur. His duobus tertium etiam genus additur unitatis solutio, utriusque parti commune, quòd ambas ad actionem vel usum inter se coniungi et coherere oporteat. Habent autem singula proprias differentias, non iam ex partium diversitate, sed ex ipsa morborum substantia depromptas. Siquidem intemperies, quam partis similis morbum esse diximus, alia simplex, alia composita est: et utriusque earum alia æqualis, alia inæqualis. Simplex sola primarum quatuor qualitatum est, eaq; quadruplex, calida, ut febris, ambustio ab igne vel sole, calor immodicus à motu nimio, vel alia causa calfaciente: frigida, ut congelatio totius vel partis à frigore vehemèti, tanta sæpè ut pars demortua cadat, vel si in toto corpore est, homo moriatur, et qualis in apoplexia, epilepsia, tremore et spasmus esse consuevit: humida, ut in quibus partibus laxitas et mollities visu et tactu perceptibilis est, nulla foris affluente substantia: sicca, perinde ac si pars salsa esset, ut marasmus totius vel partis, ut ossium velut in sabulum resolutorum. Composita verò duplex est: aut enim sola primarum quatuor qualitatum est, aut adiunctum habet materiae affluxum. Illa calida humida, calida sicca, frigida humida, vel frigida sicca est, et difficulter admodum, ut et quatuor simplices, nisi magna sit, à medicis noscitur. Hæc verò, quæ similiter quadruplex est, neminem potest latere, quia tumorem præter naturam adiunctum habet, quadruplicis materiae influxu differentem. Sunt autem eius differentiæ, phlegmone, erysipelas, œdema, scirrhus, aliquando simplices, aliquandò verò inuicem inæqualiter mixti, sed nomen à vincenti humore sumentes, ad quas etiam reducuntur struma, phymata, phygethla, lepra, psora, vitiligo, elephãtia, et alia eiusmodi morborum genera: quæ quamvis similarium partium sint propria, per accidens tamen ad organicas referuntur, non ea modò, sed alij etiam similarium partium simplices morbi, si unam instrumenti particulam infestarint. Ut ophthalmia tunicae coherentis phlegmone, eiusdem morbus propriè est: totius autem oculi, per accidens. et erosio

R

DEFINIT. MEDIC.

ceratoidis tanta ut per eam excidat rhagoides, & ob id distorqueatur pupilla. Hi namque tres affectus oculi sunt pathemata, licet erosio ceratoidi, prolapsus rhagoidi, contortio pupillæ sit propria. Tales quidem sunt intemperiei differentiæ, à propria eius substantia sumptæ. Quæ & rursus suas peculiare sortitæ sunt differentias partim à causis suis, partim à symptomatis, partim ab aliis morborum adiunctis petitas. Siquidem variæ causæ varias gignunt morborum ex intemperie species, certoque constat plerosque morbos sola causarum varietate differre, sicut & multos solis symptomatis esse diuersos. Ab adiunctis similiter discrimen est. Sic autem uoco breuitatem, longitudinem, celeritatem, tarditatem, periculum, securitatem, adhæc morborum mores & partium in quibus ij consistunt, differentias. Hinc morborum alij αποράδες, πείνδαμοι, ἐνδύμοι, ἐμδύμοι, λαίμωδες, & si qui sunt alij. Habet etiam suas differentias incommodatio, quam organica partis morbum esse diximus, easque quadruplices. Vna conformationis, altera magnitudinis, tertia numeri, quarta situs vitium est, quarum etiam singulæ in alias diuiduntur. Nam conformationis vitium in figura, in cavitare & meatu, in asperitate atq; leuitate potest esse. In figura quidem, ut in simis à natura, ictu, casu, in varis, vaciis, plancis, in fractura malè curata, in luxatione, in callo eminentiore innato articulis, & in reliquarum partium vitiosa figura. In cavitare verò & meatu, si debita multitudo aut magnitudo non seruatur, id quod contingit si meatus vel nimium patent, vel coalescunt, vel constipantur ab iis quæ intus condita sunt, vel obstruuntur ab humoribus multis, crassis, lentis, vel comprimuntur à vicina parte humore vel flatu tumida, vel resident & contrahuntur, essentia ipsorum quibus ij insunt siccata atque indurata. In asperitate autem & leuitate, quum ea quæ suapte natura aspera esse debent, leuitatem, contrà quæ leuia asperitatem alicunde contraxerunt. Magnitudo autem organi vitiosa est, vel quòd nimis aucta sit, ut in lingua magna, illaesa lingua essentia, in carne ulceribus supercrescente, & corpore toto: vel quibusdam partibus, ut mammis, testibus abdomine, pedibus adeò auctis ut actionem ledant (aliter enim morbus non esset, sed vel symptoma vel pathema tantum, ut dolor) verum nimia hæc magnitudo rarò accidit post natiuitatem, particula suam figuram seruante. Vel vitiatur magnitudo, quòd minor sit quàm cõueniat, ut in atrophia partis alicuius vel totius, id quod sæpè accidit post natiuitatem. Numeri verò morbus tum in exuperantia, tum in defectu consistit. Exuperantia vel est rei naturalis, ut sexti digiti, & tertij testiculi: vel est rei toto genere præter naturam, ut abscessuum & eorum quæ in abscessibus continentur, lumbricorum, calculi, grandinis & suffusionis in oculo, calli, verrucæ & aliorum eiusmodi, ex quibus quæ actionem primò impediunt, ut suffusio, sunt morbi: quæ verò non primò, sunt morbi causæ. Defectus autem solius rei naturalis est, siue ea ex toto, siue ex parte perierit: ex parte quidem, ut in partibus ex dimidio sectis, mutilatis, non formatis: ex toto autem, ut in iis quæ radicitus perierunt ossibus, digitis, membris, glandulis, gurgulione & cæteris partibus truncatis, exectis, putrefactis, aut non formatis. Ex quibus quæ actionem primò ledunt, sunt morbi: quæ verò partem actionis opificem refrigerant, vel ei non satis alimenti trās mittunt, aut aliter afficiunt, sunt morbi causæ. Quædam autem & morbus sunt, & morbi causa, ut gurgulio exectus. Nam vocem ledit & thoracem refrigerat, in quibus morbum ad partem relictam non ad deficientem referre oportet. Est etiam situs siue compositionis

positionis morbus duplex, quorum unus in situ partium præter naturam consistit, sicut apparet in omnibus herniarum speciebus & in articularum luxatione: alter verò in connexu partium præter naturam, quando vicina partes inter se non bene consentiunt, ut in vinculo linguæ & pudendi contingit, & in articularum ligamentis laxis, intentis, ruptis, breuioribus, longioribus, & præter hæc in coalescentia labiorum, digitorum, palpebrarum, sedis vel pudendi muliebris, siue ab ortu, siue ab ulcere. Hæc quidem sunt differentiæ summæ morbi partis organica, eaque simplices. Coeunt autem aliquando atque complicantur morbi ij simplices, vel secum, ut suffusio cum pterygio in oculo, magnitudo nimia & asperitas in lingua: vel cum aliis similarium partium morbis, ut luxatio cum phlegmone, quarum illa primò instrumenti, hæc similarium instrumenti partium morbus est primò instrumenti autem non primò nec propriè, sed per accidens, quemadmodum supra dictum est. Cæterùm in his propriis organicarum partium differentiis id perpetuò tenendum est, prima instrumenta, ut muscolum, venam, arteriam, ex partibus similaribus, secunda verò, ut digitum, ex primis, tertia autem, ut manum, thoracem, pedem, ex secundis, rectam vel vitiatam compositionem sortiri, & ex his quòd sana sint vel agra obtinere. Restat iam tertium morbi genus, utriusque parti commune, id est unitatis partium, quæ inter se coherere debent ad actionem vel usum, solutio. quæ duplex etiam ponitur, una simplex, altera composita. Simplex in carne quidè θραῦμα, ἔλκος, ῥήγμα, θλάσμα siue θλάσις, ἰσθλασις: in osse verò ἰσχυμὴ, ῥήξις, ἐλυσις, διακωπή, ἔσθρα: & in molli osse capitibus θλάσμα, κήραγμα, περιδωρ: in nervo autè σπασμὸς. Composita verò, cum duo morbi ad solutam continuitatem pertinentes secū cōiunguntur, ut fractura cum ulcere, ulcus cū spasmus: vel cum morbus solutæ continuitatis cū alio morbo partium similarium vel organicarum cōplicatur, ut ulcus cum aliqua intemperie aut cum phlegmone aut erysipelate, aut alicuius partis sphacelo, aut amputatione, aut peruersione.

Νόσος. dicitur à quibusdam σίκυς ἄγριος siue cucumis anguinus, ut habetur apud Dios. Νόσος πυρετός. humida febris. Est differentia febris apud Hippocrat. lib. 6. epidemion, sumpta à subiecto in quo calor febrilis accenditur. Id autem est humor, cuius quoniã variæ habentur in corpore differentiæ, ideò earum alias ἰσχυρὸς πυρετός, alias ἰσθλασις, alias πηλοῦς appellavit. Has febres practici humorales vocant.

Νόσος. auster. ventus est à meridie flans. Hic ferè semper calidus est, nisi fortè, quod raram est, ineunte vere frigidus sit, ut scribit Galenus commēt. 1. ἐς δ' α'. ἴσθ ἐπιδημιῶν sed nunquam valdè frigidus est. Magna etiam ex parte humidus est, & pluuias, ut scribit Hippocrat. continentes leuèsq; inducit. Talis autem si flarit diutius, caliginem in nobis inducit, dissoluit corpora, fundit humores, putredinem excitat & multorum morborum author est: verùtamen non semper humidus est: videtur enim, ut scribit Galenus comment. 3. ἐς δ' γ'. ἴσθ ἐπιδημιῶν, aliquando siccus esse, quem λυκόστον vulgus, Latini Cautum appellant. Homerus ἀργύσει τότον eam ob causam vocauit, quasi putrum & candidum austrum, quod imbribus careat. Id quod etiam indicauit Hippocrates lib. 1. ἴσθ ἐπιδημιῶν, describens statum qui totus austrinus & squalidus fuit. Est autem is auster nonnunquam vehemens, nec latere potest dum spirat. Alius verò lenis est, cuius motum, ut ait Galenus, in aère & nubibus non sentias. Calidus autem semper est, cùm Cautus interim frigidus sentiatur.

Νύγμα. punctio. Est solutio continuitatis in carne, incidente aliquo acuto & tenui fa-

ἔτα. dicitur & νύκτις.

νυκτωδης ὀδών. punctorius dolor. vide ὀδών.

νυκτάλας. lusciosus. Dicitur is qui interdum quidem videt, sole occidente obscurius, noctu omnino nihil. Accidit propter capitis imbecillitatem & maximè spiritus visui crassitudinem, itémque reliquorum oculi humorum ac tunicarum. Quibusdam verò contingit, ut noctu melius videat, interdum deterius, etsi Luna luceat, nihil cerant. Sed hoc rarum est, illud plurimis contingit. Ceterum νυκτάλας dicitur non ille modò qui ita laborat, sed ipsius etià affectionis nomē est. Sic autem dicitur quasi ὁ τὸ νυκτὸς ἀλαός. hoc est, noctu cæcus: λαεῖν enim videre significat. vide μύωψ.

νυκπεῖς. ἢ ἀνακαλλίς, ut habetur apud Dioscoridem. Eam Aëtius ad caligines oculorū commendavit, videturque multis ἀπὸ τῆς ἀνακαλλίδος accepisse.

νυμφαῖα. herba est in paludibus & stagnantibus aquis nascens, foliis fabæ Ægyptiæ minoribus & longioribus, aliis in summa aqua, aliis demersis, pluribus ex radice eadem prodeuntibus: flore lilio simili, albo, & in medio crocos habente: cùm defloruerit, ut rotundum malum, aut papaveris caput, extuberat, nigro semine, denso, lato, lenti gustus. Caulis est lævis, niger, minimè crassus, ciborio cognatus. radix nigra, scabra, clauæ similis, quæ autumno sequatur. Nymphææ nomē habuit, quoniam aquas amet. Est & altera nymphæa cuius flos βλεφαρῶν dicitur, foliis antedictæ, radice alba, scabra, flore luteo, nitēte, rosæ simili. Nymphæa vim habet sine rosione siccandi, ventrem reprimit, & genituram absomit. Quæ radicem albam habet, valētior est: quæ verò nigram, deterforia quoque vi & exterente pollet.

νύμφη. nymphæa. Est epiphysis cutacea, lata, intra pudendum muliebri, supra alarum commissuram ad urinarium meatum sita. Gemina autem est, utrinque scilicet una. Data est à natura, tum ornamenti causa (nam quod peni virili præputium est, id νύμφη utero est) tum etià ut uterum à pulvere, frigore & aliis externis iniuriis tueatur. Vt enim vna pharyngi propugnaculum est, sic νύμφη utero. Siquidem illa operit colli uteri orificium, cui pro munimento data est. Verùm aliquandò naturæ modum excedit, & ad tantam magnitudinem excrescit, ut deformitatem atque pudorem inducat, extra uterum propendens. Tunc ferro refecari debet, quemadmodum Aëtius lib. ultimo prodidit.

νυμφωδῶν τρεχασκος. pastilli species authore Nymphodoro, adstringendi vi præditi: cuius duæ habentur compositiones, una apud Paulū lib. 7. cap. 12. altera apud Aetium lib. 9. cap. 49. de iis quæ infernè dysentericis infunduntur.

νύκτις. punctio. Est solutio continuitatis in carne, incidente aliquo acuto & tenui facta. dicitur & νύγμα.

νωδρεῖς. ἐν χρόνῳ πλεονεξία καὶ λεπῆς. apud Hippoc. aphor. 7. lib. 2. sicut Gal. interpretatur. νῶτον ἢ

νώτος. dorsum. Pars est posterior corporis. Ea latè patet Aristoteli lib. 1. de histor. animal. Eius enim partes facit scapulas, spinam & lumbos. Itaque eo authore, quem postea permulti sequuti sunt, νῶτος dicitur pars tota posterior ab occipite vsque ad extremum coccygem, triginta quatuor vertebris cōpacta. Cui sententiæ etiam fauet Latinum dorsī nomen, quod secundum Probum significat totam posteriorem corporis partem, eò quod de uexa sit deorsum, ut inquit Festus: tota namque ea pars decliuis inflexaque est, & ab anatomicis carinæ nauis comparata: est enim veluti statumen quoddam,

quoddam, in quo costæ, velut in carina trabes connectuntur, totumque corpus stabilitur. Sic dorfi quinque partes erunt, collum, thorax, lumbi, os sacrum & coccyx. Alij verò multò arctius dorsum definiunt, dicentes esse partem cervicis subiectam, & duodecim ut plurimum comprehensam vertebris. Hi ἰώτορ appellant, quod illi thoracem. Sed reuera thorax non posteriorem modò partem, verum anteriorem etiam designat, sic ut ἰώτορ ea secūda significatione pars sit thoracis posterior. Itaq; his authoribus, ubi cervicis vertebræ desinunt, dorsum illic incipit. Collum autem à dorso nō hominum sola institutio, verum ipsa etiam natura discrevit. Ea namque cū spinas vertebrarum cervicis veluti bicornes produxerit, postea in dorso simplices effecit. Non est autem in omnibus certus vertebrarum numerus, quòd aliquādo una vel desit vel numero excedat. Superest verò varius quàm desit. Earū prima λεωίας dicta fuit à veteribus, quo nomine quicquid prominet, intelligitur: secunda μαρξλισιῆ, quasi axillaris vocatur. Reliquæ novem consequentes, ἀλθωειτου, duodecima verò ἀλξωσιῆ, quòd ea parte cingamur. Hæc igitur postica vertebrarum structura ἰώτορ appellatur. Desinitur autem ea, sicut dictum est, ab octava vertebra usque ad decimam nonam, & à lateribus, dextro & sinistro, quantum videlicet à postica parte patet oculis. Nam & costarum pars posterior, & musculi similiter sub ea parte comprehenduntur. Ea quoniam pectori opposita est, etiam ἀντισειρορ à plerisque dicta fuit. Est enim σειρορ thoracis pars anterior, sicut ἰώτορ posterior. Rufus libello de partium hominis nomenclatura, δ' ἰώτορ dicitur, inquit, pars corporis posterior à ceruice usque ad μετὰφρενορ. Est autem μετὰφρενορ pars media inter dorsum & lumbos qua renes adiacent.

IO. GORRAEI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM

T O 3.



ΑΙΘΗ. nomen est cōpositi medicamēti acris & exedentis, quo Paulus lib. 4. cap. 43. utitur ad ulcera in quibus caro supercrescit, & eiusdem lib. cap. 53. ad inducendam crustam & sistendum sanguinem ex quavis parte profluentem.

ΞΑΙΝΔΙΟΡ. lappa. planta est pinguibus locis nascens & ubi lacus exaruerunt, caule cubitali, anguloso, pingui, alas plures fundente, folio atriplicis incisuras habente, odore nasturtij, semine rotundo ceu grandiore oliua, spinoso, platani pilula, vestium cū tangitur tenaci, philanthropos ob id à quibusdam dicta. Nomen habet quòd rufet capillum. ab herbariis lappa minor & lappa inuersa nominatur.

ΞΙΝΙΟΡ. lenticula species, sed rarior, cū tamen vari lenticulaq; cetera vulgò notæ sint. Est autem rubicundior & inæqualior, ut scribit Celsus lib. 6. cap. 5.

ΞΙΣΟΣ. sextarius. Est mensura liquidis atque aridis communis duas heminas capiens apud Romanos. Hanc Galenus lib. 1. τῆν ἰσσοῦ ξίον scribit viginti uncias continere

R ij

(nec dubitandum quin mensurales intelligat: ponderales enim varia sunt & numero incerta, sed pro modo & pondere rerum quas metimur) & similiter Oribasius, eosque falli qui putarunt sextarium Romanum decem & octo uncias mensurales capere. Erat autem & ξίσκος Atticus, sextario Romano minor, liquorum & ipse mensura, capiens duas κοτύλας, siue libram & semissem, hoc est, uncias decem & octo. Est autem ξίσκος vocabulum è Latino sextarij nomine deprauatum, ut asserit Gal. lib. τῆν κῆ τὸ πρῶτον. Nam neque nomen neque mensura hæc apud vetustiores Atticos scriptores inuenitur, sed unà cum imperio Romano & vox & mensura in Græciam venit. Vnde usus eius apud Andromachum, Heram, Asclepiadem, Critonem, Dioscoridem ac nonnullos alios, qui dum res Romanæ florere, de medicamentis libros scripserunt, admodum frequens est: duas recipit κοτύλας, sicut Fannius declarat istis versibus:

At cotylas, quas si placeat dixisse licebit

Heminas, recipit geminas sextarius vnus.

Ac quia sextarius duodecim cyathos continet, quemadmodum as & libra duodecim uncias, antiqui, præsertim poëtæ, sextarium tanquam libram, in uncias partiebantur, iisdemq; nominibus appellabatur. Itaque sicut in ponderibus sextans duas uncias significabat, ita cum de poculis sermo erat, sextans duos cyathos, quadrans tres cyathos, triens quatuor cyathos, & quincunx quinque cyathos, ut in multis locis apud Martialem legitur.

Sed & ξίσκος aridorum mensura fuit apud Atticos, continens similiter κοτύλας duas siue decem & octo uncias mensurales. Eius nota apud Græcos fuit ista ξῆ vel quæ frequentior est ξ

ξηρασία. vitium capillorum, ut scribit Def. med. author, cum ij similes lanugini apparent, perinde ac si puluere conspersi essent. Species alopecia cæseri potest, quæ ita dicta sit propter alimenti pilorum defectum & ariditatem cutis.

ξηράστωρ. idem quod ξηλείωρ.

ξηλείωρ. est medicamentum aridum quod in pulueris modum inspergitur, ideoque & κῆ τὰ πᾶσα alio nomine appellatur. Constare potest varia materia ad usum multiplicem: aliud cuti, aliud ulceribus inspergitur. Eorum quæ cuti admoventur, alia abstergunt, alia extenuant, alia discutunt, alia, ut quæ capiti adhibentur, fluxiones reprimunt aut desiccant. Quæ ulceribus conueniunt, alia carnem inducunt, alia excresecientia reprimunt, alia cicatricem generant, alia vrunt exeduntque, alia sanguinem sistunt. Exempla eorum multa habentur apud Paulum & Aëtium.

ξηροκαλλύειωρ. est collyrium ex aridis medicamentis præsertim metallicis constans, exceptis unitisque vel succo vel melle vel humore aliquo. Quamuis enim liquore aliquo colliguntur, non desinunt arida collyria esse, propterea quod ipsorum denominatio non est ab eo quod ea colligit atque coadunat, sed ab ipsa materia qua maxima ex parte constant. Siquidem ab eo quod magis in ipsorum compositione pollet vel ξηροκαλλύειωρ vel ὑγροκαλλύειωρ appellatur. Sunt autem varia τῆν ξηροκαλλύειωρ compositiones apud veteres medicos, quorum magis celebres describuntur ab Aëtio lib. 7. vide καλλύειωρ.

ξηρόμυρον. unguentum siccum. Est compositio odorifera, siccis aromatis constans. Ad varios usus antiquis apparabatur. ad suffitus odoris gratia, ad amuleta, præsertim pestillen-

pestilētia, ad exiccationem fluxionis alicuius, aduersus hircosum odorem axillarum & reliqui corporis: itaque pro vario usu diuerso modo efformabatur. Aëtius lib. 6. describēs pulueres insperfiles caput densantes describit ξηρόμυρον siccis omnibus constās tritis & in puluerem tenuem redactis, quem capiti prius oblito vino austero inspergendum consulit. Idem lib. 16. selecta quadam aromata trita cribratāque excipit aliquo liquore, docētque pilulas rotūdas ad ciceris magnitudinem effingere, quas acu perforatas & exiccatas traiecto filo è collo suspendit. Nec verò dubium est quin massam in unam componi possint in mali modū, quod pomum odoriferum vocari poterit, quale hodie à plerisque gestatur, tūm ad venustatem, tūm ad arcēdum pestilentiae periculum.

ξηρός πυρετός. sicca febris, in qua sitis vehemens per initia, lingua arida, cutis dura in modum corij, & squalor plurimus toto corpore. Huic opposita est humida febris in qua aegri à primo statim die sudant, verūm sudore vel parum vel nullo modo leuantur. Author Galenus libello aduersus Lycum.

ξηροφθαλμία. est arida lippitudo in qua oculi subaridi neque tument neque fluunt, sed rubent tantūm & cum dolore quodam leui & prurigine grauescunt, & palpebrae citra duritiem vllam praegravi pituita inhaerescunt. Author Celsus & Aëtius.

ξηρόδιον. sic dicitur ab aliquibus ἡ σαρκώτιον, ut author est Dioscorides.

ξηρίον. gladiolus. herba est sic dicta quòd foliis gladij specie praebet. Ea autem iridifamilia sunt, sed minora & angustiora, & gladij modo mucronata nervosaq;. In caulem exit cubitalem vel etiam bicubitalem, ut ait Plinius, in quo purpurei flores in ordinem digesti inter se distant, semine rotundo, radicibus geminis, quarum una insidet alteri ceu pusillis bulbis inferiore gracili, superna verò uberiore & habitiore. In aruis maxime nascitur. vocatur aliis nominibus φάσγανον & μαχαίρωνιον. Radix eius, praesertim superior, dicitur vim habere attrahēdi, discutiēdi & exiccādi.

ξηροειδὲς ἐπίφουσις. est cartilago triangula parti infimae sterni adnata gladij effigie. In hac enim sternon exacuitur & desinit. Non est autem semper simplex & acuminata haec cartilago, sed non raro in sine lata, saepe bifida, unde & vulgò furcella dicitur. Saepè tota est latissima & planè ossea (unde Galeno os aliquando dicitur, quòd atatis aut tēperamēti sicciōris occasione in os degenerat) praesertim parte anteriore: nam posteriore diutius cartilaginosa est, & intima semper. Quidam mucronatam cartilaginem vocant, vulgò malum granatum. Sunt verò qui non eam cartilaginem, sed totum ipsum sternon cum ea ξηροειδὲς nuncupent, ut ait Galenus. Nam sternon manubrio, cartilago verò gladio plerumque similis videtur.

ξύλαλον. lignum aloēs, quod proprio nomine ἀλάλοον appellatur.

ξύλαλοσαμύρον. est frutex, siue sarmentum, siue surculus balsami. Amputabatur ab incolis & vanibat, propterea quòd eo decocto in unguentis vice opobalsami multis esset, etiam si ex toto balsamo minima illi inesset odoris gratia. Dioscorides probari dicitur cōs, sarmento tenui, fuluum, odoratum & quadamtenus opobalsamū spirans.

ξύλακίρατα. siliqua. sic vocantur à recentioribus Graecis quae veteres κέρανα vocarunt. Sunt qui peculiariter arboris ceratoniae siliquas hoc nomine nuncupari tradāt, quae vulgò corrupta voce xylocaracta dicunt.

ξύλακιννάμωμον. est lignum cinamomi, cortice suo multò ignobilius: siquidem in fastidio est, propter origani, quod redolet, acrimoniam.

R iiij

DEFINIT. MEDIC.

- ζυλαία**. idem quod **κίλλα**, ut scribit Dioscorides.
ζύλαρ. sic appellavit Hippocrates organum suum ad restituenda omnia luxata idoneum. recentiores **Βάθρον** dixerunt, de quo vide sub loco.
ζύμψις. vacuatio, siue extenuatio corporis, apud Hippoc. aphor. 3. li. 1. ἀπὸ τῆς συμπίψιδος, ζύψις (ωιζάνη): quæ enim vacuantur corpora, concidere ac confidere solent, atq; etiam extenuari. usus est & eo verbo Hipp. in hac significatione lib. 6. τῆς ἐπιδημῶν.
ζυεῖς. herba est folio iridis, latiore & in turbinem mucronato, caule crasso, cubitali, ex quo siliquæ triangulares dependent, in quibus purpureus flos in medio puniceus. semen in folliculis simile fabis, rotundum, rubrum, acre. radix longa, geniculata, rufa. Naturæ tenuis est, discussoria & extrahentis atque desiccatoria, præcipuè semen quod & urinam mouet, & lieni indurato medetur. Romani gladiolum dicunt, quidam irin agrestem.
ζύματα. strigmenta. Propriè dicebatur antiquis ea quæ oleo illitis corporibus post sudorem una cū sudore, reliquisque humani corporis sordibus desfrangebantur. Est autem desfringere, lacinia, strigilive alio, aut tota manu quæ corpori hærent abradere & exterere. Ea ex oleo, sudore & sordibus humani corporis concreta, & in balnearum pavimentis relicta, in multos usus servabantur. Ex iis ad morbos etiam translata vox est. Nam in dysenteriis summæ intestinorum partes humoris acrimonia dearsa detritæ quæ ζύματα appellatur. Sic etiam aliquando dicuntur linamenta linæolis dearsis concinnata, quæ propriè **μαστὸς ξυστὸς** chirurgi nuncupant.
ζυμοῦς. κνημοῦς. pruritus, apud Hippocratem.
ζυστήρ. est scalprum chirurgicum radendo idoneum, quo se ad rimas usum Galenus prodidit, sed quæ fuerit eius figura non explicat. Dicitur & **ξυστήρ**, hoc est, strigilis.
ξυστήρ. est collyrium **καταρμαπῶν**, cuius variæ habentur compositiones: unam recenset Paulus, Aetius duas. dicitur ἀπὸ τῆς ξύτης, quod palpebræ asperitates abradat.

IO. GORRAEI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM

T O O.



- A.** sic appellabantur ab Atheniensibus sorba, quæ omnes alij per diphthongum **σὺα** vocant, ut scribit Gal. lib. 2. de aliment. facul. **ὀβελία ῥαφί**. est sutura cranij recta, quæ à media sincipitis sutura ad mediam suturam occipitis secundum capitis longitudinem extenditur, in cranio secundum naturam se habente, inter anteriorem posterioremque suturam concluditur, neque ultra fertur. aliquando tamen ad nasum usque per os frontis medium descendit. Dicitur alio nomine **ῥαφὸς δεξιῆς**, utrumque nomen inditum est quòd veru, aut sagittæ, aut virgæ instar rectâ incedit, verticemque in duas partes dextram & sinistram secat. Latini rectam vocare possunt.
ὀβολός. obolus. pondus est dimidij scripuli, drachma enim sex obolos pendit, siue tria scripula

scripula: diuiditur autem obolus εἰς κεράτια τρία, hoc est, in siliquas tres.

ὄγκιλευθα. apud Atticos significat ἄ μέγα καὶ ἰππευδία φρονεῖν. Verum ab Hippocrate usurpatur pro attolli subito in tumorem, ut annotauit Erotianus.

ὄρχειν. φέρον, apud Hippocratem.

ὀδοντισμός. est gingiuarum pruritus ante dēitionem. Nam antequam erumpant dentes dolor quidam, seu pruritus est, seu morsus, illis intra gingiuas conceptis & erumpere festinantibus sentitur quod vulgò dicunt nutrices, dentes germinare, quo moti infantes gingiuas inuicē collidūt: ex quo patet ὀδοντισμόν aliud esse quàm ὀδοντίαση: hæc enim est dentis iam concreti eruptio extra gingiuam, ille verò dentis ipsius concretio & conformatio intra gingiuam, siue dolor ex eiusmodi concretionem exorians. Hermolaus Barbarus apud Dioscoridem gingiuarum commorsionem vertit.

ὀδόντις. dentes. Sunt ossa sentientia & tota vita auctilia, gena inferna supernaque alueolis infixæ, ad comminuendos cibos comparata. In osium quidem numero habendos esse dentes Galenus contendit, etiamsi plerique sophista, inquit, secus arbitrentur. A reliquis tamen ossibus differunt primùm quidē sentiant, quum reliqua ossa sensu careant: dentium enim radicibus mollis quidā neruus à tertia coniugatione utraque gena inseritur: superiore quidem per foramen eius quod sub oculo est, inferiore verò ad musculum in ore latentem. hic autem neruus secum venam ad dentium nutritionem, & arteriã ad caloris natiui custodiam, cum meninge tenui in dentes adducit. Inde fit ut dolor in dentibus pulsatorius per inflammationes sentiatur: veruntamen foris & in superficie integros dentes non sentire verū est, quòd in eam dentis partem densissimam nerui fibræ non permeant, eamque ob rem cum ea parte limantur, secantur, vruntur, punguntur, non dolēt. Tota verò parte interiore quàm sint dolori obnoxij dentes aperte docēt qui eos cauos asperius tractant, aut frigidi calidiue contactu irritant. Deinde verò differunt ab aliis ossibus quòd toto vitæ tempore dentes augeantur. Id enim nisi fieret, prorsus deficerent, cibis comminuendis attriti. Differūt & ab aliis ossibus quòd nudi sint, sine membrana, sine carne, quòdque sint reliquis ossibus, ut ait Celsus, duriores, videlicet ne occursum mutuo, mādendo frangendoque attenuarētur magis quàm reliqua ossa, propterea quòd nec cartilagine, nec adipe, ut reliqui articuli, superlinuntur, quibus atteri verentur. Sunt autem dentes in perfectis hominibus utraque gena sedecim. In aliis enim plures sunt vel pauciores: atque tam multos fieri potiùs quàm unum expediebat, ne uno aut dolente, aut vi vel vitio pereunte, affectio aliis communis existeret. Primi utrinque quatuor acie sunt prætenui, quòd fit ut gladiis similes cibos mordendo abscindant, ut meliùs in ore moli, & in vētriculo concoqui possint, ob id τομαῖς, vel, ut ait Celsus, ἄμυξοι, id est, incisores appellantur. Sed aliqui pro his quatuor, siue supernis, siue infernis, duos tantum habent, sed ferè tam latos, ut usum spatiumque quatuor dentium comprehendant: aliis verò pro quatuor incisores, sex, octo, atque etiã plures, nullo saepe ordine collocati, sed partim recti, partim foras exerti, partim intro in oris capacitatem erumpentes, & manducationem & prononciationem persæpe vitiant, ut frequenter eos vel euellere, vel vrere, vel lima tenui minuere oporteat. habent hi quatuor incisores unam modò radicem. Post eos canini utrinque hærent, κνωδόντις Græcè dicti, singulares etiam radices sortiti, hi à basi rotunda in acutissimum mucronem fastigiati desinunt ad ossa & alia dura frangenda, quæ dē-

tes subterfugerunt: siquidem ut incisores cibos molles, ita hi duros validissime confringunt. Post hos sequuntur ῥιμφοιοί siue ῥύλαι, hoc est, clavales seu molares, quini ab utroque latere ut plurimum, aliquando autem pauciores aut plures, omnes asperi, inaequales, ampli & lati. Sic enim à dentibus incisoriis incisos cibos, & effractos à caninis in lenorem terere & quodammodo molere possunt. Sunt enim molis, quibus farina fuit non forma modò, sed etiam usu persimiles, formam quidem similem reddit asperitas, quæ plurimum valet ad continendam materiam ne effluat & dilabatur, quæ si molis deest attritu nimio iam lævigatis, denuo ferreis malleis efficienda est. Hi pluribus radicibus genis infixi sunt, ternis quidem genæ superiori, binis verò inferiori, nonnullis tamen exceptis, qui supra sæpe cum quaternis, infra verò cum ternis radicibus deprehenduntur. Sunt enim dētium genæ inferioris quàm superioris radices & pauciores & minores, quoniam genæ inferioris substantia durior densiorque dentes sua etiam gravitate incumbentes firmitus cōtinere potest quàm genæ superioris rara mollisque pendulos, & velut in casum ob suam gravitatem proclives. Cæterum præter hos triginta duos dentes, alij aliis interdum prodeunt quos genuinos Plinius appellat, ab anno decimo octavo ad vigesimum sextum, vel, ut ille ait, etiam octogesimum, aliquando indolenter, sæpe cum magno cruciatu. Eos Hippocrates & Rufus ὠφρονιστικὰς vocari dicunt, quia dum nascuntur, homo ὠφρονίζων, id est, sapere incipit. Habent autem dentes omnes in pueris epiphysim, quæ ipsis sæpe excidit sponte, sed relicta dentis radice, alia promptè in eius locum succrescit. Omnes præterea dentes insiguntur, ut ait Galenus, ἐν τοῖς τῆν φάρυγγος ῥοθίοις. Sunt autem φάρυγγα ossa ipsos continentia, ῥόθια verò alveoli & cavitates quas subeunt.

ὀδὸντα verò etiã appellat anatomici apophysim secundi spondyli cervicis, altam, duram, solidam, è superiori interna mediãq; eius sede erumpentem sursumq; spectantem, propterea quod denti hominis canino assimiletur. Est autem ea apophysis secundo spondylo propria, perque eam cum primo spondylo & cum occipitis cavitate inter suas apophyses ῥεφωροδῆς per diarthrosim iungitur, & valido quodam rotundoque ligamento occipiti alligatur, eique locum cui aptè & tuto affirmetur & stabilietur præbet spondylus primus, ipse quoque ligamentum quoddam trãversum producens quod illi apophysi intus iniicitur. Subit enim dens in cavitatem primi spondyli. Ab hac apophysi totam etiam ipsam secundam vertebram Hippocrates, ut Galenus ait, ὀδὸντα appellavit, non autem ut scribit se putare Rufus ἐν τῇ τῆν μωείων ὀνομασίᾳ, primam. Alij verò ipsam apophysim πηλωειδῆ vocarunt, à similitudine nucleï, alij à nuce pinea ῥηωιδῆ, alij verò etiam ὀδὸνταειδῆ.

ὀδὸντάρα. instrumentum chirurgicum ad euellendos dentes.

ὀδὸντίασις. dētitiō. Est dētis iã cōcreti eruptio extra gingivã. dicitur alio nomine ὀδὸντοφύλα. Primum quidē dentes intra suos alveolos cōcipiuntur & cōcrescunt, deinde erumpunt, quorū utrūque magno cū dolore fit. Illud ὀδὸντισημὸν, hoc ὀδὸντίασις Græci vocāt.

ὀδὸντίδης. est fœnum fruticosum, triangulis flagellis, geniculatis, nigro articularum nodo, folijs polygono longioribus, hordei semine. Decoctum in vino austero gargarizatu dolores dentium mulcet, indè ductum nomen.

ὀδὸνταειδῆς ἀπόφυσις. ea est quam Hippocr. ὀδὸντα, ut antè dictum est, & omnes anatomici πηλωειδῆ ἀπόφυση appellat.

ὀδὸντόλαφα. dentiscalpia. quibus ea quæ dentibus inhaerent eximuntur. Figurantur maximè

maximè ex harundinibus, oblonga forma, sed maximè è viridi lentisco, ut declarat Martialis disticho isto de dentiscalpio:

Lentisco meliùs, sed si tibi frondea cusplis
Defuerit, dentes penna leuare potest.

ὁδὸν τοῦ τεύχους. δέτῃσφι κῖν. Sic dicitur quo dētes fricātur & gingiua. Puluisculus id maximè est, sed pro usu varius. Nā & refrigeratis dētibus, & motis, & dolentibus, & iisdē poliendis atq; dealbādīs, adhac gingiuis laxioribus, & ad parulidas & putrefactiones, omniāque oris vitia parari possunt ex medicamētis genere differentibus.

ὁδὸν. dolor. Est sensus tristis in corpore motionis, vel ut Cicero Tusculana secūda diffiniuit, est motus asper in corpore, à sensibus alienus: nisi quòd improprie videtur dixisse esse motum, cum potius dici debeat sensus ipsius motionis: ipse enim præter naturam motus dolorem mouet, non etiam dolor est. Defendi tamen etiam M. Tullius potest. Nam & apud Hippocratem dolor aliquando sumitur pro dispositione ipsa quæ dolorem facit, ut libro 1. τῆ ἐπισημῶν, ubi scribit: in Cranone antiquos dolores frigidos, nouos autem calidos: hic enim non proprie dolores calidos frigidōsue, sed affectiones ipsas, ex quibus dolores mouentur, ita appellauit, ut erysipelata, phlegmonas, vulnera, rupturas & alia huiusmodi, quomodo etiam & doloris nomen accipiendū est eo Aphorismo quo scribit, Quicūque dolentes parte aliqua corporis dolorem non sentiunt, iis mentem egrotare: sic enim Galenus interpretatus est. Verūm proprie dictus dolor non morbus est, sed symptoma. In sensu omnis consistit: est enim eius fons & radix sensus, neq; potest cōtingere nisi in partibus sentientibus. Contingit autem omnibus sensibus. Nam & in visu, & in auditu, & in gustu, & in odoratu suus dolor est: sed in tactu supra ceteros sensus insignis: siquidē cum dolor reliquis sensibus incidit, ab externis eorum sensibilibus incidit, tactui verò non solum ab externis, sed etiam multò magis ab affectibus, qui intra corpus ipsum consistunt, incidit vehementissimus. Quòd si & in aliis sensibus magnus aliquis dolor sentiri videatur, is non tam ad eos quàm ad tactum referendus est. Neque enim qui ex aurium dolore nascitur, proprius auditus dolor est, sed potius tactus, quippe qui sensus sit omnium sensoriorum communis, reliqui verò quatuor sui quisque solius. Ad eundem modum in oculis non raro dolores magni excitantur, tangendi scilicet sensu in iis contristato. Ceterum cum dolor omnibus partibus sentiendi facultate præditis possit contingere, in aliquibus proprium nomen habet, in aliis non habet. Dicitur enim in capite κεφαλαλγία, in corde καρδιαλγία, in auribus ὠταλγία, in reliquis, diuisis nominibus, ut vesicæ, renum, lienis, lateris dolor. Est autem doloris, qui per sensus omnes fit, causa duplex, una communis, altera cuiusque propria. Communis est violenta & celeriter facta alteratio & corruptio: quod enim sensum & paulatim fit sensum latet. Propria verò in unoquoque sensu est, in tactu quidē magnæ mutationes à frigidi calidique violento contactu: namque humidum & siccum, si absint calefactio & refrigeratio, citra violentiam corpus contingunt: præterea ab iis quæ quassandi, secandi, distendendi vel exedēdi vim habent: hæc enim omnia vel substantiam diuellendo, vel dirumpendi corporis periculum adferendo, dolorum causæ sunt. Diuellitur autem gustus instrumentum, quatenus utique tactus est particeps, ab iisdem causis: quatenus verò gustus est proprium, ab acutis, amaris, acerbis & acribus succis, propterea quod horum singuli continuitatem diuidunt. Contri-

DEFINIT. MEDIC.

stant verò & olfactum qui ab his succis manant halitus, quòd hi quoque continui-
tatem distrahunt. Auditum verò diuellunt vox aspera & maxima & celerrima,
veluti ingentia tonitrua. Ipsum verò visum splendores maximi nimia secretionem
non modo infestant, sed etiam corrumpunt. Est autem ipsa quoque secretio ex diui-
dentium genere. Galenus in libris de symptomatum causis videtur sentire omnibus
sensibus commune esse, dolorem qui illos infestat ex secretionem ac diuisione continui
unitique corporis uniuersim atque celeriter facta excitari. Idem tamen aperte lib.
2. de locis affect. primas doloris species duas esse pronūciat, quum affatim temperies
alteratur, & quum soluitur continuitas: atque in erysipelate & phlegmone non
solum quia intentæ sunt ob repletionem partes dolore vexari, verumetiam quia in-
temperie affectæ sint, quòd hæc non exiguam ad inducendum dolorem vim habeat,
quemadmodum & ipse lib. 2. de causis symptomatum testatus est, dum causas vi-
tiosarum motionum explicat, scribens: in acutissimis & vehementissimis febribus
dolore affici solidas partes, dum à calido, quod præter naturam est, mutantur atque
alterantur, tantamque esse doloris magnitudinem quanta sit sensibilibus corporum
intemperies inæqualis. Idem verò etiam ab eo scribitur initio comment. 2. ὁ δὲ δὴ
τῆς ὀξείας, multisque aliis locis. Itaque perspicuum est Auerrhoem Galeno calūniam
struxisse, quòd ipsum reprehendat tanquam negantem quòd calidi sit dolorem ciere
quatenus tale sit, sed quatenus tantum continuitatem soluat. Imo verò magis ipse
arguendus est, qui omnem doloris causam in alteratione statuatur, existimans etiam
vulnera nõ quidem propter unitatis solutionem dolores mouere, sed quòd ab iis qua-
litas aliqua præter naturam inducatur. At ipse nosse debuerat tactus instrumentum
non in qualitatatum modò primarum, sed secundarum etiam contemperatione, &
conuenienti præterea figura situmque consistere, & propterea omnem inæqualem in-
temperiem ἀδρόως factam dolorificam esse, sicuti Galenus cõsueuit. Neque id quidem
unquam Galenus negauit, etiam si dicat aliquot locis omnem proximam doloris cau-
sam ad unitatis solutionem referri quodammodo posse, præsertim in libris de simpli-
cium medic. facult. Et comment. 3. aphor. 34. in librum de fracturis, quo scripsit Hip-
pocr. omnes morbos ulcera esse probabiliter dici posse, de quo tamen nihil pronun-
ciat lib. 12. meth. med. agens de affectibus à quibus dolores proueniunt, sed in dubio
relinquit, quòd longiore, ut ait, disputatione egeat. Sunt autem variæ dolorum dif-
ferentiæ, quarum aliæ ex ipsa partium dolentium natura, aliæ ab ipsis rebus dolorem
cientibus, aliæ verò à causarum magnitudine aut paruitate desumuntur, quarum hæ
præcipuæ sunt authore Galeno.

Βαρύς. grauis. sic dictus ab Hippocrate, qui veluti cuiusdam pòderis loco incum-
bētis sensum inuehit, qualis fit calculo maiore in parte renum carnosæ impacto, aut
ea phlegmonen patiente: similiter & iecinoris parte carnosæ inflammata. Accidit
& capiti, humorumque copiam simpliciter significat.

ἔμπετον ἢ ἐμπίον. infixus. Is est in quo ceu palus videtur infixus: hoc dolore affectum
corpus crassum esse significatur. Proprie ad colon intestinum pertinet. Accidit ta-
men etiam auri cum quodam pulsu, & dentibus molaribus & oculis, neruis autem
minime, ut vult Galenus: siquidem plurimum utrinque tum supra tum infra extē-
ditur. Eius causa est vel humorum copia confertim ingruentium, vel spiritus flatuosus.

ὀ μὲν δὲ δὴ ξύωσ. id est, mordax. fit à mordaci humore partes sensibiles erodere. Ac-
cidit

cidit præsertim intestinis per dysenterias. Accidit & capiti propter humorum & vaporum acrimoniam.

λαπαρός. id est, laxus siue mollis apud Hippocratem lib. 6. τῆν ὑδιδιαιμωρ. Is intelligitur, ut ait Galenus, qui sine phlegmone & tensione est.

πυματώδης. punctorius. Circa membranas potissimum consistit, & ad eas proprie pertinet ipsius affectus veluti radice eo loco fixa, ubi membrana pungitur, dolore verò circa locum punctum ad magnum spatium circulatim se fundente. Hic in pleuritide manifestus est, & in hepate etiam & renibus, si eorum tunicae inflammationes patientur.

ὀξυς. acutus & pungens. finitimus punctorio est, cum ceu acn aut terebro perforante aut palo impacto pars diuelli videtur, ut crassum intestinum in colico dolore Galeni à pituita vitrea factò, & in quibusdam cephalais, & à calculo præcipue in aquali, acuto, vel obstructione capacitatem renum, ureterum ortum, vasa & tunicam renum, hepatis, aut lienis stimulante. Hic autem dolor nec continuus est, nec per omnes partes equaliter porrectus. species videtur esse doloris punctorii, sicut & ulcerosus & pruriginosus, quorum ille tum cutem, tum partes imas ad ossa usque affligit, hic verò ad cutem tantum fixus est. Vterque fit ab humore acri.

ὀσθιαλγος. id est, ossium dolor. Consistit in membranis quæ ossibus adiacent. Idcirco profundus est & in intimo corpore sensum mouet, ossiumq; ipsorum veluti dolentium imaginem præbet. Nascitur magna ex parte ab immodicis exercitationibus, interdum verò & à frigore & à plenitudine.

σφυματώδης ἢ σφυματώδης. pulsatorius. Hic per se proprieq; pertinet ad arterias, quod solæ pulsant, in homine quidem bene valente citra dolorem: ubi autem oborta est vehemens inflammatio, aut affectus aliquis phlegmonodes, ut erysipelas aut abscessus, cum dolore. Nec verò ad ipsas modò arterias pertinet, sed ad partes etiam in quibus eæ continentur. Cuius doloris duæ sunt præcipuæ causæ, videlicet cum ipse mouentur, aut cum à re quapiam comprimuntur, sicut inflammato omnino musculo accidit. Est autem inflammationi proprius nec omni quidem, sed maiori. Neq; enim in scirrhis, neque in œdematis proprie dictis, neque in alia intemperie quæ tumorem non habet coniunctum, neque in paruis etiam inflammationibus arteriæ cum dolore pulsant. Ergo neque in peripneumonia, neque in pleuritide, neq; in ullis aliis partibus in quibus & arteria & sensus deest, dolor pulsatorius sentiri potest, neque similiter in hepate aut renibus, quoniã nullus per corpus ipsorum neruus dispersus sit. Verum omnis eiusmodi dolor in corporibus sensibilibus per inflāmatorios affectus excitatur, idque proprio & primario affectu in arteriis, in reliquis verò omnibus partibus sensilibus per consensum, eò quod à contactu vicinorum comprimantur.

τονώδης. tensiuus. Membranae quibus nullæ sunt arteriæ & cutis & adenes cum inflammatione laborant, hoc uno duntaxat doloris modo vexantur. Is in capite sæpe sentitur, ac si quidem citra grauitatem & pulsus fiat, spiritus tenuis & flatusi copiam significat, cum pulsu verò membranae inflammationem, cum grauitate verò humorum multitudinem intra membranulas contentam. Gignitur interdum tensiuus dolor ab immodicis exercitationibus, ut & lassitudines quæ tensiuæ appellantur, pertinetque hic ad totos musculos, ut ne carnes quidem eorum ab hoc sint immunes, fit & à siccitate. Estque hic dolor partium inanitarum à causa aliqua, siue

externa, per se vel per accidens vacuante. Inde nervi ut repletionem, sic inanitionem valenter versus principium & finem tenduntur, interdum usque ad caput, tuncque fit totius corporis convulsio & distensio, non antequam futura quam nervi tensio cerebrum attingat. fieri potest in omni parte sentiente. Maxime vero tensivus dolor à repletionem nascitur, siue humoris, siue flatu, siue vaporis, estque commune symptoma phlegmonarum, erysipelatum & aliorum tumorum, precipue calidorum. Nam per eos venae, arteriae, nervi sic saepe tenduntur, ut per totos artus ab inflammato loco usque ad alas vel inguina tensio, rubor, calor, dolor percipiatur, precipue si superficiales sint phlegmonae, & eae partes tangantur. Nam in magna tensione pars etiam non mota dolet: in leniore, mota tantum & tacta. In pulmonis quoque & hepatis & lienis & renum tumoribus membrana ambiens tensa dolet, & cutis externa, omnes membranae, glandulae etiam valde inflammatae, tensione dolent à multo humore intra se contento, ut vesica urina plena per ischuriam, uterus foetu grandiore, ventriculus cibo largiore distentus.

Sunt vero & quaedam aliae per praedictas differentias distributae, ut profundus, sic dictus ab accidente, quod partium sit in profundo sitarum. Hic autem & tensivus & punctorius & pulsatorius esse potest. Contrarius illi sublimis est & superficialis, qualis est pericranij & cutis & partium ei propin quarum dolor, Aphor. 5. & 7. lib. 6. Alia est doloris lati seu sparsi differentia, aequalis item & inaequalis, adhuc angustis & longis. Sunt vero tensivi doloris differentiae. Est & turgidus dolor qui à parte primario affecta velut ab radice celeriter in vicinas excurrit. Est & torpidus seu stupidus nullius quidem partis proprius, nec doloris species, sed dispositio partium nervosarum. Dolor enim stupidus res duae sunt, dolor & stupor, ut ulcus inflammatum morbi sunt duo, ulcus & inflammatio, non autem una ulceris species. Dicitur & dolor alius vehemens, mitis, magnus, parvus, continuus, intermittens, calidus, frigidus. Alius vero à partibus etiam affectis arthriticus, stomachicus, cardiacus, ostocopus. Praeter has vero sunt & aliae plures dolorum species, quorum proprietates scripto explicari non possunt, sed ne sentiri quidem exacte, nisi qui eos patitur medicus fuerit, qui & perite & prudenter & fortiter eos explorare & diiudicare possit. Eiusmodi forte sunt illi quos Archigenes designavit, ὀλίμωδός, αἰσθητός, ἄσπαστος, ἰσχυρός, ὀξύς, ἀκύνωτος: vel, ut quidam legunt, ἀλμυρός, ἄλμυρός, ἀτερός, σύφωρος, quorum tamen appellationes Galenus vehementer reprehendit lib. 2. de locis affectis.

ὄζαινα. est narium ulcus putridum ab humorum acrimiarum defluxu. Ex ulcerum genere esse Gal. lib. 5. τῆν ἐν τῷ πύρρῳ ostendit, eoque inter alia à polypo differt, qui in tumorum tantum genere est, non ulcerum. Nascitur influxu humorum acrimiarum & putrescibilium à cerebro in nares facto, unde vel earum ala, vel interstitium, vel aliae partes exulcerantur. Et humoris quidem acrimonia difficilem admodum eius curationem reddit, putrilago vero graueolentiam & foetorem inducit, unde morbo nomen veteres indidere. Quando, inquit Celsus, ulcera circa nares sunt, pluresque crustas & odorem foetidum habent, id genus Graeci ὄζαινα appellant. Id mali genus nobis multo frequentius est quam antiquis fuerit, ut quod luem Veneream saepissime consequatur.

ὄζαινας ἰσχυρὰς. nardi species sic dicta à virulento odore. vide ἰσχυρὰς.

ὄζαινα. inde ὄζαινα dicta. Sic autem vocatur, inquit Celsus lib. 3. cap. 11. foetor quidam oris qualis ante febres cum frigore sentitur.

ὄθωνν. othonna. quidā maioris chelidoniū succum esse aiunt, alij glaucij, alij succum floribus corniculati papaueris expressum, alij permistos cœruleæ anagallidis, hyoscyami & papaueris succos esse contendunt, alij Troglodytica cuiusdam herbae (quam eodem nomine othonnam vocant) succum, nascique eam in eo Arabia tractu qui ad Ægyptum spectat. Proditur autem herba ipsa foliis erucæ, perforatis cribri modo, & veluti à tineâ derosis, squalore obfritis, paucis, flore croci, latifolio, quare quidam anemones speciem esse putauerunt. Sunt tamen qui affirmēt lapidem esse Ægyptium in Thebaide nascentem, exigua magnitudine, aereo colore, gustu cum feruore quodam & adstrictione mordaci. Vim habet othonna detergendi atque erodendi, omnia quæ claritati oculorum officiant exterens.

οἰδημα. apud Hippocratem aliósq̄ue omnes veteres idem planè significabat quod ὄχος, id est, tumor, cuiuscunque generis ille esset. Verùm iuniores medici nominis eius significationem postea contraxerunt ad eum tumorem designandum quem pituita committit: sicut enim qui ex sanguine fit, phlegmone, ex biliosa fluxione, erysipelas, ex melancholico succo scirrhus nascitur: ita tumori illi quem pituita creat, œdematis nomen proprium esse voluerūt. Non est autem unius generis. Vnum verum exquisitumque est, multa non vera atque illegitima. Verum est quod naturalis pituita, in partem aliquam abscedens, committit, molle, laxum, digito prementi cedens, indolens, album, minimùm calens, & aliis breuiter notis præditum quæ pituitam solent consequi. Non verum autem est quod fit à pituita non naturali, siue per alterationem talis euaserit, siue per alterius humoris mixtionē. Itaque cùm flatus & aqua longè recesserint à naturali pituitæ temperie, nec tumores flatulenti qui spiritu vaporoso constant, & in cadaueribus etiam plerumque excitantur, nec qui aquam tenuem duntaxat continent, inter vera œdemata habentur, ut nec ij qui sanguinis aut bilis alterius participes sunt: hæc enim non simpliciter οἰδηματα, sed pro misti humoris specie vel φλεγμονώδη, vel ἐρυσιπαιλωδῆ, vel σκίρρωδῆ nuncupantur: illa verò alias appellationes sortita sunt, quanquam reuera omnia in œdematum genere continentur, quod & mollia sint & doloris expertia. His enim duabus notis omnem œdematis naturam substantiamque medici comprehenderunt, quibus tamen Hippocrates tertiam videtur addidisse ἐν τῷ περὶ ὄθωνν, quod scilicet digito cōpressum œdema cedat, siue id symptoma mollitiem consequatur, siue quod verisimilius est (neque enim Hippocratis breuitas permittit tot verba in vna & eadem re consumere) designet appresso digito œdema ita cedere, ut cavitatis vestigia impressa maneat. Præterea verò omne œdema, quod propriè & simpliciter œdema dicitur, certo loco definitum circumscriptumque est: ab eius tamen similitudine œdema etiam dicitur tumor ille pituitosus qui nonnunquam in pedibus & cruribus eorum oritur qui aqua intercute & phthisi & cachexia laborant, quique etiam in leucophlegmatia occupat corpus uniuersum. Verùm tamen eiusmodi œdema eorum morborum symptoma est, nulla propria præcipuâque curatione indigens: quod autem alterius generis œdema est, in morborum genere censetur similarium, compositorū ex intemperie & materiæ affluxu, peculiarémque habet curationem. Cæterùm cùm œdema omnibus partibus corporis, quæ distendi possunt, eueniat, oculis etiam aliquândo contingit, qui œdemate dicuntur laborare cùm palpebrae intumescunt, suntque decolores & gravioris, mouenturque difficilius, & pallidiores apparēt, atque ipsum etiam

DEFINIT. MEDIC.

palpebra album aliquantulum excedit nigrum. Non est autem aliud oculi œdema, quam tumor externus palpebræ, laxis, indolens, & naturali habitui concolor, qui digito compressus citò cædit, & citò rursus repletur. Fit ut plurimum ab aquosa fluxione, & flatulento humore.

οἰνάρια. frutex qui & οἰνοθήρα appellatur, de quo postea. Dicitur & οἰνάρια Dioscoridi. οἰνοθήρα μύρον. unguenti conditura est, non sic dicta quòd ἀπὸ τῆς οἰνάριας, hoc est, è labrusca fiat, sed quòd τῶν οἴνων καὶ τῶν ἀνθῶν κριθῶν, hoc est, vino & flore liliorum constat. Siquidem pleraque eius generis unguenta ne cœnāthem quidem recipiunt. Usus eiusmodi unguentorum apud quosdam odoris gratia duntaxat & deliciarum adhibetur, tùm à lauacro totius corporis perfusione, tùm à cœna mensatum per spongiam illitione. Confert verò & ad medicinam, tùm resolutis, tùm syncope laborantibus, si roborantibus stomachi cataplasmatibus admisceatur: nam & stomachum & spiritum animale vitalemque confirmat: proindeque ad vitandam pestilentiam conducit. Duæ cœnathariorum formulae habentur apud Paulum lib. 7. cap. 21. itémque apud Aëtium lib. 16. dicitur & οἰνάρια μύρον.

οἰνάρια. est uva vitis labruscæ. Colligitur cum flore quando optimè olet, siccaturque in umbra, atque in cados conditur. Refrigerandi atque adstringendi vim habet. ex ea fit vinum quòd οἰνάρια cognominatur, duabus libris florum in musti cado maceratis, qui post triginta dies mutantur.

Est & οἰνάρια herba cædido pastinacæ flore, caule crasso, palmi altitudine, semine atriplicis, radice magna, in multa rotunda capitula extuberante. Nascitur in petris.

οἰνάρια μύρον. vide οἰνοθήρα.

οἰνάρια. ἀμπέλω. id est, viti, apud Hippoc. ut annotat Galenus ἐν τῇ Ἰζηγήσει τῆς γλωσσῶν. οἰνάρια. κλίμακα τῆς ἀμπέλων, hoc est, palmites vitis apud Hippoc. Galeno auctore.

οἰνέλαιον. mistura vino & oleo constans cuius mentionem Galenus facit, tùm lib. 1. τῆς κῆλης, in descriptione emplastri quòd ex argenti spuma & œnelæo præparatur, tùm in lib. πρὸς θίπεισων, quo loco vetat ipsum dari phthisicis, sed eo calfacto stomachum fouendum præcipit.

οἰνόγαλα. potionis genus ex vino & lacte mistis. Cuius mentionem fecit Hippocrates Cedrum Creticam scribēs sœminarum incommodis auxiliari ἐν οἰνόγαλακι. Id quòd tamen nonnulli tepidum aut egelidum interpretantur in modum lactis. Id enim γαλακτώδες videtur significare, de quo supra.

οἰνόγαρον. garum vinosum, hoc est, garum vino mistum. vide γάρον. Aëtius lib. 3. cap. 85. refert compositionem οἰνόγαρον καὶ θαλάσσιον, ex qua tamen quòdnam propriè fuerit gari & vini temperamentum, certò constare non potest.

οἰνοθήρα. frutex est arboris instar prægrandis, amygdalino folio, sed latiore, lilio non dissimili, flore rosaceo, magno, radice candida, longa, cum siccata est, vinum olente. Hilaritatem dicitur adferre data in vino & non hominum modò, verùm omnium etiam animalium feritatem mitigare: id quòd de radice Theophrastus intellexit. Dicitur eadem ratione & οἰνάρια. Dioscoridi verò & onathera & onagra.

οἰνόμελι. vinum mulsum. dicitur & simpliciter mulsum. Non aliud est quàm vinum melle conditum. Sed condiendi ratio diuersa traditur. Alij, inquit Dioscorides, faciunt duabus vini metretis, admista una mellis: aliqui, quò celerius præberi possit, mel cum vino coquunt, & ita transfundunt: alij parcentes impendio ad sextarios sex

sex musti feruentis unum mellis adiiciunt, & ubi ferbuerit, vase recõdunt: ita paratum dulcedinem retinet. Omnes autem è vetere vino austeroque & bono melle faciunt. Minus enim inflat, ac celeriter id genus in usum venit, vetus corpus alit. media etate aluo prodest, urinam pellit: à summo cibo sumptum nocet, & inter initia potum implet, dein appetendi auiditatem reuocat. Alij verò, ut scribit Cõstant. Casar li. 8. ad sextarium unum mellis calentis vini sextarios quatuor adiiciunt, & postea recondunt, inque eo nonnulli costi scriptula duodecim suspendunt, quidam verò etiam folij malabathri scriptula duodecim ammiscet. Sunt qui mulsum, quod ex musto fit, à Græcis *μῆλα* vocari scribant. Attamen Constant. Casar eo nomine conditi mulsi genus quoddam appellari scribit ex variis aromatis, & sub Caniculæ ortum per dies quadraginta insolati. Alij verò, ut idem scripsit, mustum quousque ad dimidias ferè resideat, excoquunt, & in decem eius sextarios unum mellis Attici miscent sextarium, & in cadum transfundunt, gypsaròq; vasis spiraculo in umbra recondunt. Sed hoc genus inflationibus obnoxium est, aduersum stomacho. Sunt & aliæ multæ mulsi condituræ, quas hîc referre superuacuum fuerit.

οἶνος. vinum. Est *uua* succus feruẽdo coctus. Cùm *uua* dico, vitigineam intelligo, cui propriè hoc nomen cõpetit. Is succus si non calcatis alitèrve expressis uuis sponte defluat, *πρωτόσοτον* vocatur, ἀπὸ τῆς πρῶτης πέρας δὲ ἀμιγνῶνα: sin autè prælo aut pedibus exprimatur, *καθῆνος*. Vtrumque autem, cùm primùm ex uuis prodiit, crudum est, flatuosum & concoctum difficile, talèque tamdiu manet, dum feruore mitificatum fuerit atque concoctum. Est autem feruor ille veluti quedam putrefactio illius succi à calore externo in humorem excrementitium agente. Cùm enim in eo succo multa simul varij generis excrementa redundant, neque ab insito ipsi calore, qui per initia perexiguus est, regi gubernarique possint, putredo inducatur necesse est, quam calor & ebullitio & perturbatio maxima propter flatuosi spiritus admistionẽ consequuntur. Eo autem in opere homogenea ab heterogeneis segregantur, facescit humor superfluous, flatus dissipantur, totusque succus ita excoquitur, ut deposito omni præter naturam calore atque excremento, suauis atque benignus euadat. Is donec ad eum modum cõcoctus fuerit, à Græcis *καθῆνος*, à Latinis *mustum* appellatur. crudum autem est & flatibus refertum & concoctum difficile: ubi verò in vinum transit, depositis iis vitiis nouam naturam hominũque vsibus cõmodissimam induit, virtutes musti vitiis aduersas habens, cùm nec inflat præcordia, imò si inflata sint subsidere faciat, nec inibi morã trahat propter caloris mediocritatem: adde quòd cùm digestionis vias aperiat & pariter impellat, ac nutrimentum sursum agat, ad celeritatem deductionis in corpus conducit. Est præterea boni succi, & ad temperanda concoquendaque ea quæ in ventriculo & venis sunt idoneum: nam bilis amara etiam acrimoniam frangit ac mitigat. Præterea nutrit & solidas corporis partes humectat. Iam vires quoque organorum adauget, & expellendis excrementis viam facit, eoque fit ut sudores & præter cetera urinas moueat, quando & totum corpus celeriter transit, & impetu cursus sui excrementa secum expellit.

οἶσων. sic à quibusdam dicitur ἰσχυρῶν, ut habetur apud Dioscor.

οἰσώφωτος. gula. Est meatus à faucibus in ventriculum, duabus tunicis constans, per quem cibus & potus in ventriculum descendunt. Sic dictus est, quòd ea ferat quæ eduntur: est enim via cibi. Habet duas proprias tunicas, quarum interna oris tu-

nica continua est, & ibi crassior atque durior, ubique autem nervosa: externa verò carnosæ. utraque fibræ contexta est: interna rectis, externa transversis, sed utrisque quidem deglutitionem accelerantibus, & vomitum dum illi trahunt, hi expellunt. Incumbit septem spondylis colli, & quatuor metaphreni, nonnihil in dextrum latus, à quorum interim spondylorum ligamentis ortam habet tertiam tunicam, qua ille obligatus fertur in ventriculum nonnihil in dextrum latus abscedens, ut cedat aortæ descendenti. Ad nonum denique spondylum ligamentis valentibus ab eo natis in altum leuatus arteriamque præteruectus, iam sinister, pertuso diaphragmate cum duobus nervis insignibus à sexto pari demissis ventriculo unitur.

οισόφαγος etiam ab Hippocrate dici os ventriculi, Galenus in linguarum interpretatione explicauit.

οισύπια αἰσός. dicitur ab Hippocrate sordes inter pilos capræ nascens, eosque maximè qui sunt circa sedem, ut explicat Galenus ἐν τῇ ἰζηγίσει τῆς γλωσσῶν.

οισύπια. idem quod οἶσος apud Hippocratem, ut annotauit Galenus.

οἶσος. proprie dicitur ouium sordes earum lanis adhærescēs: deinde verò pro ipsa etiã lana adhuc sordida & illota dici cœpit. Sordes autem ea pecudum ex sudore fœminum & alarum colligitur, adhæretque lanis, quæ propterea quòd οἶσος habent, οἶσος πρῶται, ἐν πρῶται, & ab Hippocrate πινώσας & πινώδεις appellantur. Est enim πινός idem quod ἐύπνος: Latini sordidas & succidas vocāt, quòd tales sint, quales ubi primum succisæ detonsæque sunt. De œsypo sic scripsit Ouidius:

Oesyra quid redolent, quamuis mittantur Athenis,

Demptus ab immundæ vellere succus ouis?

Dioscorides œsypum appellauit succidarum lanarum pinguitudinem, eiusque extrahendi parandique rationem lib. 2. explicauit. Ex eo conficitur pharmacum à Paulo descriptum lib. 7. & ab Aetio lib. 15. quòd Græci aliàs οἶσος πρὸ φάρμακον, aliàs οἶσος πρὸ κερωτῶν, aliàs οἶσος πρὸ κερωτῶν δὴ, aliàs οἶσος πρὸ ὑγρῶν nuncupant, eiusdè prorsus cum ipso œsypo facultatis, adèd ut promiscuus sit amborum usus, sicut tradidit Galenus lib. 14. meth. medèdi. Habet autem vim, ut scripsit Galenus non simplicem, sed mistam ex contrariis qualitatibus ac viribus, adstringendi scilicet & modicè calfaciendi. Ex quo constat vim illi inesse leniendi, digerendi & repellendi. Particulatim autem ad multa utilis est, quæ Dioscorides lib. 2. commemorat. Dicitur non tantum οἶσος genere masculino, sed etiam οἶσος πρὸς & οἶσος πρῶται.

ὀκλάσσω. est flexis genibus super suras talosque sedere, apud Hippoc. ut annotauit Erot. ὀκνέειν μὴ διώσασθαι, apud Hippocrat. ut annotauit Erotianus.

ὀκρῖς. ἰζοχὴ προμήκης. hoc est, eminentia oblonga, apud Hippocr. ut explicauit Galenus. ὀκρῖταιον. cubitus siue os ipsum cubiti. Sic ab Atticis dicitur quem Hippocrat. ἀγκῶνα appellauit. vide ἀγκῶν. scribitur & ἀγκῶν. ut patet ex Hesychio duobus in locis eam vocem interpretante.

ὀλερόν. θυσιόθεις ἢ μέλαια. hoc est, malè olens uel nigrum apud Hippoc. sic dictum à sepia- rum atramento quòd ὄλεον dicitur, ut annotauit Gal. ἐν τῇ ἰζηγίσει τῆς γλωσσῶν.

ὀλιδαίνειν. excidere, luxατῖ, ἰζοαρθεῖν. quæquam sunt qui ea duo verba distinguunt, existimantes ἰζοαρθεῖν ὑστυρατῖ ad ea ossa significanda quæ toto loco mota sunt: ὀλιδαίνειν verò ad ea quæ paululū, πῶ autem ex toto naturali sede excesserunt. hanc tamen differentiam nō obseruat Hippocrates, ut initio libri τῶν ἐπιὸν ἀρθεῶν, ubi scribit se vidisse

disse uno modo latum scapularum os ὀλιθαίνω, id est, excidere, nempe in alam. Si-
quidem in eo affectu totum humeri caput eo sinu mouetur in quo recipitur, cum nō
possit paululum excidere, sicut facile ex ipso Hippocrate intelligere est, ut anno-
tat Galenus comment. 2. ἐς δ' ὑπὸ ἀγμῶν.

ὀλιθαίματα dicuntur ab Hippocrate cum ossa toto loco mouentur, ὀλιθνήματα νετὸ cum
paulum excidunt, ut annotat Gal. comment. 3. ἐς δ' ὑπὸ ἀγμῶν.

ὀλιθαρίζοντα. ὀλιθαίνοντα, id est, labētem apud Hippoc. ut explicat Gal. ἐν ταῖς γλωσσῶσι.
ὀλική. idem quod ἰσραχυμὴ. Sic enim Galenus τὴν ὀλικὴν interpretatur quaedam referens
Asclepiadis, qui Themisonis antidotum sacrā cum retulisset sic scribit: ἢ χυμὸς πρὸς
μὲν τὰς βραδυπέφιας ὀλικὴ μίαν μετὰ ψυχρῶν ὑδατος κνύθωρ δ'. Postea Galenus ait, κνύθωρ
δὲ ὀλιθαίματα μίαν ὀλικὴν μετὰ ὑδατος ψυχρῶν κνύθωρ δ'. ἢ γοῦμαι δὲ λέγειν αὐτῶν ἰσραχυμὴν ἀρρογῶν.
καὶ γὰρ οὕτω γὰρ δὲ ἅπανσι τοῖς νεώτεροις ἰατροῖς ἕδος ὀνομάζωρ. Significat autem proprie ἢ
ὀλικὴ idem quod σκευμῶς, id est, pondus, ut apud Dioscoridem capite de Irīde: κνύθωρ
ἕσσι δὲ ἄλλοις πρὸς ὀλιθαίματα μετὰ ὑδατος κνύθωρ ὀλικὴ ἰσραχυμῶρ ζ'.

ὀλικωμ. glutinosum, lentum atq; molle, quod, dum extenditur, trahi non etiā ῥῆρι possit.
ὀλιος. herba siccis nascens locis, aristas habens in cacumine tenues, culmo quale hordeū
restibile. Multi ζεᾶν esse contendunt, alij syluestrem auenam.

ὀλιός. sic vocatur ab aliquibus ὀλιός, hoc est, ea tota pars corporis quae à collo ad crura
usque pertendit.

ὀλικωμ. dicitur à quibusdam ἰσραχυμῶρ, ut habetur apud Dioscoridem.

ὀλικωμ. herba quaedam agrestis oleracea apud Hippocratem, ut explicat Galenus
ἐν ταῖς γλωσσῶσι.

ὀλιω. sepia atramentum apud Hippoc. ut explicat Galenus ἐν ταῖς γλωσσῶσι.

ὀλιός. turbidus vel niger apud Hippoc. ut annotauit Gal. ἀπὸ τῆς ὀλιω quod sepia
atramentum significat. dicitur ἔσθ' ab eodem ὀλιωμ.

ὀλιωμ. φλυκταίω. hoc est, pustula apud Hippoc. ut explicauit Galenus ἐν ταῖς
γλωσσῶσι. quo tamen nomine alij ὀλιωμ, alij ὀλιωμ, alij ὀλιωμ, alij ὀλιωμ, alij ὀλιωμ
ὀλιωμ intellexerunt, ut annotat Erotianus.

ὀλιωμ. dicitur à nonnullis δ' αἰζωμ, siue sedum maius, ab aureo seminis colore.

ὀλιωμ. siue.

ὀλιωμ. est collyrium magna simplicium medicamentorum turba constans, ut descri-
bit Paulus lib. 7. cap. 16. cui egregiam vim tribuit in procidentibus oculorum ἔσθ' om-
nibus ulceribus, lib. 3. cap. 22. agens ὀλιωμ ὀλιωμ.

ὀλιωμ. collyrium Olympionici, diuersum omnino à precedente, suffusio-
nes ἔσθ' maximos dolores leuans, cuius compositio habetur apud Aëtium lib. 7. à quo
recensetur inter saluta colluria.

ὀλιωμ. Latine grossi vel grossuli dicuntur. sunt autem fici quae nō maturescunt, priua-
tim tamen in bifera fico eas intelligunt, quae per messes maturantur: dicuntur autem
etiā ὀλιωμ nomine ὀλιωμ.

ὀλιωμ. Plinio auctore, filigo dicitur.

ὀλιωμ. equalis pulsus. Est qui perpetuò sibi constat, siue in quo omnes vel
aliquae pulsuum differentiae partes manent. Si omnes partes manent, simpliciter ἔσθ'
absolutè equalis dicitur: sin aliqua τὰν, secundum quid equalis est, scilicet secun-
dum eam differentiam quam parem ἔσθ' perpetuò eandem retinet: itaque non sim-

DEFINIT. MEDIC.

pliciter equalis est, sed potius equaliter inaequalis: suntque eius differentiae ad inaequalitatem potius quam ad aequalitatem referenda. Dñ enim aequalem pulsum apud medicos legimus, eum qui absolute & simpliciter talis est, intelligere oportet. Huic contrarius est ἀώμαλος, hoc est, inaequalis: inter quae medius pulsus nullus est, sicut in aliis pulsum differentis.

ὀμαλός. ὀμάλως, apud Hippocratem, ut interpretatur Erotianus.

ὀμαλία. est ossium inter se coherentia, quomocumque ea fiat: dicitur aliis nominibus (ωδεις καὶ ζωταξίς, de quibus vide suo loco. Annotavit autem Erotianus ὀμαλίω apud Hippocratem tria significare, aliquando quidem πλὴν τῶν ἀνθρώπων ἀναστροφῶν, παρὰ δ' ὀμῶν ἐλάσσαι: aliquando verò παράδοσι καὶ γένεσιν; ut libro de articulis, his verbis: ὀμαλίαι δὲ βραχίων τῆ κατύλι τῶ ἀνωπλάτης. alias verò τεβλῶ, ut libro de aëre, locis, & aquis: πῶ τῶ πλὴν τῆ χλω οὐ μόνον λόγῳ ἀσκεῖν χρὴ, δὲ καὶ ὀμαλίαι.

ὀμόνοια. sic dicitur a quibusdam ἢ ἀρχαῖοις, ut habetur apud Dioscoridem.

ὀμότοτος πυρετός. febris est sibi equalis ac similis à principio ad finem usque perseverans. Nam quasi semper in eodem vigore consistit, neque crescens neque decrescens. unde & ἀμασίων πυρετῶν alio nomine medici appellarunt. Galenus cap. 2. lib. 2. de differentis febrium facit eam speciem τῆ σωθῶν, sed putris quidem & eius quae ex sanguine putrēte euadit biliosa, & cuius humor in vena caua putrescit. Idem verò lib. 9. methodi medendi τῶ ὀμότοτον ἢ ἑπαμασίων & παραμασίων speciem statuit τῆ ζωόχου non putris quam inter diarias febres recenset, ut eodem authore ὀμότοτος dici possit quacumque febris eundem tenorem perpetuò seruauerit.

ὀμοχρόν. corporis vel coloris equalitas & similitudo. usurpatur ab Hippocrate initio libri de vulneribus capitis, ubi videtur potius lauitatem & aequalitatem corporis significare quam similitudinem coloris. Legitur & apud eundem in lib. de fracturis eadem significatione, ubi eos reprehendit qui brachium pronum alligabant, quòd brachio ita figurato partes aequalitatem seruarent, quam ibi ὀμοχρόν nominat, ἀπὸ τῆ χροῦ quod reliquis casibus χροῦς χροῖ χροῦα declinatur. Significauit autem χροῦν non modò colorem sed etiam corporis colorati superficiem apud veteres, in qua color tanquam in subiecto est.

ὀμφακίον ἔλαιον. acerbum oleū, hoc est, ex oliuis acerbis expressum. Tales autē omnino crude sunt, ideòq; ὀμοτεβός, hoc est, erudum etiā vocatur. Dicuntur autē ὀμφακίς non vna modò, sed reliqui etiam fructus qui nondum ad maturitatem peruenēre.

ὀμφάκιον. succus vna acerbæ, quam ὀμφακίς Graeci vocant. Is parentis suae naturam retinet, quae cum sit acida & acerbæ, succum quoque acidum atque acerbum gignat necesse est, sed qui tamen ab aceto plurimùm differat. Siquidem nec calorem habet, nec proinde acrimoniam. crassarum partium est, nihilque omnino in se habet alienae caliditatis, eamque ob causam imbecillius multò quàm acetum, cui omnia insunt praedictis contraria, refrigerat: acerbum autem praeterea est, quòd maturitatem & dulcedinem vna ipsa nō assequatur. Sūt tamen inter eas quae plus minusue tum acerbæ tum acidæ existant. Itaque cum ad earum qualitatum utramque refrigeratio consequatur (non enim acida modò, verum etiam acerbæ frigida sunt) necesse est ὀμφάκιον refrigerandi facultatem inesse. Siccat verò praeterea & adstringit.

ὀμφάκίς. est cauiū ex quo glans quercina enascitur quae utuntur coriarij, ut scribit Paulus lib. 3. cap. 42.

ὀμφάκίς.

ὄμφακίης. species est gallæ, parua, tuberosa, solida, nullo foramine peruia. Refrigerat, adstringit, siccat.

ὄμφακόμελι. potionis condita genus ex uua acerba succo & melle. Parandi ratio antiquis hæc fuit: Uua acerba per quatuor aut quinque dies in aëre primùm resiccatur & exprimentur, & in tres succi sextarios unus mellis adiicitur antè despumati. Sic mista diebus quadraginta insolantur, vel donec humor superfluus absumptus sit atque concoctus. Is est syrupus de agresta pharmacopolis dictus. Commendatur plurimùm ab Oribasio Collect. lib. 5. cap. 21. ex Philagrìo.

ὄμφαλόκαρπος. dicitur ἰ ἀπαιεῖν, authore Dioscoride, quòd semen eius umbilico simile videatur.

ὄμφαλός. umbilicus. Est pars organica duabus uenis totidémque arteriis concurrentibus efformata in medio οὐραχῶν habens. Venæ enim & arteriæ ex spermaticis deriuata, & in uteri fundum lateraque inserta, suisque orificiis in cavitatè uteri adperta & in eam menstruum sanguinem effundentes, postquam semen in utero conceptum est, extimam fœtus tunicam, αἰεῖον dictam, qua parte attingunt, excavant, & perflando, fistulæ in modum efformant, tandémque uasorum ora tot sũnt in chorio quot fuerunt in utero, itaque sibi inuicem respõdent, ut uenæ uenis, arteriæ arteriis copulentur. Porro uasa hæc ab his uelut radicibus in alia maiora, atque ab his in alia etiam his maiora contrahuntur, donec omnia in duos uelut truncos, in uenas uenæ, in arterias arteriæ terminentur, ex utraque parte tam dextra quàm sinistra circa umbilicum fœtũ ingredientes. Neque enim aliud est umbilicus nisi hæc quatuor uasa, in medio οὐραχῶν habentia. Ceterùm uenæ umbilici truncus in sinistram partem hepatis, propè portæ initium inseritur & distribuitur ad fœtus nutritionem: sanguinem enim defert quo fœtus alatur. Arteriæ autem duæ per fœtus umbilicum receptæ & secundùm uesicæ fundum inuecta in ilium arterias inseruntur, in id utiles in quod aliæ arteriæ. Verùm quem usum umbilicus fœtui in utero præbet, eundem nato infante amittit, & siccatus ligamenti naturam & usum acquirit. Eum Aristot. lib. 2. de generat. animal. κίλυφον δερμαπνὸν, hoc est, putamen cuticulare appellauit. Dicitur & πρὸ τῆς ἀλῆς ὁ πρῶτος τῆς μετέωρου ἐν τοῖς βρέφεισι. Ceterùm summa & media eius pars ἀερομφάλιον & μεσομφάλιον nominatur. γρῦα autem siue γρῦς pellis umbilicum ambiens, quòd ea corrugata senectutis inditium sit: γαγγαμῶν uerò locus dicitur ad umbilicum circumiectus, sagenam uocant, quòd illic in modum sagenæ aut retis nerui implicentur.

ὄναρα ἢ ὄναγρον. frutex est arboris instar, prægrandis, amygdalino folio, sed latiore, lilio non dissimili: flore rosaceo, magno: radice rotunda, longa, cum siccata est, uinũ olente. Nascitur in montibus: aqua in qua radix maduerit, in potu data feras mitigat, & cicures facit: illitu quoq; tetra ulcera mulcet. A quibusdã οἶνο θήρα & ὄνοεις dicitur.

ὄνωιδου. significat apud Hippocratem per axem excedere, quem ille ὄνον καὶ ὄνισκον solet appellare. Sunt qui κατονιδου scribant.

ὄνίης. species origani, candidiore tantùm folio, hyssopóque consimiliore, fructu confertis corymbis compacto. sic dicta creditur quòd ab asinis impetatur. Nam & Nicander in Theriacis ὄνοπίταλον origanum cognominauit, id est, asini folium, quòd ipsis grato cibo cederet.

ὄνόβλιον. species bliti, lingua similis, quæ Hippocrati contra fœminarum profluvia in

DEFINIT. MEDIC.

vellere apponitur.

ὄνοβρυχος. planta lentis folio, longiore paulò, caule semipedem alto, flore rubenti, radicibus exiguis: Nascitur incultis & aquosis locis.

ὄνομαῖς ῥοτον. sic dicitur à quibusdam ὀδύρακος, ut habetur apud Dioscoridem.

ὄνισκοι ἢ

ὄνοι. aselli. millepedæ. Animalia sunt quæ sub hydriis & aquariis vasis, omnibusque locis humidioribus, velut cellariis & lignis humi desidentibus humoreque obsitis atque etiam sterquiliniis proueniunt, & ad contactum sese conglomerant. Multos pedes habent, quare πολυπόδες etiam à Græcis dicta sunt: Dioscorides etiam ἰουβαειδὴς appellat. Galenus κνάμιος, hoc est, fabas ab Asianis vocari prodidit. Hæc ex vino pota difficili urinæ & regio morbo auxiliantur, cum melle anginis utiliter illinuntur, trita & in cortice mali punicæ calfacta, doloribus aurium adiecto rosaceo conuenienter instillantur.

ὄνος. axis apud Hippocr. cuius diminutiuum ὄνισκος paruum axem significat.

ὄνοσμα. herba quæ folia gerit anchusæ oblonga, mollia, ferè quatuor digitos procera, duos lata in terramque iacentia, anchusæ proxima, sine caule, sine flore, sine semine. Subiecta est radix pusilla, quadamtenus longa, infirma, tenuis, modicè rubescens. Nascitur in asperis locis.

ὄνοουεῖς. planta fruticosa quæ Theophrasto οἶνοθῆρα dicitur, de qua antè dictum est.

ὄνοχειλὲς ἢ

ὄνοχειλὲς. est secūda species anchusæ, quæ alio nomine ἀλκυβιάδος dicitur. vide ἀρχαῖον.

ὄνυξ. unguis. propriè dicitur pars digitorum extrema, lata, duraque qua ipsi firmantur.

Sunt autem qui unguis partis nomine non dignentur, ut nec pilos, quod nulla sit eorum propria actio, ut qui facultate omni carere dicantur, à qua omnis actio primario proficiscitur. Nullam enim, inquit Galenus, gubernationem habent, sed ortum tantummodo. Usus tamen aliquem atque utilitatem afferunt, quod iis extremi digiti firmiores sint, & meliùs apprehendant. Est autem eorum generatio eiusmodi. Digitorum nerui, ligamenta, tendines, arteriæ, venæ, & si quid in illis præterea solidi inest, ex suo nutrimento excrementum etiam crassius, & magis terrenum relinquunt: id quia in aërem digeri nõ potest, vi expultrice propellitur in unguium sedes, ubi magis reficcatur, magnam duritiem & soliditatem comparat. Quòd autem unguium materia excrementum sit, nec, ut aliqui crediderunt, tendines vel etiam nerui per totos digitos dispersi, tandem in unum coeuntes, unguium substantiam constituent, patet ex eo maximè, quòd unguis non sentiant, quos tamen necessario sentire oporteret, si ex ipsa tendinum neruorumque substantia constarent. Sic autem ex recrementis orti unguis ad eundem modum quo & pili increscunt, alio atque alio subinde excremento ad unguium radices expulso, & ima eorum parti adherente, eamque, ut clauus clauum trudit, pellente. Sunt autem duri, quòd ex solidis corporibus solida quoque duraque excrementa prodeant.

ὄνυξ. per metaphoram & similitudinẽ dicitur certus oculi morbus, quem author definit. medic. definit esse Collectionem puris in nigro oculi cum phlegmone, secundum iridem, ungui assimilem: scribitque alio nomine πύσση nuncupari. Paulus lib. 3. cap. 22. scripto professus est aliquando corneam tunicam purulentam fieri nunc altius nunc in superficie, pure resecti unguis figuram imitãte, eaque de causa hoc quoque

que malum unguē nominari. Aëtius lib. 7. paulo accuratiùs definiuit, scribens ὄνυχια
sive ὄνυχες dici cum ab ulcere profundiore pus defluens, & inter tunicas illapsum,
& in circulo iridis figuratum, unguis resecti imaginem refert: statuensque discrimen
inter ὄνυχια & ἑσπυριον, quod Paulus non annotauit. Illo namque authore ἑσπυ-
ριον dicitur cum pure ampliore collecto & dimidium nigri occupante, aut per totam
corneam tunicam relucente, suppuratio oculi apparet. Sed quicquid ab Aëtio scri-
ptum sit, in sola unguis similitudine differentia posita est, quæ in τὸ ὄνυχια perspicua
est, sed in τὸ ἑσπυριον nulla. Fiunt hæc aliquando, ut ipse ait, etiam citra exulcera-
tionem, dolore capitis aut lippitudine prægressa. Contingunt etiam inflammatione
præcedere, disruptis humorum copia uasis, & sanguine qui profusus sit suppurato.

ὄνυχια, etiam à quibusdam dicitur ὀσσεύαλας, frutex paruus, authore Dioscoride.

ὄνυχια, unguis odoratus. Est testa, ut scribit Paulus, conchylj Indici, nardum redo-
lens, quod eius fruticem in India pascatur. Legitur è lacunis exhausto solibus hu-
more. Pro purpura quidam usurpant.

ὄνυχια, lapis qui ἑσπυριον dicitur, quod illi candor sit unguis humani.

εἰς ὄνυχια καὶ ταγμα. fractura ossis differentia est. vide καὶ ταγμα.

ὄνυχιας. species est καὶ κερμιας quæ in fornacibus fit, sic dicta à similitudine venarū ony-
chis lapidis, quam ob diuersos colores refert. Nam fracta intus cinereas & candi-
das venas similiter habet, cum in superficie plerumque sit cærulea.

ὄνυχιας. herba quæ ἑσπυριον dicitur Dioscoridi, ab herbariis resta bonis.

ὄνυχιας. acida muria, non quidem quæ vitio aliquo acorem contraxit, sed cui mistum
est acetum. Eam Plinius aliquando videtur acetum salsum dixisse.

ὄνυχιας. conditura genus aceto & oleo simul temperatis.

ὄνυχιας. eadem quæ ἑσπυριον.

ὄνυχιας acetum. Est vinum putredine frigidius, acrius tenuiusque effectum. Quæ enim
vina imbecilliora sunt & frigidiora, ea promptè refrigerantur, & natiuo vini ca-
lore destituta, putrescunt, atque in pristinam naturam resoluuntur, hoc est, in eum
acidum humorem redeunt, ex quo primum prouenerant. Itaque vinum quia corru-
ptum est, natiuum quoque calorem amittit, & frigidum euadit. Atque hac ratione
moti plerique, acetum simpliciter frigidum esse pronunciarunt, nec caloris ullius par-
ticeps esse, siquidem ut à frigiditate omnia acescunt, sic omnia acida frigida esse cõ-
stat: verum alij, quia vinum quod in acetum degenerat, putrescit, ut suo quidem
calore destituitur, sic alium ex putredine calorem accedere opinantur, quo acetum
calidum dici potest. Quorum etiam opinioni subscribit Aristoteles, dicens acetum pro-
prio quidem vini calore esse frigidum, adscititio autem calidum: videtur enim ace-
tum & caloris & frigoris esse particeps, huius quidem interni, illius verò aduenti-
tij & ex putredine geniti, ita tamen ut frigiditas in eo tanto exuperet caliditatem,
quanto hæc illam in melle antecellit. In qua etiam sententia post longas disputatio-
nes stetit Gal. lib. 4. de simpl. medic. facult. primum tamen dubitans & perplexus si
quam machinam aut rationem inuenire posset, qua sicut in lacte, ita in aceto cõtra-
rias partes separaret. Id enim tantum obstare scripsit lib. 1. quò minus eorum senten-
tiam laudet qui acetum vinum esse mortuum dixerunt, & pro eorum opinione peri-
cula omnia subeat, qui in aceti generatione propriam vini caliditatem periisse, atque
aliam ex putredine natam esse asseuerat. Verum eam postea ipse sibi sustulit dubi-

ationem, dicens & vinum & acetum non simplicia esse corpora, sed partibus contrariae facultatis constare: habet enim vinum in se recrementum crassarum partium, ex quo fax consistit: habet & aliud quod florem nuncupant, quod dum vinum feruet, supernat at, sed postea ad faeces subsidit: tertium aqueum, quod toti vino permistum est, ex quo primario potissimumque feruet: & quartum praeter haec ipsum reuera vinum. Caeterum dum vinum transit in acetum, vinosae vini partes refrigerantur: aqueum autem illud recrementum putrescens, adscititium calorem conquirit, velut caetera omnia quae putrescunt, fitque acetum quiddam ex contrariae facultatis partibus compositum partim refrigeratibus, partim calidis, velut etiam omnes vstorum lignorum cineres. Quamuis quatuor illae quas in vino esse diximus partes, non tam manifeste in aceto appareant, esse tamen in eo quod illis proportione respondeat verisimile est, quod acetum vini partium alteratione potius quam corruptione generetur. Sed & à putrido illo calore igneam quaedam acrimoniam acetum acquirit quae sensum mordet, rodit, & exasperat, & intro subiens dolorem parit. Ab ea autem quiddam acetum calidum esse, non quidem per se, sed per accidens pronunciarunt. Quod enim dolorem moueat, fluxionem concitare dicunt, non crassi quidem & frigidi cuiusdam humoris (siquidem acetum adstringendi vi praeditum huiusmodi humorem repellit, eique viam praeccludit) sed biliosi & tenuis, qui in partem aceri acrimonia demorsam perueniens, calor in ea sensum inuehat. Est & ab eodem calore valde tenuiam partium, in intimas corporis partes penetrabile, incidens astenuansque, quaecumque viscosa & crassa in alto corpore constiterint. Ac quamuis specie humidum videatur, strenuae tamen ordine tertio desiccatur: habet vero & vim adstringendi repellendique maximam, ut non modo sanguinis profluvia, sed aluum etiam sistat, & phlegmonas incipientes reprimat, non aliam quidem ob causam quam quod valde refrigeret.

ὄξος ἢ ὄξυς. acetum purgatorium. varie fieri potest pro ratione humoris qui vacuari debet. In aceri sextarius quinque iniicitur scammoniae uncia una trita, & sinitur ad dies quinque. Quod si lathyridum unciam unam pro scammonia maceraueris, pituitam expurgabit: si vero parem epithymi portionem, atram bilem. Dandum est autem cuiusque cochlearium unum vel duo ad intinctus una cum cibo.

ὄξύ. acidum. Id dicitur quod absque caliditate linguam mordet, ut diffinit Aëtius. vide in dictione ὄξύς.

ὄξύς. dicitur alterum fagi genus. Scissimam Latini vocant, quod in tenuissimas secetur laminas. Est arbor abietis aspectu, erecta, laevis, enodis, proceritate crassitudineque illi fere equalis: folio crasso, bifido, aculeato: fructus in ea pendet glande in calyce echinata, placida tamen nec hispida, ut castanea, nihilominus illi similis dulcedine atque succo. Eius folia adstringendi vim habent.

ὄξύς ἢ ὄξύς. acuta spina. Arbor est pyraestro similis, spinosa valde & minor, baccas profert myrti, plenas, rubras, fragiles, & intus nucleum: radicem multifidam, alte descendentem. Viribus quoque pyro sylvestri equalis est, habet & subtile quiddam coniunctum: fructus ipsius myrti baccis respondet. Officinae Berberis, rura Spiniuinum appellant.

ὄξύς ἢ ὄξύς. dicitur à quibusdam ἰκνώσβατος, ut habetur apud Dioscoridem.

ὄξύς ἢ ὄξύς, siue

ὄξύς ἢ ὄξύς.

ὄξύβαφος. acetabulum. Est tūm liquoris tūm aridi mēsurā quæ apud Romanos sesquicyathum continebat. Græci atque ad eorum imitationem Romani sic ex aceto nominarunt vas primò dictum in quod acetum infunderetur, deinde ad mensuram translatum est. Hermolaus Barbarus in castigationibus Plinianis ab accipiēdo dictum putat, quem qui sequuntur acceptabulum scribunt. Eadem autem mensura etiam apud Atticos fuit tam liquidorum quàm aridorum sesquicyathum & ipsa capiēs, siue uncias duas & drachmas duas, quæ κατύλας πέντατον à medicis aliquando dicitur. Eius nota apud Græcos fuit. ξ^ο.

ὄξύγαλα. lac acidum. Fit certa quadam lactis præparatione, per quam sola caseosa substantia relinquitur, eaque ipsa non eiusdem omnino natura cuius ab initio fuit, verum multò frigidior, ut ægerrimè, nec nisi à ventriculo valdè calido concoquatur. Neque enim calidam & acrem seri qualitatem retinet, neque pinguem & calidam butyri, sed sola crassiore substantia constat, quæ in caseum abit ὄξύγαλάκιον appellatum. Id genus hodie Galli videtur iunceam appellare. Est autem vehementer frigidum, crassum, & concoctu difficile.

ὄξύγαρον. garum acetosum, hoc est, garum aceto mistum. vide γάρου. ὄξύγαρον καὶ διαφιλὸν describitur ab Aëtio lib. 3. cap. 86.

ὄξύγγιον. nomen hoc nõ verè Græcum est, sed ex Latino corruptū: significat autè axungiam, hoc est, adipem suillum, nec eum quidem omnem, sed propriè qui ungendis rotarum axibus inseruierit. Illi enim tūm ex rotarum circumactu, tūm ex earundem ferrugine noua quadam qualitas accessit, ob quam & phlegmonis imponitur & sedis vitiiis opitulatur plùs quàm recens & syncerus adeps.

ὄξύγλυκὺς ἢ

ὄξύγλυκον. est potus qui paratur dulcissimis fauis maceratis atque decoctis. Fauis à quibus mel omne expressum fuerit, in ollam coniciuntur in qua pura aqua sit, tum inferuent, donec faui omnem prorsus humorem in aqua posuisse videantur. Is humor reponitur seruatürque & æstiuo tempore bibitur ad sitim tollendam, frigida aqua dilutus. Author Galenus comment. 2. ἐς δ' ὀξυγλυκῶν. Idem autem comment. 3. scribit ὄξύγλυκὺς nõ aliud esse quàm ἀπόμελι, fierique ab aliis ex melle & aceto, ab aliis autem ex fauis & aceto. Est igitur ἀπόμελι acidum. Incidendi & refrigerandi vim habet. vide ἀπόμελι.

ὄξύδερκῆ ἢ

ὄξύδερκικὰ φάρμακα. vocantur medicamenta quæ oculos, nullo quidem sensibili affectu laborantes, malè tamen munere suo fungentes corrigunt, & in integrum restitunt. Eiusmodi aliquot collyria referuntur à Galeno lib. 4. τῶν κ' τὸ πρῶτον.

ὄξύθυμος. iracundus, ira impotens, qui leuissima de causa irascitur, vel qui natura ad iram procliuus est. Opponitur, inquit Galenus, βῆθ θυμῶδα, hoc est, animoso, qui non nisi magna & iusta de causa irascitur. Sic ira & iracundia apud Latinos differre dicuntur. Ira enim, inquit Donatus, de causa est, iracundia de vitio multum irascētis, siue de moribus. θυμῶδης, inquit Galenus, magnanimus est & rerū humilium contemptor, ὄξύθυμος autem pusillanimis nec generoso viriliq; animo præditus, ut qui sit frigidior temperamento & δυσπραγέτης. Eam namque ob causam si vel leuissimè offendatur, iram ferre & coquere non potest, sed statim excandescit, nec potens est iræ & animo suo moderari, sed mulierum more minimis etiam perturbationibus

T

DEFINIT. MEDIC.

succumbit & protinus ardet iracundia.

ὄξυκεδρος. species cedri, magis acuto folio, duro, spinoso.

ὄξυρατον. posca, vel pusca, est acetum aqua mistum. Miscendi autem ratio nunquam certa fuit. Variè namque temperari potest. Sed, ut Aëtius est author, si simplici ratione construatur, refrigerat & humectat: sin conditur, & calorem & siccitatem adsciscit. Inter veteres, ut idem inquit, omnes ferè conuenit, noxium parere succū, neruis officere, flatuosos spiritus creare, capitis dolores concitare, contra sacrum morbum prodesse, vini crapulam mitigare, sanguinis acrimoniã lenire. Consuluntq; ea potione abstinendum, quòd facile putrilaginem concipiat qui ex eo contrahitur humor, item propter noxam quam neruis infert. Græcorum iuniores imitatione Latinorum etiam φούσκα id genus potionis appellarunt.

ὄξυλαπαδορ. genus rumicis quod in acutum tendit, prædura habens labra, in palustribus nascens. Caulis ei ramosus, prægrandis, folia betæ, uliginosa, & in acutum tendentia, ex quibus nomen sortitum est. vulgus parellam, officina grandem oxillam vocat. Vtramque naturam, tum discutiendi, tum repellèdi habet. Herba ipsa aluū subducit, semen verò ita adstringit, ut dysenteria & alui profluuium medeatur.

ὄξυλεπὶς ἄρτος. acidus panis, cui scilicet exiguum aceti affusum est. Vèrem sistit, idque magis quò plus habet aceri. Hunc Galenus lib. 8. meth. med. & post eum Aëtius lib. 5. exhibet febre diaria laborantibus quibus aluus profluit.

ὄξυμελι. acetum mulsum, vel mulsum acetosum, ut alij loquuntur. Potio est ex aceto & melle condita vetustissima certè, ut quæ etiam ante Hippocratis seculum in sanitatis usum venerit. Huius duæ sunt summa differentia: alia simplex est, alia composita. Nec verò etiam simplicis ratio vna est: quidã enim ita præparant, Mellis optimo super carbones despumato additur aceti tantum undè gustanti nec acidum nimis, nec dulce videatur: ac denuò super prunas coquitur, quoad planè unitæ amborum qualitates sint, nec appareat gustati acetum adhuc crudum: hinc ab igni deponitur, cumq; eo utendum est, aqua mista ita temperatur ut vinum, nimirum ex summentis gustu. Id enim ut iucundissimum est, ita etiam utile: & contra ut iniucundum, ita aduersissimum. Alij verò tum mellis, tum aceti modum definiunt, uni aceti parti mellis, à quo detracta spuma sit, duplum miscentes, deinde ambo leni igni coquentes, donec eorū qualitates in unum coierint. Alij autè cum aqua statim ipsum faciunt, mellis quadruplum optimæ aquæ miscentes, deinde coquentes modico igni, quoad spumare desinat: post verò dimidio aceti adiecto rursus coquentes, donec qualitatum omnino sit unitas, nec acetum crudum etiam appareat. Conficitur etiam tribus statim ab initio mistis, adhunc modum: Aceti uni parti additur mellis duplum & aquæ quadruplum, atque hæc ad tertiam vel quartam partem coquuntur, spuma interim detracta: aut si valèrius id facere studes, tantundè iniicies aceti quatum mellis. Hæ quidem sunt rationes parandi simplicis oxymelitis, à Galeno prodita lib. 4. sanit. tuend. Quibus tamen Galenus alias addit in consilio pueri epileptici, scribens id oxymeli acidissimum censerì, quod ad mellis proportionem quartam aceti habet partem, dulcissimum quod octanam, aliasque multas esse intermedias differentias pro misionis modo. Præterea verò in platisque Græciæ locis oxymeli etiã ex fauis confici solere. Cæterum oxymeli omne extergit viscosos humores, & crassos attenuat, quapropter viscerum omnium obstructiones dissoluit, siue in febribus,

siue

sue citra febrem detur. Verum aqua multa mistione vires eius exoluitur. Tusim autem mouere quae non est, & intestina radere oxymeli, Hippocrates & Galenus scripsere, non in corporibus quidem crassis & glutinoso humore redundantibus, sed puris ab excrementis, aut iis quae tenui & acri fluxione vexantur, quaeque nervosas partes valde sensu exquisitissimo praeditas habent. Haec quidem fuit oxymelitis simplex mixtura, aceto, melle & aqua constans, quibus si quid praeterea accedat, id iam compositum dici debebit, quale est quod à Plinio lib. 14. cap. 17. & 23. cap. 2. describitur è mellis decem minis, aceti veteris heminis quinque, salis marini podo, thymbra quadrante, aqua pluuiae sextariis quinque pariter coctis, sufferuefactis decies atque ita diffusis & inueteratis. Alij vero alia miscuerunt ad varios usus, inter quae nobile habetur ἰουλιανοῦ, memoratum à Galeno lib. 2. τῆν κ' τόπος, & à Paulo Aegineta descriptum lib. 7. cap. 5. item σιλλυλλικῶν & ἰαλλωικῶν ab eodem Paulo descriptum lib. 7. cap. 11. & praeterea κρ. θαλασσῶν cuius varij modi habentur apud Aetium lib. 3. cap. 76. 77. 78. 79.

ὄξυμυρσίον. syluestris myrtus. Romanis ruscum dicitur. folijs myrti latioribus, cuspidis specie, mucronato cacumine. Bacca per maturitatem rubescunt à medijs folijs dependentes, nucleo durities ossea, radix graminis gustus adstricti, subsalsi, à qua ramuli viticis, frequentes, lenti. Officina bruscum vocant. folia & bacca si coquantur & bibantur, urinam mouent, menses prouocant, vesicae calculos frangunt, & urinae stillicidio medentur.

ὄξυπτερον. nomē est emplastri ruptorij, cuius descriptio habetur apud Aetium lib. 15. cap. 17. ὄξυπτερον. medicamenti genus est tenuium partium, & facile venas subiens & permeans, ut nomen ipsum indicat, à cita penetratione inditum. Est autem facultate concoctorium, iis constans quae cum tenuitate partium calore praedita sunt. Eiusmodi est ἄλξ. τεύρων πεπτερωμ, ἄλξ. κρ. λαμίνθης, ἄλξ. κρυθιῶν, & διαπολλικῶν, quae habentur apud Galenum in lib. sanit. tuen. & alia permulta ab Aetio descripta li. 3. cap. 90. 91. & lib. 5. cap. 68. & lib. 6. cap. 10. Nec verò vnus est exhibendi modus. Nam vel in potu ante cibum tum mane tum vespere praebere potest, ut datur à Ruso in cura melancholiae, ad tollendas inflationes, vel in condimento ad ciborum concoctionem digestionemque procurandam. Materia autem haec ferè deligitur, fœniculus, apium, ligusticum, ammi, piper, Zingiber, ruta, cuminum, seseli, thymus, calamintha, cinamomum, & reliqua eiusdem generis, de quibus apud Aetium lib. 9. cap. 24. ubi de cruditate ex Galeno differit. Quibus etiam aliquid quandoque adiici potest quod purgandi vim habet, ex quo ὄξυπτερον κρ. θαλασσῶν fiet, quemadmodum apud Aetium lib. 3. continetur.

ὄξυρεγμία. acidus ructus. Est qui flatum sapore acidum à ventriculo ad os refert. Prouenit potissimum ob ventriculi frigiditatem, non eam quidem immodicam, sed cum imbecillo calore coniunctam. Neque enim ubi nulla prorsus facta est ciborum alteratio acidi ructus excitantur, quemadmodum nec ubi optimè concocti fuerint, sed tantum ubi modicam à ventriculi calore alterationē perpepsi fuerint, nec perfectam adipisci potuerint. Fiunt etiam propter frigidam pituitam in ventriculo aceruatam, & frigidam fluxionem in ipsam decumbentem, adhuc ciborum tum frigiditatem tum copiam: his enim omnibus causis commune est calorem ventriculi ingenitum vinci à cibis, non eos vincere. vide ἰσχυρῶν.

DEFINIT. MEDIC.

ὄξυρόδιον. oleum rosaceum aceto temperatū. Sed cūm varius possit esse utriusque modus, qui temperatissimus est, recipit olei rosacei partes quatuor, aceti unam, ut ait Galenus initio lib. ὀξυρόδιον: sic enim mediocriter refrigerat. Quod verò plus aceti habet, vehementius refrigerat, ut cōtrā minus, quod minus habet aceti. Habet etiam vim repellendi. Itaque in morborum principijs magna utilitate illinitur, præsertim si calidus morbus est. Sed & in œdematis atque ipsis etiā lethargicis Galenus in lib. meth. med. admonet, quò humor, quisquis is fuerit, à parte affecta repellatur. Tāta adeò vis est oxyrhodini in frigidis etiam morbis, siue per se, siue cum sale, aut thymo, aut alio exhibiti, ne frigiditate nocere possit.

ὄξυς. acutus. dicitur à Græcis homo δειμύς καὶ ταχύς, id est acer, siue, quod idem est, celer, ut annotauit Galenus comment. in lib. 6. τῆς ἐπιδημιῶν. quo etiam in loco scribit Hippocratem ea loquendi consuetudine inductum ὄξυς πυρετός, id est, acutas febres appellasse eas quæ caliditatem exhibēt manui celeriter occurrentem, eoque nomine velocem caloris motum ostendisse: verūm minus propriè eiusmodi febres acutas dici palam est, quòd febris tertiana ad hūc modum calida, acuta non sit. Ab eodem verò loquendi more, ὄξυς ἰούρον, siue ὄξυ ἰούριον dictum esse à medicis non est dubium. Nā, ut ait Galenus extremo lib. 3. de diebus criticis, ex motus specie acutus morbus nominatur. Nec tamen in solo celeri motu essentia acuti morbi posita est, sed in eius etiam magnitudine & periculo. Itaque acutū morbum dicere eum esse qui celeriter sua tempora absoluit, non est eum quidem definire, sed ex ipso nomine vim eius & proprietatem explicare. Qui enim sic definit, non ille quidem ὄξυς ἰούρον, sed potius βραχυρόδιον definit, qui morbus ut non semper acutus est, sic acutus omnis βραχυρόδιος semper existit. Multa siquidem febres diariæ externam aliquam ob causam contracta intra diem unum desinunt, quas tamen nemo vel medicus vel idiota acutas vocare consuevit. Quamobrem Archigenes multūm à Galeno hac in re collaudatus lib. 2. de diebus criticis, acutum morbum non temporibus quidem solis nudisque, sed motu potius & natura appellandum cēsebat. Nam cūm morbus segni lentoque motu & cum interuallis à febre vacuis ad quadragesimum usque diem procedit, nemo, inquit, sanæ mentis eum acutum dixerit, sed πολυρόδιον, hoc est, diuturnum: similiter & paruas illas febres periculòque carentes diarias, nemo acutas, sed ὀλιγορόδους, id est, breues vocauerit. Est enim acutus morbus, ut ipse definiuit, cui motus velox & subito pericula adueniūt. Ac velociter quidem moueri dicitur, quòd ad suum finem iudiciūque properet, ipsumque ad decimumquartum diem consequatur. Qui enim antè soluitur καὶ βέβυς, id est, peracutus dicitur. Qui verò longius procedit, simpliciter acutus. Sunt tamen & in illis differētia. Siquidem ut exactè peracutus est qui quarto die desinit, non exactè qui ad septimum usque peruenit, ita & inter acutos alius verè acutus est qui quartodecimo die iudicatur, alius non verè qui ad vigesimum usque perditat: quanquam & ipse acutus sit. Præter has autem differentias etiam tertia acutorum est quæ ἐκ μεταπίπτουσας, id est, ex decidentia siue delapsu dicitur, quoties acuto quodam morbo imperfectè intra diem vigesimum iudicato & fracta ex eo die eius vehementia; reliquum eius nec cuiusdam celeritatis neque periculi profus expers intra quadragesimum diem desinit. Talis quidem est acutorum morborum motus. Sunt autem & hi omnes magni periculosi; siue propria ratione, ut apoplexia, epilepsia, conuulsio, tetanus, cholera: siue propter symptomata

symptomata ut coniunctam vehementem febrim, in qua Hippocrates videtur acutorum morborum essentiam collocasse. Scribit enim lib. 1. τὸ δὲ διαίτης ὀξέως in hunc modum: sunt igitur acuti morbi quos prisca nominatim perstrinxerunt, pleuritis, peripneumonia, phrenitis, lethargus, causus & quicumque alij hos consequuntur morbi: quorum febres prorsus continua interficiunt. Quibus tamen verbis non videtur Hippocrates alios ab acutorum numero excludere qui febre carent, geminam eorum differentiam manifestò agnoscens, quo loco ait: spirandi facilitatem magnam vim habere ad salutem in omnibus acutis morbis quibus cōiuncta febris est. Tales autem acuti morbi quorum febris comes est à bile flava accenduntur, ob quam & celeriter mouentur & tertio quoq; die ferè semper accessiones habent, & repentinis mutationibus atq; periculis obnoxij sunt. Dicitur verò & alia significatione ὀξὺς πυρετὸς ab Hippocr. lib. 6. τῆ ἐπιδημῶν. Est enim febris differentia à motu caloris sumpta, hoc est, à caliditate celeriter manui occurrente, & suam motionem celerem indicante, cui ipse Hippocr. ἐπινα δίδοντα πυρετὸν opponit. Dicitur autem ea cuius calor initio & mox ubi manus est admota corpori, ardens & acris percipitur, sed manu diutius immorante languidior & mitior sentitur. Huiusmodi sunt biliosa febres. Tertianario enim, ut ait Paulus lib. 2. cap. 18. si manum iniicis, primo quidem contactu calor copiosus & acer occurrit, sed paulò post à manu remanente vincitur, ea scilicet parte cui manus admouetur. Nec tamen ista febrium differentia à motu caloris ita sumitur, quin & febris essentia, id est, calori intensiori & materia in qua calor accenditur, aliquid suæ generationis debeat.

ὀξὺς. herba, quæ, ut Plinius author est, folia terna habet. Putatur esse ὀξυτεῖφυλλον, officina trifolium acetosum & alleluja vocant. Eam edunt quos enterocele malè habet.

ὀξυζοίν & iunci palustris genus, acuto cacumine. Cuius duæ species produntur, una sterilis, altera semen nigrum & orbiculatum ferens, cuius calami crassiores carnosioresque sunt.

ὀξύτης. aciditas. qualitas est gustabilis in corpore humido & tenuium partium à frigiditate proveniens. Siquidem acida omnia frigida sunt, tam ea quæ ex crudis maturata fiunt, quàm quæ ex maturis perfectisque in aliam naturam degenerant. Quæ enim initio propter summam crassitiam & frigiditatem acerba, & postea austera euadunt, ea calore paululum attenuata, factoque humore eorum magis aëreo & subtili acida redduntur, ita tamen ut multis numeris frigiditas caliditatem in illis exuperet. Sed & acetum quod vini vitio provenit, & à frigido acescit, & acidum factum ex calido frigidum efficitur. Eius exemplo acida omnia tenuium partium existunt, & adstringunt & exasperant & acrimonia non carent, euenitque illis, ut inquit Galenus, simile quid, quod borealibus constitutionibus accidit, ut frigida videlicet sint, simulque tenuis essentia. Quòd autem in corpore humido aciditatem provenire dictum est, sic accipi debet, non ut intelligamus acida, ut specie quidem, sic etiam viribus humida esse, siquidem facultate magis sicca sunt, verum quòd ea quæ ex acerbis & austeris acida euadunt, cuiusmodi sunt fructus omnes qui maturitatem adipiscuntur, affluentis humoris copia id perpetiuntur. Est enim sapor acerbus magis terrenus, acidus autem magis humidus.

ὀξυτεῖφυλλον. trifolium, quod & ὀξὺς nominatur, vulgò alleluja.

DEFINIT. MEDIC.

ὄξυφολύξ. palma syluestris, arbor est fronde saligna virens, pomo pruni, osse duro, nucleo intus exili, carne foris copiosa, colore è nigro in luteum languescēte. officina thamarindum vocant, quasi palmulam Indicam. Abscessu secundo refrigerat & humectat, flauaq; bilis ardorem vehementer restinguit.

ὄξυφυλλορ sic dicitur à quibusdam ὁ ἁράνιορ, ut habetur apud Dioscoridem.

ὄπιου. succus papaueris. alij lac, alij lacrymam appellant. Eius parandi rationem hanc Dioscorid. prodidit. Cum ros in papauere exaruerit, cultro decussatim in stellas, ne penitus adigatur, ex obliquo in rectum summam cutem incidere oportet, lacrymam exeuntem digito in concham abstergere, nec multò post redire, ut concreta inueniatur. Etenim quæ tum aut postero die etiam offenditur, in vetere pila teri debet, & in pastillos cogi. Id opium dici testatur. Scribonius Largus in descriptione collyrii quod diaglaucion vocat, Opium, inquit, quod ex lacte ipso syluatici papaueris capitum fit, non ex succo foliorum eius, ut pigmentarij institores eius rei compendij causa faciunt. Illud enim cum magno labore exiguum conficitur, hoc sine molestia & abundanter teritur. Dioscorides ab aliquibus capita ipsa & folia tundi & prælo exprimi, terique in mortario, & digeri in pastillos scribit: vocari autē μυσόνιορ, multum opio ignauius. Quod ipsum etiam Plin. lib. 20. cap. 18. dixit his verbis, Quum capita ipsa & folia decoquantur, succus meconium vocatur, multum opio ignauior. Galenus opium interdum Hispanicum, interdum Lybicum & album commēdat, Aëtius aliquando Asianum, aliquoties Achaicum. Officina nostra uno ore Thebaicum prædicant, emuntque à mercatoribus alicunde comparatū, sed ubi & quomodo paratum sit, prorsus ignorant. Optimū habetur, inquit Dioscorides, graue & densum, gustu amarum, odoratu soporiferum, quod faciliè aqua diluitur, læue, candidum, neque asperum, neque grumosum, quod inter colandum non ut cera coëat, & in sole diffundatur, dein admotum lucernis non atra luceat flamma, extinctum denique odoris vim conseruet. Adulteratur autem multis modis, ut glaucio, gummi aut syluestris lactuca succo.

ὄπιδοβαρδῶ. est collyrium ἡραχουαλικῶν ad palpebrarū asperitates efficax, cuius descriptio habetur apud Aëtium li. 7. ex Oribasio. Quod aliis etiam nominibus ἀεμάπιου καὶ ὄπιονορ tradit appellari.

ὄπιδοκύφωσις. spina in posteriorem partem contorsio. dicitur & simpliciter κύφωσις, de qua suo loco diximus.

ὄπιδοτόν. Est perpetua totius corporis conuulsio in partem posteriorem. Species est τῆς πωασμοῦ. Is autem perpetuus est & non distinctus accessionibus quæ per temporum redeunt interualla, totumque corpus exercet, ita ut nulla eius pars in posteriora non contorqueatur. Ex quo patet affectū ad principium neruorū pertinere ex quo nerui oriuntur, qui corpus in partem posteriorem retrò adducunt: quanquam fieri etiam aliquando possit, ut non affectis iis neruis, sed aliis potiùs resolutis, quorum munus est corpus in anteriora flectere, ὄπιδοτόν. contingat, perinde atque πωασμός ὁ κωιωσις, in quo non ea pars quæ videtur contrahi, sed opposita laborat. Cum enim natura tam dextra parte quam sinistra aduersos inter se neruos numero, magnitudine & robore pares constituerit, æquabili quodam nixu corpus veluti in æquilibrio continentes, cum primū aliquos resolui contigerit, illis aduersos perpetuò solos agere necesse est, atque ad principium suum recurrentes, musculos etiam eò secum adducere.

Galenus

Galenus tamen & qui eum sequuti sunt medici, ὁμοῦστονον conuulsionis speciem esse prodiderunt, fierique eum censuerunt contractis iis nervis qui corpus in posteriora inflectunt. Qui simpliciter quidem dicitur ὁμοῦστονος, totius corporis est, & male affecto nervorum principio contingit: potest verò quibusdam etiam partibus accidere, ut cervici, maxillis, lumbis, conuulsis videlicet eorum duntaxat musculis qui eas partes in posteriora agunt. Verùm is non simpliciter ὁμοῦστονος dicitur, sed addito eius partis nomine quæ distenditur. Eadem est eius affectionis causa quæ & conuulsionis in uniuersum.

ὁπλᾶ. dicuntur apud Hippocratem funes ex stuppa, lino vel cannabe, ut exponit Gal. ἐν ταῖς γλωσσαις.

ὁποβάλσαμον. opobalsamū. est succus qui ex balsamo manat. Cortex eius vitro, lapide, aut osseis cultellis vulnerabatur (ferro namque caudex eius concisus protinus moritur) inde manabat gutta primū tenuis, deinde oleo similis, quæ postea rubescebat simulque duresebat. Per Caniculam excipi solitam Dioscorides author est: eamque probari maximè quæ sit validi odoris, syncera, dilui facilis, gustu adstringens & modicè mordens. vis illi est siccare & calfacere. Est & maximè tenuium partium.

ὁποκάρπυον. succus quidam est venenatus, soporem & strangulationem adducēs. Est autem frigidus, & collyriis accommodus. Adhibuit eum aliquando Archigenes capiti, quò pilos flauos & crispōs efficeret, ut recitat Gal. lib. 1. τῆν κῆ τὸ πους. Idem lib. de antidotis priore tradit opocarpasum circa optimam myrrham reperiri, longè tamen diuersa à myrrha natura. Quid autem sit Carpasum non constat. Hoc unum certum est, non esse quod dicitur Carpesium, sed maximè diuersum.

ὁποπανάξ. succus panacis Heraclij. Excipitur lacryma caule vel radice incisa cūm recens eruperit caulis. Ea redditur candida ubi adaruerit. Croci exterius præfert colorem. Probaturn amarissimus, internè candidus & subrufus, extrà nocēs, lenis, pinguis, friabilis, tener, facillè tabescens, odore graui. Damnatur niger ac mollis. Excalfacit ordine tertio, tenuat, emollit: siccatur secundo.

ὁπῆς. succus, humor qui ab aliquo expresso, inciso, vel etiam sponte manat. Alij quod exprimitur, χυλῶν: quod ab incisione vel sponte defluit, δακρυον vocant. ὁπῆς autè cūm sit vox omnium quæ ita stillant cōmunis, significat tamen κατ' ἰσοχλῶ Cyrenaicum succum simpliciter prolata. Is enim omnium succorum præstantissimus est. Nec verò ὁπῆς silphij modò succus dicitur: sed ipsum etiam silphium Hippocrati, ὁπῶν κατ' ἐπὶ μὲν dicenti pro silphij semine, quod & φῦλλον & μαρμαραῖς à quibusdam vocatur, ut scribit Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις.

ὁπῆσις. assatio. Est concoctio ab alieno & sicco calore perfecta. Sic quidem Aristoteles lib. 4. meteorolog. definiuit, explicans non modò quo differat à maturatione quam τῆν πᾶσι vocat, quòd illa ab externo, hæc ab interno & nativo calore perficitur, sed quo etiam differat ab elixatione quæ ἕλσις dicitur: hæc enim ab humido calore, illa ab arido est. In assis enim coquitur & definitur ab igne humiditas. Siquidem absumpro humore ab igni, assa euadunt. Quoniam autem hoc opus artis est non natura, non possunt partes omnes æquabiliter assari. Nam quæ igni proximæ sunt citius magisque resiccantur quàm internæ. Siquidem externis meatibus præ siccitate adensatis & cōnientibus, non potest qui intus continetur humor excerni, sed intus conclusus manet: sunt quæ; eam ob rem assa sicciora externis partibus quàm internis.

DEFINIT. MEDIC.

Species seu modi assationis plures sunt. Nam vel igni admouetur ea quæ assari debent, vel in aliquo vase, in quo nihil humoris insit, subiecto igne assantur, aut in vase pariter, in quo quidem aliquid humiditatis sit, sed non tantum, ut assari corporis humiditatem euincat, verum potius simul cum illa ab igne superetur & concoquatur: hoc modo assari dicuntur ea quæ friguntur. Sunt enim frigida, auctore Aristotele, assorum species.

ὄπωρα. altera pars æstatis. Quidam enim ex antiquis æstatem in duas partes diuiserunt, primamque propriè æstatem appellarunt, eodem cum toto nomine, à Virgiliarum exortu, usque ad ortum Caniculæ, alteram verò ὄπωρα, à Canicula scilicet usque ad finem æstatis: alij verò totam æstatem tripartitò distinxerunt, & primam quidem partem totius nomine, θερος, mediam verò ὠρα, tertiam ὄπωρα, quasi τὸ ἔτι τῆ ὠρα nuncuparunt, quòd post ὠρα sequatur. Quo tempore quoniam fructus maturescere solent, factum est ut omnes fere fructus æstiuī ὄπωρα dicantur. Quidam tamen discrimen posuere, ὄπωρα vocantes quicquid herbaceo fructu viret, lignosi nihil exterius habens, ut duracina, pyra, mala, damascena, pruna: reliquos verò omnes ἀρπόρρα, qui putamen exterius lignosumq; fructum contineant, ut malum Punicum, castanea, pistacia, nuces. Vtrumque genus salgami nomine Latini complectuntur.

ὄπωρα. medicamenti nomen est ex fructibus compositi. fit ad dysentericos, stomachiq; vitia in congio musti albi, lento vapore decoctis malis cotoneis quinque cum suis seminibus, Punicis totidem, sorborum sextario & pari mensura eius quod rhun Syriacum vocant, croci semuncia. Coquitur usque ad crassitudinē mellis. hæc Plinius. Eadem fere habet Galenus lib. 8. τῆς τῶ ποσος ex Asclepiade, ipsumq; medicamentum δὲ ὄπωρα appellat.

ὄργανον. instrumentum. Est pars corporis quæ perfectam edere actionem potest. Refertur enim instrumenti nomen ad actionem, ut instrumentum dicatur quatenus edit actionem. Sic vena, nerui, arteria & pleraque alia similes partes inter instrumenta censentur, quatenus ab iis actio aliqua editur. Et tamen similis pars ab instrumento propria ratione differt. Dicitur enim similis pars quia simplex, instrumentum verò quia actionem edat. Id autem quamuis aliquando, ut diximus, simile statui possit, minus tamen propriè quod simile est instrumenti nomen sortitur, quum quæ propriè instrumenta sint, eadem ex similibus componantur, adeò ut compositas vel instrumentarias partes dicere nihil apud medicos intersit. Reuera enim omnis composita pars organica est, quamuis non omnis organica composita esse videatur. Siquidem plures instrumentorum differentia statuuntur, ut alia prima, alia secunda, alia etiam tertia quartaque dicantur. Ac prima quidem vocantur quæ ex similibus partibus coalescentibus unius functionis gratia sunt constituta, velut musculus, vena, & arteria. Ea namque ex simplicibus corporibus compositionem suam immediatè sortiuntur. Ex his ipsis primis coagmentantur secunda. Quæcunque enim ex primis instrumentis componuntur, etsi uni totius instrumenti functioni quàm maximè obseruiunt, inter secunda numerantur. Eiusmodi sunt digiti. Tertia verò instrumenta appellantur quæ ex ipsis secundis constituuntur, veluti manus aut pes. Ex digitis enim uterque constat. Sic quarta quæ ex tertiis, ut brachium & crus. Illud namque inter alias partes manu, hoc vero pede constat. Hæc quanto magis composita sunt, tanto etiam magis instrumenta dici merentur,

tur, & actionem quoque edunt perfectiorem. Ex quo apparet diffinitionem eam instrumenti à Galeno assignatam, ut id dicatur quod perfectam edere actionem potest, perfectis tantum instrumentis conuenire, cuiusmodi sunt cerebrum, cor, iecur, testes, item oculus, auris, pulmo, thorax, venter, manus, pedesque, non etiam singulis eorum particulis, quas constat perfectam actionem per se edere non posse. Oportet autem instrumentum omne, si rectè opus suum perficere debeat, non ex qualibuscumque simplicibus particulis, neque ex numero aut magnitudine qualibet non satis oportuna, neque ex quouis modo cõpositionis constare, sed habere formam, magnitudinem, numerum partium similarium ex quibus componitur, & constructionem præterea decentem. Ceterum id unum sciendum est partem quamlibet corporis instrumentariam quamuis ex pluribus particulis composita sit, unam tamen habere quæ suæ ipsius actionis sit causa, reliquas verò quæ instrumentum quoduis conficiunt, illius gratia constitutas esse, ut Galenus in libris de usu partium demonstrauit.

ὁ ἐράσας δὲ αὐτὰ μίξει, συγκεράσει. hoc est, commiscere & contemperare, apud Hippocrat. ut explicat Galenus ἐν τοῖς ἁλωσιῖς.

ὁ ἐρά. ira. Est feruor caloris in corde. Commune quidem est plerisque motibus caloris augmentum in corde excitare. Nam & balneis & insolatione, & cum igni fouemur, & cum calidis medicamentis perfricamur, & cum exercitamur, & cum pudore afficimur, naturalis etiam calor augetur: verum in ira haudquaquam auctio, sed veluti feruor est caloris in corde, sicut videtur sensisse Gal. lib. 2. sanit. tuendæ. In corde autem feruorem eum excitari primum Hippocrates & Plato, deinde Galenus docuerunt, quod irascibilis facultatis sedes sit: feruor autem ille cordis tantum est, non etiam totius corporis. Nam si in totum extensus fuerit corpus, tunc huiuscemodi affectus πυρετός, hoc est, febris nuncupatur, quæ est quedam totius corporis immoderata caliditas. Per iram verò feruor ille caloris in corde consistit, à quo si fortè per totum corpus diffundatur, ut nonnunquam accidit, febrem accendit, primum diariam, deinde verò & sæpè quidem, si vehementior ira est, ardentem, si bilis per eam commota non vacuetur, sed intus manens putrescat: sin autem non putrescat, ieterum plerumque gignit. Feruet autem tantoperè calor iratis propter immoderatum & impotentem motum facultatis irascibilis, cuius proprium est affectare honorem & gloriam, iniuriæque acceptæ vindictam, in quo quidem animi affectu atque perturbatione non modo cordis partes tumultuantur & motibus maximis atque incompositis agitantur, indeque incalescunt, sed etiam bilis feruet quæ in uenis, arteriis, hepate, suoque folliculo continetur. Itaque etiam essentiam eius vel probatissimi philosophorum in caloris feruore statuerunt, iræque accessorium esse, non eius essentiam, ultionis appetentiam. Quippe hæc causæ potius videtur habere rationem. Iræ præterea permulta etiam alia comitantur inter quæ fortè caloris auctio, quod in tanta irascibilis facultatis agitatione fieri aliter non possit, quin & spiritus & vapor calidus largior excitetur, à quo calorem plenius renutritum ampliorem auctioremque fieri necesse est. Adhæc pulsus & respiratio altior, maior, vehementior, crebrior, velocior, aucto nimirum calore natino. Tandem verò si modum ira excedat & diutius perseueret, vires non aliter quam frequentes vigiliæ resoluit.

ὁ ἐρά. quoque generis appellatione significat apud Hippoc. τὸ ἐράσας, hoc est, motus. unde δι' ἑστῶτος ἀβ' eo dicuntur τὰ ἐράσας καὶ δι' ἑστῶτος.

DEFINIT. MEDIC.

ὄργιστὴν δὴ αἷμας. irascibilis facultas. vide θυμωδὴς.

ὄρεξιλαρ. dicitur à quibusdam ἰ χαμουπίτως, ut habetur apud Dioscoridem.

ὄρεξις. appetitus, sine appetentia. Est concupiscentia cibi & potus. Ea autem à idcirco principium habet. Est enim totum hoc opus naturalis facultatis quam non φυσικῶς modò, sed & ἰδιθυμικῶς & δεικτικῶς veteres appellarunt. Sed advertendum est appetentiae nomen ambiguum esse. Vna enim significatione dicitur naturalis quaedam inclinatio, qua singulae corporis partes alimentum desiderant quod in vacuatae substantiae locum succedat: & haec quidem naturalis appetentia est. Nam quoniam cute tenuis unumquodque animal in ambientem aërem digeritur, accidit ut membra quae sub ea sunt, prima vacuetur, quorum ingenita vis ex proximis sibi alimentum, trahit, id scilicet quod vacuatur reficiens, deinde rursus illa, ex iis quae sibi sunt proxima: sicut quae tertio loco sunt posita ab iis quae sibi, atque ita semper per continuum, veluti in choro quopiam translatione celerrimè facta, ad venas quae ad ventriculum pertinent, vacuatio peruenit. Haec verò & solent pariter & natae sunt ex ventriculo nutrimentum trahere, perinde ut stirpium radices quae in terram sunt demissa, ab ea. Est enim hoc opus uniuersum naturale, non animale, ut quod stirpibus & animalibus commune sit eodemque modo in utrisque perficiatur. Fit enim talis appetentia propter solam vacationem & alimenti penuriam, ob quam & stirpes & quaecunque intra terram nutriuntur, alimentum appetunt, atque si nullum trahere datur, marcescunt. Est igitur ea appetentia singulis corporis partibus insita, atque etiam ventriculo, quod non aliter quam reliquae partes alimento destituitur, atque in omnibus iis ob solam alimenti penuriam vacationemque contingit. Altera verò significatione appetentia dicitur desiderium cibi & potus, quo ventriculus exugi se sentiens tenetur. Et haec quidem animalis appetentia est: siquidem natura animalibus non item stirpibus vacationis & penuriae sensum dedit, quo scilicet ad cibum portionemque proritata, sese impleri appetant. Fit autem is penuriae sensus, cum venae ex ipso ventriculo veluti emulgentes sugentesque, aliud trahunt: non ferens enim eum suctum ventriculus, sed veluti diuisus offensa eius medelam cibum desiderat. Quippe venae hoc pacto nulla cum ventriculi molestia ad obiectos cibos conuertuntur, atque ex iis, relicto ventriculo, nutrimentum trahunt. Fitque post cibi sumptionem, ut & venae simul ad cibos se conuertant, & ventriculus ex iis, quantum prius per venas est exhaustum, in seipsum trahat. Ad hanc autem appetentiam quinque symptomata concurrunt, ordine quodam sese sequentia, ac primum quidem vacuatio est, siue alimenti penuria: secundum exinanitarum partium appetentia illa naturalis de qua modo diximus: tertium ventriculi suctus à venis factus: quartum eius sensus: quintum verò & ultimum appetentia eius animalis. Itaque cum sensus eam pariat, merito animalis nuncupatur, soli namque animali sensus datus est: atque etiam perspicuum est, eam ventriculi esse non etiam aliarum partium, quae sine molestia sensu dissipari acimique sibi alimentum suum patiuntur, ac praesertim oris eius, quod reliquis partibus, propter neruorum quibus praeditum est magnitudinem, eximia vi sentiendi longe antecellit.

ὄρεξις κωώδης. appetentia canina. Est vehemens & infariabilis edendi cupiditas, à cibis ad vomitum & à vomitu ad cibos subinde rediens. Affectio est τὴ ἀνορεξία prorsus contraria. Provenit magna ex parte ab humore aliquo vitioso & acido, siue is pituitosus

pituitosus sit sine melancholicus, qui in os ventris impactus ipsam mordet & irritat. Talis namque mordacitatem suctioni similem inducit, & ventericuli tunicis coactis adstrictisque inanitionem perinde ac naturalis fames inuehit, atque inexplebilem cibi cupiditatem. Itaque eorum copia grauari, coguntur cibos euomere, deinde cibis denuo se ingurgitare, postea redire ad vomitum, inde ad cibum, atque ab eo identidem ad vomitum, canum modo in eandem noxam relabentes à qua per vomitum fuerant liberati. Quo fit ut tantam ventericulus imbecillitatem contrahat, ut nihil continere possit, sed perpetua ferè laboret vomitione. Nec verò vomitus tantum reddunt ingestos plus æquo cibos, sed alui etiam profluvio aliquando deiciunt. Quo fit ut his succedant & cæliaca & dysenterica affectiones & ipsa aqua inter cutem, propterea quòd ante prioris cibi concoctionem, ingestio alio, cruditas vitari non potest. Huiusmodi appetentiam Hippocrates λιμῶν, hoc est, famem appellauit eo Aphorismo quo scripsit famem meri potione solui, ut in commēt. Gal. annotauit. Differt ἡ ὀρεξις κωλύουσα ἀπὸ τῆς βουλιμῶς multis rationibus. primum quidem quòd illa communior sit & generalior, ut ex eodem Galeni cōmentario potest intelligi: deinde quòd ὀρεξις κωλύουσα causam habeat non modo frigus internum, sed & humorem acidum in ipso ventericuli ore impactum, βουλιμῶς autem ab externo frigore exciteatur: tertio quòd βουλιμῶς frequētes animi defectus comites habeat, imò verò, ut ait Gal. lib. 1. ad Glauconem, nihil aliud sit quàm animi defectus, illa autem sine animi defectione sit, nisi si nimis diu vitium traxerit & oris ventericuli robur dissoluerit. Ceterum Aëtius aliam appetentiæ canina speciem exponit, cum videlicet corpus uniuersum rarius existens & per occultam transpirationem exhaustum præter modum exinanitur. his alui deiectiones pauciores & sicciore prodeunt quàm pro cibi ingesti modo & qualitate. Nec his quidem plura symptomata Aëtius tribuit: Ex quo perspicuum est eam affectionē quæ vomitione careat, nō esse oris ventericuli, sed habitus totius corporis, nec propriè appetentiā caninā appellari posse. vide βουλιμῶς. ὀρεξις κωλύουσα. mensura est apud Græcos qua rerum interualla metiuntur. Est autem totum id spatium quod inter primam palmam partem, κατὰ τὴν Græci vocant, & extremum medium digitum interiacer: sic enim & Pollux & Hesychius interpretantur. Cōtinet autem digitos circiter undecim. Latine rectus palmus dici potest. ὀρεξις κωλύουσα. vitium articuli est, quando ob durum aliquem tumorem chorda musculos partem aliquam inflectentes non sequitur, sed perpetuò articulus tenditur, nec inflecti potest, ut annotauit Galenus comment. 3. ἐκ τῆς ὀρεξις κωλύουσα.

ὀρεξις κωλύουσα. est frequens sine febre respiratio, qualis esse solet iis qui velocius cucurrerunt. Sic dicta est, quòd qui ea laborant (ὀρεξις κωλύουσα ἢ vocantur à medicis) non nisi recta ceruice spirare possint, proindeque erigere sese è stratis coguntur, & recto thorace spiritum ducere. Nam cum aspera arteria, ut scribit Galenus ἐκ τῆς ἀσπερα ἀρτηρίας, principium à gutture habens in pulmonem diuidatur, quoties quidem thoracem cum collo rectè extendimus, arteriam ipsam dilatari contingit, atque etiam quæ ex ea in pulmones distribuuntur propagines omnes, atque interim regionem augeri eis internam: hæc quidem causa est cur recti spirare affectent. Idē malum ἀσπῆρα etiam ab alio symptomate vocatur. In causa est pulmonis & eius vasorum angustia ab humore aliquo in iis præter naturam contento, estque symptoma cōmune peripneumonia, empyematis, tuberculi aut abscessus in pulmone geniti. Crassus autem & vi-

DEFINIT. MEDIC.

scosus humor qui eam affectionem parit, non in lenibus sed asperis arteriis sit oportet, quod ea sint respirationis instrumenta. Est autem per orthopnoeam respiratio parua, densa & velox, sicut Galenus lib. de difficultate spirandi primo demonstravit.

ὄρειον, id est, πῖ ἀνικίδι, apud Hippocr. ut explicat Galenus ἐν τοῖς γλωσσεῖς. ὄρειον, quod Heracleoticum & cunilam vocant, herba est folio hyssopi non dissimili, umbellaque non in rota specie orbiculata, sed veluti multifida, semine in summis virgis haudquaquam denso: apud Gallos maiorana Anglica appellatur. Quae vero ὄρειος dicitur, candidiore est folio, & hyssopo similior. Semen veluti coniunctos corymbos habet. Vis ei origani Heracleotici, sed multo inferior. Sylvestre autem origanum quod aliqui panaces Heraclion, alij cunilam etiam vocant, foliis est origanum tenuibus, dodraem altis, in quibus umbellae anethi insunt, flores candidi, radix tenuis, superuacua. Habent autem omnia origani genera vires incidendi, extenuandi, siccandi & calfaciendi in tertio abscessu.

ὄρειον etiam à quibusdam dici & ὄρειον Dioscorides author est.

ὄρειον, herba est foliis marrubio similis, caule semicubitali, quadrangulo, circa quem eminentia siliquis similes prodeunt, quae ad radicem spectant, in quibus diuersum semen recluditur. Siquidem in sylvestri rotundum fuscumque inuenitur, in altero nigrum & oblongum qui in usu habetur. Calidum est mediocriter, siccum & abstergens, praecipue sylvestre. officinis gallitricum, herbariis centrum gallinae dicitur.

ὄρειον, apud Aticos dictus est ὁ ἀποδείκτος, forte ἀπὸ τῆς ὄρειαν, quod tuere significat, quoniam ubi adoleuit facile decidat atque corruat, qua de causa etiam corruam à Latinis dici nonnulli voluerunt.

ὄρειον, dicta fuit à quibusdam ἰ ἀλάν, ut habetur apud Dioscoridem.

ὄρειον, dicitur à quibusdam ἰ ἑσπερίδι, ut habetur apud Dioscoridem.

ὄρειος ἢ ὄρειος, genus cicercis, sic dictum ab erui similitudine. unde ἐρεβινδος.

ὄρειος, dicitur primum genus chrysochollae factitiae, quam Plinius à Latinis herbaceam scripsit nominari. vide χρυσοχόλα.

ὄρειον, eruum, frutex paruus, angusto folio, tenuis, semina in valuulis habens è quibus farina fit multis usibus inferuiens. Ordine primo calefacit, siccatur secundo cum amaritudine, per quam incidit, deterget, obstructa aperit.

ὄρειον, est picis liquida serosum recrementum. Id aliqui cum πικρὸν idem esse putant. Dicitur & diuisis nominibus πικρὸν ὄρειον. Vide πικρὸν. Erotianus annotauit ὄρειον πικρὸν ab Hippocrate dici & ὑπόπικρον ἢ πικρὸν.

ὄρειον, à quibusdam dicitur & ὄρειον, quod alio etiam nomine ἑμὸν vocatur. Galenus ἐν τοῖς γλωσσεῖς scribit sic vocari τὸ ἰδρὸν ὀστέου & πύριον, hoc est, facti ossis extremum, quod etiam ὄρειον πύριον appellatur. Ex hac significatione ὄρειον dicitur, ὁ ἀπὸ τῆς ὄρειον ἐκτενόμενος, hoc est, ad caudam usque protensus.

ὄρειον πύριον, ultima pars spinae, qua vertebrae desinunt. Ea manifestior in auibus quam in homine est, deque iis proprie dicitur authore Aristot. lib. de gressu animalium. Sic dicta quasi ὄρειον πύριον.

ὄρειον, dicitur à quibusdam & πικρὸν, hoc est, pars rota pedis superior, quam alij etiam πικρὸν appellant.

ὄρειον, oryza, de genere frugum est, mediocriter alit. Vim autem quandam adstringendi possidet, qua ventrem modice sistit. à Gallis Rys vocatur.

ὄρειον.

ὄσφραδης. σκοτεινόν, tenebricosum, apud Hippocr. ut annotavit Erotianus.

ὄρχα. ὄρχος, apud Hippocratem, hoc est, scrotum.

ὄρχες. testes, testiculi. Sunt corpora duo glādulosa, alba, mollia, rotūda, seminis & generationis principii. Hi quia gemini sunt, etiam didvusi appellantur. A Galeno lib. 3. alimentorum glandibus accensentur. Substantia enim constant alba & molli, & quod venulis frequētibus intus variē pertexūtur, rara, laxa atque cavernosa. Nullam namque aliam ex se cavitatem habent. Tales enim semen melius percoquunt, & copiosius continent. Est autem naturale & proprium eorum munus seminis generatio. Itaque eius materiam per vasa spermatica attractā, & per epididymidem propriam ipsorum tunicam, atque inde per parastatam testis impositum corpus testis alterius quadam effigie, permeātem propria facultate alterāt, dealbant, concoquunt, verūmque semen efficiunt, quemadmodum mamma lac, & ossa medullam ex sanguine generāt. Pluribus tunicis seu inuolucris integuntur, ac primū quidem sua propria & intima & ubiq; contigua, quae ἐμδιδυμῖς dicitur: deinde alia quam ἐπιδιδυμῖς vocant, propterea quod à suis vasis & à musculo testii gracili rubescat, testem ipsum testisque epididymidem totam inuolvente: praeterea verò duabus aliis communibus, quarum una ὄρχος seu scrotum dicitur, altera verò ὄρχος illi subiecta. Habent autem & singuli testes suum παραστάτω sibi que impositum testis alterius quadam effigie, in quo & vis generandi seminis inest. Caterū maribus testes extra membranam abdominis sunt & propēdent musculis, quos ex eo ὑπεμαστικός vocant: mulieribus verò insus latent à lateribus uteri, frigidiores, minores & imperfectiores quā marium. Sic quidem conditi testes in principum partium numero habentur, non quod ad praesentē vitā necessarij sint, sed quod ad vitam natorum serie propagandam, & ad speciem quandā immortalitatis eorū actio sit necessaria. Sunt enim generationis principium, quod à nulla alia parte, sed à se ipsis habent. Nec tamen est in praesenti vita vis eorū tam exigua & nullius momenti: imò verò corpus uniuersum valde afficiunt & immutant. Ab his enim in totū corpus vis quaedam per venas effertur, quae quidem in maribus robusti & masculi habitus, in feminis verò femineae ipsius naturae causa est. Ea autem vis est ἀεὶ ἀποτομιλῆς, hoc est, seminis generatrix, quae partes solidae praedita semen generāt, quo optimè aluntur & robustissima euadūt. Ex eo namq; fit, ut quibus testes frigidiores sunt & humidiores, iis corpus uniuersum frigidū, humidū, infirmūque sit & morbis obnoxium. Nam cum aquosam & tenuem habeāt genituram, male solidae eorum partes aluntur: quare robustae esse non possunt, quoniam basis haec sunt totius corporis & fundamentum, quo infirmo necesse est reliquas corporis partes infirmas esse.

ὄρα. sic à quibusdam dicuntur ἰσχυροί, hoc est, extremi palpebrarum ambitus unde excresecunt cilia.

ὄρα. οὐδὲρ. vide ὄσφραδης.

ὄρα. ὄρα. ὄρα.

ὄρα. legumina. Dicuntur ea cerealia semina, ex quibus panis nō fit, ut fabae, pisa, cicera, lentes, lupini, oryza, eruū, cicercula, araci, eruilia, phaseli, fenuingræcum, lens, & si qua sunt similia. Omnia sunt crassi succi, ventrē implent. & concoctū sunt difficillima, ut scripsit Hippocr.

ὄρα. ossa. Sunt partes animatae durissimae, firmissimae, maximēque terrestres. Sic quide

Galenus definiuit : quanquam satis erat dicere maximè terrestres, nam mox necessario sequebatur siccissimas esse & durissimas : adde verò etiam frigiditas. Sunt autè ossium communes usus, quòd & se mutuò & partes alias omnes tanquam fundamenta sustinent, & eas sibi adnatas adfixaque firmannt : præterea vero particulares usus infiniti, qui à Galeno explicantur in libris anatomicis. Eorum differentiæ sunt permultæ ab apophysibus, epiphysibus, cartilaginibus, ceruicibus, capitibus, soliditate, cavitatibus, harum quarundam superciliis, medulla, & aliis quibusdam ipsorum particulis, & à consistentia, magnitudine, numero, figura, situ, & aliis substantiam necessario consequentibus, in sceletis visu tactuque obseruanda.

ὄστυρα. instrumentum chirurgicum quo ossa vel attolluntur, vel deprimuntur, vel omnino loco mouentur.

ὄστυον ἱερόν. os sacrum. Duobus modis à Galeno usurpatur, uno quidè latiùs, ut coccygem etiam comprehendat, ut lib. 12. de usu partium, cum scribit os sacrum constare ossibus quatuor, tribus scilicet propriis & coccyge. Siquidem per symphysim ossa illa unita sint, ut mirum esse non debeat totum os ita sibi unitum, parte superna vocari sacrum, inferna coccygem, sicut idem ipse humerus qua parte à nobis spectatur ἐπιώμης, parte spinæ suæ summa ἀνωρῶμου, parte lata ἀνωπλατῆ vocatur, atque similiter os sacri ipsius ossis lateribus annexum, os ilium, ad corylem ischion, antica verò parte os pubis. Altera autem significatione specialius usurpatur, eamque tantùm partem significat quæ reuera sacra est, id est, magna & lata, quantum videlicet huius cum osse ilium per synarthrosim iungitur : hac enim sola parte reuera ἱερόν est, id est, magnum atque latum, tuncque eius reliquum gracile scens semper ac tenuatum, donec in tres cartilagineas acutissimas desinat, coccygem appellat. Sed de hoc suo loco dictum est. Constat os sacrum tribus ossibus simul coagmentatis, in prima quidem ætate per cartilaginē, in edita verò per symphysim, quæ coctione multa aut vetustate in iunioribus præsertim separantur. Sed cur os illud ἱερόν dictum fuerit, varia fuerunt sententia. Alij sic dictum voluerunt quòd in eo aliquid sacri arcaneque insit, quoniam partus tempore diuinitus aperiat, eductoque foetu solide scatur muto quodam natura opificio. Alij verò quòd partes quæ huic ossi adiacent diis offerri in sacrificiis solerent, id quòd Menandri testimonio confirmant, οἱ δὲ τὸ ὄστυον, ἀνὴρ αὐτοῦ αὐτῶν. Platarchus verò in libello, An terrestribus, an aquatilibus maior insit prudentia, scribit apud veteres ἱερόν grande significasse, ideoque Homerum ἱερόν ἰχθύων, ἱερόν δὲ λακκοῦν, ἱερόν ἰλιόν, ἱερόν μέγας ἀλιπύοιο dixisse. Sic & Hippocr. τὸ ἐπὶ τὸ σπυρ comitalem morbum appellauit, sic antiqui scriptores quicquid ingēs ac præclarum haberi volebant ἱερόν dicere.

ὄστυον ὄστος. ossium dolor. Est species lassitudinis inflammatoria, cum non modò musculi, sed tendones etiam & nerui per exercitationē nimium excalfacti attraxere quippiam ex circumfusis sibi excrementis. sic autem nominatur is affectus, quòd propter penitiorē sensum intimarum quoque partium nomen ei tribuatur. Siquidem tendones ipsis ossibus adherent. Itaque cum hi patiuntur videtur in imo ac circa ipsa ossa affectio brueret. Qui sic laborant ne minimum quidem motum sustinet, sed omnem formidant. Sentiunt autem manifestum calorem una cum demorsu & tensione, vitioso humore in totam corporis molem largè effuso.

ὄστυον ἰσχυρὸν. species est viscidissima, quæ in fornacum locis humidioribus ex crassa materia fit.

fit. Reperitur sæpius in his fornacibus in quibus pyrites arosus non excoquitur. Crassarum est partiū inter omnia Cادميا genera: & quia terrea duraque est ὄσμιος, à testa quam superficie repræsentat, nominatur. vide ἰσθμια.

ὄσμιος. odoratus. Est sensus odoris, quanquam non sensus ipse solum sed etiam vis ipsa odorandi eo nomine dicatur: sicut ὄσμιος non modo saporis sensum sed ipsam etiam facultatem significat per quam gustamus. Huius autem tum sensus tum facultatis instrumentum intra caluariam conditum est, siue id sint ventriculi cerebri anteriores, seu potius continuæ cum iis propagines similiter caua, propè ὄσμιον ethmoideon initium desinētes. De eo namque dubitare Galenus videtur, modò hoc, modò illud asserens. Nam quod ad meatus & membranas internas narium & ὄσμιον ethmoideon pertinet, non sunt illa quidem prima & præcipua odorandi instrumenta, sed odoratui tantum desertiunt. Cæterum duo illi processus è partibus cerebri prioribus erumpētes, quanquam nervis similes videri possunt, inter nervos tamen non habentur, quòd tum nervis molliores sint, tum extra duram membranam haudquaquam proferantur. Mammillares & papillares à quibusdam vocantur per similitudinem. Hæ molliissimæ sunt, quòd odores facillimè admittant & diiudicent, vel, si opus sit, in anteriores cerebri ventriculos transmittant, ubi odoris sensum moveri Galenus existimavit, argumentis quibusdam persuasus quæ in libello de instrumento odoratus recenset. Nec verò ad odoris perfectiorem sensum instrumenti tantum mollieties, & expeditus eius meatus necessarius est (obstructis namque iis propaginibus vel ab excrementis, ut per grauedines & distillationes, vel ab aliquo præter naturam tumore, veluti polypo, callo, tuberculo, aut aboletur, aut deprauatur, aut imbecillior redditur odoris sensus) sed eorum etiam quæ odorantur aptitudo. Nam quæ frigida sunt & crassarum partium, nullum odorem mouet, quòd quæcunque odorata sunt, tenuia & calida esse oporteat, nec tamen prorsus sicca. Nisi namque eiusmodi fuerint, nihil vaporis ex se remittēt, quæ tamen ab iis efferri, & aëri ambiēti remisceri, & per nares in cerebrum attrahi ad odorem ciendū necesse est. Est enim odoris materia vapor ex rebus odoratis prædiens. Sunt autem odorum sicut & saporum plures differentiæ. Sed saporū quidem notæ, & non vocabulis modò, sed propriis etiam substantiis, à quibus nomina acceperūt, distinctæ: odorum verò & incognitæ & innominatæ. Siquidem ut saporis sensus homini valdè exquisitus est, ita odoris infirmissimus: & tamen tot esse odorum differentias quot sunt etiam saporum, & odorabiles cum gustabilibus habere proportionem à Galenò perhibetur. Omnes autem in duo summa genera reducuntur. Alij enim beneolentes, alij graueolentes dicuntur: illos ὀσμιος, hos ἰσθμιας Græci ὀσμιος nominant. Beneolentes quidem suaues sunt & grati, ut qui spiritui in cerebri ventriculis contento familiares sint, uniusque cætum generis existunt: similes namq; sunt saporis dulci qui linguæ familiarissimus est. Graueolentes verò insuaues ingrati que sunt, & multorum generum, quemadmodum & saporibus non dulces. Non sunt tamen illis, uti dixi, imposta nomina, quibus propriè significentur, sed quædam à saporibus, quibuscum magnam cognationem habent, appellationem sortiuntur, ut acidus & acris. Quædam enim acris, quædam acido odore esse dicimus, quòd scilicet nos eodem modo afficiunt quo & saporibus. Nam & acetum & acida omnia similiter odoratum gustumque mouent: & acris quoque, ut allia, cepe, non minùs gustum quàm odoratum mordicant. Quinetiam per sepe

DEFINIT. MEDIC.

odore solo iudice quā plurima gustare recusamus. Adeò in omnibus ferè mutuo consentiunt odoratus & gustus, ut ex odore liceat de sapore iudicare. Veruntamen id perpetuum non est, cum pleraque sint odore suavisimo, ut rosa, quæ gustu sint perquam insuavia.

ὄσφρηκτικὴ δυνάμις. odoratrix facultas. Dicitur & ὀσμητικὴ δυνάμις, & uno vocabulo ὄσφρησις.

ὄσφυς. dicitur dorso ea pars qua cingimur, de qua sic scribit Aristoteles: τῆν μὲν ὀσφυα διὰ τὸ ὄσφρα μὲν ἢ ὄσφρυς, ὄσφρυς καὶ ὄσφρα ἔχει. Apollodoro, ut scribit Suidas, ὄσφρυς dicitur quasi ὄσφρυς. Est enim ea pars ossea & excarnis. ἰξὺς alio nomine à quibusdam dicitur. Galenus tamen apud Hippocratem interpretatur ἰξὺς, ὅτι μετὰ τὴν ἰξὺν καὶ τὸ ὄσφρυς. Latini huius nominis penuria laborant, & lumborum nomen usurpant in ea parte designanda. Est autem propriè ὄσφρυς pars totius spinæ quinque vertebris omnium crassissimis maximisque compacta, inter dorsum & os sacrum mediis. Veruntamen ut sunt crassissima, ita angusto foramine singulae cavatae sunt, pro cuius modo gracilem quoque medullam continent. Præter id autem habent etiam singulae alia multa foramina interiore sui parte, qua venam cavam attingunt, nullo ordine collocata nec numero certo, quibus venas admittunt ad sui nutritionem, cum tamē in reliquis vel nulla vel admodum exigua appareant. Ceterum earum vertebrarum prima νεφελετις dicitur: quod ex aduerso renū sita sit, ultima vero ἀσφαλῆτις ἀπὸ τῆς ἀσφαλῆος, hoc est, à securitate, ut verisimile est, quod ossi firmissimo incumbat. Reliquæ peculiari nomine carent. Qui iis adiacent muscoli ἰσχία vocantur, de quibus suo loco.

ὄρχος ἢ ὄρχος. scrotum. Est extima & communis testiculorum tunica, multis rugis & media sutura distincta. vulgus bursam vocat.

ὄρχη. τῆς ὄρχης δὲ σῶμα τὸ μίσητος ἐλικωδῆς ἐπινασάσει, hoc est, circa os vulvae flexuosa extuberantia, apud Hippocrat. ὄρχος enim & μόρχος significant palmites & claviculas.

Idem verò etiam ἀμφιδόρυς & λέγνα appellavit, ut annotat Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις.

ὄπης. nomen anis apud Hippocratem, quam Aristoteles ὀπίδα per ω scribit. Eam verò Xenophon, ut & Hippocrat. ὀπίδα per ο appellat.

ὀγγία. vox quidē Romana, Romanum pondus significans, sed quæ tamen apud Græcos literis paululum, ut scribit Galenus, immutatis tecepta est etiam pro eodem pondere. Dioscorides in libello de ponderibus & mensuris drachmaram octo esse ait, his verbis: ἢ δὲ ὀγγία δραχμῶν ἢ γράμματα καὶ. Id est, uncia drachmas habet octo, scripula 24. Similiter & Galenus τῆν κατὰ ρώμην lib. 6. ἀπὸ τῆς σαθραμικῆς ὀγγίας ὀκτώ δραχμῶν ἔλαβεν. Idem lib. 5. eiusdem operis, ἐλκυσσὶ θ' αἰ θ'. ὀγγία ἰταλικαὶ αἰ ἐν τοῖς κατὰ περὶ μιλίων κίρασιμ ἐπὶ καὶ ἡμίσειαι ὀγγίας σαθραμικῶν. αἰ πινες ξ'. δραχμαὶ γίνονται, τ' μῶν ὀγγίας ἢ δραχμῶν δεχομένης. Id est, pendunt enim novem uncia Italica quæ in cornibus intersectis sunt septem uncias ponderales & dimidiam, quæ quidē sexaginta drachmæ sunt: cum unaquæque uncia capiat octo drachmas. Hesy chius quoque scribit δραχμὴ θ' ὀγγίων τ' ὀγγίας. Præterea Aëtius sectionis tertiae sermone 4. cap. 26. post descriptam compositionem pastilli ex acaciis & verarris scribit hūc in modum: ὄλως τῆς τροχίσκου σαθρῶν ἑξὶ δραχμῶν ἑξὶ τούτεσιμ ὀγγίων καὶ. Id est, totum pastilli pondus drachmarum centum sexaginta octo est, id est, unciarum XXI. hanc quidem uncia divisionem Romani in octo octavas appellarunt, quibus aliqui nomen aliud non dederunt, ut ille cuius quædam de notis ponderum ex vetusto codice sunt

Largo

Largo adscripta. Multi eas drachmarū nomine appellāt, ut Balbus ad Celsum de agrimensoria, Galenus & plerique alij praesertim Graeci. Verūm non omnes eodem modo unciam in octo partes diuiserunt, sed nonnulli dixerunt eam drachmarum septē esse, alij verò septem & dimidia, ut scribit Galen. lib. 5. τῆν κ' ἑβδ' his uerbis: ἐπειδὴ καὶ τὴν οὐγγίαν οἱ πολλοὶ μὲν ἐπὶ α' καὶ ἡμισίως δραχμῶν εἶναι φασί, ἄλλοι δὲ ζ'. μόνον, ἔτεροι δὲ ἡ. Sed qui septem drachmarū unciam cōstituunt, proculdubio drachmae uocabulo intelligunt denarium. Atque hi nomine mutato parum cautos fallūt, cum ipsi rem ignorasse uideri non debeant. Id quod testatur Galenus lib. 8. τῆν κ' τὸ πῶτος, scribens: περὶ δὲ τῶν ὅτι δραχμῶν λέγουσιν οὐκ ἐν τοῖς τοιοῦτοις ἀπασιν ὅτι ῥωμαῖοι δηλοῦσιν ὀνομάζουσι. Qui verò dixerunt septem drachmarum & dimidia unciam esse, uidentur quidem aduertisse drachmam leuiorem esse denario, non tamen planè, quātum interesset, examinasse, attamen eorum sententiam tanquam ueram, artis ueterinariae medici receperunt.

Est etiam uncia apud Latinos mensura qua rerū interualla metiuntur. Est autē pedis pars duodecima. Id quod clarè explicat Frōtinus his uerbis: Pes, inquit, habet palmos quatuor, uncias duodecim, digitos sedecim.

οὐλί. cicatrix. est naturale carnis tegumentum, calli modo duratum & cutis uice ulecribus superinductum. Ea cuti quidem est quàm simillima, cutis tamen non est, quādo & densior ea visu tactūque sentitur & ratione non modò densior, sed & siccior, ex eo quòd pilos non edit, intelligitur. Siquidem cutis talis omnino qualis erat quae perit prorsus restitui non potest, sed simile quiddam cuti, & quod eius officium suppleat, potest, non tamen planè cutis. Est enim spermatica, eamque ob causam talis prorsus regigni non potest. Quod autem in eius locum substituitur, cicatrix non cutis dicitur, id ex subiecta creatur carne ualdè resiccata. Quod quamuis naturæ opus sit, perficitur tamen etiam medicamentis quae carnem ipsam uehementer siccent & adstringant. Nam quoniā cutis carne ipsa tūm siccior est, tūm etiam densior, si carnem siccabimus & adstringemus, cuti etiam persimilem reddemus. Tanta autem siccandi uis & adstringendi esse debet, ut non modò quod in carnem affluit, uerū etiam humor qui secundū naturam continetur in ipsa carne, consumatur. Hac ἐπουλωτικὴ à medicis, ipsumque medicamentum ἐπουλωτικὸν appellatur. uide ἐπουλωτικὸν φάρμακον.

οὐλα. gingiua. dicuntur τὰ πρὸ ὀδόντας πρὸ ἐπιπύλα σαρκία, ut ait Rufus, hoc est, carunculae dentibus circumpositae, quarum quidem connexio χαλιός, eodem authore, nuncupatur. In iis nuper natorum dentes latent, & ueluti in praesepiolis conditi sunt, & ut siccioribus adstrictisque continentur, ita redundante humiditate laxioribus decidunt. Neros habent à tertio pari, ut & dentes, per quos sentiunt & dolent, saepeque in iis dolor est, qui in dente putatur esse.

οὐλομελίη. integra & absoluta natura cuiusque rei. usurpatur ab Hippocrate de adenibus ἐν τῷ πρὸ ἀρθρῶν, de quarum οὐλομελίη scripturum se librum professus est.

οὐλόφορον. dicitur ὁ χαμολεῖον, non omnis tamen, ut quibusdam placet, sed tantūm is qui viscum profundit, unde Nicander in Alexipharmacis οὐλόφορον ἰξίωον dixit, quasi viscosum. & Dioscorides lib. 6. ἰξίωον inquit, quae οὐλόφορον appellatur.

οὐραῖα. sic à quibusdam dicuntur οὐραῖα.

οὐραῖα. cognomen fuit ἡ ἰεῖδος, sicut annotatum est apud Dioscoridem.

V ij

DEFINIT. MEDIC.

- οὐρανός. sic quidam τὸ ὑπερῶα, hoc est, palatum appellāt, quòd in cœli modum carne-
ratum sit. dicitur etiam οὐρανός.
- οὐρανός. cœlum. sic dictus est ab Hippocrate more vulgi aër qui supra nos est usque ad
nubium regionem, ut annotat Galenus comment. 2. in lib. 1. τῆ ἐπιδημιῶν. sic etiam
à quibusdam dicitur ἰ ὑπερῶα, hoc est, palatū, ut Aristot. lib. 2. cap. 17. de part. anim.
καὶ δὲ τὸ οὐρανὸν ἐστὶν ἡ σφραγὶς ἢ γλῶσσα τοῖς ζώοις ἔστι. 1. lingua animalibus in ore cœlo,
hoc est, palato subiacer. Plinius tamen cœlum capitis supremam partem dicere vi-
detur, his verbis: cerebrum viscerum excellentissimum est, proximūmq; cœlo capitis.
- οὐρανίον. est collyrium ἀδμῶν descriptum & ab Aëtio & à Paulo, sed parū differenter.
οὐραρῆς, siue
- οὐραρῆς. est meatus urinarius in medio umbilico situs, à fundo vesicæ exoriens & in
allantoidis cauitatem insertus. Continetur medius inter duas venas duasque arte-
rias umbilicum constituentes. Est autem allantoidis tunicae initium, perforaturque
satis lento & euidenti meatu ad fundum vesicæ ipsius fœtus, sic ut allantoides cum
vesicæ τῷ οὐραρῆ, qui medius inter utrasque est, coniungatur. Per eum urina fœtus
defertur in allantoidis cauitatem longam, angustā, rotūdā, quæ in ipsius fines ma-
gis effunditur, ne amnion, chorion, uterum, ipsūmq; fœtum premat. Neque enim
urinam retineri intra vesicam expediebat, neque per vesicæ cervicem reddi, ne fœ-
tui circumfusa eius cutem exulceraret.
- οὐραρῶν. ἢ πῶας τῆ ὀστέου, hoc est, extrema pars ossis, apud Hippoc. ἐν τῷ πρῶτῳ διατάξῃ ὀστέων.
quo loco πῶας οὐραρῶν vocat, qui usque ad οὐραρῶν, hoc est, ossis extremum proten-
duntur, ut Gal. comment. 4. annotauit.
- οὐραρῆα. est meatus urinarius à ceruice vesicæ ad extremam usque glandem porrectus.
Hic in viris longus, angustus & s. Romanae litera modo obliquus est. In mulieri-
bus verò breuis, latus & rectus. Ex nervosa tunica cõtexitur instar coriaca fistulæ.
- οὐραρῆα. hoc nomen habetur apud Hippocratem extremo libro de natura humana. Sed
Galenus negat vocem hæc unquam ab Hippocrate aut Polybo usurpatam fuisse.
Significat autem idem quod οὐραρῶν, vel οὐραρῶν.
- οὐραρῆες. sunt meatus duo per quos urina à renibus in vesicam stillat. Habetur utrinq;
unus, qui constans tunica tenui, sed dēsa & fibris tātūm obliquis texta, à renis sinu
per eius sinuam partem super lumbos fertur, ubi alteram à peritonæo tunicam ve-
nulis & arteriis intertextam mutuatur: tandem verò inter vesicæ tunicas spatio
breui interlapsus, paulò supra vesicæ os in ipsius capacitatem erumpit. Ad ipsum
autem foramen membranula gemina ex vesicæ corpore propendent, veluti proces-
sus quidam, quæ urina in vesicam ab uretere delabente cedunt & aperiuntur,
eadēmq; ubi vesica plena est, urinam in uretera regeri & remeare prohibent.
- οὐραρῆες τῶροι. iidem qui & οὐραρῆες.
- οὐς. ὠτός. auris. Est pars corporis organica ad audiendum comparata. Eam natura ex di-
uersis corporibus, ut neruis, membranis, ossibus, cartilagine artificiosissimè compo-
suit. foramen primūm ampliū atque anfractuosum in osse temporū lapidoso, utrinq;
unum, machinata est. In id auditorius neruus à quinta cerebri coniugatione unā
cum dura cerebri membrana incidit, cūmq; ea in latitudinem sese explicans fora-
men subliniit. Qua in re parem similēmq; omnino cum ipso foramine cauitatem
adipiscitur. Itaque id foramen hoc modo explicante se neruo undique conuestitum,

ἦρος ἀκουστικῆς, id est, *meatus auditorius* appellatur, quo nomine non modò *cavitas ipsa nuda*, sed & *neruus ipse auditorius à medicis* appellatur, aliis *desinientibus ἦρον ἀκουστικὸν* *cavitatem esse*, aliis *neruum*. In quo nihil erratur, siquidem *neruus ipse excavaatur*, secundum *foraminis ductum*. Vocatur autem etiam à quibusdam *ἦρος πύλος*, id est, *foramen cæcum*, non quòd *verus peruiúsque meatus non sit*, sed quòd propter *varios flexus & quia paulatim arctissimus euadit*, vix usque ad *auditus organi amplitudinem setam aut aliud quid admittat*. Est autem *neruus hic qui ad aurem est*, reliquis per quos alij *sensus exercentur durior effectus minúsque sensilis*, in quo *naturæ providentiam licet admirari*. Nam cum *neruus hic excipere debeat sensibile extrinsecus occurrens*, ne ab eo *offenderetur*, natura *os durum & densum auribus oppositum*, flexibus *obliquis instar labyrinthi pertudit*, quò *frigidi quidem aëris vires integras*, quas ipse *ex recta irruptione erat habiturus*, flexuum *varietate sensim exolueret*, & *aliorum exiguorum corporum impetum mæandris illis frangeret*. Nec verò eo solùm *anfractu patiendi difficultatem neruo auditorio comparauit*, verum etiam *propria ipsius constructione*, siquidem *eum durum*, quoad *licuit*, *effecit*. Durissimus enim *ad audiendum ineptus est*, mollis autem *iniuriis valdè obnoxius*. Ob *eam causam durior quàm ut actioni conueniat*, *neruus auditorius factus est*, & propter *duritiem*, quanquam *ita positus est in vicino*, tamen *vehementissima medicamenta tolerat*, ut docet *Galenus lib. 6. methodi medèdi*. Præter *foramen & neruum corpus quoddam extra prominet ex cartilagine carnèque cõstitutum*, Latini *auriculam*, Græci *ἠδρύγμια* vel *ὠπίδα*, si *voles*, appellat. Est autem *ea meatui auditorio circumposita*, *sinuosa & intus caua*, forisq; *cõnexa*, tum *ut interno meatui propugnaculum esset aduersus externas iniurias*, tum *ut & ipsa sonũ aliquem funderet*, aëre *circum gyros eius commorante*, nec citiùs *aquo præterlabente*. Ea *vanni modo auricularium meatũ cingit*. Ac *huius quidem superior pars nomine caret*, ut ait *Aristoteles*, quo tamen loco *Gaza pinnã* vocat, non proprio nomine: *inferior autem ἄβος*, id est, *fibra* appellatur, qua in parte quod *prominet*, *πελοβίον* est. Rursum verò *superioris auriculæ partes expansæ*, *ἠδρύγμια*, quasi *dicat alas*: *refractæ verò inflexæque*, *κωδοδῆ* appellantur, ut scribit *author introductorij*, qui præterea in eadem *superiore auricula quod concavum est*, *κωρχίον*, id est, *conchulam*, vocat, & *particulam illam ἄβω* seu *fibræ superpositam*, *ἀντὶ ἄβιον*, quanquam sunt qui eo nomine quod *asperum in superioris auriculæ circumferentia est* significari putent. Sunt verò & *τὰ ὠτα*, id est, *aures in corde*, ad earum quas nunc *descripsimus similitudinem dictæ*, quas *Galenus lib. 6. de usu partium* definit esse *epiphyses quasdam tenues, neruosas & cauas ante cordis orificia constitutas*: ut enim *aures capiti utrinq; annexæ sunt*, ita & *hæ appendices ipso cordis corpore neruosiores & magis cuticulares utrinque cordi appensæ sunt*. *Laxæ quidem illæ per se sunt & iccirco concavæ*, cum verò *cor dilatatur*, quo modo *membranae tenduntur ac contrahuntur*, ob idque *ipsum materias ex se ipsis expressas cordi præmittunt*. Quæ autem *proxima ipsis sunt vasorum orificia*, propterea quòd *à corde intrò vehementer tenduntur*, *materias ab auribus impulsas deducunt*. Ipsum verò *cor omnibus quæ in mentem cuius venire possunt attrahendi facultatibus præditum*, arripiens ac *veluti exorbens*, *influentes materias citissimè suorũ vetriculorum sinibus excipit*. Duæ autem *aures illæ sunt*, singulæ scilicet *in utroque vasorum materiam cordi inuehentium*, in

dextra quidem parte, quâ vena in cordis sinum inibi inferitur. in sinisteriore verò, quâ arteria venosa. Ac illis quidem natura tenuitatem tribuit, quò faciliùs unâ cum corde contraherentur, & eius motum sequerentur: easdem verò robustas effecit, ne corde vehementer materias attrahente rumpereentur: fortissimum enim est quod nervosum est. Causa autem eam ob causam sunt, ut in iis materia contineantur & præsto sint quæ implendo cordi sufficiant. Materiae autem illæ quæ cordi subministrantur, sunt sanguis & aer: quorum ille quidem à ramo venæ cavæ in dextram aurem inserto, cordi inferitur, hic verò in cor per sinistram aurem ab arteria venosa proficiscitur.

ὀψία. emplastri nomen est desiccantis & anodynæ & ad permulta utilis, ut habetur apud Aetium lib. 15. cap. 14. atque item ultimo, ubi paulò aliter describitur. Emollit maximè & tumores dissolvit.

ὀφθαλμία. est inflammatio adnatæ oculorum membranæ. Sed cum dupliciter omnis inflammatio dicatur, ut scribit Gal. lib. 2. ad Glauco. una humida, altera sicca, proprie dicta ὀφθαλμία inflammatio humida est. Quæ enim sicca est non simpliciter ὀφθαλμία, sed ξηροφθαλμία nuncupatur. Inflammationem quidem tumor, tensio, dolor, calor, ruborque eius tunica testatur: humiditatem verò tum venarum plenitudo, tum lacrymæ ex oculis manâtes. Gignitur sanguine copiosiore in adnatâ tunicam, quam Græci ἐπιπεφυκίτη vocant, affluente. Ea autem cum & ex pericranio originem ducat, & totum oculum cum musculis suis committat & sede sua contineat, plerumq; accidit ut gravi ophthalmia tentata, non modò dolorem sentiat, sed eum etiam & capiti & genis & reliquis circumpositis partibus communicet. Celsus ὀφθαλμίαν latine lippitudinem nominat. Paulus lib. 3. eam speciem esse τάρραξιν prodidit, quo nomine calidæ & humidæ oculorum cum rubore affectiones significantur. Sed hoc interesse dicit, quod τάρραξις ab externa quadam causa sit, ut fumo, sole, pulvere, oleo: ὀφθαλμία verò non à manifesta modò causa, verumetiam interna, hoc est, sanguinis fluxione excitatur.

ὀφθαλμός. oculus. Sic dicitur totum instrumentũ visionis. Instrumentũne an partem organicam voces nihil interest, modò intelligas partem esse à natura comparatam ut per eam visio fieret. Quod ut natura meliùs assequeretur, geminum esse voluit, & utrumque sublimi in loco collocavit, ut indè tanquam è specula plurima eminus intuerentur, & quæcumque nocere aut prodesse possunt præviderent. Quam unam ob causam factum est, ut necesse habuerit natura caput in summo totius corporis loco cõstituere, sicut Galenus literis prodidit. Poterat enim omnia quidem alia munia, alia quavis in parte positum exercere, solam visionem nõ poterat, quòd eam & ab edito loco fieri oporteret, & brevissimos, ideòque cerebro proximos, opticorũ nervorum ductus esse. Oculorum permagnus est usus & præcipua dignitas, eòsque propterea non modò natura summo artificio fabrefecit, sed loco etiam tutissimo recondidit, ne faciliè externis iniuriis paterent. Loco enim concauo & duro, veluti in antro quodam conditi sunt, & hinc fronte atque superciliis, indè malis leuiter extuberantibus, naso, temporũque ossibus, quasi vallo quodam muniti. Datae sunt & palpebræ valdè molles, quibus ad omnia aduersa celerrimè & momento conuenerent, eaque pilis, quos βλεφαρίδες vocant, præditæ, ad leuiora, quæ oculis incidere possent, declinanda. Est autem oculus figura spherica, multiplici partium structura, quatum

quarum alia etiam sphaerica sunt, alia semicirculares tantum, alia vero secundum diametrum protensa. Ut autem omnis circulus centrum habet, sic oculi centrum est humor crystallinus, κρυσταλλοειδής à Græcis vocatus, non ille quidem fluidus, sed cetera mollior, consistens. Is totus sphaericus est. Eum autem ambit tunica tenuis & valde pellucida ἀραχνοειδής dicta, non totum quidem, sed parte tantum anteriore: semicircularis enim est. humori crystallino adnascitur non aliter quam cepis tenuissima quaedam pellicula. A posteriore humoris crystallini parte situs est humor alius υαλαειδής, hoc est, vitreus nuncupatus, copiosior longè quàm humor ipse crystallinus. Semicircularis autem est, ut qui partem modò posteriorem humoris crystallini amplectatur, nec eius diametrum excedat qui à dextra eius parte in sinistram ducitur. Sicut autem vitreus ille humor posteriore parte humorem ambit crystallinum, ita anteriore post tunicam ἀραχνοειδῆ diffusus est alius humor, υδατωειδής, hoc est, aqueus, & à quibusdam ωαειδής, hoc est, albugineus dictus: ipse etiam semicircularis, ut qui medium crystallinum anteriore tantum parte complectatur. Ita fit ut aqueus cum vitreo sphaeram unam constituat, cuius centrum crystallinus humor sit. Eos autem veluti diameter quidam distinguit, & quasi paries quidam dirimit tunica quaedam ab uera initium ducens. Huic igitur tunica & humori crystallino parte una vitreus humor contiguus posteriore sui parte alia tunica molli & planè mucosa continetur & clauditur, quæ non est aliud quàm nervi ipsius optici substantia, ubi à suo principio ad vitreum humorem peruenerit, resoluta & dilatata, & bifariam veluti in duos truncos disscissa, multoque mollior ipso cerebro effecta, adeò ut eam multi tunica nomine non sint dignati. Ea posticam tantum vitrei humoris partem complectitur, ideòque semicircularis est, perinde atque humor ipse vitreus, simulque multas graciles & obscuras venas atque arterias intertextas habet, ex quibus omnibus factum est ut ἀμυβλησσοειδής, hoc est, reticularis vocaretur. Ut autem nervus ipse opticus in eam tunicam resoluitur, sic & tenuis membrana quæ nervum illum opticum inuoluit, à tenuibus cerebri membranis profecta, degenerat in aliam tunicam, & eam quidem propè sphaericam, quæ non posteriore tantum parte, ut ἀμυβλησσοειδής, sed anteriore etiam omnes iam dictas oculi partes ambit & complectitur: còtigua parte quidem postica tunica ἀμυβλησσοειδῆ, antica verò humori quem υδατωειδῆ diximus nuncupari. Ea εραχοειδής, hoc est, uera vocatur, quòd uera folliculo, à quo pedunculus auulsus est, quàm simillima sit: ut enim ille, ita hæc tunica parte sui anteriore leuiter compressa est, & media parte, qua pupilla est, medio foramine concava. Eam verò etiam totam circumdat & complectitur alia tunica κωραβοειδής, hoc est, cornea nuncupata, nata ex duriore membrana nervi illius optici, à crassis cerebri membranis prodeunte, & in eam, non aliter quàm tenuis, utrinque resoluta. Quæ cum reliquis ferè partibus paulò obscurior sit, parte tamen anteriore, qua pupillam contegit, admodum pellucida est: tota orbicularis est, nec, ut εραχοειδής, depressa anteriore parte, quòd fit ut quæ pupilla est plurimum à rhagoide distet, spatiumque medium inter eas sit, non inane quidem, sed humore etiam illo aqueo, qui per pupilla foramen eò manauit, & spiritu visorio undique plenum & vehementer tensum. Insuper verò alia tunica est quæ ἐπιπεφυκοειδής dicitur, omnium extrema, ex pericranio ducens originem, quæ oculo adnata ipsum còtinet, vicinisque partibus alligat. Ea verò non conuestit oculum uniuersum, ut quæ nullo modo tuni-

DEFINIT. MEDIC.

cam ἀμβλυροειδῆ attingat, sed à lateribus rātum & oculorum hæmisphærio corneæ tunica cōnascitur, eamque complectens ad iridem vsque progreditur, quò cum peruenerit, summa tenuitate euanescit, neque pupillæ vel corneæ, quâ pupillam contegit, prætenditur, ne visui officiat. Ne quid verò ad oculi perfectionem deesset, natura ei septem musculos attribuit, quibus non modò sua sede contineretur, quasi vinculis, sed in omnem etiam partem expeditè moueretur. Eorum vnus supernè situs oculum sursum mouet: vnus infernè positus, deorsum demittit: vnus qui ad magnum canthum est, versus nasum impellit: vnus qui ad paruum canthum situs est, versus ἔγγρα inflectit: duo quorum vnus à magno cantho ad paruum supernè porrigitur, alter infernè à paruo cantho ad magnum extēditur, circumagunt: vnus verò in duos vel tres diuiduus, netuum opticum ambiens & in corneam tunicam propè dimidiam insertus, intrò impellit. His partibus instructus oculus visionem exercet, quarum tamen in ea actione sicut vsus, ita dignitas etiã impar est. Earum enim quædam sunt per quas visio fit, quædam sine quibus fieri nō potest, aliæ quibus meliùs fit, aliæ verò quibus ipsa conseruatur, quemadmodum Galenus lib. 10. de vsu part. demonstrauit.

ὀφθαλμὸς. genus est deligationis apud Hippocr. ἐν τῷ κατ' ἰατρικῶν. Oculo adhiberi cōsuevit, vel cum procidentia periclitatur, vel ut quæ imposita ipsi sunt contineantur. Sunt autem varia huius generis differentiæ in lib. de fasciis explicatæ.

ὀφθαλμὸς. est affectus capitis, quo capilli primùm extenuati postea decidunt certis spatiis in serpentis similitudinem. Species est areæ Celso, sic dicta quòd serpentis speciem præ se ferat. Incipit enim ab occipitio capillus defluere duorum digitorum spatio, vitiumque ad aures duobus capitibus serpit, quibusdam etiam ad frontē, donec se duo capita in priorem partem committant. Infantibus ferè accidit, & per se sæpe sine curatione finitur. Idem reuera cum alopecia malum est, solaque figura ab eo differt. Nec verò soli modò capiti, sed mento etiam affectio hæc aliquando contingit. Nascitur ab humorum vitio ex quibus pili nutriuntur. Eiusmodi namque vitioso alimento corrumpuntur & decidunt.

ὀφθαλμὸς. dicitur à quibusdam ἰατροῖς, sicut habetur apud Dioscoridem.

ὀφθαλμὸς. allium anguinum. dicitur allium syluestre, quod ad omnia longè est efficacius satiuo.

ὀφθαλμὸς. dicitur ἰατροῖς ἀμπέλιδιον, id est, vitis alba, authore Dioscoride, quasi anguina uua. Ratio fortè nominis est quòd in sepibus nascatur, in quibus & angues plerumque latent, vel quòd anguim modo serpat, clauiculis suis vicinos frutices comprehendens, quam ob causam etiam vulgò Colubrina dicitur.

ὀφθαλμὸς. est marmor maculosum in modum serpētis. Eius tria genera dicuntur esse, candidum, nigricans, cinereum, quod κραιβάς vocant. Omnes, ut scripsit Dioscorid. alligati contra capitis dolores & serpentium ictus prosunt.

ὀφθαλμὸς. herba nomen denticulato oleri similis, & quæ duobus tantùm foliis representatur: vsus eius ad nigrandos capillos.

ὀφθαλμὸς. supercilium. sic dicitur pars ea frontis quæ pilos habet. Est autem supercilium utrinque vnum. Inter ea quod medium est μεσώφρον dicitur & μετώπον. utrumque à situ nomen inditum: Mart. Capella lepidè glabellam vocauit, quòd ea pars glabra sit & depilis. Pars autem ea quæ naribus proxima est, ὀφθαλμὸς καὶ κεφαλῆ: quæ ad tempora

pora

pora accedit ὀφθαλμοῦν οὖρα dicitur. pilos autem ipsos plerique τὺλος appellant. Quod
 uerò in superciliis prominet uelut imbricamentum quoddam aliorum humores de-
 riuans, γᾶσπον ἔσ γᾶσπομα dicitur. Gaza grunda[m] apud Aristot. interpretatus est.
 ὀχτὼματα. sic uocantur à quibusdam ipsa narium foramina, quæ etiam θαλάμους ali-
 qui appellant.
 ὀχτοί. dicuntur apud Hippocratem ἐν τῷ πρῶτῳ ἀρτηρίων uena atque arteria, quòd per eas
 sanguis uehatur. inde ὀχτὼμα per riuos ducere ἔσ παροχτὼμα deriuare significat.
 ὀχθίς. uocatur à quibusdam scrotum, quòd magis usitato nomine ὀχθῶν appellant.
 ὀχθῶν. tumores verrucosi tuberosiq; quales in elephanticis apparent, inde labra ulceri
 pratumida, callosa ἔσ dura, ὀχθῶν, quasi dicas verrucosa, appellantur.
 ὀφιοῖσι ὀδόντες. genuini dentes. sic dicuntur nouissimi maxillares, ἔσ qui iam adultis tùm
 uiris, tùm mulieribus gignuntur. Iam uerò, inquit Plinius, quibusdam mulieribus
 anno etiam octogesimo maxillares illi nouissimi nò sine dolore excierunt. Uiris quoq;
 idem euenisse accepimus, quòd certè iis accidit quibus in iuuetute ipsi genuini nati
 non fuerint. Sed quibus in iuuenta non fuere nati, decidere in senecta, ἔσ mox re-
 nasci certum est. Idem etiam dicuntur κραιτῆρας, ἔσ à quibusdam σαρκοῦσιν ἔσ.
 ὀψις. ἢ ὀψη. pupilla. uide in dictione νόπη.

IO. GORRAEI PARISIENSIS
 DEFINITIONVM MEDICARVM

T O P.



μάλαρα. dicitur à quibusdam chameleo albus, ut habetur apud
 Dioscoridem.

μάκρονος ῥόσος. uide πένδαμνος, ἔσ ἐπιδήμιος.

μάκρονος. dicta fuit à quibusdam eo nomine ἰδαψία, sicut legitur
 apud Dioscoridem.

μάκρονος. est glandulosa[m] corpus in medio mesenterio situm, vaso-
 rum diuisiones confirman[s]. Nam cùm infiniti propè rami uenæ portæ per mesente-
 rium dispersi sint, obylum ab intestinis præsertim tenuibus exugètes ἔσ in iecur de-
 ferentes, sciens natura eos propter exiguitatem infirmos esse ἔσ iniuriis obnoxios,
 uentre præsertim sæpe laborante saltu, ictu, compressu, uociferatione, spiritus cõten-
 tione ἔσ rerum grauium impulsu, glandibus singulas uasorum scissuras munuit se-
 cundatq; reddidit, qui usus est non huius modò glandulosi corporis, sed aliaru[m] quoq;
 glandularu[m], ἀδένες uocat, quæ pluribus aliis corporis partibus indita sunt à natura.

μάκρονος. nomen medicamenti, non unius quidem sed multiplicis. sic dictum est colly-
 rij genus quoddam ἀσπιπυρ uocatum, quòd describitur à Galeno lib. 4. τῆς ἑβ-
 ῆδος. Item aliud Erasistrati ἰσπανοῦσιν eodem libro descriptum, ἔσ apud Paulum
 lib. 2. cap. 22. quò tamen loco quidam μάκρονος legunt. Item confectionis genus ad-
 ενθῆσι, εμπυρεμα, tabem, ορθοπνεαμί ἔσ alia per multa, quòd habetur apud Gale-
 νου eiusdem operis lib. 7.

DEFINIT. MEDIC.

πάγχυσιον. nomē est liquidi collyrii, quod quidā πάγχυσιον malūt appellare, de quo supra.

πάθημα ἢ

πάθος. passio: multa significat. Generaliter quidem dicitur omnis motus qui ab altero fit in alterum. Quippe agentis motus, actio est: eius verò quod ab eo est affectum, passio. Prisci enim motus omnes, etiam qui naturaliter se habent, nisi activi sint, πάθημα nominant, sicuti etiam ipsos actiuos motus, actiones. Eo pacto et Plato sensuum alterationes πάθημα et πάθηματα appellavit, in visu quidem eas quæ ab albo, nigro, flavo, et ceteris coloribus fiunt: in tactu quæ à calido, frigido, humido, sicco, molli, duro, ceterisque id genus: atque ad eundem modum in singulis reliquorum sensuum: sed et voluptatem passionem vocat. Ac à veteribus quidem πάθος priuatim de omni extrinsecus motu dicebatur siue in loco, siue in qualitate fiat. Ergo si πάθος motus est, motus autem ex eorum numero non est quæ esse absolute dicuntur (siquidem nullo temporis spatio manent eius partes, sicuti nec temporis, nec sermonis, nec etiam motus ullius) perspicuum est πάθος in ipso, ut sic dicā, fieri esse suum obtinere. Suam namque habet in ipso verti, mutari, alterari aut modo quoniam alio moveri generationē. Quādiu enim aliquid movetur, patitur: cum desit moveri, nō amplius pati, sed affectum esse dicitur. Differt enim πάθος à πάθησις, hoc est, passio ab affectione siue dispositione solo motu. Quippe cessante eo quod alterabat, alteratio quæ in passo iam remanet πάθησις, hoc est, affectio eius est. Iam ergo non in ipso fieri, ut πάθος, sed in eo quod manet et in subiecto corpore post motum reseruat. Hæc cum à veteribus ita distincta fuerint, nunc tamen per abusum etiam ipsæ πάθησις quæ ex passione iam proveniēre, nec amplius in motu sunt, πάθημα appellantur. Cum autem omnem, etiam qui naturaliter se habet, motum πάθος veteres dixerint, postea tamen quidam id nomen ad eos tantum motus contraxerunt qui præter naturam accidunt. Alij verò ne de iis quidem omnibus dici voluerūt. Eas enim præter naturam affectiones quæ morbum præcedunt causæq; rationem obtinēt, causas tantum dicimus, non πάθημα. Quæ verò illam sequuntur, si actionum offensa sunt, et συμπτώματα et πάθημα vocamus, sicut et immodicas vel inanitiones vel retentiones: si verò affectiones sunt, hoc est, si in corporum affectu consistant, veluti vitiosus color, supra passionis et symptomata appellationem etiam πάθησις, hoc est, affectus siue affectiones vocamus, ita nimirum ut sunt. Itaque propriè πάθημα et morbi et eorum symptomata à medicis appellantur, hoc est, omnia πάθησις contraria naturali corporis nostri constitutioni, non tantum ubi aliquid alicui parti præter naturam accidit, sed ubi etiam deest quod secundum naturam influere consuevit. Sic leso exortu nervi iuxta spinalem medullam, ideoque ut sensus ad digitos non amplius influente, digiti pati dicuntur: sic etiam cibi patiamque penuria passio est. Quod enim alicui ad naturalem eius gubernationem quavis modo deficit, id non immeritò passio eius appellari potest.

πάθημα τὸ ψυχικόν. affectus animi. vide. συμπτώματα.

πάθος ἢ νόσος. Id dicitur quod propriè affectionis speciē significat. Propriè quidem de signa dicitur, impropriè de symptomate, et quatenus tantum morbi naturam indicare potest. Nam et symptoma proprium aliquādo signum est morbi cuiusdam interioris atq; occulti à quo prodiit. Quod autē eiusmodi est, ut morbi speciē ostendat, necessariò morbum consequi oportet, et omni solique eiusmodi morbo semperq; proprium

proprium esse. Nam quæ non necessariò consequuntur, quæq; nec omni nec soli nec semper insunt, *συνσποδιότης*, hoc est, assidentia appellatur, eaque non morbi speciem, sed eius aut differentiam, aut morem, aut aliquando magnitudinem indicare solent. Siquidem *παρασποδισμὸς* separari non possunt; & affectionis, ut ita dicam, constituunt essentiam, ideòque ut inseparabilia sunt, ita pariter cum morbo inuadunt, pariterque desinunt: *συνσποδιότης* verò ex iis sunt, quæ saepe tantùm accidunt, & proinde aliàs cum morbo inuadunt, aliàs superueniunt, aliàs neque omnino adsunt. Itaque perpetua sitis, calorque perpetuò adurès, signa sunt ardentis febris pathognomonica, ut & perpetuū delirium cum febre phrenitidis: atque lateris dolor pūctorius, difficilis respiratio, tussis & acuta febris, pleuritidis. Verumtamen non est facile in quouis morbi genere unum aliquod pathognomonicum signum reperire, quod ei omni, soli, semperque insit, id quod tamen pathognomonici signi ratio postulat, ideòque in plerisque morbis, signi unius pathognomonici loco, ipsam *συνσποδισμὸς παρασποδισμὸς* à medicis & Galeno ita vocatam per sepe obseruatus: veluti in pleuritide, cuius cōmemorata signa si per se singula spectentur, propria pleuritidis non sunt: composita verò simulque perpena, nō aliam morbi speciem quàm pleuritidē indicare possunt.

παιδιόσος. à quibusdā dicitur ἰ ἀκρίδα siue ὀ ἀκρίδος, ut Dioscorides & Plinius testantur. Pausanias tamē scribit genus herbae Sicyonis, in uno tātum Veneris septo nasci, quod *παιδιόσος* vocent, folium fundens sagino minus, omninò quernis simile, altera parte cādium, altera subatrum velut albæ populi, eamque ibi tantùm spectari. Genus etiam unguētī *παιδιόσος* veteres nominarunt, quo mulieres nimium cutis candorem occulebāt, & vernaculum faciei colorem mentiebantur. Alexis poëta feminas albore nimio decolores uti pæderote solitas in comœdia significauit, quod & Egyptium unguentum dicitur.

παιδιόσος φάρμακον. cataplasmatism nomen apud Galenum lib. 4. *τῆν ἐν τῷ ποσει*, quod & *φαιόσος* à quibusdam inscribitur, ad omnem oculorum fluxum & lippitudinem.

παιονία: herba est cui caulis altitudine sesquipedis adolescit, comitantibus multis stolonibus. Huius duo genera, mas folia iuglandis habet, in femina Smyrni more diuiduntur, summo caule siliquas emittit, veluti Græcas nucas, in quibus cū debescunt, multa granula rubra, acinis Punicorū similia, inueniuntur, & in medio nigra, quinque aut sex purpurea. Radix maris tenuis, digitali crassitudine, & palmi longitudine, gustu adstringens, alba: femina radicibus cœu glandes circiter septem aut octo inhaerent, ut in hastula regia. Radici vis est acris & leuiter subamara, & siccans cum nonnulla adstrictione. menses prouocat, renes & iecur purgat instar amygdala pota cum vino: adalligata vero puero morbum comitalem abigit.

παιονία. antidoti nomen apud veteres celeberrimi ad distillationes, tusses, & omnes thoracis pulmonisque affectiones, cuius descriptio habetur apud Aëtium lib. 13. cap. 102.

Est & catapotium Andree *παιονίου* dictum, ad splenem comparatum, quod myricæ fructu tuso cribratòque constat, galbano misto & in catapotia redactò, ut refert Galenus lib. 2. *τῆν ἐν τῷ ποσει*.

παπύλι. *σπόδος* & *λεπτότατον τῶ ἀλβίος*. pars farina tenuissima, flos ipse polentæ, pollen.

πακκίαιον καλλόνειον. species καλλόνειον τῶ ἐστιαίου, cuius descriptio habetur apud Aëtium li. 7.

παλαυσί, siue *παλαυσίς* genere masculino mensura est apud Græcos quæ rerum interualla

- dimetiuntur. Constat autem ex quatuor digitis, de qua sic Hesythius: παλαιὴ δὲ πηλῶρον δακτύλου μέτρον. Sic dicitur, ut author est Iulius Pollux, ὅτι πάλαις ζωάγα τὰ ὄσα, ὅτι περὶ πηλῶρον ποιεῖ ὁ δακτύλος. Ab ea fit παλαισιός, quo Dioscorides utitur de veratro albo: Ἔσθ' ἀπὸ παλαισός, quo in herba phalaride: Ἔσθ' ἀπὸ παλαισός. Dicitur autem ἡ παλαισιὸν alio nomine δοχμῖ. vide suo loco.*
- παλιμοτον παθῆμα. dicitur apud Hippocratem malus affectus qui recruduit ἔσθ' quasi iterum excanduit: ἰσῆτος enim iram significat.*
- παλιμοσα. sic à quibusdam dicitur, ut ait Dioscorides πῖσα ξηρὰ, hoc est, pix arida, ad differentiã τῆς ὑγρᾶς: liquida enim pix secundò decocta in spissam siccamque trãsit. Neque enim sicca pix aliud est quàm cocta bis resina. Nam prima decoctione pix fit, secunda bis pix, hoc est, παλιμοσα. Eius genera etiam duo sunt, viscosum ἔσθ' aridum: priori nomen βοσκῆς, visci modo lento. vide πῖσα.*
- παλιδοσμοῦ σφυγμὸς. recurrens pulsus. Est pulsus in æqualis in una pulsatione ἔσθ' una parte arteria, tactum secundò feriens post absolutam diastolen, antequam systole absoluta sit. Hic δινροπος proprio nomine appellatur, de quo vide suo loco.*
- παλινοπῆα. τὰ ἀπὸ τῆς ἡλίου ἀπετραμμένα, hoc est, à sole auersa, ut explicat Galenus ἐν ταῖς ἡλωσῶν.*
- παλιμός. palpitiatio. Est diastole præter naturam in aliqua parte facta. fit in omnibus corporis partibus quæ distendi dilatarique possunt, hoc est, naturaliter mollibus, ut ἔσθ' extendi ἔσθ' rursus in se sidere possint, ut cute ἔσθ' subiectis musculis, sed præsertim ventriculo, vesica, utero, intestinis, iecinore, liene, ἔσθ' septo transuerso: adhuc in arteriis etiam ἔσθ' corde, in quibus palpitiatio diuersus multum à pulsu motus esse manifestò apparet. Palpitiatio namque non in iis modò partibus, sed aliis etiam omnibus quibus incidere potest, solius morbi opus est, neque ad eius generationẽ quicquam natura confert: sed neque passio est voluntariæ virtutis propria, aut instrumentorum ad eam spectantium, sed ceu modò dictum est, omnibus corporibus quæ dilatari possunt, incidit, eas exaltans inflansque ad eum modum quo arteriæ dilatantur. Incidit autem etiam unã cum palpitatione partis quodammodò huc atque illuc còcussio, eodem quidem modo quo etiam in tremore, sed maioribus intervallis. Palpitans namque musculus si magnus est, dum dilatatur totum membrum sæpe numero secum attollit: dum verò contrahitur, deorsum ferri, ceu rei cuiusdam inanimatæ permittit, ita ut totus motus præter naturam sit, non autem, sicut in tremore, mistus quodammodò ἔσθ' compositus. Eius causa est substantia quædam crassarum partium halituoσα, ἔσθ' pro ratione loci, in quo consistit, copiosa: talis namque dilatat atque attollit partem, quoad trusa ἔσθ' compulsa ad sui generis perspiret substantiam. Cæterum refrigeratis partibus palpitiatio ut plurimum incidit: frigore enim quod concoctum erat redditur halituosius ἔσθ' crassiorum partium, nec faciliè sicut prius perspirans.*
- παμπαιδῆς. nomẽ emplastri compositi ex cinnabari, ad topbos aliosque tumores scirrhosos. Dicitur hoc modo quasi ad omnes eiusmodi affectus conveniat. Eius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 17. Item apud Aërium lib. 15. à quo etiam dicitur τὸ ἐξελικθῆναι appellari.*
- παμπαν. παντελῶς. omnino, prorsus, in totam, ut interpretatur Galenus tũm initio comment. in lib. Hippocr. de nat. humana, tũm commentario in aphor. 19. lib. 2. quo scribitur,*

bitur, Acutorum morborum prædictiones οὐ παμπαν ἀσφαλίδος.

Ραμπαλίδης. legitur malè apud Hermolaum Barbarum pro παμπανίδης. de quo supra.

Ραμφίλιον. nomen emplastri albi, cuius descriptio habetur apud Galenum lib. 1. τῆν κ' ρ'ν. cap. 7. Item lib. 2. cap. 14. inter epulotica emplastra Asclepiadis.

Πανακία. sic à quibusdam leuisticum, à quibusdam etiam centauriū maius dictum fuit, quoniam succurrat omnibus vitiiis, plurimisque polleat remediis.

πανακία. nomen medicamenti non unius quidem, sed multiplicis. Sic enim antidotus quædam dicta fuit ad Aphrodam relata, cuius descriptio habetur apud Galenum lib. 2. de antidotis, atque item alia ad Musam multum à superiore diuersa, quæ habetur lib. 7. τῆν κ' τ'όπως. Est & nomē emplastri gemini, quorum unum sub nomine Andromachi describitur à Galeno inter epulotica lib. 2. τῆν κ' ρ'ν. alterum verò Herae est, inter polychresta numeratum, atque descriptum lib. 5. τῆν κατὰ ρ'ν, quod aliter ὑγίασιν vocatum scribit.

Est etiã Panacea nomen arteriaci medicamēti quod Mithridatis dicitur lib. 7.

τῆν κ' τ'όπως.

Πάνακτις ἡράκλειον. cognomen est syluestris origani, quod & alio nomine κενύλλω, id est, cunilam dici Dioscorides author est.

Παναλιθίδης. nomen emplastri nigri quod ab Aëtio inter cephalica numeratur, & describitur lib. 15.

Πάσιμωστος νόσος. communis morbus. dicitur certus morbus & singularis qui alicubi vagatur, & multos æquè simul corripit. Hic autem ut omnibus communis est, sic etiam causam habet communem, ut aërem vitiosum quem omnes pariter inspirant, vel aqua potum vel cibum etiam aliquando à cæli intemperie aut alia occasione vitiatum, aut famem, aut grauem retrámque exhalationem, aut loci naturam, aut simile quid, quod vitari nullo modo potest. Dicitur & κοινὴ & παγκοινός. Diuiditur ex aduerso cum dispersis morbis quos ἀποράδους vocant. Habetq; duas differentias: nam alius ἐπιδημικός, alius ἐπιδημικός est. vide ἐπιδημικός.

Παιτόλιμος. nomen trochisci qui carnem supercrescētē reprimis citra rasionē. Describitur à Paulo lib. 7. cap. 12.

Ράινυρον. legitur quibusdam locis apud Galenum pro emplastri aliquo genere, sed puto legendum πᾶνυρον, de quo postea.

Ραρκιότησις. compūctio. Est incisionis ratio qua hydropicis aqua eximitur. Paulus non omnibus aqua intercutis generibus, sed asciti tantum conuenire scripsit: eiusque tres in uniuersum differentias statuit, unam sectione facta directè sub umbilico, tribus digitis interpositis, si sitis ab intestinis orta fuerit: aliam eadem facta à sinisteriore umbilici parte, si primario iecoris affectui malum feratur acceptum: tertiam autem à dextra eiusdem parte, si à liene vitiiū traxerit originem. Scalpello eiusmodi sectio fieri debet, aut aculeo intra peritonæum adactō, deinde in foramē immissa aenea fistula, per eam humor sensim effundēdus pro cuiusque vitium ratione, cauendo ubique subitam cumulatámque vacuationem.

Παραμασική ἡλικία. ætas iam vergens & inclinata. ætas declinans. Media est inter iuuentutem & senectutem. Incipit secundum Galenum à tricesimo quinto anno, duratque ad annum quadragesimum nonū, quo scilicet senectus incipit. vide ἡλικία.

Παραμασικός πυρετός. febris decrescens. Species una est febris continentis quam ζωόρρη

DEFINIT. MEDIC.

vocant, quæ à primo die ad postremum usque semper de sua magnitudine remittit aliquid donec prorsus desinat. Ei opposita est febris ἐπακμασική, hoc est, crescens dicta: exemplum eius habetur apud Galenum lib. 9. meth. meden.

παράκμη. *declinatio. Est tempus quo morbus mitescere & cessare incipit. Postremum est quatuor temporum quæ in morbis salubribus considerantur, in quod necessario à vigore transit omnis qui soluitur. Ut autem ipsa tempora uniuersalia & particularia dicuntur, sic & declinatio vel totius morbi est, vel singularum morbi accessionum. Totius quidem morbi declinatio simplex est, transacto vigore, incipiens usque ad perfectam morbi solutionem. Interim autem omnia symptomata mitescunt, donec totus morbus aboleatur, & perfecte solutus sit. De eo intellexit Hippocrates in Aphor. scribens circa fines omnia imbecilliora esse: πᾶς enim τὸ παρὰ κμῶ appellauit. Quia autem symptomata singularum morborum multum inter se diuersa sunt, iccirco declinationis cuiusque morbi non possunt communia signa describi, sed sua habent singuli. In febribus cum humores concocti excerni cœperint & symptomata imminui, declinationis signum est: in phlegmonis, quædo pus effluit aut sanguine digesto resolutoque tumor subsidere incipit, atque ita in reliquis morborum generibus. Particularis verò declinatio singularum totius morbi accessionum esse intelligitur, quæ non aliter quàm totus ipse morbus eadem tempora habent. Desinitur autem esse omne id tempus quod est à febris vigore usque ad sequentis accessionis principium. Hæc enim similiter post accessionis vigorem incipit, atque in ea accessionis symptomata malaque omnia remittuntur. Quanquam autem multorum morborum communis sit, ut epilepsia, hemicrania, tussis, distillationis & omnis ferè doloris, propriè tamen ad febres pertinet, quòd in iis accessiones ipsæ atque earum tempora multò manifestius distincta sint. In his declinatio contrarios habet accessionis principio motus. Fit enim principium calore omni ex toto corpore ad cor & thoracem concurrente: declinatio verò perspirante caliditate atque medium corporis relinquente. Indè mador sudorque, quibus omnes ferè accessiones soluuntur. Caterùm in quibus morbis non prius soluitur accessio quàm succedat altera, declinationis tempus simplex est & uniusmodi. In quibus verò διάγραμμα est, declinationis geminum tempus statuitur. Tunc enim & declinationem & διάγραμμα cōtinet, quam in febribus propriè ἀπερξῆαι appellant. Id namque tempus uniuersum usque ad alteram accessionem declinationis nomine censetur.*

παράκη ἢ

παράκουσις. *obauditio. est deprauatio auditus talis, qualis in visu παράρασις. Dicitur potest & παράκουσμα.*

παράκωλοι. *delirare. de mentem esse. verbum est apud medicos ambiguum. Nam Galenus initio comment. 3. in lib. 3. τῶν ἐπιδημιῶν scribit Hippocratem eo verbo uti solitum, cum vult indicare τὴν παραφροσύνης magnitudinem, quemadmodum & verbis ἐκσῆναι, μαινῆναι & ἐκμαῖναι. Idem autem lib. 3. de loc. affect. scribit eos qui in febribus delirant, ab omnibus non solum medicis sed etiam idiotis vocari παραφρονοῦντας, παραπαιῶντας καὶ παρακώλους, non autem φρενικούς, quasi leuius quid τὸ παρακωλοῦν nomine quàm τὸ φρενικὸς designetur.*

παράκωλύγη. *vide κωλύγη.*

παράλαμψις. *cicatrix in nigro oculi resplendens, eò quòd aliquantò crassior sit ægide, ut scribit*

scribit Galenus in τῶν ἁλωσῶν.

Ἐπαλιψία. delirare. Dicitur apud Hippocr. πῶδι μινῶν παρὰ φροῦνῶν, hoc est, de parano delirio: Ἐπαλιψία qui parū delirat, ut annotat Gal. multis locis. vide λῦρος. Ἐπαλιψία. species tithymalli apud Hippocr. vocatur autem Ἐ quaedam brassicula παρὰ λιοῦ quasi marinam dicas, ut scribit Gal. in τῶν ἁλωσῶν.

Ἐπαλιψία. sic dictum est à quibusdam ἑλεφάντιον, ut habetur apud Dioscoridem.

Ἐπαλιψία. neruorum resolutio. Est priuatio motus ἔ τactus in toto corpore aut parte. Talis quidem exquisitissima paralysis est, in qua nerui sensum ἔ motū amiserunt. Imperfecta uero est in qua motus perit, seruato tamen sensu: multoque etiam imperfectior, minimèq; digna paralyseos nomine, in qua motu incolumi sensus aboletur. Est enim paralysis motus potius quàm tactus affectio. Ergo in exquisita paralysis cum utrumque pereat, perspicuum est quo ea differat à stupore. In eo namque motus sensusque neruorum debilis est: in paralysis autem penitus sublatū abolitūque esse oportet: id quod dupliciter potest contingere: nam aut in toto corpore, aut in parte fit. Sed in toto quidem corpore omnibúsq; neruis si motus ἔ sensus abolentur, acutissima paralysis est, ἔ mortem citissimè adfert propter sublatum respirationis usum, eo tantum à uehementi apoplexia differens, quod in paralysis sensus ἔ motus tantum pereant, in apoplexia uero præterea accedat principum facultatum ueluti resolutio. In parte uero quæ accidit, multiplices habet differētias. Omnis tamen eiusmodi consistit in spinali medulla: uerum alia in eius initio, alia in subiectis uertebis. Si initium spinalis medullæ occupat, sola capitis partes ἔ sentire ἔ moueri possunt, estque ea acutissima paralysis, nec minùs lethalis quàm quæ in cerebro est: neque enim diutius uiuunt quàm qui strangulantur, quod respiratione priuentur. In reliquis longiùs uita trahi potest. Sunt autem earum aliqua propriis etiam donata nominibus, pro actionis, quæ inde perit, dignitate: ut ἀφασία, hoc est, uocis priuatio, quæ non est aliud quàm abolitus sensus ἔ motus neruorum qui sunt ad quartam spinalis medullæ uertebra, qui uocales appellatur. ἀπνοία, quæ non est aliud quàm respirationum neruorum paralysis. Alia uero simpliciter ἔ generis nomine paralyseos nominantur: ut manus paralysis, quæ absoluta quidem est, si in quinta uertebra affectio subsistat: imperfecta uero, si in subiectis. E sexta enim uertebra non omnino sensu sed motu priuantur, primæque brachij partes illasē seruantur, multoque magis, si septima uertebra affecta sit: quemadmodum si octaua, perquam exiguam noxam manus sentiunt, sed maximam thorax ἔ partes reliquæ inferiores. Quantò enim uertebra affecta fuerit inferior, tantò pauciores partes sensu ἔ motu priuantur, hæ scilicet solæ quæ neruos à spinali medulla affectæ ipsius parti succedente accipiunt. Ad cuius rei cognitionem exquisitè tenenda est ex anatome omnis neruorum distributio. Sic namque intelliges ad quos neruos colli uesicæ ἔ sedis paralysis, hoc est, inuita urina ἔ stercoris deiectio pertinet. Ceterum paralyseos causa continens quidem una est, nerui scilicet affectus impediēs quò minùs aliquid animalis facultatis in eum à cerebro inffuat: antecedēs uero multiplex: ut, nerui refrigeratio ἔ constrictio ab intemperie ἔ medicamentis frigidis, uel nerui durities ἔ crassities immodica ob nutrimentum multum, crassum, lentum, aut frigus uolentum ἔ constringens, aut uitæ ignauiam, aut solitæ excretionis suppressionem: item nerui compressio ab aliquo corpore duro foris appresso, item eiusdem obstructio

DEFINIT. MEDIC.

à frigido crassoque humore : siquidem per nervos ita constrictos, crassos, pressos, obstructos facultas animalis penetrare nequit, ut solis radij per aërem tenebrosum, caliginosum, humidumque, aut per aquam cœnosam & valde turbidam splendorem suum transmittere nequeunt. Dicta est παράλυσις à symptomate. Dicitur & παράλυσις à medicis.

παράμειος δάκτυλος. digitus minimo proximus, medicus à Latinis dictus, quod medicina dicatus tradatur.

παράμυια. sic dicuntur internæ femoris partes.

παράπληχρον. sic à quibusdam dicitur brachij pars quam proprio nomine κερκίδα appellant. Dicitur & παράπληχρον.

παράπληγία ἢ

παράπληξία. videtur his duobus nominibus idē significari. Virūq; enim usurpat Hippocrates pro paralyysi quæ apoplexiæ vel epilepsiæ succedit, humore in aliquam ex non præcipuis partē depulso. Is enim cum ibi impactus fuerit, sensum motumq; subiectis partibus aufert, quæ indē eum accipiunt. Ac παράπληγία quidem nominat lib. 1. τῶν ἐπιδημιῶν, ut comment. 2. Galenus explicat: παράπληξία autem in lib. πρὸς διαίτης ὀξείων, ut comment. 4. Galenus annotavit. Idem tamen cōment. 3. in lib. 1. prorrhēt. videtur hæc duo nomina distinguere, scribens παράπληγία talem affectionem unius partis corporis dici, qualis est παράπληξία totius, adeo ut videtur hæc uniuersalis, illa verò particularis esse paralyssis quam peculiari nomine ἡμπαπληξία appellant. Caterum utraque succedit apoplexiæ, & aliquando epilepsiæ, comment. 4. ἐς τὸ πρὸς διαίτης ὀξείων.

παράρθημα. parua luxatio, per quam scilicet articulus paululum à suo loco naturali excessit, in quo differt ἀπὸ τῆς ἰσχυρῆς ἰσχυρῆς, quod magna perfectaque luxatio est. Dicitur & alio nomine ἰσχυρῆς. vide ὀλιδαίνεμα.

παράρματα. dicuntur, inquit Galenus, segmenta quæ indumentis detrahuntur & rescantur ab iis qui ea consuunt. mollia sunt & luxationibus ob id cōueniunt: si mbrias quidam latine interpretantur.

παράρρυθμος σφυγμός. est pulsus arrhythmus, vicina ætatis, naturæ, partis anni, loci & reliquorum omnium proprium rhythmum seruans. Qui enim eum rhythmum seruat, is ὀρθός dicitur: qui verò non seruat, ἀρρυθμός. Itaque παράρρυθμος. species est τῆς ἀρρυθμίας, nec tamen multum ab eurythmia recedit, sicut ἰσορρυθμός, multoque magis ἐκρυθμός. vide supra ἀρρυθμός.

παράσκειπύρα. vinculi simplicis genus quo uniuersum caput obuoluitur: describitur à Galeno in lib. de fasciis.

παράσάτις. dicitur ἀπὸ τῆς παρὰ σάτιν, quod significat ad stare. Id enim quadrat utrique corpori quod veteres παρὰ σάτιν appellarunt: duo enim eodē nomine appellantur, unum παρὰ σάτις κερσοδής, alterum παρὰ σάτις ἀδνοδής. Dicitur autē παρὰ σάτις κερσοδής, hoc est, varicosus, corpus id quod utrique testi antestat in modum pyramidis efformatum, incipiens paulo supra testem, qua venæ & arteriæ spermaticæ cōiunt & cōmiscuntur, deinde post multos gyros & circumuolutiones varicum in modū paulum latefcens, & in superiorem testis partē insertum. Itaque vasis spermaticis coalescentibus gignitur, primūque seminis materiam, seu semen rude & imperfectum excipit, quod postea testiculus absoluit. Ergo ut facultate cum testiculo cōspirat, sic quadam-

quadamtenus etiam figura conuenit: habet enim parui cuiusdā testis effigiem. Paulus Aegyptia lib. 6. cap. 61. nescio cuius auctoritate fretus, definit hos παραστάτας esse propagines membranae spinalis medullae cum uenis arteriosis ad testiculos pertinentes per quas semen in naturalia permeat, easdēque alio nomine κρεμνιστάτας dici, quod quā falsum sit nemo non uidet. Galenus in τῶν γλωσσῶν annotauit παραστάτας ab Hippocrate ἐν τῷ περὶ φλεβῶν vocari τὰς ἐπιδιδυμίδας. Verūm παραστάτας ἀπὸ τοῦ ὄδου, id est, glandulosus, dicitur corpus seu glādula meatui urinario supraposita, uasorum semen deferentium insertionem excipiens. In eam enim deferentia semen uasa postquam coiere, inferuntur ad securitatem. Est autem ad humillimam uesicae partem sita, media quodammodo inter uesicae corpus & eius ceruicem. verūm hanc aliqui non παραστάτας, sed προστάτας appellant, quò vitent ambiguitatem.

Sunt etiam qui παραστάτας uocent os uoadis, quod situm est ad radicem linguae.

παρασάγγη. uide κωάγγη.

παρασώσις. apud Hippocrat. significat errorem non quemlibet, sed eum qui uero proximus est, & ea de causa probabilis, ut annotat Gal. comment. 3. ἐν τῷ περὶ ἀρθρῶν.

παρασφάγης. pars colli ingulo proxima, ad clauas sita inter collum & pectus.

παραφάσει. aberrante manu contingere & manu falli, ut ἐν τῷ ἐπιφάσει, iniecta manu attingere. Hinc etiam occultos muliebris pudendi locos παραφάσις uocant, ut scribit Galenus in τῶν γλωσσῶν. Deducitur ἀπὸ τῷ ἀφῆς.

παραφάσις. παραφροσύνη, hoc est, desipere. Non dicitur ἀπὸ τῷ ἀφῆς, ut παραφάσει, de quo antè dictum est, sed perinde dicitur atque ἀλλοφάσις, ut scribit Gal. ἐν τῶν γλωσσῶν.

παραφίμωσις. uitiū est τῆς φιλώσεως contrarium, cum uidelicet ea quae naturales meatus concludunt ita diducta sunt, ut reduci nequeant. Propriè tamen dicitur de præputio ita retrorsum adducto, ut glandem tegere nequeat. Quod malum ex nerui contractione maximè contingit: fit & ex immodica præputij siccitate. Ei cōtrarium uitiū φίμωσις καὶ φιλώσις appellatur, de quibus uide suo loco.

παραφροσύνη. μικρὰ παραφροσύνη. Siquidem Hippocrates τὴν παραφροσύνην usurpat in iis qui modicè delirant, ut & παραληρησις.

παραφροσύνη. delirium. desipientia. mentis ab alienatio. Duobus modis dicitur, uno generaliter, altero particulariùs. Generaliter quidem dicitur, motus deprauatus & errans facultatis imaginatricis aut ratiocinatricis, in eo differens ἀπὸ τῆς ἀνοίας καὶ μωροσύνης, quatum illa ratiocinatricis uirtutis ueluti παράλυσις καὶ ἀπώλεια sit, hæc uerò ueluti desiciens functio. Plerumque autem in utrisque simul παραφροσύνη cōsistit, tūm parum probè imaginando, tūm parum aptè ratiocinando. Aliquando uerò in altero dūtaxat, sicut Galenus narrat Theophilo medico cōtigisse, cui sola imaginatio deprauata fuit, similiter & phrenitico cuidam, qui omnia uasa discernens & suis nominibus appellans perfregit: huic enim sola uis ratiocinandi deprauata fuit. Huius autem παραφροσύνης generaliter dictæ, species siue differentia sunt plures, quae sumuntur ab eius magnitudine, causis, adiunctis, actionibus. A magnitudine quidem quòd alia sit magna, alia parua, quas uerbis propriis ab inuicem distinguens Hippocrates, in magna quidem significanda utitur uerbis παρακόλου, ἐκστῆναι, μακῆναι, ἐκμακῆναι: in parua uerò usurpat λιρῆσαι, παραληρησις, παραφροσύνη, παραφροσύνη, παραφροσύνη. Galenus autem etiam παραποῦσαι & παρακρούσις, ut idem scribit initio comment. 3. in lib. 3. τῶν ἐπιδημιῶν. Nam quòd λιρῆσαι siue παραφροσύνην λιρῶσαι, siue παρα-

DEFINIT. MEDIC.

κρουσῖν μετέλαι, sive παραλήρησιν Hippocrates multis in locis accipiat ἀντὶ τῆς μετέλαις παρακοπῆς ἢ παραφροσῶν, annotavit Gal. comment. Aphor. 9. lib. 7. & comment. 3. in lib. 3. τῆν ἐπιδημῶν, & extremo lib. 3. πῶδὶ δυσατοίας, ubi male, meo quidem iudicio, legitur παραλίχιρ, ἀντὶ τῆ παραλήρησιν, quod nusquam apud Hippocrat. aut Galenum παραλίχιρ reperias, sed παραλήρησιν frequentissimè, etiam si interpret eo loco aliena dicere conuerterit. Similiter Galenus comment. in prognost. φρενίπῶδα appellat παραφροσῶν μεζάλλω. A causis verò τῆ παραφροσῶν sumuntur etiam differentia. Nam eum in omni cerebrum ab aliqua causa læsum sit, eam vel cerebro contineri, vel aduentitiam & extra cerebrum positam esse necesse est. Eius quæ in cerebro inest, alia vitiosus humor est, alia intemperies, alia phlegmone aut erysipelas. Vitiosus humor qui παραφροσῶν committit, triplex esse potest, sanguis biliosus, qui eam parvam facit & mitem, quam λῦρον & παράληρον & παραφροσῶν etiam proprio & speciali nomine appellant. Flaua bilis, quæ φρενίπῶδα generat, modò mitiorem, modò seuiorè, prout magis pallida, aut magis minύsue flaua, calida & acris est. Tertius verò est bilis atra, ex flaua adustione genita, sive etiam propriè dictus melancholicus succus, à quibus factæ παραφροσῶν appellātur μαυῶδης & θηλιῶδης & μελαγχολικαὶ, ut scribit Gal. commēt. 1. in prorrhēt. Phlegmone autè & erysipelas à quibus ἢ παραφροσῶν excitatur, aut in ipso cerebro, aut in eius membranis consistunt. Intemperies verò calida aut sicca est, aut calida & sicca simul. Sed calida quidem, cui nullus humor vitiosus coniunctus est, similis est quodammodò ebrietati, ut ait Galenus: sicca autem eam παραφροσῶν excitat, de qua scripsit Hippocr. Aphor. 9. lib. 7. à sanguinis fluxu παραφροσῶν aut conuulsio malum. Fit enim à defectu nonnunquā, quemadmodum & membrorum tremor: cuius etiam excitandæ vim habent immoderata vigilia, cerebrum impensius siccantes. Causæ verò extra cerebrum posita multiplices sunt: ictus & plaga in capite accepta, maximè si vacuum apprehenderit, ut habetur Aphor. 14. & 24. lib. 7. pulmo, si in eum humores refluxerint: diaphragma phlegmone aut erysipelate aut alio simili affectu obsessum: id enim facile mentem turbat, ob idque veteres ipsum φρενίας vocarunt: os vētriculi similiter laborans: item hypochondria, à quibus μελαγχολία & θηλιῶδης, species & ipsa τῆ παραφροσῶν: præterea calidi & acres vapores à sanguine aut bile in cerebrum è toto corpore sublati: ad hæc uterus vitioso succo refertus. Ab adiunctis verò etiā sumuntur τῆ παραφροσῶν differentia. Alia namque cum febre est, alia sine febre. Quæ cum febre est vel φρενίπῶς dicitur, vel παραφροσῶν est specialiter dicta. Sed φρενίπῶς quidem dicitur cerebro primario affectu laborante, habetque magnitudinè & vehemētiam: παραφροσῶν autem specialiter dicta, symptoma febris est, atque ex subiectis cerebro partibus originem ducit, sublato scilicet in caput biliosi sanguinis vapore acri & feruenti, neque impetus tantos habet quantos ἢ φρενίπῶς. Accidit autem potissimum in febrium ardentissimarum vigore: quanquam & aliquando in principis, pro qualitate scilicet humoris moti, & cerebri robore aut imbecillitate. Ea autem qui detinentur nemo φρενίπῶς appellauerit, ut ait Galenus lib. 3. de locis affect. sed vel παραφροσῶν vel παρακοπῆς. Quæ verò sine febre est, alia similiter mitis est, alia verò ferina. Mitis quidem est sine febre ea ferè quæ ab intemperie sicca cerebri, de qua antè diximus, tum quæ à multis subiectis cerebro partibus excitatur. Ferina verò est quam μαυῶδης & μελαγχολία θηλιῶδης vocant. Ab actionibus verò etiam

Hippocrates

Hippocrates desumit τὰ παραφροσύνης differentias, aliam appellans πῶ μὲν γέλοστος, quæ fit à sanguine bilioso: aliam πῶ μὲν σπουδῆς, quæ fit à flava bile: aliam θρασυαίαν quam ἔμωιδῶν vocat, quæ fit à bile adusta: aliam κῶσμιον: aliam σιωπλήν, id est; taciturnam, quæ ferè fit à frigido succo ἔμολανθολικο: alias verò aliis etiam nominibus designans. Cuius omnes differentias non est facillè explicare, quia tot sunt quot hominum etiam functiones ἔμολανθολικαὶ cogitationes. De hac dicuntur verba illa apud Hippocratem, παραφροσύνην, κροκοδίζην, ἔμολανθολικὰ ἄλλα in phreniticis, ut ait Galenus, ὑψιπαραφροσύνην solita: παραφροσύνην verò specialiter dicta quid sit, iam ex supra dictis facillè intelligi potest. Sic enim dicitur non omnis, sed parua modò, ἔμολανθολικαὶ ea maxime quæ febrivium occasione nascitur ἔμολανθολικαὶ facile soluitur. Qua quidem significatione medicos ἔμολανθολικαὶ Galenum plerisque locis uti reperias.

παραφροσύνη. cognomen est aconiti, quòd in carne obiectum pãtheris aut aliter datum eas enecet, ut cecinit Nicander in Alexipharmacis agens de aconito.

παραφροσύνη. emplastri nomen quod ad Andream refertur, inueteratis etiam hydropis utile. Descriptio eius habetur apud Aëtium lib. 10. cap. 22.

παραφροσύνη. cerebellum. Est pars cerebri posterior, durior sicciòrque ex multis ἔμολανθολικαὶ paruis corporibus coagmetata, subflava, spinalis medullæ principium. Totum namque cerebrum in duo diuisum est, anterius ἔμολανθολικαὶ posterius, sed supernis tantum partibus. Nam sua basi continuum est non sibi modò, sed spinali etiam medullæ, ἔμολανθολικαὶ per hanc cerebello. Durius autem sicciúsque est reliquo cerebro, quod quò ulterius procedit, eò siccius euadit. colore quoque diuersum est: nam cum reliquum cãdidum sit, cerebellum velut ὑψιπαραφροσύνην quãdam subflauum est: ab eo spinalis medulla initium accipit. Plenum ἔμολανθολικαὶ ipsum est animali spiritu, quem neruis duris à spinali medulla prodeuntibus impertit.

παραφροσύνη. Sic dicta fuit ab Erasistrato propria cuiusque visceris substantia. Eius enim opinio fuit, carnem appellari solùm eam quæ musculos constituit: quæ verò in reliquis partibus est, ut hepate, renibus, splene, pulmone, non caro sed παραφροσύνη ab eo vocabatur: in intestinis autem, vètre, stomacho atque utero, carnem innominatam relinquebat. παραφροσύνη autem dictum est ab eo, quod existimaret viscerum eorum molem ex sanguine è venis effuso cõcrescere, ut scribit Galenus initio lib. 11. simpl. medic. qui tamẽ neglecta Erasistrati opinione, eorum viscerum propriam substantiam, non παραφροσύνην, sed carnem sæpè appellat.

παραφροσύνη. pars faciei quæ ab oculis ad mentem usque proteditur. Galli vocant la ioue. Poluci tamen μάλα, γνάθοι, πρῶται synonymia sunt. genæ aut mala dici possunt Latinis. παραφροσύνη. vinculum quod malas continet vel fractas vel luxatas vel alio quouis modo affectas. sic dicitur à malis per quas ducitur.

παραφροσύνη. est pulsus inæqualis systematicus, in quo expectata quiete in medio tanquã superuacuis aliquis pulsus sentitur. Contrarius est pulsui τὸ δὲ ἐλαττωμένῳ, hoc est, deficienti, in quo sæpè aboletur aut minor apparet pulsus, cum in illo contrà inter binos ictus qui suo ordine pulsant, medius quidam ictus præter legitimum numerum incidat. A Latinis interpretibus intercідens ἔμολανθολικαὶ coincidens vertitur.

παραφροσύνη. idè apud Hippoc. quod παραληρησῶν ἔμολανθολικαὶ παραποιῶν, hoc est, leuiter delirare. παραφροσύνη. dicitur apud Hippocr. cum ager seipsum præbet medico curandum, quo tempore medicus primùm cognoscit affectum ipsum infestantem, deinde ad curationem

DEFINIT. MEDIC.

eius accingitur. Eo saepe utitur ἐν τῷ κειτ' ἰατρῶν. possis latinè dicere exhibitionem.
πάρεσις. idem quod πάλυσις, ut ἔ' παρῆτοι οἱ πάλυλκῆσι:
παροξυσμῶν. idem prorsus quod ἀνώδωρον. dicitur ἔ' πρῶτον κῶν.
παρῆσις. sic quondam dicta fuit ἡ ἀρτημοσία.

παρῆσιον. plurimum herbarum nomen fuit apud veteres. primum quidem sic dicta fuit à quibusdam ἡ ἰλιθῆ, quòd, ut ferunt, à Minerva Pericli monstrata sit. Sic etiam dictam fuisse Mercurialē herbā, quae λινόωσις vocatur, Dioscorides author est. Alij, ut scribit Galenus, ἀνδρῆμδα ἔ' ἀμάρακον sic nuncuparunt:

παειδῆμα. tonsillae. quo nomine ἔ' pars faucium ἔ' eiusdem etiam inflammatio significatur: ἀνπίδῆς alio nomine vocantur, quae cum velut isthmus quidam inter gulam ἔ' asperam arteriae extremū cōditae sint, meritò παειδῆμα fuere dicta. vide ἀνπίδῆς.

παροδοντίδῆς. Sunt iuxta dentes in gingivis tubercula quaedam dolentia, ut scribit Celsus lib. 6. cap. 13. quo tamen loco quidam πρῶνλίδῆς legēdum censent, non autem πρῶδοντίδῆς, quod nomen hoc à nullo Graecorum usurpatum obsetuetur.

παροξυσμός. accessio. Est motus particularis morbi à remissione ad deterius, sicut Aëtius definiuit. Cum enim remissa iam priori accessione corpus quietem agit, si eam oborta perturbatio interrumpit, morbus παροξύνεται; id est, exacerbari ἔ' in deteriore statum facta esse cōmutatio meritò dicitur. Verum ea particularis dicitur, quò excludatur ἔ' quae totius morbi est, quando ille augeri incipit. Galenus comment. in Aphor. 12. lib. 1. non multum differenter diffinit, dicens παροξυσμὸν esse deterius tempus totius circuitus. Habet autem ἔ' ille sua quatuor tempora, principium (quod ἔ' ἀρχὴ ἔ' ἐπισημασία medici appellant) incrementum, summum vigorem, ἔ' declinationem tum caloris motu, tum symptomatum vehementia distincta, quemadmodum ἔ' totus ipse morbus caloris quidem motu, quòd accessionis principium fiat calore omni toto ex corpore ad cor thoracemque concurrente: incrementum, cum ille ad extremas corporis partes sese expandit: status quando ex aequo totum corpus occupat. declinatio verò, perspirante caliditate atque medium corporis relincente: symptomatum verò vehementia, quòd quae mala principio inuadunt, incremento augentur, in vigore vehementer excruciat, in declinatione autem paulatim mitiora redduntur ἔ' evanescent.

παροξυσμὸν Celsus accessionem dicit, alij exacerbationem vertunt.

παρουλις. est inflammatio partis alicuius gingivarum. Ea autem omnium inflammationum modo, nisi discussa fuerit, suppuratur ἔ' vertitur in abscessum: proindeq; Paulus lib. 6. πρῶνλίδῆ abscessum esse dixit. Ex ea plerumque gingivae putrescunt ἔ' deiciunt, gigniturque ἐπευλις, hoc est, carnis excrescentia, maximè ad intimos molares dentes. Vidi autem parulidem ab imperito chirurgo malè curatam, in qua caro non modò supercrevit, sed cum aduerso etiam buccarum musculo prorsus coaluit.

παροχέτωσις. deriuatio. Est vacuatio humoris per vicinam partem. Est autem curationis genus, ut scribit Galenus initio commēt. 2. in lib. 6. epidem. ad humores pertinēs, eum videlicet humor qui vacuari debet, non per eam fertur partem per quam eum ferri oportet, nec tamen valdè procul à conuenienti, neque ad remotissimam, sed per propinquam. Sunt verò huius exempla haec, cum id quod per palatum vacuatur, per nares trahitur, nobis irritantibus aut per acria medicamēta prouocantibus: cum quod fluit ad oculos aut aures, tum in nares, tum in os trahitur, collutionibus ἔ' gargarismatis

garismatis acribus atque aliis eiusdem generis remediis: cum, quod defluit per asperam arteriam in pulmonem, ad stomachum conuertimus: id enim potius optandum: cum sanguinem per sedem profluentem in muliere, per vuluam deriuamus: similiter cum mulieri sanguinem vomenti, ex Hippocratis consilio, menses ducimus, sed hoc exemplum reuulsionis potius fuerit quam deriuationis. Reuulsio enim fit per loca plurimum distantia, eoque solo à deriuatione differt. Deriuatio item est cum quod per renes & vesicam fertur, ad aluum deducimus, aut contra ab aluo ad urinas. Fit deriuatio à dextris ad sinistra, ab anterioribus ad posteriora, & contra, sed breuissima via, alioqui ad reuulsionis naturam magis accedit, estque humoris tum fluentis, tum iam impacti & in agra parte consistentis, in quo etiam videtur à reuulsione differre, quae fluenti tantum humori adhibetur.

ἔμφρασμα. emplastrum est ab Hera primum descriptum hunc in modum, sicut Galenus prodidit lib. 7. ἄν κν τὰ χεῖν, Adipis suilli recentis & curati unc. XLIII. cera unc. XXIII. cerussa unc. VI. argenti spuma unc. VI. liquida cum aridis permiscetur, ac manebit quidem aliquamdiu liquidius, postea verò consistet per se & coapagem acquirere. Alij verò postea aliter pro suo quisque arbitrio composuere. Emollit primo ordine, praesertim recēs: inueteratum enim magis digerit. inflammationem quidem coërcet & lenit, sed ulcera sordida reddit. vide apud Paulum & Aëtium.

ἄρρωστος. est abscessus ad unguis radicem natus, alij malunt inflammationem vocare. Non leue profusum malum est, ut quod dolores & febres aliquando moueat. Et tamen Latini reduuiam curare, pro occupari in re minima, prouerbij loco usurpant. Ex quo arbitror reduuiam nomine non tantum ἄρρωστος designari, sed eum etiam affectum in quo ad unguem latera caruncula, aut cutis portio resoluitur nullo fere dolore. Inde Latini reduuiam vel rediuuiam malum hoc nuncuparunt: rediuire enim resolvere est, ut scribit Festus. Quanquam Hermol. Barbarus reluuium etiam vocet à reluendo, hoc est, resoluendo. Barbari pannaritium vocant.

παρῳτια. sic dicuntur oculorum minores anguli qui ad tempora spectant: ut & oppositi, qui scilicet ad nares sunt, ἑστῆτες vocantur.

παρῳτις. tumor est glandularum sub auribus. Galenus lib. 3. ἄν κ τὸ πάρος parotidem de genere inflammationum esse dixit. Paulus non inflammationem, sed affectionem tantum dixit, ut tumor omnis, siue scirrhosus, siue etiam oedematosus, non sola inflammatio, parotis nomine tur. Sed cuiuscunque generis tumor sit parotis, glandulas sub auribus sitas occupat, materia in eas vel à capite decumbente, & ibi postea impacta, vel à toto corpore, id quod aliquando per crises contingit, confluenta.

πασίανος ἄρρωστος. is recipit squamam aeris drach. XII. aeris vsti, salis ammoniaci, aluminis rotundi, eruginis rassa, thuris, singulorum drach. V. Erugo cum aere, squama & alumine sub sole conteruntur, & probe tritis thus additur: inde formantur pastilli. valet ad thymos, codylamata, myrmecias. Paulus eos ἄρρωστος imponit li. 4.

πασιόλας. genus emplastri sicci, crustam inducentis. Constat, ut scribit Aëtius, paribus portionibus atramenti sutorij, sandatacha, misyos, chalcitidis.

πασίωμα. medicamentum in farina aut pulueris modum. Eadem composito nomine etiam ἄρρωστος vocantur, & apud Latinos recepto.

πασάλας

πασάλας. dicitur ab Hippocrate ὀκίγρος, id est, milium, unde etiam apud eundem

DEFINIT. MEDIC.

- πασα κλίτης ἄρτος vocatur panis, vel farina milij subtilis, ut habetur apud Galenū
 ἐν ταῖς γλωσσαις.
- πρασά. sic vocantur iridis partes nigrae, quae oculi pupilla proxima sunt.
- πρασίλισκος. σμικρὸς πᾶσαλας, hoc est, parvus palus, apud Hippocratem, ut scribit Ga-
 lenus ἐν ταῖς γλωσσαις.
- πατηθεῖσα σαφυλή. uva passa, hoc est, in vite à sole diutius adusta. Quae autem à sua vi-
 te detracta soli exponitur siccanda, διὰ τὸ παθεῖσα vocatur.
- πατιτός. genus est palmae tertium, ut scribit Plinius, sed nimio liquore redundans, cuius
 pomum etiam in sua matre dehiscit & rumpitur, calcatoque simile apparet: inde
 nomen inditum. Sunt autem qui in eo nomine palmulas passas, & à sole in ipsa ar-
 bore ustas & corrugatas intelligendas censeant, quo etiam modo πατιθεῖσας σαφου-
 λᾶς interpretatur, ex quibus Aëtius lib. 9. cap. 24. vinum scybelites stillare scripsit:
 quanquam eo loco reuera calcatas intelligere possumus, ex quibus vinum sponte flue-
 re dicitur, si rationē habeamus eius quod praelo expressis uuis manat. Caterum pal-
 mularum praedictum genus non de iis modo dicitur quae iam diutius in arbore solem
 passa fuerint & propè exicata, sed de iis etiam quae ante maturitatem succo gra-
 uida & turgentes rumpi solent.
- πάτος. sunt qui eo nomine significari dicant pulverem, qui lactaturis post olei illicionem
 inspergebatur & affricabatur, πῶσσαλον ab Atticis vocatum, densandi atque ro-
 borandi corporis gratia. Sunt verò qui non eum modo pulverem, sed sudorem ipsum
 pulveri mistum πᾶτον vocent, ut Aëtius lib. 2. cap. 107. scriptum reliquit.
- παφλάζουσι. fictitium nomen est ab Hippocrate, qui eo nomine designare voluit τὸν πῆλον-
 τας καὶ ἐπαπαλαμβάνοντας ἐν τῷ ἀγάλει κῶδι, hoc est, qui in differendo voce labuntur,
 & saepius eadem repetunt, ut explicat Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις. Homerus ἐφαμαρ-
 τειπᾶς appellat.
- πέδιον. planta. ima planta pedis. Pars est pedis quinque ossibus constans, inter tarsum
 & digitos sita. Haec per synarthrosim quinque pedis digitis inarticulantur. Propor-
 tione respondet metacarpio quod in manu est, nisi quòd in manu primum pollicis os
 cum carpo diarthrosi copulatur.
- πέζαι. usurpatur hoc nomen ab Hippocrate lib. 2. de morbis mulierum, ubi scriptum est,
 καὶ οἱ πόδες οἰδισκοῦσι αἱ πέζαι. Ac Zenodotus quidem libro quem edidit τῷ ἐθνικῷ
 λέξιων ait, Arcades & Dores πέζαι pedem vocare. Verum Hippocrates sic videtur
 appellasse vel imam plantā, vel malleolos pedum. Author Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις.
- πέννα ἢ
- πένη. fames. Est suctionis in ventriculo sensus. Cum enim propter vacationem & ali-
 menti penuriam partes exinanita cibum naturaliter appetant, primumque eae ex-
 inaniti soleant quae sunt aëri ambienti proxima, illa è proximis sibi alimentum tra-
 hunt, deinde rursus illa ex iis quae sibi sunt proxima, donec ita continuata serie ad
 venas quae ad ventriculum periment vacuatio suctionisque perueniat. Tunc autem
 ventriculus exugi se sentiens, fame scit, & eam excitat appetentiam quae animalis
 nuncupatur. Hic suctionis sensus πένη à Galeno propriè dicitur (Latini non aliter
 quam famē appellant, quo tamen nomine etiam λιμὸν significant) animalem cibo-
 rum appetentiam pariens, factus autem à vacatione & vacuatorum appetentia
 naturali, ventriculi suctionem excitante. Nam cum hac quinque symptomata, ut
 scribit

scribit Galenus, ordine quodam sese deinceps consequantur, vacuatio, vacuatorum appetentia naturalis, ventriculi suetus, suctionis sensus, & appetentia ventriculi naturalis, fames quæ suctionis sensus est, ordine quarta est. Sic facitè intelligitur quo differat fames ab appetentia. Nam cum appetentia gemina sit, una naturalis, altera animalis, fames una est, eaque semper animalis. Adhæc plantæ etiam naturaliter appetant: animantium & eorum modò quæ sensu prædita sunt, fames est. Sensus enim qui ad sola animalia pertinet, eam parit. Non est igitur fames appetentia, aut cibi potioniisque aviditas, sed naturalis quidè appetentia famem parit, & hæc rursus animale appetentiã. Vis enim illa animæ interior tristi quodam suctionis sensu affecta, cibum potumque protinus concipit, & in eorum desiderium fertur. Horum tamen symptomatum proximitas facit ut fames interdum appetentia vocetur. Cæterum quomodò differant πείνη καὶ λιμός, quorum utrumque unico nomine Latini famem vocant, vide in dictione λιμός.

πελικύθη. securidaca. hoc nomine ab unguentariis appellatū fuisse & ἰδύσαρον Dioscorides prodidit.

πελιδορ. liuidum. sic dicitur color inter planè nigrum & rubrū, aut aliquem alium ex floridis colorem medius: fit autem vel ex ipsis floridis in nigrum abeuntibus, vel ex nigro in album cedente, ut apparet in suppurationibus, in quibus quod nigrum erat liuescere incipit, & ex liuido ad colorem ignis tendere, & paulatim candidius fieri: proximè accidit ad fuscum. Contrahitur in corporibus à sanguinis & caloris nativi defectu: frigus enim liuidum & nigrum colorem inducit. Designat & humorem, veluti viridis, prava qualitate præditum, sicut rubidus sanguinis copiam.

πέλλα. liuida, subfulua, apud Hippocr. quæ idem etiã πελιὰ nuncupat. Zenodotus scripsit apud Sicyonios & πελλορ dici & κέρρον: refert Galenus ἐν ταῖς ἁλωσῶσι.

πέμπητος. dicitur senex, ut ait Galenus, qui ad tertiam senectutis ætatem peruénit, decrepitam videlicet, & propter virium infirmitatem iam rebus omnibus inutilem. Sic autem vocatur, ut aiunt, qui vocabulorum etymologiis gaudent, ab eo quod est πέμπητος πῶ ἐς ἄδου πομπήρ, id est, quod mox ad manes ablegandus sit.

πέμωτος πυρετός. flatulenta, inflata febris. Est differentia febris apud Hippocrat. lib. 6. τὴν ἐπιδημῶν, sed quam pleriq; vario modo interpretati sunt, ut scribit Galenus. Alij diariam febrem intelligunt, natam spiritibus incensis, quæ & πεμωτώδης, hoc est, spiritiosa à quibusdam propterea dicitur: vel πεμωτώδης πυρετός dicitur, ut ait Galenus ἐν ταῖς ἁλωσῶσι, νοτίδος μεσὸς καὶ ὑγρότης, hoc est, febris madens & humida; ab effluuiio quodam aëroso & vaporoso per cutem sæpius erumpente. Vel ea febris sic vocatur quæ veluti exilientium & manui occurrētium scintillarum opinionem præbet: vel ita appellatur pestilens ἢ μετὰ πύστωρ, hoc est, quæ cum pustulis efflorescit. Verum Galenus in eam sententiã inclinat, ut diaria intelligatur, quæ in spiritibus incensis & interdum putrentibus consistit. Quanquam & per πέμωτος δύσση possit intelligi σωχὸς ἢ ἄρῃς, quam ob id inflatiuam vulgus practicum vocat, quod sanguinis calore febrili feruentis copia venæ omnes plurimum sint inflatæ, & sanguine flatuoso & bullante plena.

πεπτάειον. emplastri nomen, ad collisa, vibices flagellorum & cutem excoriatã accomodi. Habetur apud Aëcium lib. 15. cap. 35.

πεπτάμυρον. unguenti nomen sic dicti quod quinque rebus constet: styracis uncia, masti-

DEFINIT. MEDIC.

ches sextante, cera alba quadrante, opobalsami triente, unguenti nardini quincunce, ut habetur apud Aërium lib. 12. cap. 44. Similis omnino descriptio est apud Paulum lib. 7. cap. 18. nisi quod non opobalsamum, sed opopanacem habet.

πεπτάφυλλον. quinquefolium, herba est ramulos habens festucarum modo graciles, palmum non excedetes, & in iis semen: folia menthae similia, in singulis pediculis quina, nec plura, nisi perquam raro, & per ambitum crenata serrae modo, florem in candido pallidum vel auri æmulum. Radix subrubra, oblonga, paulò crassior quàm veratri nigri. Ab ea non longè abest quam officina tormentillā vocant, nisi quod septem non quinque habet folia. Archigenes apud Galenum lib. 5. τῆν κτ̄ τὸ πους. cap. 9. scribit πεπτάφυλλον à quibusdam δὲ πατρώεωρ dici.

πεπτογοβον. sic à quibusdam dicitur ἢ πολωνία, ut Plinius scripto prodidit.

πέπαισις. maturatio. Dicitur propriè, authore Aristotele, alimenti in fructibus concoctio. Ac quoniam concoctio perfectio quaedam est, tunc maturatio perfecta est cum semina quæ fructu continentur tale aliquid efficere possunt qualia ipsa sunt. Quavis autem ad fructus propriè ἢ πέπαισις pertinet, tamen multa alia præter fructus πείραι dicuntur per metaphoram, quoniam non sint primùm indita nomina singulis quæ à naturali calore & frigore perfectionem cōsequuta sunt. Nam ἔ φύματα & pituita & reliqui tùm humores, tùm morbi πεπταίνουσι dicuntur.

πέπαισις. maturatio, concoctio. Dicitur, inquit Galenus comment. 2. in lib. 1. τῆν ἐπιδημιῶν, morbi & eorum quæ præter naturam sunt, veluti coctio quaedam & maturatio, in qua quod assimilatur paucum est, quod autem semicoctum superfluumque relinquitur, multum. Idem verò comment. 5. in lib. 6. τῆν ἐπιδημιῶν τῆν πέπαισις significatum latiùs extendit, omnem deductionem ad mediocrem temperiem sic appellās. In morbis ferè semper dicitur, sicut πείραισις in fructibus, quam tamè etiam in morbis & humoribus præter naturam ἀντὶ τῆν πέπαισις Aristoteles usurpavit lib. 4. τῆν μετεωρῶν. vide πείραισις.

πέπαισις. piper. Exotica arbor in India nascēs, dissimiliter à variis authoribus descripta, qui forsitan eam non vidissent, sed potiùs aliorum fidem sequuti repræsentarūt. Sed nulli de ea certiùs prodidère, quàm qui Lusitani regis studio in novum orbem se contulerunt, ubi piperis utriusque, longi ac rotundi innumeras plantas gigni & virescere narrant: fruticem non arborem piper edere affirmāt, albæ viti sepibus proreptanti simillimam, vicinas scandentem arbores, quæ racemosum fructum ostendat, primùm viridem, nec aliter quàm in ligustro coaceruatum. Hunc, antequam legitima maturitate nigrescat, lectum, sub sole palmeis tegetibus expandunt, sic baccas solis aestu corrugari, vel passas nigrescere commemorant. In eodem frutice longum piper & album offendi negant, sed alias arbores longum piper ferre, & esse velut nucamentum quoddam exilibus granulis squamatim compactum, Ponticæ nucis iulo simile, piperato gustu, quod tamen nunquam in album aut nigrum transeat. Galenus tamen, Dioscoridem opinor sequutus, eandem plantā tam rotundum quàm longum piper gignere prodidit lib. 8. simpl. medic. his verbis: Piperis radix vires costo similes obtinet. Porro fructus nuper germinātis arboris oblongū est piper, humidum natura & calidum: humiditatis autē signum est quod facile repositum perforetur, ac non protinus mordicet: fructus verò adhuc acerbus immaturusq; album piper est, nigro acrius, ut quod multò magis assatum sit: utrumque autem vehementer, tùm excalfacit,

cit, tūm deficcatur. Ex iis medicamentū paratur δ' εἰς τελεῶν τ' ἀπαιρέων, multis à Gale-
no laudibus commendatum libris de sanitate tuēda: atque aliud præterea, sed mul-
tūm diuersæ facultatis, quod εἰς δύο πεπείρων dicitur, descriprū à Paulo lib. 7. cap. xi.
πεπείρων. siliquastrum. herba est caule, ut Plinius scribit, rubro, longo, densis geniculis,
foliis lauri, semine albo, tenui, gustu piperis. Græci recētiores ἕσπον nominant. quæ-
dam officinæ herbam diuæ Mariæ:

πέπλιον ἦ

πέπλις. frutex est opacus, candidi succi plenus, foliis satiuæ portulacæ (unde quibusdam
ἀνοράχι ἀγρία dicitur) rotundis, infernè rubentibus: semine sub foliis rotundo, uti in
peplo, feruētē gustu: radice singulari, supernacua, tenui. Easde tū peplo vires habet.

πέπλιον. dicitur à quibusdam δ' ἀφραδῆς, ut habetur apud Dioscoridem.

πέπλος. frutex est lactei succi plenus, foliis paruis, ut rutæ, paulò latioribus, rotunda co-
ma, ferè dodrantali, humi respersa: semine sub foliis rotundo, minore quàm candidi
papaueris. Radicem habet unicā, supernacua, ex qua fruticat: nascitur inter vi-
tes & in hortis. A quibusdam papauer spumeum vocatur & meconium, ut Gale-
nus annotauit. Liquorem remittit, qui tithymallorum modo purgat.

πέπλικὸν δυνάμεις. concoctrix facultas. Est vis naturalis, attractum alimentū in propriam
corporis quod nutritur qualitatem alterans. Eadem etiam ἀλλοιωτικὴ, id est, altera-
trix dicitur, de qua vide suo loco, & in dictione πέψις.

πέπλικὴ φάρμακον. concoquentia medicamēta. Ea duobus modis, ut & concoctio, dicun-
tur: ut enim una sanorum est, & circa alimenta versatur, altera verò morborum &
vitiosi humoris maturatio, sic medicamenta cōcoquentia dicuntur, tūm quæ ad sto-
machi ventriculique imbecillitatem vel inflationem adhibentur, quò cibi meliùs
concoquantur, tūm quæ ad pus mouendum cōducunt. Id enim naturæ quadam con-
coctione generatur. Hac autem eadem facultate pollent quæ & suppurantia medi-
camenta, Græcis ἐκπίστορα appellata.

πέπων. pepo. species est cucumeris, nam qui natiuam magnitudinem excefferit, pepo Pli-
nio vocatur, unde non tantūm πέπων, sed etiam σίκυς πέπων coniunctis nominibus
aliquādo à medicis dicitur: σίκυς enim nomen Græci cōmune fecerūt pluribus fru-
ctibus, qui aut chartilagine aut cute foris obducta in oleraceis extra terram crescūt.
Ceterūm πέπων dictus est, ἀπ' τῆς πεποιένου, quod maturefcere significat, velut etiā
τὸ πέπων: nec peponibus propriè dictis tantūm, sed aliis etiam omnibus quæ matu-
rescunt, conuenit. Nam & racemus cūm exactè maturus est, dici potest πέπων, &
similiter fructus omnes autumnales & pira & cucurbitæ τὰ περα, id est, matura vo-
cari consueuerunt, quemadmodum & melopepon, qui in seipso τὸ ποιν, id est, matu-
rum continet, unde medici quidam non simplicitet nominare voluerunt πέπων, sed
composito nomine σίκυς τὰ περα, id est, cucumerem maturum, aut peponem cucumeta-
lem nominari oportere contenderunt. Ceterūm in pepone specialiter dicto superat
humida frigidaque intemperies in secūdo ordine: si quis tamen semen aut radicem
arefaciat, deficcandi vim acquirit primo ordine, aut etiam secundo incipiente:

περδικιον. sic dicta fuit à plerisque ἰελεῖν, quoniam perdices ea præcipuè vescantur.

περπέλιον. terebrum rectum & acutum, apud Hippoc. ut habetur apud Galenū ἐν τοῖς
ἁλωσῶν, diuersum ab eo quod ὀρνικὸς dicitur.

περὶ ἀμύματα. amuleta: sic dicuntur quæ corporis parti cuiunq; alligata noxam ab ea de-

Y ij

DEFINIT. MEDIC.

pellunt. Eius generis plurima Galenus lib. 2. τὴν κ' τόπους recenset ex Archigene, quæ capiti coronæ modo imposita, dolorem eius leuēt. Per multa etiam quotidie experimur, quæ brachiali admotæ febres reprimunt.

περὶ ἄκρον. sic dicitur à quibusdam ἰσχυρῶν, hoc est, extremus capillorum ambitus.

περὶ ἐπιπέδον. τοῖς ὀρθοῦς ἐπιπέδον ἰσχυρῶν, hoc est, indumentis se contegebat, apud Hippocratem. ut scribit Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις.

περὶ ζώνη. idem quod δ' διάφραγμα. Theodorus cinctum uertit.

περὶ κενὴ πυρετός. ardens febris. Est differentia febris apud Hippocratem lib. 6. τὴν ἐπιδημιῶν, sumpta à caloris febrilis essentia, ut ait Galenus lib. 1. de diff. febr. Sic autem dicitur quæ protinus atque admotæ manus est, & quamdiu admouetur, copiam caloris & ardoris tactui exhibet. In ea enim immodicus est & non deficiens calor, & copia ingens materiæ incendi paratæ. Eiusmodi sunt febres æstiuæ ardentes & ὁμοῦτοι. Cum enim quod per cutim expirat ei quod intus accenditur par est & æquale, & incendi prætereà habilis est materia multa, sit ut confestim ardentes manu sentiantur. Et quia cōtinenter plurimum sit per cutim uisibilis effluuium, sit ut semper quamdiu durant, similiter ardeant, nec à manu medici vincantur, accedente ad id multitudine materiæ ad incendium paratæ, quæ eo semper continuato calorem à manu medici uinci non patitur. Huic febrī contrarium facit Hippocratem alterum genus febrium quas βλαχρῶς ξυρῶς πυρετός vocat, hoc est, ad manum quidem mites, sed quæ intus æstiuosa sint & sicca. Non est autem idem περὶ κενὴ cum καὶ σφ, sed ratio eorum planè diuersa est.

περὶ κενὴ ἄστρον. est tunica crassa, dura, à cordis basi nata & ipsum undique ambiēs. Ita autem ambit, ut cordis figuram imitetur: fibrarum expers est. Eam uerò etiam altera tunica inuoluit, prodiens à membrana costas succingente, qua thoracem diuidit. Quibus thorax breuior est, attingit septum transversum: non attingit uerò, quibus septem ossa sortitum est. In eo serosus humor continetur, parcius quidem quibus cor est calidius, copiosior quibus frigidius, vaporibus multis in aquam resolutis. Nervos habet à sexta cerebri coniugatione seu à recurrente sinistro, uenas & arterias à septo transverso & membranis medium thoracem diuidentibus.

περὶ κενὴ ἄστρον. bulbi genus, cuius duæ species Plinio, unum cortice rubro, alterum nigro, papaueri simile. utrumque excalfacit.

περὶ κενὴ ἄστρον. ὀρθοῦς ἐπιπέδον, ἰσχυρῶν καὶ ἐπιδημιῶν, hoc est, inflexi, adunci, curuati, apud Hippocratem, ut scribit Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις.

περὶ κενὴ ἄστρον. frutex est ex interuallis parua folia habens ipsum amplectentia, subcādda, hordeacea: inter folia surculi exeunt, in quibus bacca hederæ similes: flos fabæ, candidus, aliquantum rotundus, & quasi in folium procumbens: semen durum & quod difficile euellatur: radice rotunda, crassa. Incidēdi & calfaciendi vires habet.

περὶ κενὴ ἄστρον. est membrana è crassa meninge orta, totum cranium ambiēs: oritur autem hunc in modum: Tenues quædam membrana pluraque uincula è dura meninge foras prodeunt per caluariæ suturas: quo autem loco singula prodeunt, eodem expanduntur & latefcunt, progressaque longius sibi mutuo occurrunt atque inter se coalescunt, ut tandem ex omnibus una membrana fiat. Duræ est sensuq; pollet, ut & membrana interior ex qua nascitur. Diffunditur autem per uniuersam caluariam, eamque totam ambit, præterquam qua caput collo committitur. Ac cum eiusdem sit cum

sit cum periostio naturæ, ac reuera periostios sit, sola tamen inter alias eiusdem generis tunicas propter partis quam inuoluit præstantiam, peculiare nomen sortita est, & περιόστιον dicta. Ea ubi ad oculos descenderit, duplo crassior cutique subnexa, cilium utrumque producit, tum omnia faciei ossa, genâque infernâ totam obducit, nisi quâ musculos aut recipit aut emittit, diciturque iam non pericranios, sed periostios. Illa extimam etiam oculi tunicam ἐπιπεφυσία dictam producit. Sunt & qui ὑπερζωία atque ὑπερζωίον ab ea nasci prodant, ut scribit Galenus comment. in lib. 6. τῆ ἐπιδημῶν.

περίναιον. scribitur & περιναίον sine diphthongo. Pars est ea corporis apud Hippocratem, quæ à principio genitalis ad anum usque pertinet, qua cervix vesicæ sita est. Siquidem media pars est τῆ περιχάιδος, ut annotat Galenus comment. 4. ἐς τὸ περι ἄρθρων. Vocat autem Hippocrates περιχάιδα totum id quod inter inguina utriusque cruris est. Itaque περιναίον idem appellat mediam eius partem quæ ab exortu pudendi usque ad anum pertinet, ubi etiam vesicæ collum situm est, qua etiâ in parte mulieris pudendum habetur. Aristoteles lib. 1. cap. 14. hist. animal. scribit περιναίον partem esse interiorē femoris & natis communem. Idem tamē libris de gener. animal. περιναίον maribus tantum tribuere videtur, dicens: ἀνάγκη οὖν καὶ τῷ θήλει καὶ τῷ ἄρσενι εἶναι ὄργανα. τῷ μὲν ὑστέρῳ, τῷ δὲ ὁ περιναίον ὄστρον. Gaza modò penem, modò colem vertit. Ab aliis fœmen, seu potius interfœmineum dicitur. Est enim propriè fœmen pars femurum interior. Rufus in libello quem edidit de partium hominis nomenclatura, scribit genitalium viri partium τὸ μὲν ἐκκρεμθὲν, σῆμα. τὸ δὲ μὴ ἐκκρεμθὲν, ἑπίσημα ἢ περιναίον appellari. Sūt verò qui suturam penis quæ per scrotum ad podicem usque porrigitur eo nomine designari putent, ea tamen τράμης & ὄρρος dicitur, non περιναίος. Hippocrates etiam περιναίον ἀντὶ τῆ περιναίου dixit, ut refert Galenus ἐν ταῖς γλωσsaῖς.

Est & περιναίος laquei nomen quem & simplicem nodum veteres dixerunt, de quo apud Oribasium lib. de laqueis.

περιενδυκῶς σφυγμῶς. circumnuens pulsus. dicitur & ἐπιενδυκῶς: utroque enim nomine Archigenes eum appellavit. Species est τῆ μούρης, de quo vide ἐπιενδυκῶς & μούρης.

περιεῖ. περιεὶκλύει. περιεὶκτεται, hoc est, circuminundat & circumnatat, apud Hippocratē, ut scribit Galen. ἐν ταῖς γλωσsaῖς.

περιξύσας. ἐν κύκλῳ περιεμύξας, apud Hippocrat. ut explicat Gal. ἐν τῇ Ἰζηγήσει.

περίοδος. circuitus. Est morbi ab iisdem in eadem per circulum eodémque ordine reuersio. Hunc in modum Galenus in lib. de morborum temp. definiuit. Sic enim singulis accessionib. recurrit morbus, ut redintegrari in nouarique videatur. Is in febribus intermittentibus manifestissimus est, atque aliis morbis qui similiter post aliquod interuallum repetunt. Continentes perpetuè morbi circuitus nullos habēt. Est autem alius breuior, qui citò recurrit, alius plurium horarum vel dierum, alius analogiam seruat, alius nō seruat. Est autem analogia temporis ad tempus, moris ad morem collatio, ut si fiat eadē hora, vel tardet, vel anticipet, æqualiter aut inæqualiter, ordinatè vel inordinatè, mitiùs vel sæuiùs. Omnis autem per circulum videtur fieri, ut qui ab uno statu redeat in eundem, atque id perpetuò ad finem usque morbi obseruetur. Itaque ab horrore qui febrem tertianam inchoat usque ad alterius accessionis horrorem circuitus unus est, similiter à rigore febris quartana, usque ad initium alterius rigoris unus circuitus est. Ergo in circuitu remissio continetur

DEFINIT. MEDIC.

- siue perfecta sit, siue imperfecta. Diuiditur enim circuitus in duas partes, *παροξυσμῶν καὶ ἀκμῆς*, hoc est, accessionem & remissionem, quemadmodum Hippocrates distinxit, & Galenus multis in locis explicauit.
- περίστος ὑμῶν*. dicitur tenuis membrana ossibus circumducta, per quam ossa sentiunt, si quid modo sentiunt. Generale quidem nomen est, habetque pro varietate partium specialia quaedam nomina: in cranio enim *περικράνιον*, in costis *ὀστεῶν* dicitur.
- περὶ τὸν σπλῆνα*. dicuntur apud Hippocr. tenuium humiditatum deiectiones per aluum, ut si quis diluto aqua sanguine consperso ventre aquam excerneret. Sic *ἁλῶδης πῶδι- πλοῖς* dicitur, cum quod excernitur tale apparet qualis aqua est pauca bile mista. Author Galenus comment. 1. in lib. 1. prorrh. et.
- περιπνευμονία*. est pulmonis inflammatio. Ea autem vel primum & per se oritur, nullo precedente affectu: vel alius morbis succedit, ut distillationibus, anginae, asthmati, pleuritidi. Symptomata eius sunt febris acuta & ardens, spirandi difficultas, grauitas distentiōque pectoris, tumor ruborq; faciei, sputum sanguinis floridi. haec autē sine dolore accidunt, nisi membranae pariter, quae cum thorace secundum eius longitudinem connexae sunt, inflammatae fuerint, sicut Aretaeus lib. 2. cap. 1. *τῆν ὀξείων περιπνευμονίας* explicat, de omnibus peripneumoniae symptomatis doctissime edisserens. Ab eo quae de peripneumonia dixit Aëtius omnia mutuatus est. Inter acutissimos morbos numeratur. Sunt autem qui ratione nominis adducti negent peripneumoniam pulmonis esse morbum, sed potius adiacetium & vicinarum pulmonum partium. A quibusdam etiam *πνευμονία* sine praepositione dicitur. Constat verò omnium veterum testimonio pulmonis esse inflammationem.
- περὶ τὸν δάκτυλον*. *τὴν ἐν κνήμῳ ἕξω πῶδος οὐχὴ καὶ κνήμῳ*, apud Hippocrat. ut scribit Galenus ἐν τῶν ἁλῶδων.
- περὶ τὴν ἔκτασιν*. uocabulum est Empiricorum proprium. Eo autem significabant occasionem quandam fortuitam, ex qua in aliquos morbos & remedia improviso incidissent. Inde enim species experimenti fiebat per fortuitam occasionem, quae ipsi *περὶ τὴν ἔκτασιν* appellabant. vide ἐμπειρικῶν.
- περὶ τὴν ἐξέλιξιν*. est vitiosa deligatura, apud Hippocratē, uidelicet cum in dextram vel sinistram partem tota deligatio deurgit & declinat: id quod immodica fasciarum copia saepe accidit.
- περὶ τὴν ἐξέλιξιν*. utrinque perfractum, apud Hippocratē, ut scribit Galenus ἐν τῶν ἁλῶδων.
- περὶ τὸν οὐλοσμοσόν*. sectionis genus est in sincipite ad caluariam usque, una tribusue lineis, quemadmodum apud Paulum lib. 6. cap. 7. & apud Aëtium lib. 7. cap. 93. scriptum est. Adhibetur autem cum multa & in alto posita uasa tenuem & copiosam fluxionem in oculos transmittunt, quae nullis remediis sisti potuerit. Quae tamen cutandi ratio nunc prorsus exoleuit.
- περὶ τὴν ἀπικὴν δύναμιν*. comprehensiuā facultas. Est quae alimentum attractum arte complectitur, quò melius concoquatur. Ministra est virtutis retentricis, atque inde concoctricis. Si namque vacuum inter alimentum & uentriculum spatium relinquatur, fluctuationes strepitusque excitabuntur, effluetque necessario alimentum antequam perfecte concoctum fuerit. Porro facultas ea non modò ad ciborum qui in uentriculo continentur concoctionem, sed in omnibus etiam partibus requiritur, in quibus certo quodam tempore aliquid retineri oportet. Aliter enim gestari fetus ad legitimum

gitimum usque pariendi tempus non posset, nisi uterus ipsum artissimè comprehenderet, & undique complecteretur.

κρίστα γαλλινacea, trixalis, exupera dicitur à Romanis authore Dioscoride.

Cuius ille duo facit genera, rectum & supinū: Plinius marem & fœminam. Quidam non distinguunt. Dioscorides secundum genus, quod supinum censet, ἰεροβοτάλιω appellat. Primum genus sic dictum est, quod columbæ in ea manserint, unde columbaris quoque vocatur. Latinis verbenæ & verbenacæ à Gallis vervena dicitur.

κρίστα γαλλινacea ὑπὸ τῷ ἰεροβοτάλιω à Dioscoride.

κρίστα γαλλινacea dicitur ab Hippocrate modus reponendi articuli, sola digitorum coniunctione contrectationeque siue ipsius ægri, siue medici. Is facillimus est, & in ea articuli luxatione usurpatur ubi commissura laxa est, & cavum exiguis labris continetur. Sic enim ægri per se ipsos articulum facile restituant, ipsiq; digiti vicem vectis præstant. Talis reponendi ratio convenit articulo humeri cum laxo scapulari osse, quippe qui nullum oblongum processum habeat, neque in capite humeri (ex toto enim rotundum est) neque in labris illius cavitatis in quam recipitur, sicut annotat Galenus comment. 1. ἐκ τῶν ἀρθροῦ, ubi circumvagationem interpres conuertit.

περιτῶναιος. peritonæum. Est membrana, seu tunica (utramque enim sortitur appellationem, sed membrana quidem ab essentia, tunica verò ab usu nūcupatur) totum ventrem infernum continens. Huic enim toti περιτῶναιος hoc est, circumtenditur, unde & nomen habet. Oritur præcipuè à ligamentis spondylorū qui sunt ad lumbos, ibique crassissima est, & supernè viris, infernè mulieribus crassior & robustior. Omnibus autem vèrris inferni partibus tunicam largitur, & eam quidem quæ crassior est crassiorem, tanquam apophysim quandam phrenibus, hepatis, folliculo fellis, quæ parte non tegitur hepate, lieni, ventriculo, intestinis, vesicæ, utero, renibus, ureteribus, venæ cavæ & arteriæ magnæ descendantibus, & vasis ab utraque spermaticis. Eadem quoque duplata, epiploon & mesaraion, ramos portæ venæ utrinq; colligans, facit illud dissita, hoc unita, ambo ex ipsius peritonæi basi orta. Quinetiam parti costarum notharum & musculorum epigastrii præcipuè transversorum; tum carni tum aponeurosi subtenditur. Recipit autem peritonæum à lumborum & partium in processu vicinarum nervis quidem sensum, venis autem alimentum.

περιτῶναιος. excrementum. Dicitur quicquid in corpore superfluum est, siue spiritus, siue humor, siue corpus aliud solidum. Ceterum omne redundat ex corporis nutritione. Nam si quid in alendo corpore nec cōfectum nec profus assimilatum est, id corpori nec adnascitur accrescitur, sed per ipsius laxiora intus spatia errat tanquam superuacaneum, unde nomen quoque rectè à maioribus περιτῶναιος est inditum. Sed cum genere triplicia, uti diximus, excrementa habeantur, primum de humoribus dicendum, quorum etiā duæ sunt differētiæ. Nam quod humor copia exuperet, vel quod aliena qualitate præditus sit, excrementitius appellatur: utrumque enim natura seponit & excernit. Primi generis sunt sanguis menstruus, aut saltem portio eius tenuior & purior, lac, semen, medulla ossiū, humor tum spumeus qui in pulmonis carne continetur, tum glutinosus qui in articulis est, & si quæ alia sunt in corpore profus benigna, sed quibus in præsens carere corpus possit, vel sint ad generationem aut fœtus alimoniam cōparata. Nam: ut demonstravit Galenus in lib. de facult. natur. partes omnes quicquid possunt alimenti sibi assimilant & apponunt quo nutrian-

DEFINIT. MEDIC.

tur. & ex eo opere duplex recrementum relinquitur, alterum inutile, alterum utile & benignum, similis cum parte ipsa natura, quod quidem à multitudine & copia habet originem, ceterum tanquam familiare seruetur. Quod verò alendo corpori inutile est nec benignum, aliud naturale, aliud præter naturam est. Naturale rursus aliud utile, aliud inutile prorsus est. Utile dicitur cuius aliquis in corpore usus est, ut bilis flava in sua vesicula, & atra in liene, & eius excrementi ex quo pili & ungues oriuntur: inutile contra quod corpori nullo modo inseruit, ut stercus, urina, sudor. Quod verò præter naturam est, id præter naturam leges nascitur, nullumque corpori usum præstat, sed vehementer officit, morbosque creat. Huius generis sunt permulta bilis species de quibus suo loco dicitur, & quicumque humor in corpore computruit, vel natura modum excessit. Cuius quidem excessus quoniam varia & multiplex ratio est, idè plurimæ sunt huiusmodi excrementorum differentiæ, quatum alia à colore, alia à consistentia, alia à qualitatibus temperie, alia à gustu, alia ab effectis nomen habent. Indè flava, nigra, alba, aquosa, tenuia, crassa, calida, frigida, humida, vitrea, nitrosa, salsa, acida, nidorosa, acria, excedentia, putrefacientia appellantur. Hi quidem excrementitij humores sunt. Datur verò & excrementi nomen spiritui vaporoso & fuliginoso qui conspectum præ tenuitate effugit, & per flatu sensum latente transpirat. Id enim tertiæ concoctionis excrementum à Galeno dicitur. Sed & solida quedam corpora inter excrementa reputantur, ut calculi, arenula, lumbrici, & si quæ præterea eius generis in corpore continentur.

περὶ μωσῆος. vitium est τῆς μωσῆος contrarium, cum videlicet ea quæ meatus naturales concludunt ita diducta sunt, ut reduci nequeant. Propriè tamen dicitur de præputio ita retrorsum adducto, ut glandem rursus tegere nequeat. vide μωσῆος.

περὶ χολῆς. usurpatur dictio hæc in Prorrhæti. duorumque alterum significat, ut ait Galenus, vel excrementum bile aspersum & circumfusum, quod propriè περὶ χολῆς, hoc est, in ambitu & superficie coloratum dicitur, vel abunde biliosum. Neque enim περὶ χολῆς ἕρπον aliter intelligi potest.

πυρροῖον. nigricans & liuescens, apud Hippocr. ut scribit Gal. ἐν ταῖς γλωσσαις.

περὶ ὀνυ. sura, fibula à quibusdam. Est alterum os tibiæ exterius & tenuius. Alterum enim quod crassissimum est & interiori in parte situm, κνήμη Græcis, eodem cum tota parte nomine, Latinis tibia appellatur. Est autem ἡ περὶ ὀνυ supra brevior paulò, ut quæ genu ipsum non contingat, infra verò longior multò quàm tibia: habet autem & supra & infra epiphysim, quarum superiore iungitur cum osse tibiæ membranofo ligamento, inferiore verò prominente & gibba malleolum externum constituit, sicut tibia epiphysi simili internum. vide κνήμη. Scribit autem Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις apud Hippocratem τὴν περὶ ὀνυ diuersa significare: aliquando quidem os totum membri, aliquando verò ipsius ossis epiphysim, interdum autem eius protuberantiã, quæ non aliud est quàm malleolus.

περὶ σφώνιον. sic dictum à quibusdam fuisse ἢ περὶ σφώνιον Dioscor. author est.

περὶ σύας οἴνου. περὶ σύας οἴνος. vinum annotinum, siue superioris anni vinum, sic tanquam περὶ σύας dictum apud Hippoc. quemadmodum & ipse ὠπίτιον appellat ἢ ὠπτοπίτιον, hoc est, eiusdem anni, ut scribit Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις.

περὶ σός. pessus, pessarium. Est, ut ait Paulus lib. 3. lana concerpta, & ad digiti figuram rotunda facta, in qua pharmaca excipiuntur & continentur. Verumtamen non ex
lana

lana sola, sed ex panno etiam aut bombace aut linamentis, primum demersis in medicamento curationi conducens, deinde inuolutis serico filoque appensis parantur. Fiunt & ex gummi, & resinis, & cera aliisque liquoribus ad talem formam redactis. Conuenit id genus medicamenti praesertim utero, estque ad multa utile. Verum de usu & differentiis pessorum idem Paulus lib. 7. cap. 24. abunde tradit.

πεσους. nigricantia in oculo Iulius Pollux interpretatur.

πεταλωδης ουρον. foliosa urina. dicitur ea in qua foliis similia siue squamis aut laminis subsident: dicuntur autem πεταλα, inquit Actuarius, quae & longitudinem & latitudinem habent, non etiam euidentem profunditatem. Eodem etiam, ait ille, donata sunt nomine instrumenta quaedam ad lanificia comparata. Quinetiam lapis quidem πεταλιτης dicitur, quasi eis πεταλα, hoc est, in laminas solutus, ex quibus omnibus τω πεταλωδι εωςαισι considerare oportet. Fit autem eiusmodi vesica resoluta & erosa, ut author est Galenus comment. aphor. 76. lib. 4. vide εωςαισις.

πετρα ασια. petra Asia, in qua lapis Asius prouenit, cui tamen illa vim habeat similem, actionis tamen uehementia inferior est. vide ασιος.

πετρελαιον. petroleum. dicitur à quibusdam bitumen liquidum, quod effluat è saxis, vel quod eo ad lucernarum lumina olei vice antiqui uterentur. Scribit Platearius fieri cum pinguedo terrae & aquae actione caloris in igneas partes conuertitur, & inueniri super lapides, quia per eos resudet, & ex eis, & supra muros inueniri, sed nigri coloris, postea uero per excoctionem fieri album. dicitur igneam habere vim dissoluedi, attrahendi, & consumendi. vide ασφαλτος.

πετροσειλιον. species apij praeuruptis in locis nascentis semine ameos, sed olente magis, gustu acri & odorato. Hortensi longè maius est. Macedonicum cognominatur, quoniam in Macedonia frequens optimumque nascitur. Eius semen calidum siccumque est tertio excessu. incidit, urinas mouet & menses, flatu valenter discutit.

πετροφουδς. sic dicitur ε αιζωρον, siue sedum maius, quod in petris nascatur.

πεδικαδιον. planta est caulem emittens tenuem, gracilem, fœniculo similem: comam habet statim ab terra foliosam spissamque, florem luteum, radicem nigram, crassam, plenam, graui odore, succosam, ex qua tenera cultello coccisa profluit succus admodum excalfaciens, digerens, attenuans, maximi in medicina usus, si uerus haberetur.

πεδικαδιον etiam dicitur à quibusdam σικκος ἀγριος, hoc est, cucumis anguinus, sicut habetur apud Dioscoridem.

ρεψις. coctio. concoctio. Est alteratio nutrientis in propriam qualitatem eius quod nutritur. Alterationem esse multis in locis Galenus docuit, sed non eam quidem quae fiat per qualitatis depositionem & mutationem in contrariam qualitatem, eodem manente subiecto, sed specificam, quae proprie & primum ab eo dicitur alteratio. Ea fit cum ex specie alia species inducitur, ut cum ex pane, carnibus, uino, sanguis, pituita, bilis tum flaua, tum atra, atque ex his postea adeps, os, neruus, caro, arteria, uena generantur, nutriuntur & augentur. Siquidem dum in uentre uenisque nutrimentum concoquitur, easque mutationes perpetitur, tota sua substantia alteratur, ueteremque naturam exiit, in aliam transiens speciem. Concoctio igitur alteratio est, non in omnem, sed in propriam corporis nutriendi qualitatem, quae quidem cibo induci non potest, nisi in aliam speciem uerso, quae proximè ad nutriti substantiam accedat. Non est enim ea quae cibo inducitur qualitas elementaris, calor scilicet aut

DEFINIT. MEDIC.

frigiditas, sed essentialis potius & substantifica. Itaque si concoctio nutritionis gratia fit, eaque perficitur appositione similis substantiæ, necesse est cibum qui concoquitur aliam substantiæ speciem induere, & in aliud mutari. Quare quot sunt coctiones, totidem substantiæ mutationes fieri necesse est, antequam in propriam cuiusque, à quo mutatur, qualitatem alterari possit. Ac in ventriculo quidem chylus, quem succum, vel, si placet, cremorem interpretèrè, in iecinore & venis sanguis, in solidis ipsis partibus ceu ros efficitur. Tot enim concoctiones à medicis in animalium corpore statuuntur. Sed primùm dicendum de prima, quæ fit in ventriculo. Quæ si communem concoctionis rationem habet, necesse est in ventriculo cibum conuersum in chylum, propriam ventriculi qualitatem induere. Quo in opere duo concurrunt, chylus & propria qualitas, quorum hæc verã cõcoctionis ventriculi rationem substantiamque perficit, ille verò non perficit quidem, ex iis tamen est quæ necessariò concoctionis substantiam consequuntur. Neque enim cibi in chylum conuersio proprius est concoctionis ventriculi terminus, quòd oporteret statim post eius generationem $\mu\lambda\lambda\epsilon\sigma\sigma\epsilon\iota$ aperiri, statimque ipsum à ventriculo in venas transire, cum tamen iis qui imbecilli sunt diutissimè hic innatet, & fluctuationes cum sonitu, dum moratur, excitet, neque exeat, nisi vi facta ventriculo, præsertim cum foris etiam speciem eiusmodi cremoris efficere liceat. Sed verus huius concoctionis terminus est propria ventriculi qualitas in eiusmodi cremorem impressa. Ac donec quidem chylus eam qualitatis similitudinem adeptus fuerit, concoqui dicitur. ubi verò parti nutriendæ apponi cæpit, iam non coqui, sed alere ipsaque actio nutritio appellatur. sine enim à se inuicem concoctio nutritioque differunt, quòd hæc mutatio sit cibi in nutriti substantiam, illa verò in solam qualitatem. Est autem ea quæ in ventriculo fit concoctio, actio ipsius ventriculi propria, non oris ipsius, quòd appetit quidem cibos, sed non concoquit. Eius causa, ut & omnium operum naturalium, est propius & innatus calor ventriculi, quem magis indicibili quadam proprietate, quam ardore & vehementia definire conuenit. Hic cum calidus sit & humidus, iccirco veteres cõcoctionem elixationem propter similitudinem dixerunt. Talis quidem fuit Hippocratis & Aristotelis sententia, hoc inter cætera argumento firmata, quòd concoctio per somnũ quàm quietè efficacius fiat. Vt enim scribit Hippoc. lib. 6. $\tau\tilde{\iota}\ \iota\mu\delta\mu\omega\tilde{\iota}\nu$, euidenter vigilans calidior exterius, interius autem frigidior, dormiens è contrario. At verò Erasistratus contritione & molitura, & amplexu ventriculi, & ascititiũ spiritus proprietate: Empedocles autem putrefactione (cuius opinionè plerique veterum sequuti, $\alpha\omicron\mu\tilde{\iota}\alpha$ vocauerunt quæ postea $\alpha\pi\tilde{\iota}\alpha$ diætã sunt) quòd alimenta in ventriculo saporis odorisque gratiam amittant, ciborum concoctiones fieri crediderunt. Cum autem calor ipse natiuus concoquendi principium sit, causa tamen aliæ pleræque ad concoctionem concurrunt, vel per quas meliùs ipsa cõcoctio perficitur, vel sine quibus absolui non potest. Nam & cibos in ore mandii oportet, in quo principium huius concoctionis quidam posuerunt, & in ventriculo retineri necesse est, & ventrem eos prorsus complecti ac undique constringere, ut nullum vacuum relinquat locum. Alioqui vel exit cibus priusquam possit concoqui, vel fluctuantis humoris sonitus velut ex vacuo eduntur atque exaudiuntur, ipseque ventriculus premitur pariter & grauiatur. Est autem hic complexus tanti momenti, ut nec in utero, nec ventre, nec vesica vitrauis, nec ea quæ bilem excipit, nec altera, vacuum locum

locum sit inuenire, sed siue parum sit, quod in his continetur, siue multum, pleni eorum sinus apparent, tunicis ipsis semper ea quæ continent arctè completètibus, modo scilicet naturaliter animal se habeat. Eadè & in secunda coctione ratio est, quæ in uenis mesenterij & in iecinore perficitur. Id enim attractum chylum arctè similiter comprehendit, nec nisi concoctum dimittit. Huius quidem concoctionis materia chylus est, finis uerò & terminus impressa chylo propria iecinoris qualitas, quo in opere chyli speciem mutari & in sanguinè transire necessarium est, ipsum autem concoquendi instrumentum iecur. Sic & in tertia concoctione sanguis pro materia habetur, qui deinde sanguinis forma excutus speciem roris accipit, & in propriam solidarum partium, quibus alimento est, qualitatem mutatur. Sunt enim solidæ partes huius tertiæ concoctionis instrumenta. Vt autem illæ multæ sunt, sic etiam multiplices huius concoctionis differentiæ existunt. Pars enim unaquæque sibi sanguinem concoquit suo modo: aliter quidè neruus, aliter os, aliter arteria. Hunc quidem in modum se habet triplex ea ciborum cõcoctio, quam in corporibus animalium fieri ueteres prodiderunt, in quarum posterioribus eadem ferè omnia, quæ de priore dicta sunt, usurpare conueniet. His omnibus scopus unus propositus est, ita alterare alimentum, ut postea in corporis substantiam facile uerti possit. Qua in re, si quid inest alimento quod a similiari non potest, id calor natiuus tanquam inutile & alienum separat atque expellit. Sic fit, ut singularum coctionum propria sint excrementa, quemadmodum Galenus libro 1. sanitatis tuendæ demonstrauit. Sic quidem in sano homine & secundum naturam se habente cõcoctio peragitur. Ceterum ab ea non longè diuersa est uitiosi humoris, quæ per morbos suscipitur à natura, coctio. Habent enim inter se permulta communia. Vtramque calor natiuus molitur solidis partibus insitus, in utraque eadem illæ partes materiam, quæ coquitur contendunt in propriam qualitatem commutare alterarèque. Sed eum quidem finem in alimento concoquendo natura assequitur, in morbifico autem humore consequi non potest. Quòd enim putridus atque à natura prorsus alienus humor est, fieri non potest ut propriam corporis nostri qualitatem recipiat. Itaque quãuis natura circa eius coctionem alterationemque uersetur, idem ex eo quod ex optimo alimèto consequi cupiens (nemo enim naturales facultates ratione gubernari administrarèque, ut opinor, contenderit) eo tamen sine frustratur propter materiæ peruersitatem, quæ nunquam ita mitificari potest, ut propriam corporis nostri qualitatem admittat, deindèque nutriat. Attamen si modò morbus salubris futurus est, eam quadamtenus à solidis partibus, quarum proprium munus est coctio, alterari necesse est & mitiorem reddi. Id quod cõcoqui uocauit Hippocrates, id est, à natura quocunq; modo euinci. Tunc enim concoctionis nomen in suo uniuersaliore significato accipimus. Est autem id uniuersalius, inquit Galenus, cum natura causis fortior fuerit, permutaueritque eas suo robore. Sunt autem huius euictionis permutationisque variæ differentiæ. Nam & crassa dum extenuantur, aut tenuia increassantur, aut lenta inciduntur, aut putria in pus uertuntur, à natura uinci & cõcoqui dicuntur, concoctione scilicet, ut ait Galenus, omnem ad mediocre temperamentum adductionem significante. Sic enim uitiosi humores quandam tùm substantiæ, tùm qualitatis moderationem adipiscuntur. Hæc autem consequuti facile postea extra corpus pelluntur à facultate expultrice, quæ nunquam, nisi peracta concoctione, salubriter mu-

DEFINIT. MEDIC.

nere suo fungi potest. Aliàs enim omnis excretio symptomatica censerì debet, non aliter quàm cruda lientericorum deiectio. Hunc quidem in modum de coctione se res habet. Quod autem ad nominis rationem attinet, Aristoteles πείλωσ nomen commune facit πεπύωσι, ὀπίωσι & ἑψίωσι. Tres enim has species τὸ πείλωσ cōstituit. τείπωσι sive τείπωσις appellat coctionem eam quæ fit à calore interno, de qua superiora omnia dicta sunt, & cui πείλωσ potius quàm πεπύωσι nomen dedimus, Hippocratem & medicos omnes sequenti: ὀπίωσι verò & ἑψίωσι eam, quæ fit ab externo. At verò alij τείπωσι vocant, ut scribit Galenus comment. 2. in lib. 1. τῆ ἐπιδημιῶν, deductionem quandam eius quod coquitur in coquentis substantiam, quæ in sanis fiat, & ex qua paucissimum supersit semicoctum: τείπωσις autem veluti coctionem quandam & maturationem humoris morbifici, in qua quod assimilatur paucū est, quod autem semicoctum & superfluum relinquitur, multū. Galenus tamen passim concoctionem quæ in morbis fit τείπωσι indifferentè appellat. vide ὤρωσι.

Πηκῶν. dicuntur à quibusdam oculorum anguli maiores, qui sunt ad nares, quos etiam alio nomine ἑσπύωσις appellant.

Ρηχάριον. emplastrum rutaceum, quod triplex reperio: unum apud Paulum lib. 7. alterum apud Aëtium lib. 15. contractos manuum articulos magnopere emolliens: tertium similiter apud Aëtium, ad scabras fistulas conueniens.

Ρηκτῆρ. concretile. Est passiva qualitas secundi generis, de numero earum quæ secundum naturalem potentiam vel impotentiam dicuntur: significat autem id quod cōdensari atque indurari potest. Duobus autem id contingit modis, calore & frigore: illo quidem deficcante humorem, hoc verò calorem expellente. Itaque alia humoris absentia, alia verò caloris cōtrecunt: aquea quidē caloris, ut glacies, cera, seuum: terrea verò humoris, ut sal, nitrum, lutum. vide πῆξις.

Ρηκτὴ sive

Ρηκτῆρ γάλα. est lac concretum per coagulū admisto melle, de qua vide in dictione γάλα.

Ρηλαείωσι. est species collyriorū τῆ μονομήωσι, sic dictum, ut arbitror, ἀπ τῆ πλάωσι, quasi cœnosum sive lutosum, & idem quod ἡσυχῶσις. Ex ipsa compositionis forma nomen inditum. Nam cum plerasque τῆ πηλαείωσι differentias Aëtius describat, omnes se habet in facis modum propter acaciæ succum, quo quæ cōstant collyria μονομήωσι, ea Galenus ἡσυχῶσι nunciari scribit, lib. 4. τῆ ἰπὶ τὸ πους, πῶσι ὀφθαλμίας.

Πηλοποικτὴ κενία, ἢ

Πηλοποικτὴ ὕδωρ. ab omnibus ferè interpretibus malè vertitur: alius lixiuiam figuli aquam, alius cum luto suo lixiuiam, alius aquam lutariam reddidit, alius se planè nescire quid esset professus est. Nec immeritò quidem, quòd non animaduerterint per ἰ πηλοποικτὴ scribendum esse: quòd quid significet, vide suo loco.

Ρῆξις. coagulatio, concretio. Est diffluentis humidì determinatio, fit exiccatione, quòd proprium sit sicci terminari atque desiniri. Inducitur autem siccitas vel sicco corpore superinducto, vel summo: quæ inerat, humiditatis redundantia. Cuius summo uendæ ratio etiam duplex est, scilicet per compressionem humiditatis à terrestribus partibus siccioribus factam, sed adhuc tamen in corpore latentis & contentæ, vel per resolutionem. Causæ verò coagulationis seu concretionis sunt tùm calidū, tùm frigidum. Calidum quidem tam per se quàm per accidens, frigidum verò non nisi per accidens, sicut Aristot. lib. 4. meteor. demonstrauit.

πίωσι.

ἰσθμῖος. ὁ πῶδιναιος, apud Hippocrat. Interdum etiam ἰσθμῖος apud eundem lib. πῶδιναιος ἰσθμῖος καὶ σπειγγωρ, ut scribit Galenus ἐν τοῖς ἡλιασμοῖς.

ἰσθμῖος. dicitur à Galeno nardus montana eadem prorsus ratione, qua etiam Συλακίης appellatur, ob id videlicet quòd ἐ Syria atque Cilicia Συλακίης ἔστι πῆρας, hoc est, sacculis ἔσθ' peris in Graciam deportaretur. vide ἰσθμῖος.

ἰσθμῖος. cubitus. duo significat apud Hippocr. Hic enim aliquando vocavit eam partem totam, quæ inter manum ἔσθ' cubiti articulum est, interdum cubitum id os quod ἐ duobus ossibus longius est ἔσθ' grandius: ἰσθμῖος enim gemino osse constat, quorum alterum κερκίς, id est, radius, alterum ἰσθμῖος eodem cum tota parte nomine appellatur. sicut κνῖμιν ἔσθ' totam partem, ἔσθ' partis totius portionem significat, ut annotat Galenus comment. 4. ἐς τὸ πῶδιναιος. Subest autem cubitus radio, habetque duas apophyses acutas, κερκίς ob id dictas, quarum anterior est minor, altera maior. Inter has autem cavitas est, σιγμαοειδής sive σιγματροειδής dicta, similis C Græcorū literæ, uti asperæ arteriæ brōchia, in quam orbita trochleæ similis, inter duos condylos sita, brachio inseritur. Huius autem ossis, quod cubitum speciatim nominant, finis uterque validis ligamenti radio colligatur. Media autem amborum inter se omnino dehiscent. Utrunque autem os iuxta carpum epiphysim foris gibbam, intus cavam habet, cubitus quidem minimo digito, radius autem maximo respondentem, in quam cavitatem carpus immittitur ἔσθ' diarthrosi inarticulatur. Inest præterea cubito ex abundantia quadam apophysis dicta στυλοειδής, sive στυλοειδής, à styli vel columnæ figura, ipsa etiam carpo per diarthrosim inarticulata, motus carpi obliquos dirigens ac firmans, cum ligamenti, cum etiam occurso ossis carpi ipsam parva cavitate excipientis. vide χεῖρ.

Est ἔσθ' ἰσθμῖος mensura nomen, qua rerū intervalla dimetimur. Est autem extensio à cubito usque ad summum medium digitum pedis unius ἔσθ' dimidij, ut scribunt Suidas, Hesychius ἔσθ' Pollux. Est igitur mensura digitorum quatuor ἔσθ' viginti. Latini cubitum etiam vocant. Ab eo derivantur πικυοῖς, ἡμικυοῖς, διπλῆς, τετράπικυος, ἑξάπικυος, quæ sæpe apud authores occurrunt.

ἰσθμῖος. sic à quibusdam dictum est elleborum album, ut habetur apud Dioscorid. **ἰσθμῖος**. retrimentum cuiuscunque rei post expressionem relictum, dicitur ἔσθ' ἐκπίσσωμα ἔσθ' ἀπέθλιμμα. Plerique tamen non retrimenta tantum à succo expresso reliqua, sed ipsum etiam succum aliquando significari contendunt. Dicitur ἀπὸ τῆς πίσεως, quod premere significat.

ἰσθμῖος. instrumentum chirurgicum, apud Hippocr. quod ἔσθ' ἐμβροθλάτης à fœtu rumpendo appellatur. refert Galenus ἐν τοῖς ἡλιασμοῖς.

ἰσθμῖος. dicitur genus papaveris sylvestre, quod aliqui etiam rhœada appellant. vide in dictione papaver.

ἰσθμῖος. βροῦτυρον, apud Hippocratem, ut scribit Galenus ἐν τοῖς ἡλιασμοῖς.

ἰσθμῖος. medicamenti nomen est ex aloë compositi, quod quamvis duobus nominibus ἰσθμῖος πικρὰ dicatur, absolute tamē tempore Galeni πικρὰ, propter insignem amaritudinem, dictum est. vide ἰσθμῖος.

ἰσθμῖος. dicitur à quibusdam τὸ ἀνδρόστικον, ut habetur apud Dioscoridem.

ἰσθμῖος. amarum. Id dicitur quod vehementer extergit, simulque linguam molestè exasperat. Quicquid autem tale est, terrestre prorsus est ἔσθ' siccum, sed subtile ἔσθ' ca-

loris excessu extenuatum atque elaboratum, & consistentia omnino cineri simile, eaque in re salso admodum propinquum & affine. Sunt enim ambo terrena & calida, in eo tamen non obscure dissidentia, quod salsum, veluti & adstringens, multo crassioris substantiae sit, amarum vero tenuioris. Quod autem amara terrena sint & sicca hinc licet colligere, quod ex dulcibus excalfactis supra modum amara fiunt, appareantque protinus consistentia sicciore quam dulcia. Cum enim à dulcibus humor semper defluat & absumatur in vapore à calore resolutus, necesse est reliquum terrenius sicciusque effici. Siquidem dulcedo calido atque humido constat, habetque temperiem nostrae simillimam. Itaque quod è dulci superassato provenit, perinde ut calx cinisque calidum & siccum necessario efficitur. Neque enim aërea, neque tenuis, neque aquea potest esse eius consistentia, sed terrena prorsus & superassata. Ideo amara omnium minimè putrescunt, nec vermes aut alia eiusmodi animalia procreant, qualia in reliquis putrescentibus proveniunt. Siccitatem autem eam inducit calor mediocriter excedens, non tantus quidem ut urat & acre efficiat, sed superans dulcedinem & eius humiditatem rescicans. Fiunt igitur amara vi caloris, partim proprii & insiti, quomodo mel vetustate amarescit, partim externi & adventitii, ut cum igni vel soli diutius exponitur. Sed cum ampla sit caloris latitudo, immodicus acris, moderatus dulcia, medius amara efficit. Verum is quoque in singulis suos habet terminos: siquidem tantus calor ut abstergere possit, nec quicquam ultra moliri, amara reddit: qui vero intensior est, adeo ut exurat, acris: at moderatus, qui nihil horum agit, sed nutrire modo potest, dulcia generat. Itaque veluti amara tenuiora & calidiora sunt non modo adstringentibus sed & dulcibus, ita acris crassiora sunt minusque calida. Verum tamen quicquid amarum est idè etiam acre dici potest, siquidem amara mordicant, sed minus quam absolute acris. Ergo cum amara eiusmodi temperie sint, patet ea vim habere incidendi, extenuandi, abstergendi, expurgandi, siccandi & calefaciendi: haec tamen ut non urant, & proinde menses movendi, atque educendi pus è pectore & pulmone, & comitiali quoque morbo conferre. Verum praecipue obstructions iecinoris & lienis expediunt, sed per se omnifariam stomacho infesta sunt, & omnibus propè animantibus nedum hominibus ad edendum nutriendumque inepta. Haec quidem de simpliciter & exactè amaris dicta sunt, hoc est, de iis quae nulla alia sensu notabili qualitate participat. Nam pleraque dissimilibus vel contrariis etiam partibus constant, ut absinthium partim amarum, partim adstringentibus. & lactuca vetus partim amarum, partim etiam frigidis atque humidis.

πικρότης. amaritudo. Est sapor molestè linguam exasperans, in substantia sicca, terrestri, subtili & extergente à caloris excessu proveniens. Succedit dulcedini, extenuata vi caloris humiditate & resoluta, quò fit ut amara calidiora simul & tenuiora temperie sint quam dulcia, sicut paulò antè dictum est.

πικρόχολα. dicuntur ab Hippocrate qui amaro humore, qualis est flava bilis, redundat, quasi amara bilis homines. Colligitur autem humor ille aliquando toto corpore, aliquando superiore corporis parte, ut Paulo rhetori, sicut Galenus narrat: quandoque vero inferiore, ut Eudemo philosopho. Itaque pro locorum in quibus ille regurgitat varietate, **πικρόχολα τῷ ὀλίῳ ἔξιμ, ἢ τῷ ἀνω, ἢ τῷ κατω** ab Hippocrate appellantur.

πικρόχολος χυμός. est pallida & amara bilis, ut exponit Galenus comment. 3. εἰς τὸ πικρόχολοῦ,

χυμός,

γνωστὸν: siue pallida & flava bilis, ut ait lib. 2. τῆν κῆ τὸ πῶς, de his loquens qui ex stomacho caput dolēt: nam qui verè πικρὸχολός humor est, eum χολῶ simpliciter dictum fuisse ab antiquis idem annotavit cōmēt. in aphor. 32. lib. 7. Itaque πικρὸχολός χυμὸς non aliud est quàm ἡ χολή, id est, bilis, à qua homines πικρὸχολοὶ appellantur.

πῖλος ποικιλῆ κόνια. est lixiuium quo οἱ πῖλοποιὸι utuntur cogendis parandisque lanis. Est enim πῖλος, ὃ ἐξ εἰοῦ πακτῶν ἐνδυμα, hoc est, indumentum è lana compactum, siue in subucula modum induatur, siue pro calceo pedibus aptetur calorìs causa, siue eo ut pileo caput contegatur, siue aliis ὤσibus inseruiat. Est enim πῖλος siue πῖλῶν lanas cogere & compingere, unde πῖλημα deductum est, quod significat lanam coactam, cuiusmodi apud Gallos feltrum est, & omnis generis indumenta ex lana confecta. Inde etiam πῖλιτὰ κτήματα, id est, lana coacta, quas iurisperiti coactilia appellant, à quibus οἱ πῖλοποιὸι, latinè coactiliarij dici possunt. Caterùm eo in opere lanas aqua abluere oportet, quæ cum οἶσιν πικρὰ, id est, succida sint, nō est dubium quin aliquam vim medicamentosam in aqua relinquunt. Nam ut aqua quæ per cinerem aut calcem colata est, vim aliquam inde accipit, ita ea qua lana succida abluuntur: ex quo perinde atque illæ inter κωνιῶν, id est, lixiuiorum genera censetur. Est autem prædita facultate digerendi atque incidēdi, præsertim si additum est acetum, quod cogēdis lanis quōdam misceri solitum Plinius scripsit lib. 8. cap. 48. ubi de lanarum generibus differit. Proinde strenuum est lactis coagulati remedium, ut habetur lib. 6. apud Dioscoridem: nec temerè Galenus lib. 6. methodi medendi, ab ea petiuit remedium ad neruū punctū in penuria alterius medicamēti, cum agro fortè vicinum πῖλοποιὸν vidisset. Sic enim legendum est per ἰ, non ut Linacer πῖλοποιὸν, quem figulum malè videtur interpretari. Nam quamuis πῖλος lutum significet, nemo tamen Græcorum eum qui ex luto aliquid fingit πῖλοποιὸν, sed vel κεραμεία vel κεροπλαῖδον appellauit. Neque enim lutum ipsum fingitur, sed ex eo alia fiunt ab artifice. Quod tamen mirum est à nullo Græcorum medicorum interprete animaduersum fuisse, quod ubique apud Dioscoridem, Galenum & reliquos per ἰ scriptum legeretur. Ac quamuis magna pars medicorum eam in lixiuiorum genere annumerent, κόνια πῖλοποιικῶν vel πῖλοποιικῶν appellant, à multis tamen ὕδαρ πῖλοποιικῶν, vel πῖλοποιικῶν, vel τῆν πῖλοποιῶν vocari reperies: ab Aëtio verò σακτῶ τῆν πῖλοποιῶν nulla prorsus ipsius rei differentia.

πῖμαλι. adeps. pinguedo. est pars corporis similis, & quoad sensum simplicissima, humida & exanguis, à frigiditate partium neruosarum ex ærea & pinguiore sanguinis substantia per vasorum tunicas exudante, cōcrescens, & cuti ad internam eius membranam subnascens. Hic quamuis ex sanguine factus sit, exanguis tamen est & frigidus, ut qui ex habitus frigiditate gignatur. Eum humidiores esse cerebro Galenus demonstrauit in lib. de temperamentis, eiusque generationis modum declarauit, scribens adipem calfactum liquari, cæterorum humidorum à frigore coagulatorum ritu. Cerebrum autem calfactum minimè liquari, eoque adipe minùs esse humidum, etiamsi adeps specie aridior esse videatur. Adipi namque concretio contingit, propterea quòd membranis adiacet. Crasso namque oleo est similis, eoque congelatur ubi cum frigidis & exanguibus particulis coniungitur. At neque circa iecur, neq; circa arterias venasue aut cor, sed neque circa aliam præcalidam particulam coire potest, proindeque frigidioris naturæ & vitæ magis desidiosa nota est.

Z ἦ

DEFINIT. MEDIC.

fusus est autem membranosis & reliquis siccis particulis, ut eas ipsas pingui nativo humectet, quæ celeriter in diuturnis inediis ac vehementibus exercitationibus & caloribus immodicis exsiccantur atque indurescunt, ut docet Gal. lib. 16. de usu partium. Differt à τὸ σέαιτος (quod sæuum siue sæbum Latini interpretatur) quod, ut ait Galenus, sæuum crassius ac durius sit, ac propterea in animalibus totâ naturam sicciorem magisque terrestrem habentibus proueniat, velut adeps humidioribus: quodque sæuum nec faciliè funditur liquefcitue, & fusum celerrimè iterum coit & congelatur, adeps contra ab igne liquefcit celeriter, nec faciliè ubi eliquata fuerit, rursum cogitur: vel, ut ait Aristoteles lib. 3. de natura animalium, quod sæuum fragile usquequaque sit, & cum refrixit concrefcant, adeps liquidus sit, minimèq; aptus durari, quodque locis etiam discrepent: adeps enim inter carnem cutemque solet consistere, sæuum in fine carnis semper est. Verùm sæpe hæc duo vocabula apud auctores confunduntur, qui indifferenter unum pro altero usurpant.

πίονον. vinum hordeaceum, ut scribit Aristoteles, quo qui inebriantur non in omnem partem, ut ceteri, corruunt, sed proni tantum aut supini. Paulus autem vinum quod ex sordibus vellerum elutis conficitur, πῖνον vocari putat. πῖνος enim sordem significat.

πίσα. pix. Nihil aliud est quam fluxus combustæ in tæda sua resinæ. Quod enim ex viventibus plantis destillat, resinæ nomine donatur. Idem verò incensa in furnis eadem materia, picis appellatione fluit, & canaliculis quibusdam circa pyram compositis excipitur. De pinu ferè omnis est, ut Theophrastus inquit, quanquam in Syria terebinthi quoque picem ferat: è picea quoque, cedro, palma, abiete, strobilo colligitur. Quæ prima diffluit, simplex & liquida tantum est: quæ postrema venit, sicciior paulo est, sed quæ tamen liquida nomen adhuc retineat. Sicca enim pix fit, alterutra earum iterum decocta, ideoque à quibusdam πάλι πισα nuncupatur. Ut autem liquida & sicca compage differunt, sic etiam facultatibus. Sicca in secundo ordine desiccatur, minusque quam liquida calefacit. & habent quidem ambæ quod purget, maturet, discutiat, & acre sit, ad omnia tamen liquida efficacior est, sicca autem glutinandis vulneribus aptior. Sed cum plures fuerint apud antiquos picis differentiæ, Βερνία, hoc est, Brutiam supra ceteras in medicina comendauit Galenus, liquidam præsertim, ut quæ pinguisissima resinosisimæque esset: quanquam etiam Βερνία ξηρὰ usus sit Andromachus ad splenicis, ut refert Gal. lib. 9. τὴν ξηρὰν τὸ πῖνον. Eam à Brutii dictam fuisse constat, qui olim eum Italia tractum incolebant, qui nunc Calabria dicitur.

πίσα. dicitur à quibusdam ἰβόνια, ut habetur apud Dioscoridem. Ratio est à glutinoso eius lentore, quod, ut ait Plinius, trita mellis odorem habeat, digitis tactu eius coherentibus.

πίσαενδος. picis flos. Id dicitur, inquit Galenus lib. 2. de simpl. medic. facult. quod oleosum in pice liquida supernè fluitat: id autem est, ut idem ait, multò tenuiorum quam pix ipsa partium, siue eius compagem, siue etiã facultatem spectemus. Paulus lib. 3. cap. 74. idem videtur πῖνος ὀρεῖος nomine intelligere. Scribonius cap. 40. ait, Picis florem, quod πῖσαενδος appellant, quamuis Galenus eo loco πῖσαενδος & πῖσαενδος plurimum inter se differre scribat.

πίσα σφαιλτος. bituminis genus est quod Epiri ad Apolloniam gignitur: ubi Cerauniis montibus deuolutum, impetu fluminis rapitur, æstiuque in littus expuitur, & cogitur in

tur in glebas. Sic autem dictum est, vel quòd naturaliter pix mista sit bitumini, ut scribit Plinius, vel quòd utrumque oleat, ut Dioscorides tradit. Quidam verò ipsi miscent.

πασίλαιου. oleum picinū. Fit, inquit Dioscorides, è pice, separato liquore aquoso qui supermatat pici, sicut serum lacti. Nam expansa, quamdiu pix coquitur, supra eam velleria pura, halitu eius madescent, qui postea exprimitur in vas. Ob id puto idem esse cum τῆ ὀρεοπίσσα, siue τῆς πίσσης ὀρεῖα, cuius sæpè medici meminerūt. At non sic Galenus, qui omnium solus, quod sciam, scribit lib. 1. τὴν ἐν τῷ ποσῆ, πασίλαιου δὲ τὴν picem liquidam oleo permixtam, πῖσσαν δὲ esse id quod liquida pici superstat, quod tamen Dioscoridi πασίλαιου est. Fortè iam cæperat Galeni seculo vera & antiqua τῆ πασίλαιου significatio attribui medicamento ex oleo & pice liquida composito.

ῤωσπρὰ κηρωτὴ. est ceratum rosa, oleo, & arida pice constans, ut annotat Galenus comment. 1. ἕς ἑ τῶν ἀγμῶν.

ῤωδὸν κηρῶν. sic dicitur, inquit Aristoteles, alueorum tectorium crustane, proxima τῶν μίτων, sed eo leuior, mitiusque medicamentosa. Plinius scribit prima operis apum fundamenta μίτων vocari, secunda ποσπικρῶν, tertia πῖσσαν λιγυμῖτος crusta prima est saporis amari: πῖσσαν κηρῶν super eam venit picantium modò, ceu dilutior, ceræ initium plerumque è mitiori gummi: propolis crassioris iam materia additis floribus, nondū tamen cera, sed fauorum stabilimentum.

ῤωδὸν κηρῶν. fructus pineis nucibus similes è surculis arboris dependētes quæ in Syria nascitur omnino nuda præterquam ramorum cacuminibus, quæ densiore folio, angusto & subrufo vestiuntur. Sicut autem cum pineis nucibus forma conueniunt, ita & effectu. Officina fistica & fisticorum grana vocant.

πῖσσαν ῤωδὸν. est quartum genus aristolochiæ, tenuior quàm clematidis, densis radicum capillamentis (unde & πολυῖριξ & appellatur) iunci plenioris crassitudine. Dicitur & eo nomine à quibusdam ἰ ἀλθαία, ut habetur apud Dioscoridem.

πῖσσαν ῤωδὸν. picatio. Est picis ad cutē illitio: vel, est dropax simplicissimus, pice arida cum exiguo oleo liquata, cutique dum calet illita. Species est dropacis, qui cum multiplex esse possit, variæque materia ad varios usus constare, qui simplicissimus est, atque ita, ut dictū est, apparatus, πῖσσαν ῤωδὸν appellatur. Adhibetur id remedij genus vel corpori uniuerso, vel certis interdum partibus. Raduntur primū pili vel psilothro auelluntur, deinde pix modico soluta oleo calensque cuti superlinitur, & priusquam planè refrixerit, auellitur: deinde rursus, ut antè, admouetur & auellitur, atque hoc identidem reperitur, quantum medendi ratio postulat, vel uno eodemque die, vel pluribus. Vis ei calfaciendi, humectandi, ex alto ad cutem attrahendi, poros opplendi atque obstruendi, ne quod attractum fuerit in ambientem digeratur. Propterea conuenit crudis, aepsia laborantibus, vomentibus, celiacis, & partibus alimentum non sentientibus. Mouet enim atque adauget calorem natium, unaque sanguinis copiam allicit, quam, quia poros opplet, diffuari vetat, proindeque ἐς οὐδὲν ῤωδὸν, hoc est, ad reparandam carnem optimum medicamentum à Galeno perhibetur, præsertim si diutius parti adhaereat, nec sæpe uno die mutetur.

πῖσσαν ῤωδὸν. fructus pini aut piceæ quos in conis suis gerunt, siue nuclei pinearum nucum, sicut videtur Dioscoridi lib. 1. siue nuces è pinaastro, ut Plinius nominat. Galenus fructum picearum ita propriè dici scribit, & eos abuti nomine qui pini fructum πῖσσαν ῤωδὸν

DEFINIT. MEDIC.

δὲ nuncupant. Hippocrates eo nomine piceam resinam interpretatur, sicut Galenus explicat ἐν τοῖς ἁλωσῶσι.

πιτυλιζῆν. significat obire genus quoddam exercitationis quod manu utraque in pugnum contracta (id enim designat πιτυλις) fiebat. In ea exercitatione, sicut scribit Galenus lib. 2. de sanit. tuenda, summis pedibus ingrediebantur, tensaq; in sublime manus, hanc antrosum, illam retrorsum celerrime mouebant. Hoc autem exercitamento maximè uti solebant ante parietem stantes, quò, si quando aberrassent, facile pariete apprehenso erigerentur. Significat ἔτι πιτυλιζῆν simpliciter gesticulari ἔτι crebro motu ciere manus, à quo πιτυλισμα fit, ipsam manuū gesticulationem significans.

πιτυλις. significat apud Hippocr. remum ἔτι remigium, ut Gal. explicat ἐν τοῖς ἁλωσῶσι.

πιτυόριον. sic dicitur à quibusdam ἰ χερμαπιτυς, ut habetur apud Dioscoridem.

πιτύουσα. frutex est sola specie à tithymalo cyparissia differens, ob idque in tithymali generibus enumeratus, cui caulis cubito maior, geniculatus, folia picea, acuta, exilia: flos paruus quasi purpureus, semen instar lenticulae, latum, radix crassa, candida, succo referta. officinis ἔτι herbariis esula nominatur, Barbari turbet appellant. Liqueorem ut tithymalus habet, eique similiter purgat.

πιτυρα. furfures, dicuntur ἔτι ἀφαίσημα. Latini etiam canicas ἔτι apludas vocant: unde canicaceus panis furfureus est Pacuuius.

πιτυείας ἢ

πιτυείας ἄρτος. furfuraceus panis vel furfureus. Dicitur qui post excussam tenuissimam farinam ex reliquo conficitur. Furfuris habet plurimum, ἔτι minus purioris farinae. Quare parum alit, ventrem verò multis excrementis replet, ἔτι facile etiam subsidet. ἔτι quia furfur nonnihil facultatis habet deterforia, ideò intestinis irritatis citò deiciatur. Proinde ἔτι pauco fermento ἔτι leni subactione opus habet. Ei contrarius est panis purissimus, ut qui ἔτι plurimum alat, ἔτι parum excrementi relinquat, ἔτι omnium tardissimè deiciatur. Inter utrumque medius est ἀπὸ πυρῆς ἔτι στρογμουδός, ut qui ex toto tritico, nulla vel farinae vel furfuris adempta parte fiat.

πιτυείας. furfures. porrigo. Est ubi inter pilos quaedam quasi squamulae tenues ἔτι furfuracea surgunt, eaq; à cute resoluuntur. Interdum madent, multò saepius siccae sunt: idque euenit modò sine ulcere, modò exulcerato loco, huic quoque modò malo odore, modò nullo accedente. Id malum ferè in capillo fit, rariùs in barba, aliquadò etiam in supercilio, vel reliquo etiam corpore. Prouenit à vitioso corporis humore, salsaue pituita, aut bilioso ἔτι melancholico sanguine caput subeunte, ut ait Paulus, vel à vitiosis serosis humoribus, ut Galenus ἔτι Aëtius scripserunt. Nomen morbo inditum à similitudine,

Cum caput immensa pexum porrigine ningit,

Copia farris uti freudentibus edita faxis.

quemadmodum Quintus Serenus poeta cecinit.

πιτυείας ἔλαια. furfuracea oliua. sic dicuntur oliuae tritae, ut habetur apud Athenaeum lib. 2. Stringebatur autem, quò meliùs seruarientur, antequam omnino maturescerent.

πιτυρόδης ἢ πύσσις. furfuracea hypostasis siue furfuribus similis. fit à vehementi calore febrili, supra modum colliquante, vrente, ἔτι resiccate solidas partes. vide ἢ πύσσις.

πίτυς. picea. Arbor pino similis, à quo tantum differt quò pinguior ac tenuior folio est, quòdque minus alta minusque recta quam pinus assurgit: praeterea ἔτι conum minorem,

norem, nucleosque resina perfusos habet..

πλωτέρας. αἰδοτέρας. plenius, uberius, apud Hippocratem.

πλαδαρότης. affectus est, ut scribit τῆς ἀσκαρῶν author, interna palpebrarū partis, obortis in ea mollibus quibusdā corporibus & leuibus, unde & nomen inditū fuit morbo.

πλαδός. dicitur apud Hippocr. humiditas in aliqua parte redundans & superflua, siue tenuis ea sit, siue in modum puris crassa, ut scripsit Gal. commēt. 3. αἷς δ' ἀδὲ ἀγμῶν.

Nam & πλαδαρὰ ἔλκεα ea ratione ab Hippocr. dicuntur.

πλαίσυγξ. sic dicta est ab Hippocrate ferula, quod feriendo apta sit.

πλακίτις. species una est τῆς κερμίας qua in fornacibus perficitur, & crustarum modo concreuit: de qua vide in dictione κερμία. Est & species quaedam aluminis crassarum partium, hoc modo dicta quasi crustacea.

πλωὺς πυρετός. erratica febris. Est febris cuius accessiones nullam inter se proportionem seruant. Habet enim suarum accessionum inordinata principia, nullam certae alicuius febris vel simplicis vel compositae speciem referentia. Itaque erratica febris nullius certae speciei est, nec eam possis dicere quotidianam, nec tertianam, nec quartanam, multo que minus continuam. Nam cum erratica febris ab incertis accessionum principis dicatur, patet continuam esse non posse, licet continua implexa esse possit aequè atque aliae intermittentes febres. Est autem febris erratica non ex certa humoris specie, quemadmodum aliae intermittentes, sed vel ex confusis secum humoribus & inaequaliter permixtis & in corporis habitu putrētibus, vel ex uno quidem humore, sed transmutato, & in alteram naturam transeunte. Quantum enim in agrotantium corpore humores mutantur, tantum etiam accessionum circuitus. Ac maxime quidem trāsmutatur sanguis cum putrescit, parte una in flauam bilem, altera in nigram abeunte. Deinde verò flaua bilis quae nondū tota vsta sit: haec enim tanquā flauae atraeque bilis media multiplices mistosq; motus habet, quod in aequalibus portionibus alteratio illa perficiatur & putredo oriatur. Id autem naturaliter contingit à media ferè aestate ad principium autumnii, quod tempus ὀπίσσω Graeci nomināt, eoque potissimum erraticae febres proueniunt. Verum superueniente autumno, & flaua bile tota vsta & in atrum versa, tunc ex febre erratica constans & legitima quartana nascitur. Alia quoque est non parua erratica inordinataeque febris causa, cum qui putrescere incipit humor, in aliquo membro consistit: alter verò ex aliis defluit partibus, qui vel in ipsis solis continebatur, vel in uniuerso corpore redundabat. Alia praterea causa est error in ratione victus ab aegris commissus, qui si in sanis accessiones nouas parit & morbos, multo magis in aegrotis vel circuitus facit anticipare, vel alios diuersae naturae à prioribus excitat, à quibus accessionum ordo peruertitur. Videntur verò etiam aliquando absque ordine fieri accessiones propter circuituum complicationem quae à medicis ignoratur, cum verius complexa febris sit quàm erratica, quae tunc verè talis est quando qui febrem faciunt humores in alteram naturam transierint, aut in victu errare contigerit, sicut docet Galenus extremo libro secundo de differentiis febrium.

πλάται. dicuntur, authore Polluce, costae latiores, sicut κωπία quae sunt angustiores, Hippocrates lib. de locis in homine videtur πλάτας scapulas appellare, scribēs: αἱ δὲ πλάται πρὸς τὰ γῆνα ἠρθεῖνται, ἰδίαι βάλμου ἰδίαι δ' ὀστέων δ' αἱ τῶν γῆφ.

πλαταμῶν. apud Hippocratem, significat petram in mari prominentem, leuam & hu-

DEFINIT. MEDIC.

milem, circa quam dilatantur fluctus, ut scribit Gal. ἐν ταῖς ἁλωσαῖς.

πλαταῖσιον μῆλον. *mali genus, inquit Galen. vile & quod edi nequeat, sed suis edendum obicitur, sic dicitur quod tenera platanorū folia gustu quodammodo repraesentent.*

πλαπασμός. *vitium oris, cum eo nimium diducto sermo male promitur.*

πλάτυσμα. *dicitur quicquid in latum extenditur, ideoque variis rebus accommodatur, ut emplastris aliquando, in quorum genere πλάτυσμα vocatur emplastrum latum, seu potius latius linteum cui emplastrum superlitum est. Sic saepe apud Galenum reperias in lib. πῆ. κζ. γλῶσσι, ut extremo lib. 4. ubi Hera emplastra refert, scribitque primum ulcus per spongiam probe purgandum, ut madoris expers sit, deinde super id platysma imponendum cui emplastrum illitum sit, postea duplex linamentum exterius superdandum. Sic Aëtius lib. 9. cap. 48. πλάτυσμα σιδήρου στωμάματος vocat laminam ex ferro stomomate latiore.*

πλατὺς μῦς ἢ

πλάτυσμα μυῶδες. *latus muscularis, de quo vide μυῶδες πλάτυσμα.*

πλατυκεία. *idem quod μυδρίασις, de qua vide suo loco.*

πλατυόφθαλμος. *cognomē^{ον} σιμικώς, sed femina quae proprio nomine σίβι dicitur. Nomen inditum quod à mulieribus ad comparandam oculis gratiam usurpetur.*

πλακταῖα. *cirri. Sic Eudemus nominavit uteri cornua. Incertum tamen est utrum vasa quae illic reuoluta implicantur, an illos mammillares uteri processus ταῖς πλάκταιας, id est, cirris polyporum compararit. Eos Praxagoras & Philotimus κῶλπος, Dio-cles κερταῖα nuncupavit. Galenus ἐν ταῖς ἁλωσαῖς interpretatur πλάκταιον, apud Hippocratem ἀπὸ τῆν πλεγματῶν, ἀπρηγματῶν ἀπὸ πλεγματῶν.*

πλένια. ἢ μύξα. *hoc est, mucus, apud Hippocrat. unde & πλενιχαῖ, μυξώδες, hoc est, mucosa, ut scribit Galenus ἐν ταῖς ἁλωσαῖς.*

πλωμός. φθῶν, ἢ & πλωμῶδες πάθος, apud Hippocrat. authore Galeno ἐν ταῖς ἁλωσαῖς, hoc est, tabes vel pulmonis affectio, unde & apud eundem πλωμοῖ usurpatur ἀπὸ τῶν πλωμῶδες γίνεται ἢ φθίνῃ.

πλωραῖ. costae. *Sunt ossa thoracis, à lateribus sita, sternon spondylis committentia. Ea sunt utrinque ut plurimum duodecim, quot & dorsi spondyli. Ex his superiores septem simpliciter πλωραῖ dicuntur, totidem scilicet numero quod ossa habentur in sterno, cum quibus, sicuti cum dorsi spondylis, iunguntur per diarthrosim, quāquam ea qua sterni ossibus copulantur diarthrosis obscurior sit. propter ligamenta membranosa quibus undique tegitur. Tam exiguus autem est earum motus, ut synarthrosis appellari queat. His autem costis nec una est simplēxque figura, nec situs. Sunt enim principio angustiores & subrotunda, deinde paulatim latefcunt, & ubi latiores euasere, paulatim contrahuntur. Situs praeterea quodammodo obliquus est. Nam post suam cum spondylis diarthrosim in anteriora simul & inferiora feruntur, multumque ita progressae, rursusq; sursum versa, protinus ad sternon recurvantur. Unde iam quicquid earum cum sterno committitur, non os sed cartilago est: quanquam non ea tantum parte cartilaginosa sunt, sed praeter id bona sui parte, & iam inde propemodum ubi recuruari ceperunt quae sunt molliores, ut ad radicem duriores. Earum duae primae ἀνίσσοφοι quasi retortae dictae sunt, authore Polluce, duae aliae sequentes τετραῖ propter firmitatem, tres verò postremae τετριπλῆδες. Quinque verò reliqua costae inferiores, ἰσθαῖ dicuntur, hoc est, spuriae & illegitimae, quia imperfectae sunt.*

sunt. Neque enim in sterno, ut septē veræ articulantur, sed intus diaphragmati suis chartilaginibus iunguntur, & iisdem acuminatis inferiores superioribus applicatæ, ligamentis affirmantur. Dicuntur eæ περιστεροὶ & μαλθακαὶ, ut scribit Pollux. Celsus ῥώας à Græcis dici testatur. Cæterum inter ipsas costas inserti sunt musculi genere duplices, quos μεσοπλευραῖος, hoc est, intercostales nominant. Alij enim externi sunt, qui ex costæ superioris inferno latere in subditæ costæ latus supernum obliquè antrosum feruntur, & unà cum pluribus alijs musculis dilatando thoraci inseruiunt. Alij verò interni sunt, qui ex inferioris costæ superno latere in suprapositæ latus infernum obliquè antrosum inseruntur, & externos ubique ad χ literæ formam interfecant. Hi autem unà cum quibusdam alijs thoracem expirando contrahunt.

πλευραῖος. est inflammatio membranæ costas succingentis. Omnis in genere inflammationum est, totque propterea recipit differentias, quot habet ipsa phlegmone, sumptas à materia, unde gignitur, varietate. Alia enim verè simpliciterque phlegmone est, quæ scilicet nascitur ex fluxione sanguinis calidi & copiosi: alia verò non simpliciter, sed vel œdematodes, vel erysipelatodes, vel scirrholes, prout sanguini pituita aut bilis flava aut atra mista fuerit. Non tamen ut phlegmone, sic etiam pleuritis ab humoris specie, vera aut non vera dicitur, sed, quod ipsum præ se fert nomen, ab ipsa parte affecta. Vera enim pleuritis debet ἐν τῇ πλευρᾷ consistere, aut saltem musculis illi continuis. sic autem vocatur ὀυπερωκὸς τὰς πλευρὰς ὑμῶν, hoc est, membrana costas succingens interna. Itaque phlegmone quæ externos costarum musculos tam μεσοπλευραῖος dictos quàm qui ab humeris ad partes thoracis superiores deriuantur, occupat, vel ipsum etiam diaphragma, pleuritis non est, etiamsi signa plurima cum pleuritide habeat communia. Sunt autem veræ pleuritidis signa hæc, & inseparabilia symptomata: febris acuta, dolor internus perinde ac si locus vel intendatur vel pungatur, spiratio difficilis, frequens & exigua, pulsus paruus, arteriam & duram & quodammodo tensam indicans, tussis maxima ex parte cum spūtu coloratis, nonnunquam verò sicca. Sed eam quæ sine spūto est, ἀπύου πλευραῖος appellant, quæ vel celeriter hominem iugulat, vel non nisi longo tempore finitur. Verum alia pleuritides ab hac vera discernuntur, vel quòd earum dolor externus sit, & contactu moueatur, vel quòd sine febre sit, vel sine spūto, vel sine tussi, vel sine spirandi difficultate, vel quòd neque tensionem neque duritiem ullam pulsus referat.

πληγὴ. ictus. Dicitur in pulsū motus arteriæ tactui occurrens. Quidam tamen, ut scribit Galenus, non omnem arteriæ occursum sic vocandū censent, sed eum propriè qui violentus sit. Verum nihil, ut idem ait, interest πλῆγῃ aut Δυσκολῶν aut κίνουσι appellare, vel etiam πλῆξι.

πληθος. copia. multitudo. Dicitur de quolibet humore superabundante, sanguine, pituita, aut utrauis bile, eoque differt ἀπὸ τῆς πλεθώρας. Itaque si bilis flava in corpore excedit, iure bilis πλῆθος dicitur, non etiam πλεθώρα, propriè quidem loquentibus. Impropriè tamen aliquando ἀπὸ τῆς πλεθώρας usurpatur.

πληθώρα. plenitudo. est omnium humorum æquabilis redundantia. Aliqui verò contenti sunt dicere esse sanguinis redundantiam, non eius quidem synceri, & ab alijs humoribus secreti, sed cum iis naturæ modo confusi. Venarum enim sanguis cum nequaquam simplex sit & unius naturæ, sed pituita, bile utraque, & puro sanguine secum certa quadam proportione, & ut cuique corpori expedit ad valetudinem, mi-

DEFINIT. MEDIC.

stis cōstet, eam quatuor humorum commixtionem temperationemque sanguinis nomine omnes appellant. Eiusmodi sanguis interdum in corporibus hominū exuperat, & legitimū naturæ modum excedit, atque is excessus πλεῖστος vocatur. Ea autē duplex est, una quam πλεῖστος ἀγγείων, hoc est, ad vasa, altera quā πλεῖστος τῶν δυνάμεων, hoc est, ad vires medici solent nuncupare. Illa quidem simpliciter & absolutè plenitudo censetur, quòd venæ tam copioso sanguine redundant, ut non modò intumescant, sed etiam distendantur penèque rumpantur. Ea plenitudine præditi sunt athletæ, quorum habitus, ut scribit Hippocrates, quoniam ad summum bonæ valetudinis gradum peruenit, in quo diu manere & consistere non possint, nec quicquam ei prætereà addere, periculo non caret. Nam tamen si non nisi bonis scateant humoribus, siue omnes unā increuerint, siue purus tantūm sanguis modum excefferit, sintq; viribus admodum robustis, verendum tamen est ne quid sinistra illis contingat, nisi properè bonus ille habitus tātāque plenitudo tollatur. Hæc πλεῖστος ἀγγείων dicitur, siue, ut Galenus explicat, πλεῖστος τῶν ἐν ἄρθροις καὶ τῶν ἐν αἰσθητικῶν καὶ χυμῶν ἀγγείων, quòd tanta sit sanguinis copia, ut eam propè capere venæ nequeant. Vocata est & à quibusdam καὶ δ' ἐγγύμα, quoniam, ut idem scripsit, καὶ τοὺς ἐγγύματους τοῖς ἀγγείοις χυμοῖς σὺνλαττοὶ καὶ νοῦται, id est, infusus per vasa humoribus consistit atque intelligitur. Altera plenitudo non simpliciter dicitur, sed πλεῖστος τῶν δυνάμεων. Refertur enim ad vires. Nam quamuis vasa non sint plena sanguine, nec eo tumeant aut distendantur, plus tamen habent quàm natura possit conficere. Infirmior enim natura grauatur persæpe mediocri sanguine etiam optimo, qui tandem à calore nativo imbecillo destitutus, putrescit morbósque excitat. Itaque cū non sint pares omnium vires, patet plenitudinem hanc non absolutè dici: quam enim hic ferre non potest, alius facile perferet. Quæ verò ad vasa dicitur, nulli ætati, sexui, naturæ contingit, quin simpliciter & absolutè plenitudo vocari debeat.

πλεῖστος. calcar. vide Βελονοδῆς.

πλεμυεῖς. significat apud Hippocrat. lib. πρὸς διαίτης δέξιων, πλεῖστος ὑγροῦ ἕως, hoc est, humiditatis cuiusdam redundantiam, ut comment. 3. Galenus explicauit.

πλεμυ. χοιμῆς τῶν ἰσθμῶν. modiolus rotæ apud Ionas, quo etiam vocabulo idem significatur apud Hippocrat. lib. πρὸς ἀγῶν, ut comment. 2. Galenus annotauit, atque etiam ἐν τοῖς γλωσσεῖς, ubi tamen legitur πλεμυ.

πληρὸς σφυγμῶν. plenus pulsus, qui arteriam in sua diastole pleniorē representat, & occursum eius humiditate plenum. Huic oppositus est κενός, hoc est, vacuus: ambòque simplicem unam pulsuum differentiam constituunt, sumptam à quantitate infusionis humorum arteriæ, seu à contentis in eius capacitate.

πληρωσις. repletio. Est cuiuslibet rei & quacunque in parte. Itaque & cibi & potionis & humorum atque etiam excrementorum est, diciturque de ventriculo, venis ceterisque corporis partibus.

πληρομονή. repletio cibi & potus: vel, ut ait Galenus in Aphor. 17. lib. 2. πλεῖστος τροφῆς τῶν σώματων φύσιως, hoc est, alimentum copiosius quàm corporis naturæ conueniat.


πλησιπῆς. ἰσθμῶν. hoc est, ferula, apud Hippocrat. παρὰ δ' πλεῖστων, ut scribit Galenus ἐν τοῖς γλωσσεῖς.

πληξίς. dicitur apud Hippocr. totū id quod inter inguina utriusque cruris est, ut explicat Galenus comment. 4. ἐς δ' πρὸς ἀρθρῶν. Idem etiam scribit cōment. 2. ἐς τὸ πρὸς ἀγῶν,

ἀγῶν, scilicet eo nomine apud Hippocr. designari, quod inter utriūque crus spatium est. Nam ἡ ἐπιπλήθει & ἀπὸ πλείου διατικαρί significat, dicunturque ea verba de cruribus gressum facientibus atque inter se distatibus: ipsaque crurum diductio digressioque ἀπικαρία, sicut ἡ ἴψη ἡ γρησσὸς ἀπικαρία à Græcis nuncupatur. Sunt autem, ut scribit Galenus, qui ἀπικαρία, per γ' scribant.

Ἐλκιδίου. machinamenti genus est quod ad Nileum authorem refertur, factū ad eorum similitudinem quæ vocantur tractoria quadrata oblonga. Duo enim habet latera, longa palmos quatuor, digiti crassitudine, quæ extremis partibus transuersariis inter se compacta sunt. Est autem transuersariorum crassitudo & latitudo quantalaterum, sed longitudo palmum implet. Meritò igitur cum talis compositio sit, ut latera quatuor palmos longa sint, transuersaria unum, totius organi quadrati structura oblonga euadit. Licebit autem, si quis voluerit, latera breuiora efficere. Media itaque latera pertusa sunt rotundis & peruiis foraminibus, per quæ axis traicitur, qui media parte clauū infixum habet: capitibus verò, quibus latera excedit, vectes æneos, vel ferreos, decem digitorum magnitudine. Sunt item in organo quatuor annuli lateribus affixi, bini ab inferiori parte, totidem à superiori. Antiqua quidem huius organi structura authore Nileo talis est.

- A. Duo latera.
- B. Transuersaria.
- C. Transuersarij partes priores excavaatæ ad figuram U.
- D. Rotūda ac peruia foramina.
- E. Axis qui media parte clauū infixum habet.
- F. Vectes ænei.
- G. Annuli.



πνεύμα. spiritus. Est substantia ætherea, calida, lenissima tenuissimæque, omnes in corpore motus ciens. Substantiam quidem esse liquet, quòd tertia sit substantiæ nostræ portio, quam medici constare scripserunt solidis, humoribus & spiritibus: verum supra corporeæ naturæ sortem ex elementorum temperamento cõstat. Siquidem hæc nihil habet elemētare, sed eiusdem planè est cum calore natiuo originis, cuius etiam perpetuò comes est, & in rebus omnibus gerendis instrumentum. Nam cum ad vitæ cõseruationem oporteat calidum illud innatum per omnia diffundi, ei natura spiritum socium asciiuit, qui ipsum quò necesse erat deduceret. Proindèque spiritus ille cum calido natiuo mistus ita confususq; est, ut nunquam ab inuicem separentur, sed ubicunque calor est, illic etiam spiritum esse sit necesse. Non insidet alterum alteri, ut subiecto, sed totis substantiis perfectissimè secum commiscetur, adeò ut unum tantum corpus, unaque res videri possint. Ex eo factū est, ut à medicis vnus opera alterius esse plerumque dicantur, & iisdem cognominibus titulisque ornentur, utrumque interdum naturam, opificem, animam etiam aut eius instrumentum, authoremque omnium functionum, adhæc vitæ vinculum indifferenter dici inuenies à medicis aliud agentibus & non ex professo ea de re differentibus. Cum ergo tãta sit spiritui cum calore natiuo communio operisque societas, par est eum eiusdæ etiam naturæ esse, hoc est, æthereum, cœlestem & diuinum, cuiusmodi calidum innatum

DEFINIT. MEDIC.

esse, quod *ἄρρηκτον* dicitur, suo loco annotauimus. Idem verò etiam calidus est tum ab origine, tum quòd cū calore innato cōmercium habeat, per eū, sicuti dictum est, diffusus. Hac autē natura præditū, quis neget leuissimum tenuissimūque esse? Et talem quidem esse conueniens fuit, ut quoquoersum calidum innatum deduceret, & in solidissima quaq; penetraret, rueret, impetū faceret. Qua de causa Hippocrates corporis nostri spiritus τὰ ἐνοχλωστά, nomine profectò accuratissimo & ad eorum naturam explicandam aptissimo appellauit, sicut eam vocem antè enarrantes ostendimus. Est enim spiritus præcipuum naturæ instrumentum quo omnes functiones muniāque exequitur. Is cū sit genere vnus & simplex, sicut & calor naturalis, attamen pro locorum in quibus habitat & functionum quas obit varietate magnas habet differentias. Vt enim suo calido innato pars vnaquæque prædita est, sic & proprium spiritum possidet tam insitum à primis natalibus, quàm ex principibus partibus eum gignentibus influentem, ex quo primum nobis ingentus nutritur atque instauratur. Quo fit ut totidem sint innati nobis spiritus, quot sunt & naturarum & calorum varietates. Qui quoniam promptissimè exoluerentur & euanescerent, nisi subindè alio adueniente spiritu reficerentur, ideò natura triplicem spirituum procreātorum officinam instituit, ex quibus tres in vniuersum spirituum differentia oriuntur: naturalis quidem ex iecinore, vitalis autem à corde, animalis autem è cerebro, tribus certè nobilissimis partibus, quæ sicut dignitate potētiaque cæteris præcellunt, ita reliquarum curam, ut ita dicam, gerentes novos iugiter spiritus creant, quibus non modò munia sua obeāt, verùm etiam alios singulis partibus ingentos instaurant. Quorum tamen spirituum tanta est varietas, quantum tres illæ partes earūque functiones ab inuicem distant. Itaque cū recur circa alimentorū concoctionem versetur, eoque in opere plurimum fit sordium & inquinamenti, fieri non potest quin spiritus etiam, cuius beneficio naturales omnes actiones absoluntur, veluti labe quadam indè contracta minus purus tenuisque sit, si cum vitali animalique comparetur. Is alitur augeturque à tenuiore, puriore, magisque aërea portione totius alimēti, quæ in vaporis speciem quandā ex eo sublata, à solido ipsius iecinoris corpore (quod in ea actione primas partes sustinet, spiritu & calore, tāquam instrumentis, utens) concoquitur, & spiritus fit naturalis. De quo tamen apud veteres medicos dubitatū fuisse, si ne aliquis, liquet ex Galeno, qui lib. 12. meth. med. differens de affectibus qui in spiritu consistunt, visus est de eo quoque dubitasse, non ausus aliquem esse planè profiteri, sed si aliquis est, utique eum in iecinore & venis contineri. Nunc tamen doctis omnibus placere video aliquē reuera esse, cuius opera ventriculus, iecur, cæteraq; partes familiare alimentum attrahunt, retinent, concoquunt, cuius etiā vi atque impetu partes omnes excrementa à se depellunt. Quod enim ventriculus aliquando obmurmuret, nauseat, singuliat, ructet, euomat, intestina similiter quàm longissimè stercora propellat, vesica urinā eiaculetur, spiritibus impetu concitatis acceptū referri debet. Continentur autē in venis, perq; eas feruntur in vniuersum corpus, quatuor facultatū naturalium muneribus inserviētes, seseq; pabulum præbētes ei spiritui quem à primis naturæ nostræ primordiis singula partes congenitū acceperunt. Huius autē spiritus quātum per venā cauiam vnā cū sanguine sursum fertur, in dextrū cordis sinum subit, ubi perfectius excoctum attenuatūq; per arctissimos meatus sinistrum ingreditur, & ex naturali vitalis emadit, à solido

solido cordis corpore alteratus. Ibi maximos motus ciet, cordis atq; arteriarū diastolis systolisque insignes, præter gloria, honorū, vindicta, aliorūmq; eiusmodi cupiditatē, animiq; perturbationes ab ipso quidē corpore cordis, siue ab insita ipsi facultate perfectas, sed spiritū ministerio absolutas & cōtinuatas. Hinc pulsus vehemētes, magni, celeres, crebri à magno spirituum vitalium impetu, ut ab exiguo contrarij, sicut Galenus in libris pulsum demonstrauit. Diffunditur autem spiritus ille per arterias in omne corpus cum vitali calore, suamque vitam singulis partibus cōseruat. Vt autem ipse ex naturali spiritu alitur & sese sustentat, ita per internum maioremque arteria, quam καρδιά vocant, ramum in plexum illum διανοστή receptus, propterque multos eius viæ anfractus & ambages illic diu retentus, factusq; adhuc purior tenuiorque, in animale spiritum vertitur, demūque in cerebri vētriculos intromissus, propria solida cerebri substantiæ virtute summam tenuitatem perfectionēque assequutus, per neruorum spiracula sensum fugientia permeans, in corpus vniuersum impetu concitatissimo discurrit, & motus ciet admirabiles. Eo instrumento facultas animalis apprehendit, ratiocinatur, reminiscitur, mouet, sentit, nihilque nõ agit, si modò eius impetus nihil remoretur. Aër enim frigidus, nebulosus atque caliginosus, cruditas ex immodico vini potu, cibisque frigidis, crassis multisq; cōtracta, vita deses & ociosa, somnus largior, excrementorū copia, corporis summa extenuatio, siue à morbo, siue à nimia exercitatione, siue ab inedia fuerit, adhæc frigidior intemperies, membrorū densitas, vasorū per quos spiritus feruntur obstructiones, ut eos reddunt crassiores, grauiorē, minūque calidos, ita eorū etiā impetus retardat, minuunt, atque interdum abolent, sicut iis oppositæ causæ spiritus gignunt copiosiores, calidiores, tenuiores, leniores, à quibus ad motus omnes alacriores reddimur. Ista quidem de spiritu illo æthereo, & perpetuo caloris natiui comite, & de quo videtur Galenus incertus fuisse animæ sit, an præcipuum animæ instrumentum, dicta sint. Præter eum alius etiam est in nobis spiritus naturæ multum ab eo diuersæ, spiritus quidem propter quandam similitudinem dictus, sed qui potius flatus nomen, quem φύμα vocat, mereatur. Est enim veluti vapor quidam crassior, impurior atq; turbidior, tantò aqueo vaporī similior, quantò ille naturam aëris exuperat & antecellit. Oritur à nobis ipsis, & in omni corporis parte colligitur in qua calor imbecillus est, humorque crudus. fertur autem huc atque illuc motu errabundo, non citra partis in quam ruit dolorem & molestiam, cum spiritus ille, de quo antè diximus, semper mitis sit & beneficus, nisi si quando nimium exuberans aut exolutus minus belle officio suo defungi potest.

Est & alia τὸ φύματος significatio, qua dicitur aër inspiratu attractus, qui respirationis vocisque materia est, à qua τὸ φύματος etiam nomen longius progressum est, ut ὄλιον τὸ ἀναπνεύον multis in locis apud Hippocratem designet, quemadmodum Galenus comment. 1. ἐπὶ τῷ ἀναπνεύοντι, atque etiam in Prognost. annotauit. Idem verò lib. 3. τῷ ἀναπνεύοντι author est φύματος nomen in morbis simpliciter ab Hippocrate enunciatum, τὸ δύσπνευστον significare, atque inde τὸ φύματ' ὄλιον dici eum qui difficultate spirandi laboret, etsi interdum simpliciter ἀρτὶ τὸ ἐμπνευστικόν, hoc est, pro eo qui flatu distentus sit, usurpetur, ut ipse ἐν τοῖς ἁλωσῶν explicauit.

Φύματ' ὄλιον. iidem qui & φύματ' ὄλιον.

Φύματ' ὄλιον. dicti sunt medici quidam hoc cognomine, qui à flatu seu spiritu in corpora

DEFINIT. MEDIC.

subeunte, omnia vel secundum naturam se habere, vel in morbos incidere censebāt. Fortè Hippocrates, aut quisquis author fuit libelli de flatibus, huic sectæ occasione præbuit, cui se inter medicos Athenaus & Archigenes in primis addixerūt.

Πνθματόκίλη. ramex ventosus. Is genere, ut Paulus ait, ἀνδέσμαια est, ut qui dilatatione fiat à flatulento spiritu. Verùm duobus modis accidit, vel ex quatuor vasis testiculum alentibus qui durior est, nec compressu digitorum euanescit, sed recipere curationem potest: vel ab arteriis darton membranam intercurrentibus, qui appresso digito intrò recurrit & euanescit: curationē verò non recipit, propter periculum quod ab incessabili sanguinis profluvio impendet.

Πνθματόμφαλος. cui umbilicus à flatu protuberat. Species est τῆς ἰσομφάλου.

Πνθματούρλοι. dicuntur ab Hippocrate, seu quis alius est author Prorrhēt. quibus magna est & frequens respirationis, quos ἐν τῷ πᾶσι διαίτης ὀξείου Hippocrates πνθματούρλους appellat. Possunt tamen & ἢ intelligi quibus venter flatu distenditur. Vocantur & ab Hippocrate πνθματίαι, ut scribit Gal. lib. 3. πᾶσι δυσνοίας.

Πνθματόδες, ἢ

Πνθματούρλοι. iidem qui & πνθματούρλοι, de quibus supra.

Πνθματόρ. pulmo. Est caro mollissima & laxissima, respirationis & vocis instrumentum. Nulla enim in toto corpore caro rarior, laxior, molliorque est, & quæ spongiæ similior sit, spumamque sanguinis magis referat. Tali quidē substantia pulmonem constare oportuit, quò follis instar aëre impleri distendique citra noxam posset. Est enim à natura cōdius, ut respirationis vocisque esset instrumentū. Cuius quidem actionis etsi propria eius substantia primaria causa est, multa tamen præterea ad pulmonis constructionē concurrunt, tum per quæ actio ipsa melius fit, tum sine quibus fieri nullo modo potest. Situs est intra thoracem, ipsumque totum replet & occupat, & eius motū sequitur. Cùm enim pulmo per se immobilis sit, ab alio moueri debet. Itaque distentus thorax, pulmonem una distendit: subsidens autem atque contractus, ipsum quoque subsidere facit, & aërem quē dilatatus attraxerat exufflare, atque ita aëris inspirationem expirationemque perficit. Ut autem thorax ipse in duo diuisus est, & media membrana (mediastinum vocāt) distinguitur, ita pulmo in duas partes diuisus est, dextram & sinistram. Rursum verò pars eius utraque duobus lobis constat, uno superiore, altero inferiore, sæpe palàm discretis, interdum obscure. Præter hos nonnūquam tertius est dexter lobus exiguus, vasis per paucis textus, media cavitare venam cauam in cor subeūtem ceu puluino molli excipiens ac firmans, in hominibus sternō ossibus septem compositū sortitis. Nam quibus cum sternō thorax anticus est breuior, iis pericardios tunica in phrenas magna suæ cavitatis parte incidit, & in hanc cavitatem vena caua, lobo hoc quinto propter viæ breuitatem non indigens. Tria autem vasa per eius substantiam dispersa sunt, antè quidem arteria venosa, post verò vena arteriosa, & media harū aspera arteria: & hæc quidē iam indè à quarto thoracis spondylo, vena à dextro cordis ventriculo, arteria à sinistro proficiscitur. Distribuitur autem singula in totos pulmones numerosa ramorum serie. Cæterum pulmonem ipsum una cum suis vasis tunica obducit orta ab ea quæ costas succingit, & neruulos à sexta cerebri coniugatione sortita, quorum beneficio tunica quidem ipsa mediocrem sensum possidet, cùm tamen pulmo ipse nullam vim sentiendi sortitus sit.

πνθματόρ.

πνιγαλιωρ. morbus incubus Latinis dictus. Venit ex τῆ πνιγαλιωρ, quod eo laborantes propè suffocari videantur. **ἐπιγάλης** alio nomine vocatur, de quo antè dictum est.

πιάρα. nihil aliud est quàm arthritis pedum. Cùm enim pedum tantùm articulos noxias humor infestat, articularis quidem morbus fit, sed qui nomen ab affecta parte accipiat. Sic si manuum articulos idem morbus occupet, **χεῖραρα** vocatur.

πόδος. herba duorum generum apud Theophrastum, alterum hyacinthi flore, alterum sine colore candidū, quo sepulcra coronabantur, à quo **εἶ** nomen, quasi desideratis esset dicatum. Nascitur autem ferè in tumulis.

ποίη. dicitur apud Hippocratem foliū simile vitæ natura, ut cissampeli vocata species. **αὐθὼρ Galenus** ἐν τοῖς ἁλωσαῖς.

ποικιλῶρ φάρμακωρ. nomen τῆ ἀνὸς πον, cuius descriptio habetur apud Paulū lib. 7. cap. 19.

πολεμωνία ἢ πλεμώνωρ. herba est ramis exilibus, utrinque pinnatis foliis paulò quàm rura maioribus ac longioribus, calamintha aut sanguinariæ proximis, quibus summis velut corymbi dependent, nigro semine: radice cubitali, albicāte, radiculæ simili. Nascitur in montosis **εἶ** asperis. Est autem polemonio vis subtilis **εἶ** exiccans. Vulgò boscī saluiam appellant.

πόλιωρ. herba est duorum generum. Vnum montanum est, **πύθειωρ** nominatum, candidum, tenue, palmi altitudine, semine plenum, capitulum in summo corymborū specie habens, canique hominis (unde nomen inditum) capillitium præferens. odore grani nec iniucundo. Alterum est campestre, maius, odore viribúsque infirmius.

πολιότης ἢ

πολιώσις. canities. Affectio pilorum est qua albi sunt. Ea autem frigida humidaque est, **εἶ** pertinet ad ipsos pilos, non autem ad cutem cui inhaerent. Quòd enim capilli non decidunt, patet cutim mediocriter siccam esse oportere. Verùm excrementū ex quo **εἶ** gignuntur **εἶ** crescunt pituitosum est, quòd præter temperamenti frigiditatem humiditatemque etiam candorem habet. Quamobrem **εἶ** spadones, **εἶ** mulieres, **εἶ** qui etate proeclatioribus sunt, **εἶ**, ut uno verbo dicamus, quicumque frigidioribus humidioribusque præditi sunt temperamento, citò **εἶ** facillè canescunt. Hi namque omnes pituita plurima redūdant, quæ cùm per cutem imbecillius propellitur, inque ea diutius moram trahit, tandem resiccatur, **εἶ** propria fit pilorum materia, ita tamen nativum ut colorem retineat.

πολυάριωρ. malagmatis nomen cuius descriptio habetur apud Galenum lib. 8. τῆν **εἶ** τὸ πονυρ. Refertur **εἶ** à Paulo lib. 7. cap. 18. Est etiam cataplasmatidis nomen, cuius aliquot differentiæ habentur apud Aëtium lib. 9. cap. 34. ex Seuero.

πολύγαλαρ. herba est palmi altitudine, lèticulæ foliis, gustu subacerbo. Pota lactis abundantiam facit, indè nomen ab effectu.

πολυτόνωρ. frutex est in montibus nascens, maior cubito, foliis laurus, duntaxat latioribus leuioribusque, sapore mali cotonei aut punici. Flores per singulos foliorū exortus promit candidos, foliis numerosiores. Radicem habet albam, mollem, longam, geniculis frequentem, graueolentem, digitali crassitudine. Omnes officinæ **εἶ** herbarij sigillum Salomonis appellant. Est autem variæ particeps facultatis, adstrictoria, acris, amara, ingrato gustu qui verbis nequeat exprimi, quare **εἶ** multiplices habet in medicina usus.

πολυγωνοειδής. sic à polygoni sarmētorum similitudine dicitur à quibusdam prima species

Aa ij

DEFINITIO MEDIC.

τῆς κληματίδος quam διαφορῶς nuncupant.

πολύγονοι. frutex est cuius duo genera produntur. Mas ramis exilibus, copiosis, geniculis, qui à terra non attolluntur, graminis modo serpentibus, foliis rutæ sed longioribus, semine turgens sub omnibus foliis, flore albo aut rubente. Latini seminalem à seminis copia, & sanguinariam à cohibendo sanguine nuncupant: alij verò, ut Apuleius, Proserpinacam. Herbariis & officinis corrigiola & centinodia appellatur. Fœmina autē parvus frutex est, uno caule, arundini teneræ simili, densis geniculis in se tubarū modo factis, tuberibus articulorū eminulis, quos folia frōdibus piceæ similia in orbē conuestiunt, radice superuacua. Vtrūq; secundo ordine frigidum est, aut etiā initio tertij. habet & modicam adstrictionem. Est autem mas ad omnia valentior.

πολυγράω. apud Hippocrat. ἀπὸ τῆ πολυφάγῳ, hoc est, multum comedo. Sic Callimachus ἔγρα ἀπὸ τῆ κηπέφωθεν usurpavit, ut scribit Galenus ἐν ταῖς ἡλωσαῖς.

πολυδές. sic à quibusdam dictum fuisse elleborum album habetur apud Dioscoridem.

πολυέδου σφραγίς. Polyidæ sphragis. Trochisci nomen est olim celebris, & quo Galenus ad ulcera diuturna & contumacia, præsertim in naribus, usus est. Recipit autem eo authore lib. 5. τῆ κηλίη, Malicorij denarium pondo sex, myrrhæ denarium pondo octo, aluminis scissilis denarium pondo quinque, thuris denarium pōdo quatuor, aloës denarium pondo octo, chalcanti denarium pōdo tria, fellis taurini denarium pondo sex. vino dulci excipiuntur.

πολύκαρπον. ἡ κραταύγονοι, apud Hippocr. genus herbæ, ut scribit Gal. ἐν ταῖς ἡλωσαῖς.

πολύκλωος. cognomen τῆς ἀρτεμισίας, non omnis quidem, sed eius quæ ramosa est. Sic autem dicitur ad alterius differentiam quæ μονόκλων & appellatur.

πολύκνημον. frutex est surculosus, foliis origani, caule pulegij, multis geniculis, siue umbella, sed dependentibus parvis veluti acinorum corymbis, odore acri, iucundo. Desiccatur & calefacit secundo excessu.

πολύκριτον. Hippocrati & Galeno ἡ κραταύγονοι.

πολύμορφον. sic dictum est à quibusdam ὀσπλωσαδὲς, de quo vide suo loco.

πολυώδης. sic authore Dioscoride à quibusdam dicitur ἡ ἀρνόγλωσσον, hoc est, plantago, quod eius folia multis fibris quasi nervis per longitudinem distincta sint: ob quam causam etiam ἐπὶ ἀπλωδῆ & ab aliis dicta est.

πολύοστον. dicta sic est à quibusdam pars ea pedis quæ multiplici osse constat, & quæ alio nomine πεδίον appellatur.

πολύφθαλμος. sic apud Hippocratem dicitur ὁ βούφθαλμος herba, ut annotat Galenus ἐν τῶν ἀρθεῶν.

πολύπόδιον. filicula. Herba est nascens in muscosis petris & vetustis arborum caudicibus, præsertim quercuum, palmi altitudine, filici similis, subhirsuta. Radix illi pilosa, in qua continentur cirri ceu polyporum, crassitudine minimi digiti, coloris intus herbacei, austera aliquantum & gustu subacris. Eiusmodi polypodium est quod Dioscorides depinxit. Verum aliud præterea est folio aspleni, viridior, longiore, magisque per ambitum laciniato, radice priori simili, paulò tamen graciliore, quod plurimum in montium sylvis nascitur. utrumque moderatè purgat, atque, ut ait Galenus, citra morsum desiccatur.

πολυπόδιος οἶνον. vinum ex polypodio factitium, cuius compositio habetur apud Aëtium lib. 3. cap. 60. & 61.

πολύποδης.

πολύπεδης. *multipeda*, siue *millepeda*, animalia sunt exigua locis humectis nascentia, quæ ad contactum sese in globum contrahunt. Dicuntur οἷοι & οἰσκοι, de quibus antè diximus.

πολύπους. *polypus*. Est tumor præter naturam in naribus genitus, polypi carni similis secundum substantiæ proprietatem. Sic quidem Galenus definiuit lib. 3. τῆν κ' τὸ πῶπος. Proprietatem autem substantiæ intelligo, non colorem modò & consistentiam, sed reliqua etiã quæ sunt polypis propria, quibus tumorem hunc similem esse veteres prodiderunt: nèpe quòd multas radices, ut & ille pedes, habeat, quòdque ut ille venantes ulciscitur, acetabulis suis manus illorù apprehendens, ita & vitium hoc laborantiù nares obstruat, ut & difficulter spirèt, & agrè loqui possint. Hæc enim substantiæ polypi proprietatè consequuntur, non minùs quàm color atque cōsistentia. Ac color quidè varius est, aliis albidus, aliis subflauus, aliis subruber. Substantia pariter aliis mollis & quodammodo fluida, aliis durior magisque cōtracta. Celsus lib. 6. cap. 8. graphicè polypum depinxit, his verbis: Polypus in naribus est carūcula modò alba, modò subrubra, quæ narium osi inhaeret, & modò ad labra pendens narem implet, modò retrò per id foramen quo spiritus à naribus ad fauces descēdit, adeò increfcit, ut post uiam conspici possit, strangulatque hominem, maxime Austro aut Euro flante, ferèque mollis est, rarò dura, eaque magis spiritum impedit, & nares dilatat, quæ ferè καρκινώδης est. Itaque attingi non debet. His quidem verbis Celsus omnes polyporù differentias cōplexus est, quas Hippoc. in lib. πῶδι π. δῶρ quinq; cōstituit.

πολύρηζον. sic à quibusdam dictum fuisse helleborum nigrum Dioscorides auctor est, similiter & quartum genus τῆς ἀειπολογίας, quæ peculiari nomine ππολογία dicitur.

πολύπασσον. *machinamentum* est articulis reponendis conueniens. Sic dictum est, quoniam multis orbiculorum circuitionibus facilitatem præstet. Est autem iter facientibus maxime idoneum. Refertur ad Archimedem authorem. In quo describendo minimè curiosi fuère veteres, quòd ad eum usum Hippocratis scamnum per se abunde esset.

πολύπειρον. herba quam & ἀδιαιρον & capillum Veneris vocant. sic dicta ab effectu. Explet enim capillorum defluuia, & ad hoc decoquitur in uino cū semine apij adiecto oleo copiosiore, ut capiti inunctum crispum densumque capillum faciat.

πολύχρισον φάρμακον. Medicamentum ad multos usus comparatum, quòdque multis simul affectibus conuenit. Sunt autè eius generis nonnulla non modò specie, sed etiam genere diuersa. Omnia certè ex contrariis constant medicaminibus, non tantum secundum primas qualitates, verum etiam secundas. Aliter enim uni tantum simplicique affectioni, non etiam multis atque inter se etiam sæpè contrariis prodesse. Coëgit autè medicos necessitas contraria aliquando medicamenta miscere, non modò ut unum alterius vires frangeret, atque minueret, sed quòd cōducibilius esse iudicarent, habere unum aliquod medicamentum permultis affectionibus cōueniens, quàm tam multa singulis affectibus destinata, etiam si ea πολυχρισίσις in medicina longè præstent. Sic enim uno eodèmq; medicamento repelluntur & digeruntur, detergentur & lauigantur, incrassantur & attenuantur humores, quod diuersas in se facultates contineat. Eius generis est Panacea, Isis, Icesium, aliæque plurima emplastra, de quibus agit Gal. lib. 5. τῆν κ. τὰ χεῖν. Et si in simplicibus quidem medicamentis, ut aloë, theo barbarico, mastiche & aliis sexcentis ea vis inesse cernitur, ut con-

DEFINIT. MEDIC.

contrarios simul effectus in hominum corporibus producant, nemo mirari debet in compositis contrariorum pariter inesse facultatem.

πολυχρονίος νόσος. diuturnus morbus. Sic dicitur qui non nisi longo temporis spatio soluitur. Contrarius est ὁ βραχυχρονίος, non etiam ὁ ὄξεια. vide ὄξεια.

πόμα. potus. Dicitur ὁ πότης. vide πόσις.

πομφολί. apud Hippocratem dicuntur eminentia cutis tumida simulque humore redundantibus ὁ rubicunda, ut interpretatur Galenus ἐν τοῖς ἁλωσάσις.

πομφολύγγιον. nomen emplastri, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 17.

πομφόλυξ. bulla. Est eleuatio in humore facta à spiritu flatuoso. Siquidem spiritu flatulento intra humorem concluso bulla excitari solet, praesertim si humor tenax viscosusque est. Tunc enim bulla permanet nec facile soluitur. huiusmodi bullae saepe in urinis insident, morbum renalem ὁ longum significantes, ut habetur apud Hippoc.

πομφόλυξ. medicamentum metallicum quod in coctura aeris sursum fertur, ὁ in cameris parietibusque fornacum, bullarum modo tumens, colligitur. Nihil enim aliud est quam aeris fauilla. Effertur autem vel ex aere solo, vel ex cadmia sola, vel ex aere ὁ cadmia, quod eam aliquando friatam metallici inspergant aeri. Primum autem in bullas, ut aqua, tumet, atque ex eo nomen accepit: mox maiore accedente incremento, lanarum assimilatur peniculis. Atque ita quidem sua sponte gignitur in fornacibus. Eius autem duo genera Dioscorides statuit, unum colore aeris ὁ modicè pingue, alterum candidissimum ὁ extrema leuitatis. fit quod candidum est, cum in coctura aeris, liquecente eo, metallici multam friatam cadmiam inspergant, meliorem pompholygem facere volentes. Nec solum ex aere fit, verum ex cadmia etiam consultò ad confectionem eius follibus ventilata. Conficiendi autem rationem ὁ Dioscorides ὁ Georg. Agricola aperte exponunt. Eiusdem omnino generis cum spodio est. specie tantum differt. Quod enim in eo opere tenuius est ὁ leuius, sursum fertur, pompholyxque dicitur: quod verò deorsum fertur, spodium est, sic dictum à cineris similitudine. Rara nunc est pompholyx, ὁ penè ignota, ut ὁ pleraque alia recrementa metallorum. Sunt tamen qui in officinis eam nil album appellant, ut ὁ spodium nil nigrum aut gryseum. Inter ἀδύτα pharmaca numeratur pompholyx. adstringit ὁ siccatur lenissimè, praesertim lota, habetque tenuitatem partium citra calorem.

πόνος. labor. Est motus omnis vehementior. idem omnino cum exercitatione generaliter dicta. Quoniam autem ex immodico labore plerumque lassitudo dolorque oritur, factum est ut πόνος non modò vehementem motum, sed dolorem etiam significet, ὁ quicquid hominem offendit: sic enim intelligendum est laboris nomen Aphor. 7. lib. 1. ὁ οὐκ ἐστὶν οὐδὲν καὶ τὸ ἐξ ὁ νόσημα, ἀλλὰ τὸ ἐξ ὁ πόνος ὁ πόνος ἐστὶν. Sed cum in omni dolore duo esse oporteat, affectum à naturali constitutione alienum, ὁ eius affectionis sensum, Hippocrates utrumque πόνος appellat. Siquidem Aphor. 6. lib. 2. ὁ οὐδὲν πόνος πόνος πόνος, τὰ πολλὰ τῆν πόνος οὐκ αἰδάνονται, ὁ τυπιοισμὶ ὁ γνώμη νοσεία, ipsa sola affectio dolorifica ab Hippocrate πόνος appellatur: hic enim πόνος intelligit eos qui aliqua in parte tam vehementer offensi sunt, ut omnino, nisi delirent, dolituri sint. Cum verò scribit dolorem fieri propter calidum, propter frigidum, propter plus, propter minus, ipsum alterationis sensum sine dubio intelligit. Ut autè ὁ πόνος apud Graecos, sic apud Latinos labor accipitur, sicut ex Cicerone videre licet qui laborē definiuit, esse functionem quandam vel animi, vel corporis grauioris operis ὁ muneris,

neris: & ex Virgilio, qui patiendi dolorem *Lucinae labores* appellat.

Πορνική ἔλτα. sic à quibusdam dicitur ἰατρικὴ ἔλτα, ut habetur apud Dioscoridem: plurima enim in Ponto nascitur.

Ποροποιία. vocabulum est Methodicorum proprium, quo ipsum exiguorum meatuum statum designabant, in quo sanitatis morbiq; causas constituiebant. Hinc μεταποροποιίας apud eos eiusmodi meatuum status immutationem significabat, ut & μετασύνωσις, de quibus vide suis locis.

πόρος ἀκουστικός, siue, quod idem est,

πόρος τυφλός. meatus auditorius, siue foramen cæcum. vide οὖς.

πόρος. meatus. Id dicitur per quod aliquid influit vel effluit, siue id spiritus sit, siue aër, siue humor, siue excrementum. Proinde oculorum nerui ἡρόι vocati sunt ab Herophilo. Similiter & in auribus ἀκουστικοὶ πόροι: ad hæc meatus tùm per quos cibus vel in ventriculum subit vel ab eo exit, tùm quibus chylus in iecur effunditur, aut bilis in suam vesiculã ingreditur vel ex ea effunditur, ἡρόι appellantur: præterea & exigua illa foramina per totam dispersa cutem, quæ corporis uniuersi perspirationem moliuntur. Sunt autem in uniuersum duo pororum genera, aliÿ sensibiles, aliÿ insensibiles habentur. Illi magni & patentes sunt, quales in ventre, iecinore, liene, intestinis, venis, arteriis, & reliquis eiusmodi instrumentis visuntur: hi verò parui & visum fugientes, non solam quidem partium superficiem occupantes, sed per totam etiam carnis, ossium, cartilaginum, neruorum, ligamentorum, membranarum, & cutis substantiam disseminati. Neque enim externi modò sunt & superficiales, sed etiam intimi. Siquidem iis plenum est totum corpus & tota cutis. Aliter putredo vitari nullo modo posset. Iis enim foraminibus totius corporis perspiratio fit, quæ constat & frigidi aëris intromissione, & fuliginosorum quæ in singulis partibus colliguntur excrementorum vacuatione. Ex quibus perspicuum est meatus omnes in optima corporis cõstitutione patentes semper esse oportere. Quod ut plurimum valet ad tuendam sanitatem, sic eorũ obstructio maximorũ morborum occasionem præbet.

Πορφύρα. purpura. nomen emplastri cruenta vulnere glutinantis. Descriptio habetur apud Aëtium lib. 15. cap. 12.

Πρόσθια. præputium. Est glandis tegumentum. Id autem non aliud est quàm carnea membrana cute obducta, quò tenuius esset, & facilius tùm extenderetur tùm undique glandem comprehenderet. Natura in hunc usum ipsum glandi videtur induxisse, ut glandem seruariet leuem, mollem & lubricam. Callosa enim & arida stupida est, nec sensum retinet qui muneri suo conueniat. Summa præputij pars quæ prominet ἀνπροσθία & ἀνπροσθίου dicitur.

Πρόσθια. tuberculum oculi, quod alio nomine κριδί vocatur, de qua vide suo loco.

Πόσις. potio. Nò est aliud quàm τὸ ὑποὺ κατὰ τὸ σῆμα, hoc est, humoris deglutitio, siue, quod idem est, humoris ab ore in ventriculum attractio. Est enim ea actio facultatis attractricis, quæ humorem rectis fibris, quas interna vetriculi tunica plurimas habet, attrahit. Ceterum attractionem eam sitis excitat, ut quæ non aliud sit quàm potio- nis desiderium. Et appetuntur quidem propriè frigida humidaque: vocaturq; is appetitus δίψα, hoc est, sitis. Quod autè bibitur, & ποτὴν, siue πόμα dicitur, pars τῆς διαίτης non infima. Quippe quantum ad sanitatem conducit ratio potus rectè instituta, tantum valetudini officit si quis eo abutatur. Ac valet quidem imprimis ad cibi cõ-

Aa iiij

DEFINIT. MEDIC.

coctionem & distributionem, quod cibus nisi humore aliquo perfusus sit, non nisi agerrimè concoquatur & ventriculum offendat: quòdque propter siccitatem in venas & iecur subire non possit, nec sanguinem consistentia mediocrem gignere. Nec tamen propter eas tantum causas appetitur, sed etiam per se, propriaque ratione. Cum enim hominum corpora ex quatuor elementis certa quadam proportione mistis constituta sint, si ea diu valere debent, elementorum substantias seu qualitates in eadem temperie perpetuò seruare oportet. Quare cum eorum dissipatio assiduo quodam, quod vitari non potest, substantiæ nostræ effluuio quotidie fiat, sicut cibo quod calidum siccumque in nobis est resarcitur, ita potu frigidum humidumque instaurari necesse fuit. Ex quo sequitur potum omnem, aqua etiã purissima, unã videlicet cum cibo acceptum eique permistum nos alere. Ex iisdem enim omnino nutrimur ex quibus constamus, nihilòque absurdius est ex aliquo quid nutriri, quàm componi. Proindèque eadem sitis ratio est, quæ & famis, eadèmq; causarum series in excitanda siti spectatur, quam & in fame Galenus exposuit, suntq; eius pariter duæ differentia, animalis & naturalis, totidèmq; in portionis appetentia, quot & in cibo symptomata esse Galenus lib. 1. de sympt. causis ostendit. Aliquando enim quædam priuatio appetentiaæ portionis est, nulloque modo potus expetitur, cum corpus vel propter excessum humoris & frigoris omnino portione non eget, vel venter offensam ex desyderio in se non sentit. Aliquando verò diminuta portione appetentia est, cum eadem ipsa remissiora sunt. Interdum autem etiam vitiosa est, habetq; se ad portionem cum ea quæ circa alimētum est praua, aliàs quidem immodicè potum affectans, si in ipsis ventriculi tunicis malus aliquis succus salus aut biliosus continetur, aut naturale humidum in eo veluti feruet, aliàs verò prauum & à natura abhorrentem, pro ratione vitiosi succi in ventriculo & corpore redundantis.

Ρόσφ apud Hipp. significat ὀλίγη, id est, modico, ut Galen. interpretatur ἐν τοῖς γλωσσῶσι.
 Ροταίνα. apud Hippocratem dicuntur τὰ πρὸσφατα, hoc est, recentia, ut scribit Galenus ἐν τοῖς γλωσσῶσι.

Ροταμόχιστον. herba folio beta, hirsuto, paululum supereminente extra aquam. Refrigerat, adstringit, inspissat.

Ροτιέρον. frutex est cortice obductus tenui, spinis horridus, lanugine spissa, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, tragacanthæ proximis, foliis paruis, rotundis, flore exiguo, candidi coloris, semine gustu acuto & odorato, radicibus binos ternosue cubitos longis, nervosis, firmis, quibus recisis manat succus gummi similis, qui præcisis nervis & vulneribus glutinandis illinitur.

ροτι. maximè præcipue, apud Hippocratem, ut exponit Galenus: significat & ποτι, hoc est, aliquando, ut idem interpretatur ἐν τοῖς γλωσσῶσι.

Ρους. pes. pars ea cruris dicitur, inquit Aristoteles, quæ multiplici osse constat: malleolis, talo, & digitis definitur. De quo ita ille lib. 1. de histor. animal. τὸ δὲ πλῆθος τῆς σκέλεως, πους. ὅπου δὲ ἴδιον ὀπίσθιον μέρος, πτέρνα, τὸ δὲ ἐμπρόσθιον τῆς ποδός, ἢ μὲν ἐλασμένον, δὲ κτλ. τῶν τε, τὸ δὲ σαρκώδες καὶ τῶν τε, τὸ δὲ ἀνώτερον ἐν τοῖσι πτενέσι, ἰδιωτὸς καὶ ἀνώτερον, hoc est, ut Gaza cōuertit, pes autem quod multiplici osse constat, cuius pars posterior calx, prior discreta in digitos quinque est: media planta nomine explicatur, cuius quod carnosum inferius solum attingit, vestigium est: quod superius pronam conficit partem, nervosum & nominis adhuc indigum est. Alij verò aliter pedem distinguunt

guūt & singulis partibus sua nomina accommodant. Etenim ut quibusdam placet prior pedis pars à malleolis ad digitos, τάρσος vocatur: interior à malleolis ad magnū usque digitum, pedibus sese quasi aspicientibus, πείδιον: quod sub hoc statim in imi pedis medio habetur, κούλον ποδός: infimum autem quo terram contingimus & calcamus, πάλμα est. Pars verò ea quæ post cauiū pedis iuxta digitos attollitur, σῆδος ποδός ἢ πεσῆδος dicitur. Ab his digiti sequuntur. Alij verò superiorem pedis partem totam quæ ante digitos est & nervis ossibusque constat, πείδιον vocant ἢ πάλυστον, eiusque priorem partem quæ digiti proxima est, τάρσον, posteriorem verò πείριον, id est, calcem: inferiorem verò partem totam πάλμα, id est, vestigiū, quod scilicet carnosum est, & inferius solum attingit. Verùm Galenus τάρσον vocat eam partē quæ malleolis proxima ex septem ossibus constat, & manus carpo respondet: πείδιον verò proximā illi partem quinq; ossibus cōpositam, & quæ metacarpio in manu respōdet:

πόυς. pes. Mensura est qua rerum intervalla dimetimur. Constat uncis duodecim, siue sedecim digitis, siue palmis quatuor, ut ex Euterpe Herodoti perspicuum est, ubi sic scribit: αἱ δὲ ἐν αὐτῷ ὄργυιαι δίκαιαι εἰσι σαΐδιον ἐξάπληθρον. ἐξ ἀπόδου μὲν τῆς ὄργυιᾶς μισθομῆτις καὶ τετραπίχθη, τῆν πεδῶν μὲν τετραπάλαιων ἰόντων, τὴν δὲ πῆχεως ἐξάπαλαιου. id est, Centum autem iusti passus sunt stadium unum quod sex sit plethrorum; ut passum sex pedibus metiamur & quatuor cubitis: pedes verò sint quatuor palmorum, cubitū autem sex palmorum. Suidas quoque scribit: ὁ ποῦς ἔχει δακτύλους 15'. Ex eo formantur πεδῆαιος, ἡμιπόδιον, διπέδος, διπεδῆαιος. Sed quamvis tam Romani quàm Græci pedem in totidem partes diuiserint, attamē pedem Græcum Romano semūcia, siue, ut Gallico more loquamur, semipollice maiorem fuisse Georgius Agricola ostendit, qui mensuras omnes doctissimè explicauit.

πράμιον οἶνος. sic dicitur ab Hippocrate vini genus quoddam nigrum atque austerum, ut scribit Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις.

πρήμιον. extremitas albi oculorum, authore Polluce.

πρῆξις πυρετός. mitis febris. Est differentia febris apud Hippocr. lib. 6. τῆν ὑπὸ δυνάμεωρ, ὀρροσῆτα τῶν δακνῶν πυρετῶ, sumpta à caloris febrilis essentia, & dicitur quæ medici manum non mordicat neque exurit, sed vaporem minimè mordacem exhalat. Huiusmodi est diaria febris. Mitis autem dicitur non simpliciter quidem, sed per comparationē, hoc est, minùs mordax, siquidem febrilis omnis calor, cum igneus sit, acerbior est & mordax, sed hic magis, ille minùs. Hippocr. sæpe διήθη appellat.

πρῆξις. apud Hippocr. δὲ πρὸς γὰρ κινδυνός, ut interpretatur Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις.

πρήξιμα. apud Hippocr. inflatio, similiter & πρήσις, unde & πρηστικώτατον maximè inflationum, ut exponit Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις.

πρησὰρ. pars colli exterior, quæ per iram incēsa & tumens inflatur, ut author est Pollux. Dicitur ἀπὸ τῆς πρηστικῆς, quod & inflare & ardere significat.

πρηστικὸς. tentigo. Est auētio pudendi stabilis in longitudinem ac orbem tumefacti, citra rei Venereæ appetētiā. sic quidem Galenus lib. 9. τῆν ἐν τῷ ποῦσι definiuit. Ad dicit autem Aëtius dolores indè moueri, quales esse in tetano solent, quod inflatum distentūmque pudendum conuulsionis modo afficiatur. Scribit etiam eos, qui sic laborant citò perire ventre inflatos & frigidum sudantes, nisi ilico auxilium eis adhibeatur. Accedit etiam iis quandoque inflammatio. Fit hic morbus à flatu vaporoso, ab humoribus viscosis crassisque sublato, & cauernosum penis neruum distenden-

DEFINIT. MEDIC.

- te. Aliquando verò ipsis etiam arteriis eo flatu repletis oritur, nullo præcipuo proprioque affectu eorum infestante. Dicitur à Priapo, cui tale pudendum fuisse veteres finxerunt. Dicitur et à quibusdam satyriasis, quòd Satyri attrigere semper crediti sint. Nec reuera Galenus ea nomina distinxit. Paulus lib. 3. cap. 56. 57. manifestò discreuit, incertum quem authorem sequutus, eum priapismum cui aliquando coniunctam esse inflammationem conuulsionemque Aëtius scripsit, et mortem breui succedere cum ventris inflatione et frigidis sudoribus, σατυρίασις appellans.
- ρεαπικός. vocatur ab Hippocrate lignum paruum in medio suo scamno insertum. vide βαθρον.
- προαξίς παῖδες. dicuntur ab Hippocrate οἱ ἰσθμίου ἰνξυμδαί, et quorum iam ossa, perinde ac tenellorum, formari fingique non possunt. Indè etiam morbi quidam προαξίς ab eodè dicuntur, qui accidunt etate iam progressis, ut Galenus exponit ἐν τοῖς γλωσσοῖς.
- πρόβατα. quanquam proprie oues significet, Hippocrates tamen ἐν τῷ πρὸ ἀρθερον eo nomine designauit βοσκήματα, hoc est, pecora omnia, ut et Homerus et alij plerique veteres, ut annotauit Galenus comment. 1.
- πρόβλημα. sic dicitur ἀρνόγλωσσον, authore Dioscoride, quasi ouilla herba. Sunt enim plantaginis folia linguæ pecorum similia.
- πρόγλωσσος. dicitur ab anatomicis pars linguæ prior quæ acuta est.
- πρόδρομοι. dicuntur venti qui Etesias præcedunt, quasi eorum præcursores. Dirimit eos, ut scribit Galen. Canis ortus. Sexto Idus Iul. flare incipiunt, ut Columel. prodidit.
- πρόδρομος. vini genus quod Athenæus in Lesbo nasci dulce scribit. Quibusdam videtur idem esse quod et πρόδρομος, eandemque nominis rationem sortitum.
- προεργασμένη αιτία. causa interna, quam et antecedentem solent appellare. Celsus abditam et in occulto positam causam vocat et morbos continentem causam. vide αιτία.
- πρόροπος. sic à quibusdam dictum fuisse elleborum nigrum Dioscorides author est, quòd Melampus Prætidas eo seruauerit.
- πρόρως. significat apud Hippocratem idem quod ἰζαίφως, hoc est, repente, ut scripsit Galenus ἐν τοῖς γλωσσοῖς.
- προκαταεχλήκη ἢ
- προκατάρχουσα αιτία. dicitur causa externa et euidens, quæ extra corpus posita ipsum bene malève afficit, atque internam causam quasi irritat et prouocat. Ab ea enim fere fit initium motus. Id quod significat προκατάρχει itémq; κατάρχει. Hanc vulgò primitiuam causam appellant, sicut τὸ προεργασμένω antecedentem et antegressam, veluti Galenus manifestò distinxit initio lib. 4. de sanitate tuenda: quam tamen differentiam quidam aliquando negligentius obseruarunt.
- προκύνδαλοι. dicuntur, ut scribit Rufus, primi digitorum articuli, metacarpio proximi. Nam medios digitorum articulos κύνδαλος dicit vocari. Itaque quòd his illi priores sint προκύνδαλοι appellantur, ut et extremi μετακύνδαλοι.
- προκώνιον. triticum tostum. verum Galenus in explicatione vocum Hippocratis dicit ἀλφίτον προκώνιον ab Hippocrate appellari, farinam ex hordeo recenti et tenero confectam, antequam videlicet ex eo conus erigatur. Solent enim in areis etiam nunc conii constriui, et maximè in humidis regionibus ex ligno recto, circa quod in metæ vel conii figuram fructus circumponuntur.
- προληψιῶς τύπος. anticipatio accessionis. Est motus accessionis, ante horam qua præcedens

dens accessio inuaserat, recurrens. Id autem contingit vel per totum morbi curriculum, vel particulariter in quibusdam accessionibus. Quæ per totum morbum fit, morbi proprietatem & mores potius consequitur, quàm eius incrementum ostendat, cum & quartani & tertiani & quotidiani quidam circuitus usque ad integram solutionem ita anticipare visi fuerint, ac maximè quidem si πῶλινος, hoc est, anticipatio proportionem per singulas accessiones seruauerit. Ab ea propriè dicitur πῶλινος περιτὸς, in qua uidelicet ab ipso morbi exordio usque ad finem accessiones perpetuò anticipant. Quæ verò particulariter in quibusdã accessionibus contingit, incrementum totius morbi ostendit, ut & ea quæ per singulas accessiones præcedentes ἀναδύσως facta, ubi fieri cœperit plus quàm proportio exigit. Sic enim anticipatio morbi incrementum ostendit, sicut & accessionum retardatio, quæ ὑστερητικός τύπος dicitur, declinationem. Siquidem simpliciter vel anticipare vel tardiores esse accessionem, neutrum significat.

πρῶτα λακτίου. dicitur prima pars balnei, siue prima domus, quòd in ea præmolliri corpora soleant, ut annotauit Gal. lib. simpl. medic. πρὸ χαλκίδου.

πρῶτα πρὸς τοῦ. sic dicitur cutis quæ fronti prætenditur, in qua rugæ solidae dictæ consistunt. dicitur & πρῶτα πρὸς.

πρῶτα κη. dicuntur ab Hippocrate instrumenta chirurgica quæ suo extremo acuta sunt. vide φαλακρῶν.

πρῶτα μιλί. procidit, prominet in anteriorem partem, apud Hippocratem, ut annotat Galenus ἐν τοῖς γλωσσῶν. unde & πρῶτα μιλίας ab eodem dicitur, ὁ πρῶτα μιλίας ἐξω τὰ χεῖλη, hoc est, cui labra prominent.

πρῶτα λιν. est crassior apum materia, flaua, odorata, styracem referens, & in mastiches modum ductilis, ceræ quidem finitima, nondum tamen cera, qua omnes frigoris aut iniuriæ aditus ab alueis atcentur. Tertium est ex operis apum fundamentis, quæ cum tria sint, inquit Plinius, prima μίτω vocant periti, secunda ποσόνου, tertia πρῶτα λιν inter coria cerasque. Est igitur propolis fauorum stabilimentum, quod nondum ad ceræ speciem peruenit, & è quo, ut inquit Varro lib. 3. apes faciunt ad foramen introitus protectum in alueum, maximè æstate. Itaque quoniam apes id ante alueum faciunt, dicitur πρῶτα λιν, quasi suburbanum. Inuenitur enim in alueariorum foribus. Secundo ordine completo calfacit, & euocat aculeos & omnia infixæ corpori extrahit. Vt autem scribit idem Varro, propter multiplicem usum quæ in emplastris exhibet, multò carius in sacra via quàm mel uenibat: ideo autem factum puto ut propolis olim à quibusdam cera sacra diceretur, ut scripsit Scribonius Largus in strumarum curatione.

πρῶτα μα. potio ex uino & melle concinnata. Vini sextariis quatuor mellis despumati unus miscebatur, citra quidam cocturam, ut scribit Paulus li. 7. sed longa satis insolatione. Hæc quidem simplex fuit propomatis compositio, quæ nomen hoc iccirco sortita est, quòd ante cibos biberetur. Caterum ad usus varios comparari potest, ut uentriculi robur, concoctionem crudorum, alui subductionem, ideòque varij etiam fuerunt τῶν πρῶτα λιν apparatus, ut licet uidere apud Aetium libr. 3. cap. 57. & sequentibus, ubi uinorum purgantium, quæ πρῶτα ματα uocat, compositiones recenset, & lib. eiusdem cap. 72. rosatum flauæ bilis purgatorium πρῶτα μα appellans.

πρῶτα ωσις. procidentia, prolapsus. Generale nomen est; omnem partem loco suo motam

DEFINIT. MEDIC.

alióque prolabentem designans. Itaque si vel uterus, vel podex, vel oculus procidat, is morbus πρὸ πωσις dicitur, sed addito eius partis quæ prociderit nomine, ut πρὸ πωσις ἀρρῶν ἢ ἰσθμῶν, πρὸ πωσις ὑστέρων, πρὸ πωσις ὀφθαλμοῦ. Ac omnis quidem procidentiae causa est musculorum atque ligamentorum, quibus unaquæque pars continetur firmaturque, laxitas, imbecillitas & resolutio siue ab interna siue ab externa causa proueniens. Nonnumquam enim, ut Celsus scripsit, ingens inflammatio tanto impetu erumpit, ut oculos sua sede propellat: πρὸ πωσις, inquit, id quoniam oculi procidat, Græci appellant. At Paulus hoc oculi malū ἐκπεσῶν appellauit, cum totus scilicet oculus ita prolabitur, ut extra ossis sui cavitatem exertus emineat: πρὸ πωσις autem minimè, non quòd πρὸ πωσις rectè dici non posset (sic enim & Græci & Latini uocant) sed ut totius oculi prolapsus, ab uuea tunica prolapsu distingueret: quãquam non erat opus Paulo in ea nominum distinctione valdè laborare, quòd addito partis procidentis ut oculi aut uuea nomine, ambiguitas omnis protinus tolleretur, non aliter quàm ἰδιῶς πρὸ πωσις ὑστέρων, aut ἰσθμῶν. Neque enim per πρὸ πωσις absolutè dictam potiùs licet oculi prolapsus quàm uteri aut ani intelligere. Itaque πρὸ πωσις tum oculi totius, tum partis eius uitium est: totius quidè cum sua sede excidit, à paralyti, ab inflammatione uehementi, aut alio magno præter naturam tumore & fluxione, quæ ut interdum magnum robustumque articulum, ita oculum possunt loco depellere. præterea ab ictu, casu, dolore & uehementi aliquo conatu, cum spiritus ingenti compressione, qualis accidit parturientibus. Pars autem oculi quæ procidit tunica uuea sola est, ἰσθμῶν Græcis dicta, quã quia cornea tunica cõplectitur & continet, si eam vel erodi, vel rumpi contigerit, protinus uuea excidat necesse est. Itaque morbus quidem tunicae corneae est, nepe solutio continuitatis eius, symptoma autem, uuea, soluta diuisaque cornea excidentis. Ceterum pro rorptionis ruptionisue magnitudine, plus minusue uueam tunicam procidere necesse est, ex quo fit ut hic affectus pro variis eius differentiis, varia quoque nomina sortiatur. Cum enim prolapsus paruus est, μικρὸ φάλορ dicitur: cum ampliùs & εὐςq; creuit ut acinum uuea representet, σαφύλωμα nuncupatur: sin autem plurimū creuerit, ut etiam palpebras excedat, μῦλον. Quòd si portio ea tunica uuea præterquam quod procidit, etiam duritiem callumque contraxit, composita iam quodammodo affectio est, & ἄλος, hoc est, clauus uocatur.

ἐκ προσερχῆς. ἢ βραχὺ, hoc est, sensim apud Hippocratem, ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξείων, καὶ ἐν τῷ περὶ ἀγῶν.

προσέθρῳσις. Hippocrati idem est quòd ἡ διάρρησις, hoc est, ossium apertè motorum commissura naturalis. uide διάρρησις.

προσέτρισις. est longiorum membranarū ad vicina loca applicatio, ut scribit author definitionum medicarum.

προσέχει ἢ νοῦσις. apud Hippocr. ἀπὸ τῆς παραμύθια, ut explicat Galenus ἐν τοῖς γλωσσαις.

προσέχης αἰτία. continēs & proxima causa quæ & λωχῆς & σωτικῆς à Galeno appellatur. uide αἰτία.

προσέμιον. participium quidem est, attamen eo simpliciter posito Hippocrates balanum aut pessum designat lib. 1. τῶν ἐπιδημιῶν, ut comment. 3. Galenus annotauit.

προσθεσις. appositio. Est adiectio eorū quæ corpori ad sanitatem desunt, pars scilicet medicinae altera, quam nonnulli celebres quidem medici definiuerunt esse πρὸθεσις καὶ ἀφαιρέσις,

ἀφαιρέσειν, id est, adiectionem & detractionem.

Est & πρῶτης naturæ opus ad nutritionem necessarium, quo alimentum parti nutriendæ apponitur. Postquam enim succus is, qui omnem animalis particulam nutriturus est, à vasis excidit, in totâ eam primùm dispergitur, mox in halitus speciem adiungitur, hoc est, apponitur parti nutriendæ, deinde agglutinatur, demum assimilatur. Ac adiunctionis quidem atque agglutinationis differētiam euidenter prodit genus illud hydropis quod ἀνασείρεται dicitur, in quo humor ad partem affluēs apponitur quidem, nec tamen, quod aquosior sit, adhærescere potest.

Πρόσθετα φάρμακα. dici quidem possunt in vniuersum topica omnia medicamenta & quacunque partibus dolentibus admoueri possunt, propriè tamen ea dicuntur quæ in vellere naturalibus mulierum admouētur, intrâque eorum sinum reconduntur, siue ad mouendos menses, siue ad sistendos, siue aliam ob causam, quæ tamen magis vsitato nomine πικρά vocari solent.

Προσκλημάτα. aspersiones. Remediij genus est quo facies ægri aqua perfunditur. Quod quia commodè fit per spongiam, iccirco species est τῆ ἀκρωσισμοῦ. Usurpatur autem non tantùm ad sordes faciei eluendas, sed etiam ad spirituum exolutorum renouationem atque reuocationem, æstate quidē & in ardentibus febribus frigidam, hyeme verò egelidam affundentes. Quod ne immoderatiùs fiat cauendū est, præsertim in iis qui sunt capite imbecillo, quod indè coma promptissimè inducatur. Eo remediij genere in ipso ardentis febris vigore utendum præcipit Archigenes, non solum faciei verùm etiam pectori spongiam aqua madentem adhibens.

Προσκολλίματα λεπιδώδη. agglutinamenta squamosa, siue in squama modū facta, sic dicuntur commissuræ ossium temporalium cum ossibus sincipitis siue bregmatis, quas sic veteres potiùs quàm suturas nominare maluerunt, quod non mutuò quidem in sese insertis ossibus, sed inter se coherentibus in squamarum similitudinem fiant. vide λεπιδώδεις.

Πρόσθετος. apud Hippocratem significat congressum siue coitum cum muliere, ut annotat Galenus comment. 3. in 6. τῆ ἰατρικῆς.

Πρόσσεισις. extensio. vox obscura apud Hippocrat. inquit Galenus comment. 5. lib. 6. τῆ ἰατρικῆς, quo loco Hippocr. scribit γλῶσσαν ὁμόχρου τῆσι πρόσσεισι, διότι τὰ ἄνω γινώσκοντες τὸ χυμῶδες. Aliqui enim de humoribus intelligunt è ventriculo erumpentibus, alij humores in lingua concretos, alij eos quibus ipsa perfusa est. Galenus verò hæc omnia eo nomine comprehendit, ut eo nomine omnes succi quoquomodo linguam attingentes intelligantur.

Πρόσθετος. dicitur tam in manibus quàm in pedibus pars ea carnosâ quæ inter earum partium canū & digitos attollitur: in manu σῆθος χειρὸς, in pede σῆθος ποδὸς vocatur.

Πρόσφυσις. agglutinatio, siue adhærentia. Opus est facultatis nutritoriæ alimentum nutriendæ parti sic adaptantis ut illi adhæreat. Priusquam enim nutrimentum assimilatur, agglutinari siue adhærescere necesse est, sicut etiã ut agglutinetur appositum esse prius oportuit. Nam postquam succus is qui omnem animalis particulam nutriturus est è vasis excidit, in totam eam primùm dispergitur, mox adiungitur, deinde agglutinatur, demum assimilatur. Differre autem inter se ἰσομειωσις καὶ πρόσφυσις, id est, assimilationem atque agglutinationem docet vitiligo illa quæ λευκὴ dicitur, in qua adhærentia quidem nutrimenti facta cernitur, non tamen assimilatio, sicuti

Bb

DEFINIT. MEDIC.

etiam adiunctionis atque agglutinationis differentiam prodit genus illud hydropis quod ἀνασίδερα vocant. Siquidem in eo apertissimè affluentis nutrimenti appositio quædam fit, quod tamen, propterea quòd aquosius adhuc est, nec ad succū sufficienter redactum, nec lentitiam glutinisque cōsistentiam, quæ naturalis caloris opè prouenit, adeptum, adherentiam consequi nō valet. Etenim ut agglutinatio fiat, oportet ea quæ agglutinari debent nec plus æquo dura esse, nec nimis humida & fluentia, sed mediocriter lenta & tenacia, & in eo loco consistere ubi assimilanda sunt.

πρόσδερα. si sine iota subscripto legatur, significat πρόσδερα, hoc est, graueolentius: si uerò cum iota πρόσδερα scribatur, significat tumidius ἀπὸ τῆς οἰδέου, ut scripsit Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις.

πρόσωπον ἢ

πρόσωπός. sic dicitur à quibusdam ἢ ἄρκιον, quoniam eo veteres in tragædiis personas sibi conficerent, quam ob rem etiam à Latinis personatæ nomen inditum est.

πρόσθρον. facies, vultus. Dicitur id totum quod fronti subest, ut ait Iulius Pollux, vel ut Aristoteles, pars quæ caluæ subiecta est anteriore parte: sic enim præter oculos, nasum, genas, os, mentum, & auriculas, frontem quoque comprehendit. De homine tantum dicitur, quòd cum unus animantium erectus sit, solus antrorsum prospicit, vocemq; ante versus emittit, quasi πρόσθρον ὄπωρον. Ἀπὸ γὰρ τῆς μόνου ὄρθου εἶναι τῆν ἕωρον, μόνου πρόσθρον ὄπωρον, καὶ πῶς φωνῶν εἰς τὸ πρόσθρον ὁρατῆρα, ut ait Aristoteles lib. 3. de partibus animalium. Quod autem in homine πρόσθρον est, id in brutis πρόσθρον appellatur, in auibus autem ἑάμφρον καὶ ἐνύχρον.

πρόσθρονοι. apud Hippocrat. ἀντὶ τῆς προτεινοῦς, hoc est, protendentes, ut scribit Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις.

πρότμους. à quibusdam dictus est umbilicus, quòd primum in infante refecetur.

πρότρεπιδω. apud Hippocrat. ἀντὶ τῆς μεταβάλλειν, hoc est, transmutari, ut explicat Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις.

πρότροπον. est mustum, inquit Plinius, sponte defluens, antequam calcentur uua. Potest & uinum appellari ratione generis, ut apud Dioscorid. lib. 5. ὁ δὲ ἐκ τῆς θηλαστικῆς δεισις σαφυλῆς, ἢ ὑδὶ τῆν κλιματὶ ὀπιηδεις καὶ τεβομλῆς γλυκὺς καὶ λούμιος κρηπικός, ἢ πρόσθρον ἢ ἑάμφρον. Item apud Aëtium lib. 9. cap. 24. σκυβελίτης δὲ οἶνος ὄβριμ, ὁ αὐτομάτως ἀρσάζων ἐκ τῆν ποιηθεισῶν σαφυλῶν, καὶ τὸν οἶνον ἀρβαλλουσῶν. Porro appellatio protropi, siue musti, siue passi, seu uini dicere mauis, Græcis ab eo deducta uidetur, quòd calcaturam & prælum sponte effluendo præuertat, hoc est, ἀπὸ τῆς πρόσθρον ἢ ἐκπίεσθαι, vel quòd sponte fluens, reliquum mustum præueniat. Quam etiã ob causam quidam ab aliis πρόσθρον appellatum fuisse existimant. Columella hoc ipsum, Mustum lixiuium vocauit, apta nominis translatione ab ea quæ primò priuatimque lixiuia dicitur. Ut enim in ea per colum madete cinere paulatim distillat aqua, ita & hoc musti genus, per se antequam prælo subiiciatur uua paulatim defluit, & reliquum mustum præuenit.

πρόμυρον. prunus sylvestris in Asia sic appellatus est, ut scribit Galenus.

πρόφασίς. sæpè sic dicitur ab Hippocrate causa quæ euidentè manifestaque est, ut pluribus in locis Galenus explicauit. Interdum uerò eo nomine omnes simpliciter causas vocat, & aliquando etiam eas, vulgi more, quæ falso causæ esse existimantur, ut idem annotauit comment. 1. in lib. 1. τῆν ὑδὶ δαμῶν.

πρόφυλακτικῆ.

πεφουλακικὴ. pars est τῆς ὑγιᾶς, tætur enim sanitatem. Tota consistit in causarum, quæ morbum alioqui facturæ erant, ablatione, hoc est, tota circa humores præcipuè negotiatur. Siquidem maximæ præcipuæq; impendentis morbi causa humores sunt lentissimi, crassi, multi, valde calidi, frigidi, mordaces, putres, pestilentes, aut alia quadam vitiosa qualitate præditi. Quæ ergo iis adhibetur prouisio, lentos incidendo, crassos tenuando, multos vacuando, calidos refrigerando, frigidos calfaciendo, mordaces contemperando, putres & pestilentes immutando, ne morbum gignant, πεφουλακικὴ appellatur. Ex quo apparet, τῆς ὑγιᾶς partem esse. Cùm enim ratio tuendæ sanitatis versetur vel in tutela hominis optima valetudine fruuentis, vel eius qui iam iam in morbum cadere paratus est, prophylactice secundum hoc munus sibi asciuit. Iam enim in corpore subest latetque morbi causa, eumque mox excitatura est, nisi citissime tollatur, cùm nulla adhuc sit eiusmodi causa in eius corpore qui optima præditus est valetudine. Talis quidem propriè ἡ πεφουλακικὴ est. Verùm tamen etiam cura quæ sanis & congenitam sanitatem retinentibus, siue ea perfectæ absolutæque sit, siue ab optima parum declinet, adhibetur, τῆς πεφουλακικῆς nomine appellatur, quod sanitatem in suo statu conseruando, futuros morbos declinet. Quinetiam si quis iam egrotare cœpit, morbusque in ipso, ut dicitur, fieri adhuc est, nec longè progressus; tamen si eiusmodi prouisio ad therapeuticam propriè pertinet, pars tamen quodammodo τῆς πεφουλακικῆς dici potest. Cùm enim morbus iam factus est, nullaque causa superest quæ morbum faciat, tunc sola iam facti morbi curatio relinquitur: ubi verò quæ subest in corpore causa nondum morbum peperit, eius sublatio ad prophylacticen attinet: cùm verò iam aliquid egit, aliudque in super factura est, mistum iam quodammodo hoc opus est ex præseruatione & curatione. Quod enim morbi iam factum est, curatione tolli debet: quod verò faciendum restat, per prophylacticen arcendum est. At nullum huic operi propriè inditum nomen est, quo coniunctam cum præseruatione curationem designemus, sed pro vincere opere, vel curationem, si morbus iam longè processit, vel præcautionem, si intra initia sua consistit, appellamus. Sic quidem Galenum interpretari oportet extremo libro artis parua, ubi scribit τῆν πεφουλακικὴν triplicem esse in genere differentiam: primam quidem hominis qui integra fruitur sanitate, secundam eius qui non integrè valet, tertiam verò eius qui iam egrotat.

πεφουσις. βλάστημα, hoc est, germinatio, apud Hippocr. ut explicat Gal. ἐν ταῖς γλωσσαις.

πεφουσικὴ δυνάμις. propulsoria facultas. Eadem omnino cum expultrice quæ propriè ἀκρῆτικὴ dicitur, videtur tamen πῶς πεφουσικῶ Galenus magis usurpare in ea facultate quæ uterus utitur in propellendo fœtu, lib. 3. facul. nat.

πεφουσις. pars ea per quam ventris excrementa exonerantur. nomen habet πικρὰ ἢ πικρὰ δειρὸν ἐκ τῆς τῆς γαστρὸς. dicitur & κῶλος, & δακτύλιος, & σιφῶν, & τράμις, & κύσαρος, & ἀρχὸς, & ἔσρα.

πεφουσις. est collyrium principio suffusionum & ad omnem visus hebetudinem, & ad cicatrices, & ad callos efficax. Triplex habetur eius descriptio, neque enim consentiunt Galeni, Aëtij & Pauli compositiones.

πεφουσις γαλα. dicitur lac quod statim à partu mulctum est, quod cinere calido modicè tepefactum citra coagulum statim concrefcit. Id veteres comici, ut scribit Galenus, πειλάτω, in Asia πειλάτωρ appellabāt: hoc autem purum lac est, nihil alienæ qua-

DEFINIT. MEDIC.

litatis admixtum habens: attamen addendum cum melle consulit Aëtius, aliàs cōcoctū difficilius est & crassioris succi, tardiusque in venas subit.

περὶ τὸ γόρου. sic dicitur à nonnullis ἢ ἀέζωρον, siue sedum maius auctore Dioscoride.

ῥεσὶ τὸ ἔρυντος ἔρυντιν. resina genus sic vocari apud Lacedaemonios auctor est Galenus lib. 3.

ῥῆν κῆ ρεῖν, eandemque ab aliis κωτὸ ἔρυντος dici, quod tūm prima, tūm sponte fluat. In Cilicia, ut idem ait, κα πέλαιον appellatur. Ea liquidis omnibus resinis tūm liquidior, tūm calidior est, & partium tenuitate praestat.

ῥεσὶ τὸ σικκος κενία. hoc nomine designatur lixiuium proprie in quod parandum calx ad cinerem quemcumque additur. Id autem adurit, & clysterium potissimum medicinis miscetur, ut Paulus lib. 7. prodidit.

περὶ τὸ τοῦσι. dicuntur caules brassicae teneriores, quos & asparagos dici Galenus lib. 2. de alimentis auctor est.

ῥταρμηκὴ. frutex est surculos habens paruos, multos, rotundos, abrotano non dissimiles, & circa eos folia oleae longa, multa, & in cacumine capitulum, uti anthemidis, paruum, rotundum, quod suo acri odore sternutamentum excitat quod & flores efficacissimè praestant. Officinis & herbariis pyrethrum sylvestre dicitur. Calfacit & siccatur, viridis quidem secundo excessu, arida verò tertio.

ῥταρμηκὸν φάρμακον. sternutatorium medicamentum. Est acre medicamentum, quod naribus inditum sternutationem mouet. Acre & mordax omnino sit oportet quod facultatem cerebri expultricem irriter. Ea namque offensa medicamentum acrimonia, nitensque à se quod molestum est depellere, sternutamentum edit. Est autem medicamentum id genere ἔρυντος, in hoc ab aliis differens, quae naribus adhibita citra sternutationem pituitam à capite detrahunt. Eiusmodi facultatem habent cuminum Aethiopicū, piper, struthion, castorium, zinziber, uetacrum, euphorbium, cyclamini succus. Debent autem exigente usu contundi & cribrari, & intra nares penna, frictione, aut aliter prius irritatas & concalescitas vel digito vel arundine immitti.

πταρμηδὸς. sternutatio. Est motus cerebri quo per nares cōfertim acto spiritu nititur sibi molesta expellere. Recensetur à Galeno inter deprauatos motus voluntarios actionis animalis motricis, ut & cōuulsio & tremor & rigor & tussis & pādiculario, atque in illo symptomatum genere ponitur in quibus causa aliqua praeter naturam sit quae eam ad tale opus extimulet. Ea autem est excrementum mordax, nares aliosque respirationis meatus aut vetriculos anteriores cerebri & cōtinua iis olfactus instrumenta & ossa ethmoidea obstruens, vel flatuosus aliquis spiritus in cerebro cōtentus. Quae cerebrum ut à se depellat, geminam adhibet expirationem, unam quam per se facit, per ossa ethmoidea, alteram vero per nares, neruis, ut Galenus ait, ceu manibus praelongis in thoracem demissis utens, & spiritum unico impetu ex pulmone & capite vehementer & cōfertim emittens. Exit autem, ut scribit Hippocrates, angusta via, ideoque sonus ille fit qui inter sternutandum exauditur. Quamquam non solus flatu est cerebro erumpens eum exciter, verum ille etiam qui sursum è pulmonibus fertur. Quamobrem capiti vaporibus pleno sternutamentum conducit plurimum, nisi à distillatione factum sit, atque interdum ex accidenti remedio est singultui, ut habetur Aphor. 13. lib. 6. propter valentiosem motum musculorum epigastrij, causam singultus simul expellentium. Cum enim ad sternutamentum ciendum expultrix vis ad vehementiores motus se comparet, atque in eo conatu abdominis muscoli intenti appressisque ventrem

ventrem unà comprimant, plerumque fit ut unà quoque expellant ea quæ in ventre & gula singultus causa sunt. Nec verò dissimilis ratio est in iis depellendis quæ pulmones malè habent. Est enim sternutamentum interdum eorum remedium, facta scilicet magno cum impetu expiratione, quæ secum rapiat quicquid pulmonibus inhærescit. Id plerofque mouit, ait Galenus, ut in pulmonis morbis sternutationes cicerent. In quo tamen diligenter attendenda est Hippocrat. sententia ab eo scripta in Prognost. in omni pulmonis morbo sternutationem vel præcedere, vel subsequi malum esse. Ea namque pulmones mouet atque exagitat, quos in quiete, ut & omnes quæ laborant particulas, continere expedit. Ex quo patet sternutamentum per se pulmonibus esse inimicum, temerariamque esse pulmonis per sternutamenta curadi rationem, quæ per accidens tantum, & fortuito prodesse valeat. Causa eadem est cur Hippoc. Aphor. 35. lib. 5. Mulieri ex utero laboranti aut difficulter parienti sternutationem conferre scripserit, atque alibi consuluerit, ut secundæ ex utero procidant mouendas esse sternutationes. Compressis enim magna vi musculus epigastrici & spiritus à superis ad infera violentius depulso, accidit interdum ut & fœtus & secundæ loco moueantur. At verò sternutamenta per se caput leuant, & grauedini, caro, lethargo, apoplexiæ medentur, quòd causam morbificam è cerebro abigant. Ea autem, sicut in initio proposui, spiritus est flatuosus, vel solus, vel cum alio humore acri & mordaci interdum sensibili & conspicuo, aliàs tenuiore & visum fugiente mistus. Quem quidè Hippocrates sternutamèti causam agnoscens, scripsit Aphor. 51. lib. 7. eam fieri ex capite concalescèto cerebro vel humectato inani quod in capite est, breui sententia flatu omnium ortum explicans. Nam cum flatu generatio fiat ab imbecillo calore in subiectum humidum, patet eum duabus summis de causis excitari. In frigidioribus enim naturis ubi non est magna satis caloris vis ad mouendum flatum, cerebri cõcalescètio eum mouet: in calidioribus autem, in quibus propter caloris exuperantiam tota flatu materia discutitur, si cerebro superfluis aliquis humor accedat, cui concoquendo impar sit calor cerebri, facillè indè ventriculi cerebri, & si quæ sunt in eo inania spatia, flatu replentur. Itaque duæ causæ flatuum, calor & humor ab Hippocrate eo Aphorismo statuuntur, quæ sola intra cranium posita sternutationem mouent. Sunt verò & aliæ quædam externæ, ut medicamenta *πυρρῆ* vocata, & aer aliquando ex pulmone sursum elatus compresso conferuntur thorace.

πυρρῆ. calx. Est os pedis omnium maximum, parte quæ ingreditur leniter rotundum & latiusculum, posteriore tibiæ rectitudinem longè excedens, inferiore astragalo, anteriore ossi scaphoidi inarticulatum. Ex partibus eius anterioribus quæ quidem è regione magni digiti sita est, astragali capiti subiucet, neq; cum altero osse copulatur. At eius extremitas quæ minimo digito responderet, cum osse quod *κωδοδῆς* dicitur per *συνarthρῶσι* coniungitur. Os autem calcis quæ parte rotundum est, asperum etiam & inæquale cernitur, eamque in partem tibiæ ossis & tali ligamenta inseruntur.

πυρρῆ. ala, vel potius parua ala: videtur enim diminutiue dictum à *πυρρῆ*. Sunt autem *πυρρῆ* proprie volucrum ala; dura quidè & fibrosa, sed pauci excrementi & salubres. Iuducta vox est ad alia, ut ad hominè in quo *πυρρῆ* appellatur exteriores & infimæ nasi partes motu prædita. Sunt autem cartilaginea tenuiaq; corpuscula, ab utroque latere adnata, in quæ exigui duo musculi à malis prodeun-

DEFINIT. MEDIC.

tes, utrinque singuli inferuntur: hi nasi alas adaperiunt: qui autem eas contrahant, nulli sunt, quòd eas propter respirationem non expediat concludi: verum cum eas aperientes muscoli ab actione cessarint, redeunt illae in naturalem statum & conuenienti modo patent. Similiter & in mulieribus πηγύια appellari eminentias illas duas uteri sinum ambientes scriptum reliquit, quisquis ille est Introductionis seu Medici author. Ab eiusdem etiam alae similitudine πηγύιοι duplex & in diuersa humani corporis parte factum malum indicat. Vt enim alae in volantibus ab humeris extensae aperiuntur, sic in his quae mox exponemus mala ab angulo clausurae aliqua progredientes inutiles membranae & caruncula oculis & digitis nocent. Ac primum quidem de oculorum πηγύιοι dicamus. Est autem id nervosa adnatae oculi membranae excrementa, exoriens ab angulo & ad pupillam inde perueniens eamque obtenebrans. Saepius à narium, interdum etiam à temporum parte nascitur, rarissime à superna aut inferna palpebra. Aëtius autem lib. 7. definit πηγύιοι esse cum album in oculo supra modum augetur, aut caro supercrescit, ex scabra quadam lippitudine aut assiduis fluxionibus. Latini id mali genus unguem vocant, ut ait Cels. lib. 7. cap. 7. quòd humano ungui, ut credimus, progrediens nervosa ea membrana similis sit. Quod verò in hominis pedibus manibusque πηγύιοι fit, est incrementum carnis, quae partem unguis integit. Nascitur potissimum in pollicibus, pedum quidem ex offensione plerumque, manuum autem ex neglecta reduntia & post inflammationem in pus mutata. Siquidem hoc temporis spatio unguis radicem exedit, ipsumque unguem corrumpit, aliquando totum, interdum dimidium. Est cum & os corrumpit, graui cum odore, digitusque per summa dilatatur & liuet.

πτερυγίδης. alatus. Is dicitur cui scapulae sine carne nudaque sunt, & alarum instar prominent, retrorsumque producuntur.

πτερωδεις siue πτεροφιδεις. dicuntur duae apophyses ossis σφλωσδδους quas ad cranij basim extra ipsum emittit. Sic dictae sunt quòd alarum modo promineant.

πτερες. sic dicitur à quibusdam & ἀσπλωοι, ut habetur apud Dioscoridem.

πύλοι. dicuntur, inquit Galenus lib. 14. meth. med. quibus perière ex ciliis pili. Alij verò non omnes simpliciter quibus ñ pili deciderunt πύλοι vocandos censent, sed quibus praeterea adiuncta est crassities, callositas ac rubedo palpebrarum, quòd aliter inter eos qui πύλοισι & eos qui μύλοισι laborant non liceat distinguere. Est enim utrisque commune pilorum defluuium, ut suis locis videre potes.

πύλωσις. est defluuium pilorum è palpebris crassis callosis & rubentibus. Aëtius scribit compositam esse affectionem ἐκ τῆς μαδαρώσεως καὶ τῆς σκληροφθαλμίας: non enim simplex pilorum defluuium est, sicut ἡ μαδαρώσις, sed praeterea palpebris & oris praesertim earum accedit crassities, callositas & rubor, quae sunt τῆς σκληροφθαλμίας symptomata. Nec verò refert his scrupulosius inquirere quis in proposito affectu morbus sit, quae verò symptomata. Galenus in ptilosi ut & in ophiafi & alopecia, defluuium pilorum videtur morbum constituere, in eorum morborum organicorum genere positum quae in numero partium deficiente consistunt. Paulus contra symptoma videtur facere, & morbum ipsam crassitiem & callositatem palpebrarum, positam sub eo genere morborum organicae partis qui in formae corruptione consistunt.

πύλωσις. ptisana. Propria est hordei decorticati appellatio, & τῆς πύλωσις, quod pifere & decorticare significat, quoniam hordeum tundendo deglubetetur, ac suo cortice castratum

stratum ita conderetur. Mundatum hordeum officinae vocant. Tunditur enim hoc non molitur. Ac veteres quidem primo in corbibus perfusum aqua hordeum dum tumeret, in sole siccabant, mox in pila ligneo pistillo tantisper tundeant, dum corticem glutinamque exuisset, & ita ut diu perennaret, reponerent. Aliqui verò hordeum prius aqua madefactum, dein sole resiccatum in pila tundeant, & suis glutinosis explicum molebant, fatinam in sacculo coactam diutissime discoquebant, ita abigi vim flatum existimantes, atque resiccata & in offas cornuolutam ad usum sorbitionis seruabant. Alij verò, ut refert Const. Casar lib. 12. de agricult. hordeum maceratum, purgatum, decorticatum & in sole siccatum, rursusque pistatum, secundo etiam ad solem exiccabant, cumque reponere volebant, id quod ex ipso tenue inter pistandum decussum erat, ei aspergebant, quod ita ipsum defendi cōseruarique animaduertissent. At quamuis proprie ex hordeo ptisana pararetur, attamen ex alijs etiam frugibus eam confici solitam annotatum est, ut tritico, alica, zea, oryza, lente, sed quam non simplici ptisanæ nomenclatura, sed addito frugis ex qua constaret nomine, πιαστέλιω περὶ τῶν, ῥοδὸν πιαστέλιω, τὸν ἐν ζείω ἢ ὀρύζῃ πιαστέλιω, φανα πιαστέλιω, & aliàs aliter appellabant. Sic ergo parata ptisana recodebatur, optimo quidem & saluberrimo instituto, quod utinam à nobis neglectum non esset, cumque usus exigebat in aqua coquebatur. Coquendi autem ratio alijs atque alijs diuersa fuit, sed Græcis maxime vulgata hæc est, quæ Galenus lib. 1. de alimentis annotauit, Coquitur ptisana portio in aquæ decem, vel, ut ait Paulus, quindecim partibus, dandaque inter coquendum opera est, ut quàm amplissime intumescat. Quæ enim multum citoque intumescit optima censetur, ut contra quæ longo tempore parum tumet pessima. Cum autem in tumorem sublata est, aceti momentum infunditur, deinde olei exiguum, quod tamen etiam per initia iniici potest. Cum ad exactam coctionem peruentum erit, friatus sal inspargi debet, neque aliud præterea miscendum est, nisi forte anethi aut porri paucillum. Et talis quidem est optima ptisanæ coactio. Ab ea multum aberat quæ plerique alijs multis superfluis imperite coctiebant, alij namque amyllum, alij saram indebant, alij mel & cuminum, cinnamum potius quàm ptisanam parantes. Nec defuit illis forte ratio, quod sic hordei crassitiem tenuari, lentorem incidi, flatum discuti arbitrarentur. Nos multo antiquis delicatiores, & ipso Apicio qui lib. 4. de opsoniis superfluum eiusmodi ptisanæ condituram recenset, in gulæ studio superiores, sprete iis omnibus, amygdalis intritis & saccharo, salæque modico contenti sumus, quibus vis quidem aliqua inest aduersus hordei crassitiem, lentorem & flatum, sed porro & anetho longè impar: faciunt enim hæc non modo ad palatum & gratiam, sed non parum etiam ad salubritatem conducunt. Caterum sic cocta ptisana, iam non ptisana, sed πιαστῆρος χυλός, ἢ ῥόφιμα, hoc est, ptisanæ cremor aut sorbitio appellatur, seu quod idem est, ptisanæ ius vel succus. Quinetiam ius decocti integri hordei in aqua tantisper dum coctione dissiliat, hordei cremorem Celsus vocare solet, qui biliosis & incandescenibus propinatur febribus. Ptisana laudes Hippocrates uno volumine prosequutus est, eam omnibus sorbitionibus præferens, quoniam lenis & lubrica ex facili hauriretur, quoniam sitim arceret, quoniam in aluo non intumesceret, quoniam facile redderetur, & assuetis is solus cibus in febribus bis die dari possit, multum remotus ab iis tum qui medicinam fame exercent, tum qui agros ciborum copia obruunt. Est enim ptisanæ succus alimētum medijs generis, tenue à Galeno di-

DEFINIT. MEDIC.

- Etum, quod vires nec onerat ut plenus victus, nec ut tenuissimus dissoluit.*
πυελίδαμ. apud Hippocr. in Prothet. non aliud significat quam frequenter spuere, vel os assidue spuro plenum habere.
- πύελον ἢ**
πύσμα. sputum. Est excrementum tussiendo vacuatum. Cum enim superfluum aliquis humor thoraci, pulmonibus, aspera arteria, gutturi, aut alicui instrumento respirationis molestus est, eum natura tussi propellere nititur, sputumque mouet, signum proprium affectionum quae partes eas infestant, & concoctionis quam victrix natura vel oppressa molitur. Sputum enim album, laue, aequale, facile, quodque morbum leuat, concoctionem & naturam victoriam significat, quod autem eiusmodi non est tantò peius censetur, quantò magis ab optimo abest. Has duas sputorum differentias, ut sunt natura distincta, ita nominibus medici distinxerunt, sicut Galenus lib. 1. de Crisib. annotauit. Quod enim optimè concocti sputi notas gerit, πύελον: quod verò sanguine aut altera bile respersum mistumue fuerit, aut spumofum aut aliter vitiosum, πύσμα potiùs dixerunt.
- πύσις.** vitium est oculi quod alio nomine magisque medicis usitato φαλάγγσις appellatur, ut scribit Aëtius lib. 7. cap. 68.
- πυγμα.** mensura est sex digitis breuior quam cubitum, quod à Græcis πύγυς appellatur. Est autem spatium quod est à cubito ad digitos clausos, sicut exponit Pollux. Nam quæ ab eo ad digitos inflexos est πύγων appellatur. ἀπὸ τῆς πυγμῆς Pygmaei dicti sunt, ut author est Eustathius Homeri interpretes.
- πυγρ.** mensura est quatuor digitis breuior quam cubitum, quod à Græcis πύγυς nuncupatur. Est autem spatium quod est à cubito usque ad extremam manus partem cum digiti inflexi fuerint, sicut exponit Hesychius. vide supra πυγμα.
- πυγά.** nates, quæ & γλουτοὶ dicuntur.
- πύλας,** à quibusdam dicitur ἰ χράνη.
- πυθμινόδερ.** apud Hippocr. ἀπὸ τῆ οὐδ' ὄλωσ, nullo modo. sumptum nomen à fundo vasorum, sonatque perinde ac ὀλοκλήρωσ, τελίωσ, παντάπασιμ, ἰζαρχίωσ παντελῶσ, ut scribit Galenus ἐν ταῖς κλωσῆσ.
- πυκνόν.** densum. duobus modis dicitur, uno propriè, quod meatus per totum paruos obtinet, ut silex & marmor. sicut è diuerso ἀραιόν, hoc est, rarum quod eosdem magnos habet: altero autem per metaphoram siue abusum de coacto dicitur, siue compacto, ut & rarum de laxo: hac enim ratione aquam & terram densas, aërem & ignem raros dicimus, scilicet ad elementa ipsa translatis appellationibus quæ tamè & unita sunt, & ex similaribus natura partibus constant, nec ullos eiusmodi meatus sortita sunt.
- πυκνὸσ σφυγμὸσ.** creber seu frequens pulsus. Dicitur quando breue tempus est inter diastolen & systolen, siue, ut definit Paulus, cuius media quies paruo durat tempore. Sumitur hac differentia à tempore quietis, seu à quantitate temporis quietis. Huic oppositus est ἀραιὸσ, hoc est, rarus pulsus. Hic neque valide neque imbecille facultatis est proprius, utriusque enim accidit. Nam si facultas valida est, calorque multum increuerit, adeò ut maximus pulsus fiat: si arteria distentio tanta fuerit, quanta maxima esse potest, sed quæ tamen tanto calori refrigerando non sufficiat, tunc necessarìò cum magnitudine celeritatem atque etiam frequentiam inducet, ut id quod una diastole

diastole non potest, pluribus consequatur, sicut antè de magno pulsu dicentes annotauimus. Id quod etiam ex ira & balneis calidis pulsus ostendunt, qui cum magnitudine & uehementia habent etiam frequentiam. Sapissimè tamen fit creber pulsus ab imbecilla facultate, cui crebritas peculiaris est non aliter, quàm celeritas ualida. Vt enim motus omnis, ita & pulsus creber ex defectu & facultatis impotentia euadit, cum scilicet vsui impar est neque eum assequitur. Quod enim uno motu non adipiscitur, id pluribus cogitur supplere, quemadmodum ipsa respirationis interdum manifestò docet.

πικνωσις. densitas, condensatio. Est obstructio meatuum corporis, facta à refrigerantibus, astringentibus & siccantibus. Sed & calidior aqua, ut ait Gal. 7. meth. med. cutim densat, eam urens & contrahens. Id quæ efficiunt **πικνωσις** appellantur, sed largiùs paulò sumpto nomine quo **στυγωσις** etiam continentur.

πικνωσις φάρμακων. densantia siue condensantia medicamenta. Dicuntur ea quæ poros contrahunt, frigida sunt & aquea, sed non terrea neque aërea, ut quæ **στυγωσις** propriè appellantur, quibus vis inest uasorum oscula claudendi. Vt enim sine differunt inter se (hæc enim uasorum orificia cohibent & sensibiles excretiones supprimunt: illa uerò corporis poros densant & insensilem transpirationem retinent) sic & facultatibus. Est enim **στυγωσις** magis terreum & adstringens, **πικνωσις** autem magis aqueum. Itaque debiliùs & contrahit & constringit propter mollitiem. Quippe quicquid ualenter constipat constringitque, robur quoddam tenitens & durum habeat oportet, quo cum careant medicamèta nature magis aqueæ, tenues quidem poros in unoquoque corpore contrahunt atque condensant, ceterum instrumentum undiquaque totum constringere nequeunt. Huius generis est aqua frigida, semperuiuum, portulaca, tribulus uiridis, psyllium, myosota, lenticula palustris, & omnia breuiter quacunque refrigerant, sed non adstringunt. Opponitur **στυγωσις** **πικνωσις** **τῆ ἀραιωτικῆ**, sicut **στυγωσις** **τῆ ἀκρομυτικῆ**.

πικτή. dicitur lac coagulo cōcretum, cui dempto sero mel additum est. Ventrem subducit, maximè si serum adiectum fuerit.

πυλαί ἡ

πυλαί ἡπαιτος. dicitur porta hepatis seu pars sima hepatis. Ex hoc uena illa magna, quæ à sima parte hepatis exoritur, ἡ ἰδιὸς τὰς πύλας, uel **μεγάλη ἰδιὸς πύλας** appellatur, quæ etiam rationem sequenti anatomici Latine uenam portam appellarunt, rectiùs, opinor, si uenam portam dixissent. Est enim hac parte ingressus chyli in iecur, sicut in gibba sanguinis ex eo egressus.

πυλοῦς. est meatus inferior uentriculi per quem excrementa è uētriculo in intestinum emittuntur. Cum enim ima uentriculi pars paulum in dexteriolem partem conuersa in summum intestinum coartatur, iuncturam hanc **πυλοῦς** Græci uocant, quoniam porta modo in inferiores partes ea quæ excreturi sumus remittit. Sunt autem ea primæ concoctionis in uentriculo peractæ excrementa, liquida quidem & facile dilabentia, nisi intus clauso pyloro retinerentur. Qua in re parem habet cum ore uteri functionem: ambo enim pariter clausa cōtinent, quod aperta remittunt. Eam ob causam pyloros angustior multò factus est quàm os uētriculi superius quod **στόμαχος** dicitur. Ad eum è bilis uesica, ut scribit Gal. lib. 6. de anat. administ. meatus dirigitur, bilem in fundum uentriculi emittens.

DEFINIT. MEDIC.

ῥυζικαιδα. à quibusdam dicitur ὀσάλευος, ut habetur apud Dioscoridem.

ῥυζις. nomen est unguenti acopi cui præcipua vis est emolliendi. Valet autem ad omnes inflammationes. Sic dictum est quòd in vase buxco optimè seruetur. Describitur à Paulo lib. 7. cap. 19. & ab Aëtio lib. 15. sed diuersis paulò ponderibus.

ῥυορ. pus. Est humor putris, partium spermaticarum substantiæ magna ex parte assimilatus. Humorem esse sensus ipse ostēdit, quod in modum humoris diffluit. Nec verò humor tantum est, verum etiam ex humore habet originem, qui in partē inflammatione laborantem decumbens & per inania eius spatia diffusus, oclusis undique meatibus perspiratione intercepta computrescit, perinde atque alia omnia, quæ perspiratu carentia & alieno in loco vehementius incalescunt. At non semper par est putredinis modus. Si namque nativus partis calor valdè imbecillus est, humor permultum putret, omniæque à natura plurimum aliena nanciscitur, fætores, nigredinem & substantiæ inæqualitatem. Sin autem robusta sit facultas concoctrix, eiusque calor vegetus, parua admodum putredo sit, & minimus qui putredinem sequi solet, fætor. Vitari tamen in totum putredo non potest, etiam si valida partis eius facultas concoctrix eum humorem qui in parte inflammata computrescit, conetur omnibus modis in substantiam partis spermaticæ conuertere. Id enim ne assequatur, calor præter naturam in humore putrente iam conceptus impedit. Qua in re causæ duæ, una secundum naturam, altera præter naturam, inter se certant, quatum quæ superior euaserit, notas suas in pure imprimit, suamque victoriæ odore, colore & consistentia testatur. Si namque pus album, læue, æquale, & minimè færens euasit, coctricem eius partis facultatem, calorēque nativum validū esse significat, qui humorem iam putrentem in partis spermaticæ substantiam propè conuerterit. Spermaticæ autem partes dicuntur, quales sunt vasorum tunica, membranæ, ossa, ligamenta & similia, quæ quoniam alba sunt, eum quoque humorem album efficiunt, atque etiam crassiores reddunt, tanquam futurum sibi, alimentum coquendo incrassarēt. Quod si idem humor in pus conuersus, multis diebus sibi similis perseveret, constantem facultatem declarat, sicut læuis & politus, nullaque aliena & dissimili materia variegatus sed unitus, ostēdit coctricis facultatis robur. Pus quoque quātò minus fætet, ut & urina, & stercus, & sudor, tantò præstantius est, sicut supra ostendimus, & apud Galenum habetur primo comment. in prognost. ubi scribit Hippocrates, Pus optimum censei album, æquale, læue, & quàm minimum færens, pessimum verò huic contrarium. Qualis autem est in parte inflammata sanguinis in pus mutatio, talis est humorum in vasis atque etiā extra vasa coctio. Id quod animaduertens Galenus semen puri simile esse dixit, nisi quod à sola secundum naturam causa oriatur. Et Erasistratus id quod in febricitantiū urinis subsidet nō puri comparauit, sed merum pus esse credidit. Quod enim in partibus inflammatis pus est, idem in vasis videtur in urina subsidere per febres. Cū enim febrilis accessio non aliud sit quàm humoris putredo, neque antè desinere soleat, quàm quicquid computruit vacuatum sit, iccirco natura per vigorem accessionum expiratione & contractionibus arteriarum vacationem fuliginosi excrementi molitur. Ac quod tenue quidem est, hac ratione facile expellit: quod verò veluti cineritium est, non perinde propter crassitiem vacuare potest, sed per maiores quosdam meatus educit. Ex quo sequitur urinae hypostasim maximè per febres, pus esse vel puri admodum similem, quòd

quòd portio sit humoris qui per febrē cōputruit, eamq; natura conata sit partiū spermaticarum substantiæ assimilare, nec tamen præstare potuerit. In hac enim non aliter quàm in phlegmonarum pure, decertant inter se duæ causæ, una secundum naturam, altera naturæ contraria, quarum utraque notas sui certas exhibet. Vt enim nullo adhuc in phlegmonis factio pure causa præter naturam superior est multis numeris, sic nulla in urinis hypostasis summam cruditatem significat: rursus ut in pure optimo calor natiuus præualet, ita hypostasis alba, leuis & æqualis, calorē natiuum vincere ostendit, eoque magis quò cãdidior, leuior & æqualior fuerit. De sanorum urinis aliud fortè iudicium est, pueris enim & mulieribus, & iis qui in ocio vitam agunt, & qui plus equò edunt, subsidere solet plurimum excrementi, quod quia nullius adhuc putredinis particeps fuit, nemo puris nomine donandū censuerit. Id enim crudus succus, non pus iure dicitur. In sanguinis enim generatione refugit quidem natura concoctionem, atque ideò crudus succus dici potest, non tamen causa præter naturam particeps fuit, sicut pus, & ea quæ in urinis febricitantium subsident. Ac quanquam hic puri admodum similis videatur, multis tamen notis à pure distinguitur, ut Galenus docuit lib. 1. de aliment. facult. agens de tritico.

Ἐϋόλιον. instrumentum chirurgicum quo pus trahitur. Adhibetur præsertim sinibus & aliis cauis ulceribus à quibus pus non faciliè excidit. Quale id fuerit non est mihi notum. Constat tamen foramen habuisse ex li. 2. Galeni ad Glauconē de sinuum curatione, & ex li. 2. τῆν κεντρὴν. fortè idem fuit cum chirurgorū organo quod nūc Syringam vocant, per quam ut aliquid infunditur, ita faciliè attrahitur.

Ἐύωσις. idem quod ὄνωξις, ut scribit author diffinitionum medicarum. Est autem puris collectio in nigro oculi cū phlegmone iuxta iridem. Verùm Aëtius paulò aliter. Nam cū πύωσις oculi affectum esse statuat in quo pus collectum sit, distinguit tamen in duas species, ὄνωξις & ἐπιπύωσις, lib. 7. cap. 30.

Ἐύρη. ignis. febris. Dicitur ab Hippocr. more suo febris uehementissima, quasi non aliam habeat naturam quàm ignis, & eiusdem sit cum igne substantiæ. Est enim duabus ignis qualitatibus prædita, caliditate scilicet & siccitate.

Ἐύρη ἀγρίου. ἑ δρυοπέλας, apud Hippocratem, ut explicat Galenus ἐν τοῖς κλωσάσις.

Ἐύρη θρόου. herba foliis caulēque ut daucum syluestre & fœniculum, umbella anethi, circinatæ rotunditatis, radice longa, pollicis crassitudine, gustu feruidissimo. Herbariū pedem Alexandri vocant. Radix eius urit dentiūque dolores leuat.

Ἐύρη τὸς. febris. Variis modis diffinitur à Galeno: Calor præter naturā totum corpus occupās: calor præter naturam in corde existens: calor immodicè auctus, ut & hominem offendat & actionem lædat: calida intemperies in totum corpus diffusa: & calor natiuus uersus in ignem: à quo quidem calore igneo πύρη τὸς Græcis dicitur, ut Latinis à feruore febris. Genere quidem intemperies est, habetque substantiam in calore præter naturam positam, non modò intensiōe sed genere etiam diuerso à calore natiuo. Sola quidem intensiōe in hecticis & diariis uidetur differre, sed in putridis toto genere. Hic in corde primū concipitur, tanquam in primo febrium subiecto, indeque per arterias in corpus uniuersum faciliè spargitur. Neque enim solum cor febris subiectum est, sed reliqui pariter corporis spiritus, uel humores uel solide partes. Sunt autem febrium multiplices differentiæ, quas omnes Hippocr. ut ait Galenus, breuiter complexus est lib. 6. τῆν ἐπιδημιῶν his uerbis, Febrium hæc quidē ma-

DEFINIT. MEDIC.

nu sunt mordaces, hæc verò mites: hæc autem nõ mordaces quidem, sed post insurgentes: alia verò acuta, sed quæ manui succumbunt: alia sunt statim exardentes, quædam semper pusilla sicca, quædam salsuginosa, quædam flatibus plena, aspectui graues, nõnullæ ad tactum humectæ, nõnullæ vehementer rubida, aliqua vehementer pallida, alia liuida, & alia eiusmodi. His enim verbis præcipuas febrium differentias comprehendit. A caloris quidẽ substantia, vel eo quod calori maximè proprium est alia δεικνύσθης mordax, alia πένις mitis dicitur. illa quidẽ quòd manum medici thoraci maximè impositam perpetuò mordet, hæc quòd minùs mordax sit. Si quidem omni & propè soli calori semper conuenit mordacem esse aut mitem. Ab eiusdem caloris motu, alia ἐπιναδιδύρ, alia ὀξύς πυρετός increstcens & acuta febris, illa quidem cùm calor initio minùs mordax, postea manu diutius immorante, acrior & mordacior sentitur, hæc verò cùm initio acrior & mordacior, longiore manus mora mitescit, minùsque mordet. A materia siue à subiecto caloris in quo ipse accenditur, alia ἐξήμερε &, hoc est, diaria, quam Hippocrat. πεμφυγῶδη, hoc est, flatuosam appellat, quæ in spiritibus inflàmatis consistit, alia ἐκτικὴ quæ & δεινὸν ἰδίον Hippoc. uidetur appellare, quæ in solidis partibus accensis est, alia νοτιάσθης siue humida, quæ est in subiecto humore, vel sanguine, vel pituita, vel bile utraque. A propinquo febris seu potiùs materia febrilis accidente, scilicet colore, alia ῥιζυδῶδῃ &, hoc est, rubès, cuiusmodi sanguinea est, ut synochi, alia ἔξωχῶδῃ siue pallida, ut quæ à multa bile flaua, alia πάλια, id est, liuida, ut quæ est à pituita, aut humore vsto. Quibus quidẽ differentiis etiam alia permultæ addi possunt, ut ab accidentibus quæ febris habet magis propria, ὁξυλάειπυρ καὶ ἑωχρῆσις, intermittens & continua, & ex intermittentibus ἀμφομελειῶς, τετρατῶος, τετρατῶου &, quotidiana, tertiana, quartana siue vera, siue notha, siue simplex, siue complexa: ex continuis verò ἡμιτετρατῶος, κωσθῶδῃς, κερυμῶδῃς, τυφῶδῃς, λαιμῶδῃς, ἐλεῶδῃς, ἱπιαλῶς, ἑωσθῶδῃς à parte affecta ἱπιαλῶς, πωλιωῆς, πωλιδειπῶς, ἑωαγχιῶς, ἐκπεικῶς: à symptomate φρενιπῶς, κωματῶδῃς, καταφοειῶς, λιθοργιῶς. Diuidit quoque febres quandoq; Galenus per alias differentias, ut in eam quæ per se consistit & in symptomaticam: aliter in eam cuius causa adhuc est febre facta, ut putridam, & in eam cuius causa iam desit febre excitata, ut diariam & hecticam: aliter in eam quæ est ἐν ἄρσει, seu ἄρσιω, quæ facillè soluitur, ut diariam & putridas biliosas, & hecticam incipientem, & in eam quæ ἐν ἔξῃ siue ἐκτικὴ dicitur, quæ difficillimè soluitur, ut putridam pituitosam & hac magis melancholicam, & omnium maximè hecticam iam absolutam & μαρμασῶδη. In qua quidem diuisione hectica nomen latius patet, quàm ubi contra diariam & putridam diuiditur. Sed de hac & reliquis pariter febrium differentias seorsum agitur suis locis. Verùm ex omnibus medici eas maximè persequuntur quæ sumuntur ab ipso caloris subiecto, ut dictum est, triplici, quod tribus his nominibus designauit Hippocrates, vocàs cõtinentia, contenta & impetũ faciëtia: febris enim omnis in aliquo horũ triũ accenso consistit, & alias ex alio incipit, & ab uno profecta sæpe alia duo inuadit: sæpe verò tria hæc febrium genera, ut in hecticis, sæpissimè duo, ut in putridis simul miscentur. Nulla enim ferè hectica est, in qua & humores & spiritus simul accensi non sint: nullaque omnino putrida, quin & spirituum inducat inflammationem. Verùm nomen accipit febris ferè ab eo quod primum incensum est, ut accensis primùm humoribus putrida dicitur, & accensis principiò solidis partibus, hectica.

Ita

Ita se habet & de diaria. Interdum tamen ubi transitus fit de miti in magnam, insignioris nomen alterius appellationem inducit: ut dum diaria transit in putridam, etiamsi in hac spiritus maneat incensi, tamen solum putrida nominatur. Quod si putrida transit in hecticam, hectica dicitur, nisi etiam putredo adhuc perseveret. Tunc enim quia ambæ sunt insignes & periculosa, utriusque nomen retinetur. Ob id Galenus libro 10. methodi scribit se hecticam cum putrida complicatamprehendisse. Cum autem admodum varia causa sint, externa praesertim, à quibus febres accenduntur, omnes tamen summis quinque generibus comprehenduntur. Primum est vehemens motus tum corporis, ut labor & exercitatio: tum animi, ut cura, ira, mæror, & eorum similiter quies immodica. Secundum putrefactio, seu à calore externo & alieno in humore nõ diffolato corruptela. Tertium suppressio calidi effluuii, seu fuliginosi excrementi. Quartum contactus externi caloris, ut ignis, solis, aut corporis febrientis. Quintum vero permistio calidae substantiæ, ut alimentorum acrium, salforum vel malignorum. Siquidem à causa earum aliqua tum febres omnes, tum maximè diariæ excitantur.

Πυρετώδης. Σερμός apud Hippocr. ut καίλα πυρετώδης, ἢ Σερμώταπ.

πυλω. sic dicitur specilli pars altera minor, in nuclei modum rotunda, quam chirurgi ad usus diuersos adhibent. vide μίλη. Significat etiam apud Hippocratem τὸ μὲν ἰδὲν, hoc est, granum, diciturque de thure, ut annotat Galenus in τῶν ἁλωσῶν.

Πυλωσῶδης ἀπόφυσις. est processus secundi spondyli cervicis, altus, durus, solidus, è superiori interna mediâque eius sede erumpens, sursumque spectans. Est autem secundo spondylo proprius. Per eum cum primo spondylo & cum occipitis cauitate inter suas apophyses πορωδῶδης per diarthrosim iungitur, & valido quodam rotundoque ligamento occipiti alligatur, eique locum cui aptè & tuto affirmetur & stabiliatur præbet spondylus primus, ipse quoque ligamentum quoddam transversum producens, quod illi apophysi intus iniicitur. Subit enim hic processus in cauitatem primi spondyli. Ab eo caput inflecti & extēdi, quod ἐπιθῆναι καὶ ἀναθῆναι Græci dicunt, Galenus existimauit. Sic dictus est à nuclei similitudine: alij à nuce pinea πορωδῶν vocarunt. Hippocrates ὀδόντα appellauit. alij verò ὀδόνταδῆ.

πυεῖα ἢ

πυεῖα. fofus fomentum. Id dicitur quod corpori admotum, ipsum quouis modo excalfacit. Generalis hæc quidem significatio est, secundum quam & ipsa cucurbitula affixa, & vapor per arundinem exceptus in fomentorum genere continentur, ut patet ex Apollonij verbis quæ lib. 3. τῆν κ' τόπου Galenus recitat ad aurium dolorem. Dicitur enim πυεῖα ἀπὸ τῆς πυρός. Sunt autem fomentorum multiplices differentiæ: alia humida, alia sicca sunt, vel ex utrisque mixta. Humida vel actu vel potestate dicuntur: conueniunt phlegmonis quæ à biliosiore succo factæ sunt. Sicca similiter vel actu eiusmodi sunt, vel facultate: phlegmonis opitulantur quas tenuis & aquosus sanguis excitauit. Omnia calida sunt, nulla frigida. Proinde fomētum omne cutem rarefacit & facile transpirabilem reddit, sanguinemque in inflammationibus attenuat atque discutit. Alia præterea mordentia sunt, alia morsu carentia, vel ex iis mixta. Illa extenuant, profuntque crassis & viscosis humoribus, hæc verò acribus & mordacibus. Quoniã verò fomenta calore suo foras humores attrahunt, iccirco non ante totius corporis vacuationem illis utendum est. Nam quæ redundant in corpore

Cc

DEFINIT. MEDIC.

superflua, eorum usu trahentur potius in partem affectam quam discutiantur. Ceterum fomentorum materia varia est, & modis variis adhiberi potest, per spongiam, per linteam, per pannos, per utrem, per vesicam, per vas aneum vel testaceum, per cucurbitam, per ollam, per arundinem: quorum exempla passim apud Galenum occurrunt.

πυελίος. significat apud Hippocratem εὖ δὲ πύρουσ κόχλακίς, ἢ θέρμματα δὲ κινεῖ ἀπὸ σκω-
είας σιδήρου, ut scribit Galenus ἐν τοῖς γλωσσεῖς.

πυελίον ἢ

πυελίον θερμὸν γάλα. dicebatur à veteribus, ut scribit Aëtius, lac quod postea πύργαλα appellatum est. quod scilicet calido cinere calfactum, citra coagulum statim cōcrescit. additur autem mel, quod aliàs agrè concoquatur & tardius transeat, succumque gignat crassiorē.

πυελίον. emplastri nomen ad inducendam cicatricē cōparati, apud Gal. lib. 2. τὸ κὲ γένη.

πυελίον. ambustus. Is dicitur, inquit Gal. lib. 1. τὸ κὲ γένη, qui in aqua feruēti ustus fuerit. prodeūt primūm bullæ, deinde phlegmone & vlcus nisi lenibus emplastris & sine morfu exiccantibus nec calidis nec frigidis, sed temperatis protinus succurratur.

πυελίον. nucleus pineæ nucis, qui & πυλὼ vocatur. Est & nomen emplastri ad duritias & scirrhos, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 17.

πυελίον. significat quidē lapidē omnē à quo ignis chalybe excuti potest. sic tamen dicitur κατ' ἄρχην certum quoddam genus lapidis quod in omnium ferè metallorum fodinis genere & colore diuersum reperitur. Nam eius metalli magna ex parte colorem præ se fert, quod plurimum intra se continet. Præfertur quidem à Dioscoride qui æri similis est & à quo æs conflatur, plerumque tamen aureis argenteisque venulis respersus est, quod non modò æs, sed aurum etiam & argentum intra se habeat. Continet aliquando & plumbum & ferrum & alia quædam metalla, modò plura, modò pauciora, in quæ faciliè per coctionem resoluitur. Reperitur tamen interdum sterilis, & nihil aliud quàm lapis. Inuenitur & pyrites in medio soryos & melanteriæ, veluti nucleus quidam, ab iis undique cōprehensus. Hic pyrites ærosus atque etiam chalcites dicitur. Commendatur pyrites in medicina, tum crudus, tum coctus. Cremadi rationem Dioscorides explicauit, scribens sic crematum à quibusdam δὲ φρυγῶν appellari. Vocatur pyrites quasi igniarius lapis, quod ad chalybem allisus scintillas statim edit. Officinæ cum Arabibus Marchesitam vocant.

πυελίον λεγῶν. dicitur homo qui valdè calet, vel qui febre ignea & ardente flagrat. usurpatur hoc nomen ab Hippocrate ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, sectione 4.

πυρὸς. triticum. quid sit notum est. Calfacit primo ordine, inter siccantia & humectantia medium est: habet etiam quiddam glutinosum & obstructorium. Elixum coctum difficile est & inflat, concoctum autem alimentum præbet valentissimum, ceditque in panificia maleficioꝝ supra dictorum expers, si fermēti salisque modicū habuerit.

πυρρὸν χέν. dicitur à quibusdam ἢ χαμυλαία, ut habetur apud Dioscoridem. quanquam non rectè ἢ χαμυλαία, sed potius ἢ θυμελαία sic appelletur, ut doctis placet, nec enim dubium est ab urendi facultate sic dici, quasi ignis stipulam: siquidem ἢ θυμελαία egregiè urit.

πυρρὸν. rufum. sic dicitur quod ad flauum proximè accedit, sed tamen eo albidius est: flauum enim magis ad splendidum vergit. Itaque bilis quæ albidior turbidiorque est, rufa: quæ vero splendens puraque est, flaua dicitur. Quod enim in bile veluti igneū splendet,

splendet, eam reddit flauioſem. *Quantò* uerò flauo rufum eſt albidius, tantò pallidum illo. *Quantò* rurfus minùs album eſt flauum quàm rufum, tantò rubicundum flauo. Eſt igitur rufum colore medium inter flauum & pallidum, ſicut pallidum medium eſt inter flauum & album, quemadmodum poſtea dicemus in dictione ὠχρῶν.

κωτῖα. coagululum. Eſt lac caſeoſum in uentriculo animalium lactentium cōcretum. Coagululum enim, ut inquit *Ariſtoteles*, lactis ſubſtantia eſt, quippe quod in eorum uentriculo quæ adhuc lactent contineatur. Eſt ergo coagululum lac, ignem habens intra ſeſe, quod cū animalis calore concoqueretur, caſeum traxerit. Proinde omne acre eſt & digerentis potētiæ, atque etiam exiccat. *Ariſtoteles* hinnuli coagululum, *Galenus* leporis omnium eſſe præſantiſſimum aſſerit. Creditur omne coagululum ſiſtere ſanguinis profluuium, & quo uetuſtius coagululum fuerit, eo præſantius tali profluuiio mederi: ad reiectiones tamen ſanguinis è thorace coagululum adhibere *Galenus* ſemper reformidauit, propter eius acrimoniam. *Ariſtoteles* lib. 3. de hiſt. animalium, κωτῖον appellat.

κῶρον. barba. pars eſt uiri, eo iam perfectò in mento proueniens. *Vna* enim eſt ex iis partibus quæ ὑπεραμοεία, hoc eſt, poſtgenitæ partes appellantur, quales ſunt dentes & reliqui in corpore pili. Oritur autem non primis quidem annis, ſed tardiùs, quum uidelicet humores paulò calidiores & ſicciores eſſe incipiunt. Eſt enim barba & pilorum reliquorum communis quidem generatio, niſi quòd ad ortum barbae humorem oportet eſſe calidiorē & ſicciorē, ideòque omnium pilorum poſtrema prouenit, & in ſolis uiris, quoniam mulieribus non tantum caloris & ſiccitatis ineſſe poteſt quantum ad generationem barbae expedit. Ea quanquam menti proprium temperamentum ſignificet, ad eam tamen excitadam totius corporis temperies plurimum facit: hinc enim ſit ut eunuchis nulla omnino ſit, quòd exectis teſtibus refrixerit totum corpus & humidius euaserit. *Cæterum* Græci in barba designanda variis uſi ſunt nominibus. κῶρον quidem barba dicitur quæ toto mento ſuccreſcit uirilitalis ac roboris argumentum. πρῶτον barba anterior quæ progerminat ante inferiorem, quæ alio nomine ἔπιλωρον dicitur quòd ſub naribus naſcatur. μύσαξ ſuperioris labri barba eſt, quanquam ſunt, ut ait *Cælius*, qui eo nomine labrum ſignari putent. ὑπὲρ, ut idem author eſt, barba dicitur circa utrumque labrum emergens. πᾶππος barbitium dicitur inferiori labro adnaſcens. χῶνις lanugo, prima barba productio, ut ſcribit *Didymus*. ἰούλος prima genarum lanugo, quæ per malas ſerpendo non aliter quàm ἰούλος uermis ſe conuoluit, uocatur etiam ἰουῶς.

κωροκίλη. eſt ramex calloſus ſiue tophus in teſticulo aut in membrana erythroide concreſcens, multum renitens, durus & inæqualis. His notis ab hydrocele & ſarcoccele diſtinguitur, ut ſcribit *Paulus* lib. 6. cap. 63.

κωρομυζαλον. tophi concretio in umbilico.

κῶρον. callus. Eſt corpus durum, ſiccum, album, oſſa fracta coniungens. *Nam* quoniam oſſis fracti partes inter ſe coaleſcere nequeunt propter ſiccitatem, natura eas callo circa oras fracturæ concreſcente, quaſi uinculo quodam colligat. Eſt autem huius ortus ex alimenti fracti oſſis excremento, in labris ipſius oſſis concreſcente. Dum autem ſingulae fracti oſſis partes ſuum proferunt, initio quidem cū adhuc uicoſum molléque eſt, ſimul miſcetur & unitur, moraque temporis ab ipſo oſſe proximo & contingente immutatum ſimile oſſi euadit, hoc eſt, durum, ſiccum atque albū. Ha-

Cc ij

DEFINIT. MEDIC.

bet igitur callus hoc cum aliis partibus commune quòd ex materia fiat, & à natura generetur: non enim eum aliter ex nutrimento natura quàm alias partes gignit, sed illi peculiare est quòd ossi similis sit, os tamen non sit.

πῶς & etiam dicitur substantia quaedam crassa, lenta, dura, quæ aliqua in parte præter naturam concrevit in modum calli, ut sæpe fit in articulis, & aliquando in pulmone qui ab ossium callo differt, quòd hic natura opus sit, & quodammodò secundùm naturam sit, quòd aliter pars restitui non potest: ille verò morbus sit (quem aliqui suo nomine πῶς ῥωσιρ vocarunt) quippe qui præter naturam habeat tùm causam tùm generationem. Nascuntur huiusmodi calli & in oculis & in fistulis aliisque ulceribus atque etiam in cute, tollique medicamentis debent, cùm calli ossium non modò gigni debeant sed studiose etiam conseruari.

IO. GORRAEI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM

T O P.



ã. quod aliqui ῥῆορ, Latini Rhaponticum vocant, planta quaedam est radice insignis, nigra, Cetero magno simili, sed minore, magisque rufa, fungosa, aliquantùm leui, sine odore. Nomen habet ab amne qui Rha dicitur, in cuius ripis radix ea gignitur. Plerique eam cum rhabarbaro eandem esse crediderunt, inter quos est Ruellius: alij verò longè diuersam, ut Matthiolus, cui ego potiùs assentior.

ῥαβδιδις ῥαφῖ. *sutura recta capitis. vide ὀβελαιῶ ῥαφῖ, cum qua eadem est.*

ῥαχιδις. *fissura. sunt ani ulcuscula oblonga: dicuntur & rimæ, quibus ani musculus veluti profissus est, non aliter quàm labra quandoque & manus ex vehementi frigore. Fiunt plerumque ab acris humoris affluxu, interdum autem propter condylomatum inflammationem & distensionem rumpitur cutis, rimæq; eiusmodi emergunt. dicuntur & à veteribus quibusdam ῥήξας. Plinius fissa appellat.*

ῥαχισα. ἀθρόως ὀρμησασα, hoc est, affatim & cum impetu erumpens, apud Hippocr. sicut Gal. ἐν ταῖς γλωσσῶν annotauit: à qua quidem significatione ἡ αἰμορῆγία dicta est.

ῥαχίς. dicuntur, ut ait Rufus, extremi digitorum fines, qui & κερυφαὶ vocantur.

ῥαχίαι. usurpat Hippocrates ἀπὸ τῆς ἀθρόως ὀρμησασα, id nomen vacationibus magnis & confertim factis accommodans, ut eo Aphor. γυναικὶ αἷμα ἐμειούσῃ, τῆν καταμύλωσιν ῥαχίαι τῶν λύσις.

ῥαχιδις χιτῶν. *tunica. Est oculi tunica cornea subiecta & anteriore quidē oculi parte humorem ὑδατοειδῆ, posteriore verò tunicā ἀμφιβλεφάρου proximè comprehensens. Ducit originem ex tenui cerebri meninge, quæ unā cum neruo optico ad oculi constructionem concurrat: ex quo quidam etiam χοροειδῆ illam appellarunt. Dilatata enim & soluta tenuis illa meninx circulo oculum ambit, totaque sphaerica est nisi ubi ad pupilla locum accedit. Eo enim loco leniter comprimitur, atq; media ea parte qua*

te qua comprimitur, foramine rotundo peruia est quod pupilla appellatur. Dicta est ἐαροδῆς quod uua folliculo, à quo pedūculus auulsus est, quàm simillima sit: ut enim ille, ita hac tunica parte sui anteriore leuiter compressa est, & in medio ad pupillā perforata. Habet uerò & coloris cū uua similitudinē variis interstincta coloribus cœruleo & uiridi, quibus se defatigatus oculus recrearet. Præterea uerò acini uua leuitatem externam, & asperitatem internam amulatur, ut eam medici rectè illi comparasse uideantur.

ῥαβοδῆς. καμπύλος. recuruus, apud Hippoc. ut explicat Galenus ἐν τοῖς γλωσσεῖς.

ῥαβός. qui cruribus est intortis, recuruis & contractis: cui crura sunt introrsum obtorta. dicitur & ῥοπός. Ei opponitur βλαπός.

ῥάκωμα. sic dicitur Plinio & ῥά τῶν πικρῶν.

ῥάμω. spina alba aut cerualis. frutex est ramos ferens rectos & aculeos in acuta spina modum: folia parua, oblonga, suppinguia, tenera. Alterum ei genus candidius. Tertium nigrioribus latioribusque foliis constat, & quadam tenus rubentibus, cuius rami quinúm cubitorum longitudinem implent, spinosiores quidem, sed infirmioribus minúsque rigentibus aculeis. Fructum edit latum, candidum, tenuem follicularij specie, verticillo similem. Siccatur secundo, refrigeratur primo excessu. Galli burgam spinam appellant.

ῥατῆρες. sic à quibusdam dicti sunt oculorum anguli naso proximi & maiores, quos aliqui etiam πηγὰς uocauerunt, quòd lacrymæ ab his maximè stillēt: iis oppositos angulos, qui scilicet ad tempora spectant, παρωτίαις nuncupant.

ῥάρον. ἐπιμότερον καὶ διχρήστερον. hoc est, paratius & facilius, apud Hippocratem. nonnulli tamen διφορετώτερον interpretati sunt, hoc est, quod facilius fertur & toleratur.

ῥά πορνιῶν. uide ῥά.

ῥάπυς. naps qui βοωτίαις dicitur, scribitur & ῥάπυς.

ῥάφαυδδρ καὶ ταγμα. fractura raphani modo facta. sic dicitur, ut ait Paulus, quæ fit obliquè secundum crassitiem ossis, quã idem & σικυιδδρ & καυλιδδρ καὶ ταγμα uocari à quibusdam scribit, ex similitudine fractorum cucumerum & cauliculorum. Uidetur tamen Galenus δὲ ῥάφαυδδρ ἀπὸ τῆς καυλιδδρ distinguere lib. 6. meth. med.

ῥάφωίης. cognomen tum τῆς ἱερῆδος, à similitudine radicis.

ῥάφω. radix, siue radícula. quo nomine syluestris maximè intelligitur, quam Romani armoraciam uocant. Eius folia satiuæ similia sunt, sed magis lapsanam imitantur. Radix autem ipsa gracilis, tenera & subactis est. Tam folium quàm radix in olera recipitur, sed hac calefacit excessu tertio, siccatur secundo.

ῥάφω. ἀγρία. sic dicta est à quibusdam herba quæ alio nomine ἄπος uocatur, ut Plinius author est.

ῥάπυς. naps qui βοωτίαις dicitur, scribitur & ῥάπυς.

ῥάφι. sutura. est species σιαυρθρώσεως. Est autem ossium compositio quædam confutis rebus similis, ut in capitis ossibus habetur. eam nonnulli uolentes explicare, definiunt esse ἑωπταξίη serratam, id est, similem coniunctionierrarum sese mutuò cōtrario occursum ingredientium, cū scilicet dentatæ unius partes, in trenas alterius inseruntur. Alij uerò definiunt esse compagem ossium ad unguem factam, ut hic similem ossium compositionem intelligamus, quæ & aliarū rerum est, quæ in unguem committi dicuntur: cū scilicet gibbæ partes ad unguium figuram structæ, sinus sibi ido-

DEFINIT. MEDIO.

neos subeunt. Talis quidem iunctura ratio in unguibus & digitis & pectinū dentibus inuicem implexis apparet. Talem etiam fabri lignarij omnium firmissimam ac tutissimam quotidie nobis representant, & in caudam hirundinum factam lignorum commissuram appellant, quod ligni tuberculum paulatim latefcens, hirundinis volantis cauda modo, in idoneam & aequalem sibi cavitatem etiam paulatim latefcentem arctissimè & firmissimè inseritur. Non est tamen compago hæc ad suturæ rationem semper necessaria, sed per harmoniam facta synthesis ἔαφι dicta est à recentioribus anatomicis. Neque enim craniorum omnium suturas omnes serratis exactè compagibus similiter constructas deprehendes, sed aliquando in ipsa ossium syntaxi cernere est, alteri quidem cranio suturam inesse, alteri harmoniã. Ac cum ossa eiusmodi nonnulla à Galeno, ut ipse lib. de ossibus prodidit, persæpe frangerentur, imo ita sese ingredientia inuenit, ut illorum cõpositio suturæ potiùs similis esset quàm harmoniæ. Ob idque eas omnes suturas appellare nemini verendum est. Sũt autem cranij suturæ numero septem. Quarum quidem tres propriè verèque suturæ appellantur, σεφαιαία, λαμβδαίς, ὀβελιαία, suntq; cranio peculiare, nec ulli alteri ossi communes. Duæ verò supra aures sitæ non veræ quidem suturæ, ideóque πεσοκλήματα λεπιδοειδῆ appellatæ solius etiam cranij propriè. Aliæ verò duæ cum ossibus genæ superioris & osse sphenoidæ communes sunt, quas non legi proprio aliquo nomine à veteribus nuncupatas fuisse. De illis vide suis locis, & in dictione κρᾶνον.

ἔαφι. hoc est, subula, apud Hippocrat. qua artifices quippiam perforant, ut explicat Galenus ἐν τοῖς ἁλωσῶσι.

ἔαχις. spina. Est spondylorum viginti quatuor à summa ceruice ad imos usque lumbos structura, erigendo curuandoque corpori cõueniens. Sic dici quibusdam placet, quod spondyli parte posteriore sunt περισχυμῶσι, id est, spinosi & asperi. Nec nomen est apud Latinos quod ἔαχις propriè significet. Quãvis enim spina dici possit, spina tamen nomine aliud quiddam significatur, spondylorum scilicet apophysis transversa & obliqua. Continet igitur ἔαχις totū id spacium quod à summa ceruice ad sacrum usque os interiacet. atque in treis partes diuiditur, ceruicem, dorsum, lumbos. Quorum ceruix quidem spondylis septem, dorsum duodecim, lumbi verò quinque constant. Sic os sacrum non censetur inter partes τῆς ἔαχις, quod spondylos non habeat solutos in modum superiorum, etiam si coctione multa laxari & dissolui possunt, sed potiùs sit totius ἔαχις basis & fundamentum. Nec tamen absurdum fuerit id inter eius partes comprehendere. Est autem ἔαχις instar carinæ curua, qua parte maximè ventriculus situs est, cui veluti loco cedit, quanquam non huius modò causa, sed ut flecti corpus cõmodiùs possit, curua facta est, & pluribus vertebris potiùs quàm una aut paucioribus donata. Est etiam tota caua & plena medulla (σπυγγηρὸς is meatus appellatur, & ab Herophilo σάλω, hoc est, canalis) eiusdem cum ipso cerebro naturæ, atque ab ea per vertebrarum foramina permulta neruorum paria profiscuntur, & in uniuersum corpus abeunt. Significat autem etiam ἡ ἔαχις, ut antè diximus, præter hanc uniuersam spondylorum (σώτηρις, particulatim apophyses singulas posticas quæ unicuique spondylo insunt, ἀκαιδαίς alio nomine dictas. Appellatur etiam eodem nomine ea quæ in dorso est omoplatæ spina, iam inde à basi incipiens, sed primùm humilis & depressa, deinde sensim elatior facta & amplior, donec desinat in acromium. Id quod declarat Galenus scribens ad hunc modum lib. 13. de usu

de usu partium, καὶ ἑκάστην ἰδίαν ἐκείνην ἴσην ὁμοπλάτῳ ἀπέφυσεν. ubi non simpliciter ἑκάστην utriusque omoplatæ tribuit, sed propriam adiecit. Cui etiam adstipulatur Rufus libello de partium hominis nomenclatura scribens ὁμοπλάτου τὰ ὕδιν κίμλια τῶν ἰσθμίων πλάτῃ ὅσα, ὡς ἢ Διὰ μέσου ὑπεροχῆ, ἑκάστη.

ῥαχίτου. musculi dicuntur toti spinæ superiecti. Illi enim, ut annotat Gal. cōment. 3. ἐς τὸ πᾶσι ἄρθρων, uniuersis costarum commissuris in toto thorace superiniecti sunt à posteriori parte, nihil relinquētes quod nō contegant, sed omnes costarū radices & vertebrarū processus qui à lateribus sunt, adhæc quod inter ipsas radices est, cōplectūtur.

ῥαχίτις μυελός. vide μυελός ῥαχίτις.

ῥέγκος ἢ

ῥέγξις. nomina sunt fictitia quibus Hippocrates designat eum sonum & strepitum qui stertendo fit, ut scripsit Galenus ἐν ταῖς γλωσsaῖς.

ῥέμθῃ. πλάθῃ. aberratio, ut explicat Galenus ἐν ταῖς γλωσsaῖς.

ῥέθῃμα. fluxio. ex quacunque parte prodeat, & in quamcunque incidat. ea quæ tentantur partes ῥέθῃμα πλῆθῃμα μωεία dicuntur. Galenus cōment. 1. in prognost. ῥέθῃμα γαστρὸς dixit pro alui profluuiio.

ῥήγῃσι, ῥήγμασι. ῥήγῃμασι. hoc est, scissuris, fracturis, ut explicat Galenus ἐν ταῖς γλωσsaῖς.

ῥήγμα. ruptum. ruptio. Est carnosæ partis solutio citra vulnerationem. Accidit musculis, perinde atque spasma neruis: utrumque nullo cum vulnere. Nec tamen in musculis tantum, sed in uenis etiam atque arteriis quidam τὰ ῥήγματα dici contendunt ex Galeno, de sanguinis reiectione differente: unam enim eius causam τὸ ῥήξιμ, hoc est, rupturam uasis constituit, quæ peculiari nomine Celsus lib. 4. cap. 4. ῥήγμοχασμὸν quasi hiantem rupturam uocauit. Omnis ex uolento ictu vel graui casu, vel alio quopiam ualente motu, vel ex distentione excitatur. Cum ecchymosi quidē omnino, aliquando uerò & cum contusione circū ipsam præruptam carnē consistit.

ῥήγμαλις. dicitur ab Hippocrate cui aliquid intus fractum est, quæ idem etiam ῥήγματος uocat, ut scribit Galenus ἐν ταῖς γλωσsaῖς.

ῥήγμοχασμός. legitur apud Celsum lib. 4. cap. 4. ubi causas sputi sanguinis recenset. Galenus & reliqui medici ῥήξιμ simpliciter dixerunt, ex quo dubitare quis possit num legendum sit ῥήγμα aut ῥήξιμα. Siquidē nemo alius uidetur eam dictionē usurpasse.

ῥήωικῆς ἀρνικίδις, hoc est, pelles agnina, apud Hippocrat. qui ῥήωῖς & ῥήωικῆς ἀρνικίδις ὑστρούει, ut annotat Galenus ἐν ταῖς γλωσsaῖς.

ῥήξις. idem quod ῥήγμα. Quidam uerò ex ueteribus etiā τὰς ῥήωικίδις ῥήξις appellauerunt.

ῥήζῃν. resina. Est lacryma seu humor liquidus & oleaginosus ex planta sponte diffluēs.

Omnis quidem resina ex sua arbore manat liquida, eaque ῥήζῃν ὑπερὶ à medicis appellatur, uel ἢ ἐκ τῆς κερκασμῶν ὑπερὶ, ut à Galeno lib. 6. meth. med. hoc est, laguncularis siue liquida ex doliis aut amphoris resina, nimirum quod ex doliis atque amphoris afferretur, uel etiam συγκομῆσθαι quod in alueis & doliis olim comportaretur: attamen ea cocta in aqua, uel cremata sine aqua in prunis, sicca redditur & friabilis, ut docuit Dioscorides: eaque est quam φρυγίτην, hoc est, frictam siue tostam, non addito etiam resina nomine, uel πφρυγίτην, hoc est, retorridam uocant. Est autem resina substantia oleosa, & in eo differens à gummi, quod aquea magis substantia præditum est. Itaque illa oleosis promptissime, aqueis autem difficillimè miscetur, hoc autem contra: præterea resina flammam facillè concipit, gummi uerò in ignibus crepi-

DEFINIT. MEDIC.

iat. Ea quamvis sponte sua ex arbore defluat, ἀποέχεται ob id dicta & à quibusdam
 ἀποέχεται, interdum tamen elici potest arborum partibus, præsertim truncis à ger-
 minatu incisus & scarificatis. Omnis resina emollit, calefacit, tenuiúmque partium
 est, digerit atque ideò exiccat. Ac cum ex diuersis arboribus legatur, omnium præ-
 stantissima est lentiscina, quæ μασίχα dicitur, deinde terebinthina, ab his pinea, stro-
 bilina, picea, abietina, laricea, cyparissina, & picea quæ à nonnullis sola dicitur co-
 lophonia, quòd ex Colophone Asiæ quondam afferebatur, cui propter odoris suavi-
 tatem Dioscorides primas assignat.

ἐν ἄλλω. dixit Hippocrates ὅτι ἀλλυμύρον ἔνα. hoc est, veluti quandam inundationem, ut
 Galenus scribit ἐν τοῖς ἁλωσῶσι.

ῥίγος. rigor. nec aliud apud Latinos nomen est quo magis id Græcum explicari possit.
 Nec enim tantum inflexilem duritiem, aut quem Græci ῥίγος appellant, signifi-
 cat, sed etiam vehementem frigiditatem. Galenus duobus modis eo nomine utitur,
 uno quidem generaliùs, ut lib. 2. de differ. febr. cap. 1. scribens rigorem qui tertianas,
 quotidianas & quartanas præcedit, nequaquam similem esse, & lib. 1. ad Glauco-
 nem ubi quotidiana & quartana rigorem frigidum scribit, & lib. 5. symptomatù,
 ubi rigorem sine febre qui frigidus est & à pituita cruda & vitrea, veteribus inco-
 gnitum scribit. His enim locis latius extendit rigoris nomen. Verus autem & pro-
 priè dictus rigor, est motus voluntarius deprauatus & coactus ab acri & pungente
 humore: vel, Rigor est motus multus, velox, frequens, quo inuiti distenduntur &
 curuantur. Similis est conuulsioni, validiòrque est quàm in tremore. Hic aliquando
 cum febre, aliquando sine febre nascitur, & causas habet differentes. Qui cum fe-
 bre est, causas habet tum calidas, tum frigidas, spiritum scilicet aut humorè. Nam
 & bilis flaua in tertiana exquisita & ardente febre, & atra bilis natura frigida
 per putredinem calefacta rigorem gignit, & pariter spiritus sine humore calidissi-
 mus aut frigidissimus per corpus transiens rigorem gignit. Nam facultas expultrix
 ab excremento rodenti & moto vehementer per ipsas partes pungendo, vulneran-
 dòque irritata, eas ipsas contrahit & constringit, ut earum qualibet contentam in
 se illius excrementi portionem citò expellat vel in cutem, vel in ventrem tam infe-
 riorem quàm superiorem, si sudore, aut tussi, aut vomitu, aut deiectione accessio, vel
 ipsa febris vniuersa criticè solui debet. Contractis autem musculis necessario etiam
 articuli ipsis annexi contrahuntur, & fit vehemens totius corporis succussatio quas-
 satiòque, & cutis cum partibus subiectis & extremis exanguis atque frigida eua-
 dit, animali facultate seu calore nativo cum sanguine & spiritu se in corpus inti-
 mum retrahente, ut in verecundia & balneo frigida. Postea verò ibi collecta, &
 ob vehementes contra causam molestantè incursiones cum multo calore rediens, fe-
 brem à rigore accendit, adiuuante præsertim causa ad concipiendum calorem ido-
 nea, nisi ob causæ magnitudinem victa facultate imbecilla homo moriatur. Qui ve-
 rò sine febre rigor est, varias etiam habet causas: aëris frigidi vel aquæ frigida repē-
 tinum vel diurnum occursum: aquæ feruentis balneum repente & confertim oc-
 currens, corpore non præcalfacto: aquæ dulcis & temperata balneum frequens post
 cibum: ignauiam, ocium, repletionem frequentem cibi & potus, præsertim tempera-
 tura frigidi & suapte natura pituitam gignentis: timorem, dolorem, interdum &
 medicamentum mordax ulceri impositum. Veruntamen qui rigor ex praua victus
 ratio-

ratione nascitur, ob imbecillitatem horror potius quam rigor est. Nam rigor à succis frigidis & pituitosis non videtur excitari, ut qui ob crassitiam vehementer moueri non possint, nec adeò tenuari ut bilis. Talis autè rigor, ut scribit Galenus, veteribus fuit ignotus, ut qui cū febre est notissimus, utpote qui in salubri victus ratione minus quam nunc aberrarent, & minus crebrò se lauarent. Habet verò & rigor suā latitudinē: alius enim maximus, alius minimus, alius medius est, prout causa magis vel minus erodunt, abūdant, mouentur. Excrementū enim copiosum, vel mordacissimum, vel motum vehementiū, maximum rigorem facit, contrarium minimum. Quod si copia vel qualitate vel motu multò adhuc moderatiū fuerit, iam nō rigore sed horrorem inducet, vel solam etiam inaequalitatem in qua ferè nullus motus sentitur, sed sensus tantū qualis in ulcerosa lassitudine & pruritu est. Verū in rigore humoris huius motus magnus vehemensque est, qui in horrore tardior languidiōrque fit. Quod autem non per vasa quidem, sed per sentientes partes eum fieri oporteat, neminem arbitror ignorare.

ῥίζα. radix. cōmune quidem nomen radicibus omnibus, sic tamen κατ' ἰσοχίαν quaedam dicta sunt, ut γλυκίαι, ἰσδαῖα, ῥόδια. & apud Hippocr. λδουκί, quam Galenus dracunculi radicem esse annotauit. Idem verò ῥίζα ab Hippocrate vocari scribit genus quoddam satyri, sine flore, sine semine, tribus duntaxat foliis, sed proceris & in terra stratis duorum digitorum magnitudine, similibus anchusae, radice tenui, leuem purgandi vim habente.

ῥιζοτόμος. sic dictum est alterum genus iridis subrufum.

ῥιζοτόμος. hoc est, rugosum, apud Hippocratem, ut annotat Galenus ἐν τοῖς γλωσσαῖς.

ῥιζοτόμος. est collyrium σκελετόν, cuius meminit Paulus lib. 3. cap. 22. πάλιν οὐλοῦν καὶ λθινομάτωρ. Compositio autem habetur apud eundem lib. 7. cap. 16.

ῥιζοτόμος. propriè scobem & limaturam significat, à verbis ῥιζοτόμος & ῥιζοτόμος, quae limare & lima deterere significāt. Per metaphorā autem sic etiā dictum est collyrium quoddam, quod habetur lib. 4. τῆν ῥιζοτόμος, ab exsterendis callis & cicatricibus.

ῥιζοτόμος. collyrii nomen apud Galen. lib. 4. τῆν ῥιζοτόμος, sic dictum quasi limula. Habetur & aliud eiusdē nominis apud Celsum lib. 6. ad xerophthalmiā & oculos scabros.

ῥιζοτόμος. nasus. Est pars genae superioris in media facie posita, duobus ossibus extuberās, & foraminibus pertusa, respirationis & odoratus instrumentum. Duo haec ossa tribus futuris distinguuntur, duabus quidem quae à medio superciliarum descendunt, & communes sunt duobus maioribus genae ossibus: tertia verò eorum propria quae inter haec duo descendit media, à spatio inter supercilia medio ad imas nares osseas & cartilagineas. His ossibus inferiore in fine epiphyses corporum cartilagineorum ab utroque latere adnascuntur, & ab his duae aliae latae & molles alarum in modum, ob id ἰσχυρία dicta, ad ligamenti naturam propè accedētes. In eas duo exigui musculi à malis prodeuntes utrinque singuli obliquè descendūt, easque adaperiunt. Qui verò eas cōtrahant claudantq; nulli sunt, ut scribit Galenus, quòd claudi propter respirationem non expediat: verū musculis, à quibus aperiuntur, ab actione cessantibus, redeunt illa in naturalem statum, & conuenienti modo patent. Praeter has duas cartilagineas alia etiā est cartilago, siue musculus cartilagineus, paruus mollisq; , qui ab ossiculo naris internae inter duas illas cartilagineas adnascitur. quod Gal. cōmēt. 1. ἰσὺς τῆν ῥιζοτόμος ἐπισημαῖον appellat διάφραγμα τῆν ῥιζοτόμος, hoc est,

DEFINIT. MEDIC.

interfectum nasi, scribitque eo loco id fulciri palato sustinerique, eoque fieri ut aliquo palati osse decedente, nasus ipse subsidat: internum enim id ossiculum nasum sustinet, & secundum eius longitudinem exprorectum in duo foramina (πρόσως vocant) totum nasi spatium partitur. Eorum autem utrumque supra media nasi loca in duas partes diuisum est, quarum alteram pars oris intima excipit, altera verò alta, ut ab initio ferebatur, ad ipsum cerebrum scandit, quod & ipsum foramina duo ad hæc ipsa loca spectantia habet, eaque oblonga & concaua, quæ ex anterioribus cerebri ventriculis ortum habent, & ad eam caluariæ partem, unde nasus oritur, descendunt, quo loco ossa ἰσομήδῃ posita sunt. Per hæc crassior cerebri pituita & mucus traicitur & in ipsas nares incidit, conferente ad id membrana quæ ea parte, qua nasi ossibus substernitur, multis pariter foraminibus pertusa est, & inde partim in os influit, partim per nares fertur. Neque verò expurgandi solius cerebri causa foramina hæc facta sunt, verum etiam ad respirationem deseruiunt, maximè verò ad odores in cerebrum inspiratu admittendos. Quamuis enim primariū odoratus instrumentum non sint, attamen odorum semitam esse nemo possit negare. Ceterum nasi nomina & partes hæc sunt. ἕντες, etiam μυκτιρες, & ῥίνα & ῥώδωνες & μύξα appellantur: μυξοτιρες quasi emunctrices chartilagines dicuntur pluribus spiraculis peruiæ: ῥαχίς ῥινός nasi scapula aut spina vocantur ossæ utrinq; partes genis proximæ: ἁρποεινός tota nasi summitas quam poëta à rotunditate σφαιεῖον vocant, cuius exteriores utrinque partes πτερυγία & ὑπῆλαι vocantur: συλῆ, κίον, διάφραγμα interstitium illud chartilagineum narem diuidens: ἰθμός nasi pars sub superciliis latens, unde ἰσομήδῃ ossa, quæ aliqui ἀπογγοῖδῃ etiam nuncupant: sunt autem qui distinguant appellantur ἀποῆσοῖδῃ ossa illa tenera atque tenuia, quæ inter palatum & cerebri basim usque ad nares utrinque diuersa posita sunt: ἰθμόςδῃ verò quæ ad summam nasi radicem intus fixa hærent tenuia & lata, & magno, quod è cerebro in nares fertur, foramini obtruduntur.

ῥόδιον. nomen est medicamenti aridi acris & erodentis, quod refertur ad Heram. Diuersis modis describitur à Paulo lib. 7. cap. 13. & ab Aëtio lib. 14. cap. 36. Eo Paulus utitur lib. 4. cap. 43. ad ulcera in quibus caro supercrescit, eoque similiter crustas inducit, sanguinemque quauis ex parte profluentem probè sistit lib. 4. cap. 53.

ῥόδιος οἶνος. vinum rosatum, siue conditum rosaceum. Est vinum è rosis factitiū, quod Palladius atate sua fieri solitū hoc modo docet his verbis: quinque libras rosæ pridie purgatæ in vini veteris viginti sextarios merges, & post triginta dies despumati mellis libras decem adiicies & uteris. Plinius verò vinum rosaceum sic condiri tradit, ex rosæ foliis rufis in linteoloque in mustum collatis cum pondusculo ut sidat, quadraginta pondere denariorū in sextarios videnos musti, nec ante tres dies vase aperto. Cui conditura non multum absimilis est quam Dioscorides docet hunc in modum: siccas rufasque rosas libræ pondo in linteolo colligatas in musti sextarios octo demittito, & post tertium mensem per colum traiectum diffundito & reposito vinum. Alia ab iis habetur compositio apud Apicium, itemque alia apud Constantinum Casarem lib. 8. cap. 2.

ῥόδιον μελι. mel rosaceum. Sic paratum fuit à veteribus, quemadmodum ex Philagrii libello de suauibus potionibus Oribasius atque Aëtius referunt. Tribus partibus succi rosarum exunguium excolati pars una mellis adiicitur. Coquitur ad solē calidum

lidum diebus pluribus, eodem modo quo ὀμφακίμηλι, & postea asservatur. Quod si turbulentus aut frigidior aër fuerit quando mel rosaceū paras, admisto optimo melle ad rosarum succum, & per rarum pāniculum vel linteum excolato, simulque ad lentum ignem coquito donec quarta aut tertia succi pars consumpta sit, atque sic exceptum medicamentum asservato, cūmque calidiorem videris aërem, velut ὀμφακίμηλι insolato. Adstringit leuiter, proindeque refrigerare potest. Habet & vim extersoriam ex melle. Habet & subamarum quiddam & leniter acre, unde ori commodum est inflammato propter calidi humoris influxum, & quibus acres atque biliosae fluxiones in ventrem fiunt, praesertim post vomitum. Exhibetur etiam aqua dilutum iis quibus venter exaestuat, citra humorem, item febricitantibus, vigore iam totius morbi instante & particularis accessionis. Saepè etiam per febres largius semel epotum conuenienti tempore, morbum soluit sudoribus obortis aut aluo subducta. Tale quidem fuit ῥοδόμελι simplex, à quo aliud habetur purgatorium apud Aëtium lib. 3. cap. 74.

ῥοδόμελαρ. est confectio ex rosis & malis cotoneis parata hunc in modum: Succum malorum cotoneorum sextarius unus, rosarum librae tres, mellis sextarii tres, aqua sextarii quinque simul miscentur & coquuntur. Verum quoniā rosae non eodem tempore quo mala cotonea reperiuntur, conuenit eas cum melle suo tempore componere, ac ubi mala prouenerint, totam compositionem moliri.

ῥοδόςακτορ. sic parari Paulus docet lib. 7. cap. 15. Rosarum, quibus ungues sint exempti, succi sextariis duobus mellis sextarius unus adicitur. incoquuntur assidue despumando, donec quarta pars fuerit absumpta. Non est aliud quam ῥοδόμελι.

ῥοία. malum Punicum, quod granatum vulgò dicitur. Omne adstringendi vires magnas possidet, simulque refrigerat & siccatur, sed dulce minus, austerum magis refrigerare potest, sicciusque est & stomacho amicum. Acidum pariter refrigerat, & maiorem vim incidendi habet. Verum acini succo magis adstringunt & siccant, multoque magis malicorium quod αἰδίον dicitur. Huic virtute respondet mali flos quem κώπιον appellant.

ῥοίας. Sunt qui ita scribant oculorum affectum, quem ego malo ῥοίας sine diphthōgo scribere. de quo vide postea.

ῥοιάειον. est medicamentum aridum, quod cūm variè praeparatur, sic fieri optimum Aëtiius lib. 2. cap. 68. prodidit: Rhin accipito & aqua macerato, lapidēque cupholithon terito, rhois cremore affuso, & siccari finito. deinde auchusa radix cum oleo coquenda, donec oleum rufescat. Eius olei modicum adiciendum, rursusque terendum & ad dies quindecim sinendum, donec resiccetur. tunc rursus ex cremore rhois affundendum, & siccari sinendum, postea in vas testaceum mittendum, ignique assandum. In penuria cupholithi calce viua utendum.

ῥοιάς. qui naturaliter cruribus est incuruis, ῥοιάς alio nomine dicitur. annotauit Galen. ἐν ταῖς ἁλωσῶν ab Hippocrate ῥοιάς dici τὰ κέρμια, hoc est, curua & retorta.

ῥοίον. est confectio ex mali Punici succi sextariis tribus & uno mellis sextario ad tertias decoctis, ut scribit Paulus lib. 7. cap. 15.

ῥοίον. deligationis species est rotunda in rhombi modum quam Hippocr. ἐν τῷ κέρμια ἰσθμῶν adhibet capiti, cūm vel suturas relaxatas vel ulceris oras expansas constringere, vel cutem aliquantulum detractam contrahere atque agglutinare consilium

DEFINIT. MEDIC.

est. Ea quomodo fieret Galenus lib. de fasciis explicauit.

ῥόμμα. ῥόφημα ἢ ῥόφησις, apud Hippocrat. ut explicat Gal. ἐν ταῖς γλωσσαις.

ῥοπαλωσις. pilorum affectus. cum illi veluti in baculos coagmentati sunt, & ita concreti implicati que ut seiungi & amplius crescere nequeant.

ῥοπή. τὰ ῥοφήματα, ἢ πάντα τὰ ὁπωσού ῥοφῆματα, sicut explicat Galenus ἐν ταῖς γλωσσαις.

ῥοῦς. arbuscula est in petrosi nascens duorum cubitum altitudine, foliis oblongis modiceque rutilis, ferratimque per oras incis, acino uuarum gracilium, denso, magnitudine terebinthi, latiusculo, corticea racemorum tunica. obsoniis aspergitur, & ab aliquibus ἐϋθη & vocatur. A Latinis dicitur excoriarius, quonia qui pelles codepsant spissandis coriis folio eius utantur. Duo Græci faciunt genera, μαγαειῶν, quod additur in obsonia, idem cum Syriaco: alterum Βυροσθεῖον, hoc est, excoriarium, quo medici utuntur ad compefcendas fluxiones. Quod ita accipi debet, ut non putemus propterea duas esse rhois arbores genere vel specie differentes. Eadem enim arbor duobus iis muniis inseruit, semine quidem obsonia condiens, foliis autem & ramusculis coriariorum operi dicata. Rhoen Ruellius viburnum esse credidit, cum tamen, ut scribit Plinius, nullum illi à Latinis inditum sit nomen. Officina sumach appellant.

ῥυῖς. est carnis in maiore oculi angulo decrementum. refertur inter morbos qui ad immutam magnitudinem pertinent. Itaque à Galeno opponitur τῆ ἐγκαιδίδι, quæ non est aliud quam carnis in maiore angulo excrescentia. Indè accidit ut malè curata enchantide ferè semper succedat, ea scilicet carne quæ supra modum creuerat plus æquò detracta & absorpta seu ferro, seu medicamentis. Quod vitium non modò malè curata enchantide verum etiam agilope & pterygio succedit, si dum inciditur unguis, ut ait Celsus, ipse ducatur vehementius, ut caruncula etiam quæ in angulo oculi est, sequatur, eaque simul abscindatur. Hoc ubi semel corripit, pæscit foramen, per quod postea semper humor descendit & in genas illabitur. Ab eo symptomate nomen morbo datum est, dictusque ῥυῖς ἀπὸ τῆ ἐϋῆρ quod fluere significat.

ῥυῖματα. sunt species τῆ ἰτεῖων, laganis multo salubriores, ut scribit Galenus, crassi tamen sunt succi. Constabant similigine & melle.

ῥυθμός. rhythmus. modulus. Est proportio temporis motus aut quietis ad tempus motus vel quietis in pulsu. Cum enim pulsus constet quatuor partibus, duobus scilicet motibus & gemina quiete, sibi inuicem perpetua quadam serie succedentibus, eorum inter se proportio comparatioque rhythmus est. Eum omnis pulsus habet, sed varium. Suus enim est cuique natura, ætati, anni tempori, loco, sexui & reliquis, quem quidem qui seruat, is ὁ ῥυθμός dicitur: qui non seruat, ἀῤῥυθμός. Cum ergo rhythmus in earum partium proportionem consistat, variæ emergant rhythmici differentiæ necesse est. Vel enim tempus diastoles cum tempore systoles comparatur, vel quiete cum quiete, vel motus, hoc est, ipsa diastole vel systole cum alterutra quiete. Sed cum in omni pulsu hic rhythmus sit, agrè tamen noscitur nisi in vehementissimo. Sunt autem rhythmorum duæ summa differentiæ. Omnes enim fiunt proportionem vel pari vel impari. Pari quidem ut cum diastoles tempus æquat tempus systoles: impari verò, ubi tempus utriusque impar est, earumque altera alteram excedit. Id quod modo certis, modo incertis fit excessibus. Certis quidem etiam bifariam, aut multiplici proportionem, aut ut numeri ad numerum, qui ἐπιπέσος appellatur. Proportio quidem multiplex est dupla vel tripla vel quadrupla vel alia. Vt numeri ad numerum est,

cum

cùm quanta sunt duo diastoles tempora, tanta sunt etiam systoles, incertis autem excessibus, tripliciter. Nam aut diastoles tempus incertum est, aut systoles, aut utrumque. Quorum etiam unumquodque aliquando parum, aliquando plus, interdum etiam plurimum aucta habet incertis excessibus sua tempora, siue plura, siue unum quod sensu primum est.

ῥύματα. τὰ βουθήματα hoc est, prasidia, apud Hipp. ἀκὴ τῶ ἐνδοῦ, quod seruare significat. ῥύματα. dicuntur medicamenta absterforia, & corpori nitorem conciliantia, cuiusmodi vim inesse cucumeri esculento Galenus prodidit.

ῥύμας. sordes. Est excrementum tertiæ concoctionis quod in summo corpore nostro colligitur. Sicut enim cōcoctio tūm quæ in ventriculo, tūm quæ in iecinore perficitur, duplex excrementi genus relinquit, unum humidum, alterum siccum: ita & ex tertiæ concoctione duo excrementorum genera in singulis animantis nascuntur particulis, ex ipso unde aluntur succo. Alterum sudor est, hoc est, humor, qui antè transmittendi alimenti fuerat vehiculum, humidus, tenuis, serosus, & urina similis: alterum verò ceu semicoctæ quæpiam reliquiæ, quæ assimilari nutriendæ parti nequiverunt. Tenue quidem & illud est, ut quod in sensili transpiratione per cutis poros vacuetur, sed habet etiam crassioris excrementi nonnihil admistum, ex quo fit ut sepius sistatur ad cutem. Ab hoc excremento tūm pilis origo est, tūm iis quæ super cutem semper aceruantur sordibus, à quibus id ipsum etiã ceu sordes quædam dici meruit. Non incognita eæ quidem veteribus fuere, ut quas ipsi magna cura ex hominum corporibus ad varios usus deraderent. Sordes & strigmenta appellabant, à Græcis autem non modò ῥύμας, sed γλοιὸς etiam vocabatur. Vim habent modicè calfaciendi, emolliendi, discutiendi, quam quidem sortitæ sunt non tam ex corporis nostri natura, quàm olei atque pulueris mistione. Quæ enim in balneis strigili detrahebantur, olei atque sudoris mistura constabant: quæ verò ex palastra, habebant præterea pulueris accessionem, tūm eius qui athletis inspergebatur post olei illitionem, tūm eius etiam qui inter luctandum excitabatur: dicebatur autem id sudoris genus proprio nomine πύρος. Eas itaque quæ plus olei haberent, constat maiore vi emolliendi præditas fuisse: quæ verò plus pulueris, magis desiccasse, & discutere digereretque potuisse, præsertim si puluis erat paulò acrior atque asperior. qui namque paulò tenuior pinguiorq; est, quem Galenus ῥόνη λιπαρὰν appellat lib. 5. sanit. tuenda, magis est emplasticus, nec corpus cui cōspersus est, resolui & digeri patitur. Omnium verò strigmentorum maximè discutiunt, siccant modicè, atque etiã emolliunt quæ ex æreis statuis ac vasis, in quibus oleum ad palastræ usus reponebatur, veteres deradebant, utpote quæ ab ære æruginis quippiam contraxerant, sicut Paulus libro 7. prodidit.

ῥύμιον φάρμακον. detergens siue extergens medicamentū. Dicitur id omne quod ῥύμας, id est, sordes in quavis parte eluit & aufert. Sordes autem non cuti tantum extima & ulceribus inhaerent, sed etiam internis partibus, lingua, œsophago, tunicis ventriculi, reliquorum viscerum & venarum atque articularum. Eas quæ tergent, alia imbecillius, alia vehementius id agunt. Modicè detergent farina fabarum, hordei, ciceris, semen lini torrefactū, sacchar, oxymeli: magis ter ebintina, thus, mel despumatum, amygdalæ amara: valentiùs erui farina, semen hormini, radix ireos & panacis, nitrum ustum, nitri spuma, fictiles testæ, pumex, buccinorum & purpurarum

Dd

DEFINIT. MEDIC.

Et ceterorum ostreorum, testa usta, trita, tenui cribro creta, quorum quidem aliqua tam valenter tergent, ut etiam pilos tenuent: sed hac improprie ἐπιμασά appellatur. Quæ verò proprie & speciatim dicta sunt, tergent tantum non etiam obstructa liberant, quia sunt amariora imbecilliora, salsa scilicet & dulciora: quæ autem valenter detergent, omnino etiam digerunt, & ob id valde siccant.

Ἐπιμασά. emplastri nomen est, cuius descriptio habetur apud Celsum lib. 5. cap. 19.

Ἐπίσσις. fluxus. Una est è tribus communitatibus, quibus Methodici artem medicam constituebant. Desinebant autem esse rarefactionem corporis immodicam, & eorum quæ manere debuerant excretionem, ut contra στένωσις, densitatem & necessarium excrementorum suppressionem. vide μεθόδισι.

Ἐπίσσηματα. sordes ac rugæ quæ in senili facie cernuntur.

Ἐπιμασάτις. ὁ ἀρρογῆς πὶ τῆν ἰνδὸν ἔχει. hoc est, qui aliquid intus fractum habet, apud Hippocratem quem idem etiam ἐπιμασάτιον appellat, ut explicat Galenus ἐν ταῖς ἡλωσάσις.

Ἐπιμασά. est diuisio caluarie superficialis, vel profunda quidem, sed eatenus ut fractum os loco non moueatur. differentia est fracture capitis, ut habetur apud Paulum lib. 6. cap. 90.

Ἐπίξ. ὁ ἐπαροδῆς χιτῶν. sic dicta est tunica vicia, quæ tantam habet cum vicia similitudinem, ut vicia etiam nomine donata sit.

IO. GORRAEI PARISIENSIS

DEFINITIONVM MEDICARVM

Τ Ο Σ.



Ἀγάπιον. sagapenum. Succus est ferulacei fruticis nascentis in Media. Laudatur translucidum foris, colore rufo, & cum frangitur, intus candido, odore medio inter la serpitiū succum & galbanum, gustu acre. Officinae interpolato nomine serapinum appellat. Calidum est & tenuium partium, habetque quiddam absterforium quo oculorum cicatrices expurgat & suffusionibus prodest.

Adit & Mesues eo purgari crassos lentosque humores cerebri, leuarique inde hemi-cranicos, comitiales, vertiginosos, paralyticos, pectoris dolores, veteres tusses & asthmaticos.

Σακκίλιον ἢ

Σακκίλιον. per saccum excolare. Vox est apud Galenū frequens, quo significat sacco humorem aliquem transmittere & percolare. Id quod ad varios usus ab antiquis inuentum fuit. Ac primum quidem quò lymphidiora purioraque redderentur quæ per saccum colabatur. Sic enim quæ per coctionem crassiora turbidioraque facta sunt, tenuiora clarioraque euadunt: ut experientia facile probare potest. A quo usu scriptum est à Martiali poeta, — Ut liquidum potet Alauda merum,

Turbida sollicito transmittere Cæcuba sacco.

Ita enim vinum purius & defæcatius reddebatur. Sed & sacco veteres vsi sunt, ut vires

vires vini castigarentur & frangerentur, quò plus vini, inquit Plinius, caperetur. Id vini genus saccatum appellabant, ut habetur apud Scriboniũ Largum cap. 122. Nec tamen per saccum vina ea tantum de causa percolabant, sed etiam ut peregrinis saporibus in saccum additis vina tum odore, tum sapore suaviora fieret. Quo quidem sensu accipiendũ est quod à Plinio scribitur de aniso, ipsum saccis inditum cum amaris nucibus vina commendare. Cuius etiam conditura meminit Constantinus Cæsar capite ultimo lib. 7. de agricultura. Huius generis fuere quondam veterum $\pi\epsilon\tau\epsilon\rho\mu\alpha\tau\alpha$, $\alpha\psi\iota\delta\alpha\tau\alpha$, $\kappa\omega\delta\iota\tau\alpha$, nostrumque etiam vulgò dictũ Hippocraticum tã vinosum quàm aquosum, indito saccis pipere, cinamomo, zinzibere, cocco, absynthio, melle, saccharo, vinoque postea superfusis & per ea semel aut sæpius excólato.

Σάκχαρον ἢ

Σάκχαρον. est mel in arundinibus concretum, candidum & salis modo dentibus fragile. Concreti mellis genus esse Dioscorides testatur. Colligitur autem in arundinibus, unde à quibusdam mel calaminum, id est, arundinaceum appellatur. Candidum euadit multa coctione. Primò excoquitur arundo, deinde flava pars secernitur: tum secundò coquitur, atque ita fit candidius & concretius. Quod si tertio coquatur, maximum & candorem & densitatem contrahet. Quartum etiam aut quintum solet excoqui, & donec specie aluminis scissilis transluceat. Quod genus alij candidũ, alij candium vulgò cognominant. Dentibus autem subiectum salis modo friatur, atque tam multa habet sali similia, ut à veteribus sal Indicus dictus sit, quòd maximè in India proveniret. Saccharum ut recentiores Græci memoriae prodiderunt calidum & humidum est abscessu primo. Deterget, discutit mellis modo, nec tamen perinde sitim inuitat.

Σάλας ἔλαιον. oleum Salcæ fuit olei aromatici conditura preciosa. Habetur apud Aëtium lib. 1. optima, quam se dixit Alexandria aliquando præparasse. Habetur & alia diuersa multum ab ea apud eundem lib. ultimo.

Σαμία γῆ. Samia terra. quæ in Samo inuenitur, in qua cum plures sint terrarum differentia, sic κατ' Ἔζοχον ea dicitur quæ est candida, leuis, tangenti linguæ glutinis modo adhaerescens, mollis, succosa, friabilis, cuiusmodi est quam aliqui κωλλέειον vocabant, quod oculorum medicamentis optimè misceretur. Duæ enim species terræ Samiæ fuerunt, una quæ antè dicta est, altera quæ ἀσπὴ appellatur, crustacea & coris modo prædensa, olim fortè sic dicta quòd stella ei imprimeretur, aut quod in ipsa multa mica in modum stellarum interniterent. Inter eas præcipua est differentia, quòd Samia terra ἀσπὴ dicta glutinosior sit collyrio & magis emplastica, ut Gal. & Aëtius scripserunt. utraq; mediocriter refrigerat, repellit fluxiones, & sudores arcet.

Σάμιον ἀσπὴ. vide σαμία γῆ.

Σάμιον λίθος. est lapis qui in Samia terra inuenitur inclusus, candidus & subdurus, quo aurifices utuntur poliendo auro, ut resplendeat. Adstringit & refrigerat.

Σαμφορικὴ ἰσχυρὸς. est species nardi sic dicta à regione in qua nascitur, ut author est Dioscorides. hanc autem aliqui $\kappa\epsilon\upsilon\delta\iota\alpha\rho\delta\upsilon$ esse suspicantur.

Σαμφορικὸν ἔλαιον. sampsuchinũ oleum, quod Aëtius lib. 4. cap. 42. docet conficere cocto sampsucho in duplici vase cum oleo. Calfacit & valdè digerit atque discutit.

Σαμφορικὸν μῦρον. sampsuchinum unguentum. Cuius compositio habet ad hunc modum: Serpilli, casia, abrotoni, florum sisymbriũ, fròdium myrti, sampsuchi singulae portione

Dd ij

DEFINIT. MEDIC.

quantū pro cuiusque viribus satis fore coniecero. unā tunduntur, atque iis omphacini olei modus adiicitur qui madentium vires non euincat. hæc post quadriduum exprimuntur, denuò noua alia simili mensura & aequali tempore macerata premuntur, ita enim validius reddi solet. vim habet acrem, calfactoriam, extenuantem, & lassitudines illitū discutit. sic dicitur quòd sampsuchus in eo viribus præpolleat. Diuersum autem est ab amaracino, etiamsi sampsuchus & amaracus idem significent, sicut in sequentibus videre est.

σαμψυχου. sampsuchum. Est herba ramosa, perpetuò virens, per terram repens, foliis eius calamintha quæ tenui folio constat & λεπτόφυλλοι appellatur, hirsutis & rotundis & odoris, radice retorrída, summo cespite leniter harente, multifida, quam Dioscorides ait à Romanis maioranam dici. An verò idem sit sampsuchum cum amaraco pleriq; dubitant. Dioscorides scripsit σαμψυχου à Siculis & Cyzicenis ἀμάραιον appellari. Similiter Plinius ait Dioclem medicum & Siculam gætē vocare amaracum quòd Ægyptus & Syria sampsuchum: atque alio loco Sampsuchum siue amaracum ait in Cypro laudatissimum & odoratissimum: nec multò post, sit ex eo oleum quod sampsuchinū aut amaracinum vocatur. Verum aliter videntur sentire Galenus, Aëtius & Paulus, dissidentes viribus plantas testati, cum tanquam diuersarum seorsim locis variis mentionem faciant, sampsuchumque in tertio calfacientiū & siccantium censu collocēt, amaracum in secundo siccare volunt ordine, & tertio calefacere. Quæ discordia facillè cõciliari potest, si intelligamus amaracum duarum herbarum differentium nomen esse: neque enim tantū hoc nomine σαμψυχου appellatur, sed etiam ἡ παραθενιον, ut author est Dioscorides. de quo posteriore amaraco parthenium significante Galenus, Aëtius, Paulusque scripserunt, præsertim cum nusquam de simplicium facultatibus agentes parthenij meminerint. Sed quæres, cur igitur Dioscorides separatim sampsuchini & amaracini unguenti compositiones explicat, nisi sampsuchum & amaracum diuersa esse existimauit? Responso facilis est: non herbarum inibi varietatem esse, sed variam tantum unguenti compositionem describi. Nam sampsuchinum quidem dicebatur quod ubique ferè apparabatur, amaracinū verò propriè quod in Cyzico fiebat, ubi ἡ σαμψυχου vernacula lingua ἀμάραιον dici Dioscoridem scripsisse supra annotauimus. Itaque quamuis etiam id sampsuchinum rectè vocari possit, patriam tamen illi nomenclaturam Dioscorides tribuit.

σαμδαχιν. est aliquid cere duritia proximum quod apes recondunt. Hic est apum dum operantur cibus, qui sæpe inuenitur in fauorum inanitatibus sepositus, & ipse amari saporis, ut Plinius docuit. quidam κλεινόν vocant, melle quidem deteriorem, ut scribit Aristoteles, at dulcedine propè ficus. Gignitur rore verno.

σαμδαχα. sandaracha. Est succus cõcretus terreusque & quodamodò rustus, in metallis ferè iisdem in quibus & ἀγαυόν, hoc est, auripigmentum, proueniens. Plinius in aurariis & argentariis metallis inueniri scribit. Sunt autem quædam eius differentia: in colore quidem, quòd alia valdè rufa est & cinnabaris colorem refert, alia minùs rufa & quasi sublutea est: in figura verò quòd alia glebosa est, qualis plerunq; inuenitur, alia puluerulèta, ut author est Theophrastus. Ea in locis, ut Vitruuius tradit, quæ sunt inter Magnesiæ & Ephesi fines effoditur parata, quam nec molere nec cernere opus est, sed sic est subtilis, quemadmodum si qua est manu con-

rufa

rufa & subcreta. Sandarachæ sulphur olet per se, ac magis trita, sed maxime vsta. Luteum autem emittit fumum. Optima autem est quæ pura, quæ ad satietatem flammæ colore rufescit, quæ etiam si non teratur nec ardeat, olet sulphur, quæ facile frangi terique potest, qualis nascitur in Ponto. fit etiam ex auripigmento sandarachæ adhunc modum, Auripigmenti mediocres particula in ollam, cuius os obturatum sit, coniecta quinque horis coquuntur in furno contrahuntque sandarachæ colorem. Arabes cum arsenico sandaracham confundere videntur, atque uno nomine utrumque censere, solo autem colore distinguere: nam quæ verè sandarachæ est, eam appellant arsenicum rubrum: luteum verò, quod propriè auripigmentum est. Sed turpius errant qui sandaracham pro vernice accipiunt, medicamentum scilicet deleterium pro salutari, cum sandarachæ metallica sit, vernix autem gumi seu concreta iuniperi lacryma. Sandarachæ utuntur pictores, utuntur tornatores cum circum vascula lineas ducunt, utitur & medici quòd vim habeat vrendi, sed liquoribus resinisque temperata multis morbis medetur: mulso quidem puruletæ excretioni: resina suspiris & veteri tussi, eius vapore per fistulam in os attracto, melle raucitati, sicut Dioscorides prodidit. Vitruuius id quod fit ex cerussa in fictile coiecta ac super carbonibus quoad colorem rubrum duxerit, cremata, sandaracham ob similitudinem coloris nominat: sed id ipsum Dioscorides οὐδὺν scribes appellari, de quo vide suo loco.

οὐδὺν est cerussa vsta donec rufa & similis sandarachæ euaserit. Vritur autè hoc modo, Cerussa trita in patinam nouam & cauam supra prunas imponitur & ferulacea rude mouetur, vsque dum rufescat, & induerit sandarachæ colorem. Id autem (inquit Vitruuius lib. 7.) incendio factò ex casu didicerunt homines, & ea multò meliorem vsum præstat quàm quæ de metallis per se nata foditur. Quo loco Vitruuius sandycem appellat sandarachæ, quod sandyx sandarachæ colore sit: neq; enim cerussa hoc modo vsta verè sandarachæ est, ut quæ per se in metallis nascatur, sed sola coloris similitudine. hoc modo sandycem fieri primùm prodidit Dioscorides, assenserunt Galenus, Aëtius & Paulus, qui præterea sandycem οὐδὺν dici scripto reliquere. Solus Plinius & Syricum à sandyce diuersum facit, & sandycem docet fieri ex cerussa tosta, æqua parte rubrica admixta. Verùm quia sandyx res est non naturalis sed factitia, potuit varia arte preparari & adulterari. Nam & hodie, vñquam cessat fraus, lateres teruntur in farinã, qua sandyx adulteratur. Ceterùm Plinius scribit se animaduertere Virgilium existimasse sandycem herbam esse illo versu qui in Bucolicis habetur.

Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

In qua sententia fuit etiam Seruius, qui de herba interpretatus est, de qua sandycinũ colorem tingi dicit & varanã à rusticis vocari. Eumque postea sequuti herbam depingunt delicatæ olfacturæ, caule breui & in aliis fœniculo similem. Verùm miror unde id in mentem Plinio venerit. Neque enim de herba Virgilius dixit sandycem, sed de coloris genere. Tãtam enim sæculi felicitatem eo loco ominatur, ut tincturam lana deinceps desideratura nõ sit, quoniam cum in pratis oues pascentur, non ex sandyce quidem, quam nullam in pratis esse reperio, sed quamuis herba earum vellera & muricis, & croci, luti & sandycis similia sua sponte euadent.

Est & οὐδὺν collyrium ἀπὸ λὸν καὶ ἀδουτον, quod & οὐδὺν Aëtius scribit ap-

Dd ij

DEFINIT. MEDIC.

pellari lib. 7. quo loco ipsius compositionem exponit. Sic autem vocatur, quòd recipiat cerussam vstam quam *σείδιον* & *σείδιον* appellari supra diximus.

Fit ex sandyce ceratū egregium quod speciali nomine *ἀσθηρ* à veteribus appellatum est, cicatricem inducens tibiaram ulceribus antiquis & malignis. Recipit autem sandycis libram unam, olei dulcis libras duas. tamdiu coquuntur dum manus non inquinent.

σαρπυρ. dicitur hoc nomine tertia species absinthij. vide à *σείδιον*.

σαπύρ. dicitur ab Hippocrate non quod corruptum est, ut multi nominant, sed quicquid vetustum diuturnūque est, ut annotat Galenus à *σείδιον* ἀγμῶρ.

σαπόρ. sapo. Gallorum inuentum est, inquit Plinius, rutilandis capillis. fit ex sæuo & cinere, optimus fagino & carpineo, duobus modis, spissus & liquidus. Talis quidem fuit prima eius compositio. Alij deinde varia adiecerunt pro arbitrio & utentium commodo, ut Constantinus, cuius sapo celebris fuit, adiectis saponi Gallico multis partim adstringentibus, partim odoratis, ut habetur apud Paulum lib. 7. cap. 13. & apud Aëtium lib. 6. cap. 54. Hodie qui apud Venetos paratur primas tenet, addito oleo, calce, sale, & aliquando etiam odoratis quibusdam.

σαρδωνία

σαρδῶα. herba, quæ non est aliud quàm alterum ranunculi genus, copiosissimum in Sardinia, gustus acerrimi, cuius esu mentem adimi authores quamplurimi sunt, atque ita contorqueri ora, ut risus imaginem referant, qui Sardonius ob id dictus est, & abiit in proverbium. Inter venena recensetur à Dioscoride lib. 6.

σαρμῆξιμ. Galenus apud Hippocrat. commēt. 1. à *σείδιον* ἀρθερῶρ scribit variè à quibusdam verbum hoc explicari. Dicitur quidem de brutis pascentibus, sed alij significare volunt labra inter se tam vehementer committere, ut auellere & abscindere partem aliquam graminis valeant, alij verò dentibus inferioribus & superiore labro idem efficere, alij dentibus inter se ex utraque parte commissis scindere, quod Galeno videtur verisimilius locum eum Hippocratis explicanti.

σαρκίτης. hydropis species qui & *σάρκιδι*, & *ἀνίασημα*, & *λευκολεγματίας* dicitur. vide ὕδρωρ.

σαρκοκίλι. ramex carnosus. Est caro durior, quæ aliqua scroti parte increuit. Galenus tumorem eum in genere scirrhorum statuit. In eo color sui similis ubique est. Proprie quidem de testiculis induratis dicitur: nec tamen ad eos solos pertinet, sed ad nervos etiam à quibus testes dependent, si eos duriores fieri contigerit, & ad tunicas, si quando inter eas caro increuerit. Causa esse potest interdum fluxio, interdum verò ictus, aut imperita post ramicis succissionē curatio, aliáq; omnia à quibus scirrho inducuntur.

σαρκοκίλλα. est lacryma arboris in Perside nascentis, thuris pollini similis, colore subrufo, amara gustanti. Inter gummi genera numeratur à Plinio, sed & eodem nomine arbor ipsa cum lacryma sua vocatur. Nomen habet quòd vulnera glutinet: sed & fluxiones sistit.

σαρκοφάρος λίθος. lapis qui etiam *σάρκωρ* appellatur, de quo vide suo loco.

σάρκωμα. est carnis in naribus præter naturam incrementum. Est autem eiusdem cum polypo nature, ut scribit Paulus, differt autem à polypo, ut habetur in medicis definitionibus, magnitudine & forma. Est autem polypus quidem sarcoma, non contra. Polypus enim similitudinem piscis polypi gerat oportet, cum *σάρκωμα* informe

fit

fit potius carnis incrementum.

σαρκωτικόν. est medicamentū carnis producēda vim habens. Nam quāuis carnis generatio naturæ opus esse videatur, iuuatur tamē illa quidē plurimū in replēdo ulcere medicamētis quæ modicē calefaciūt, moderatē detergent & purgant, atq; minimū siccant nullōque modo adstringunt. Talem namque τὴν σαρκωτικὴν facultatem esse oportet. Carnis enim generatio fit cū & membra ipsa quibus adnasci vel circumnasci caro debet in calore & frigore temperata fuerint, & sanguis qui illuc affluit, tūm qualitate salubris, tūm quantitate moderatus. Verūm calidiora paulō ipsa carne oportet esse sarcotica, quo sanguinem attrahant, neque ullo modo adstringere oportet, ne quod influit repellant, sordēmq; ulceribus arctiūs affigant, minimumq; siccare, ne absument, sed modicē prorsus siccare quo in carnem densetur. detergenti autem purgandique vi prædita esse decet, ne mala caro & vitiosa gignatur, si quid sordis & vitij in sanguine relictum sit, sed citra omnem morsum & acrimoniam.

σαρξ. caro. tribus modis dicitur, ut author est Galenus lib. 10. methodi medendi: uno propriē, duobus impropiē. Propriē quidem & absolutē dicitur pars corporis nostri simplex, mollis, rubicunda, fibras musculorum complectens. Quanquam non eas tantūm complectitur, sed etiam contra caloris interni impetum & vehementiam, atq; externorum calorem, frigus, duritiem eas munit, fouet, nutrit. Gignitur ex sanguine mediocriter siccato, & perdita regignitur. Ob id caro pars multi sanguinis & calida dicitur, unde & carnis abundantia ex sanguinis copia nascitur. Hæc caro partem plurimam animalium sanguine præditorum constituit. Ad hanc quoque reducenda est quæ in gingiuis, in glande penis, intus in digitorum radicibus, finibus medijs & lateribus & cuti inest. Quin & in plātis ipsis circa lignosas & veluti nervosas fibras suam quandam carnem Theophrastus tribuit. Tu quoque in ferro rubigine exeso carnem contabuisse, fibras ob duritiem restitisse deprehendes, ac modo eodem in lapidibus carie exesis. Talis quidem est caro propriē dicta. Alterum autē carnis genus est impropiē dictum & nomine, ut ait eodem loco Galenus, carens, huic quidem finitimum, sed tamen diuersum, fibras omnes cordis, vetriculi, œsophagi, intestinorum, vesicæ utriusque, uteri, & si qua sunt alia his fibris cuique propriis prædita ambiens, & his circūhærens & circumnascens & eas muniens contra calorem natiuum omnia populantem, atque etiam contra æstum, frigus & cætera foris occurrentia. Quamuis autem membranæ aliis fibræ non sint, tamen his quandam carnem propriam negare non possumus, cū sanis & bene nutritis membranæ huiusmodi sint habitiores, & magis corpulentæ, attenuatis verò quacunque de causa sint magis tenues. Tertium verò & vltimum carnis genus est propria cuiusque visceris substantia, quàm Erasistratus πᾶσι γῆρα, hoc est, affusionē appellauit. Ea visceris cuiusque actionis causa est. Talis est cerebri, pulmonum, hepatis, lienis, renum caro, seu id totum quod venis, arteriis, nervis, stomachis, præterea folliculo fellis quidem ab hepate, vteris verò à rene ademptis reliquum manet. Per hæc carnem cerebrum animalē spiritum elaborat, pulmo aërem, hepar chylum & sanguinem, lien crassum & faculentū sanguinem trahit & sibi concoquit, renes sanguinis portionē ad se nutriendū idoneam, & lotiū quod vesicæ mox transmittunt. Caro hæc omnis ceu stæbe quadam & factura, ut ait Galenus, tūm viscerum vasa firmat, & spatia horum media opplet, tūm fibras ipsas tam musculorum quàm partiū aliarum,

Dd iij

DEFINIT. MEDIC.

quibus fibris undique circūiecta est, munit, & robotat ne facillè contundantur aut rūpantur: adhac cōtra frigus & aestum hæc omnia defendit. Cadenti enim aut cubanti caro fit substerniculū molle: dum verò contunditur, fit operimentum penicillis simillimum, cūm vulneratur propugnaculum, contra frigus calfacit, contra aestum est umbraculum.

σατυριακὴ. nomen antidoti cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 11.

σατυρίασις. est pudendi palpitatio, inflātorica cuidā vasorum spermatīcorū affectio- ni cū tensione superueniens. Sic quidē Paulus definiuit, discernens σατυρίασιν ἀπὸ τῆς πριαπισμοῦ, quæ nec Gal. nec Aëtius distinxerūt. Sed hic quidē duas priapismi dif- ferentias constituit, unā quæ solā habeat pudendi tētiginem, alterā verò cui præter tētiginē dolor etiā insit, & inflātorica, & conuulsio. Hæc autem est quæ satyriasm Paulus appellat, cuique alia omnia symptomata tribuit quæ & tali priapismo Aë- tius assignat, resolutionem, cōuulsionem, ventris inflationem, frigidos sudores, & ab his subitum interitum. Vterque etiam non viris modò, sed & mulieribus satyriasm accidere prodidit, quòd rectè de priapismo dici non potest, quoniam tētigine mu- lierem laborare dicere ridiculum sit. Consequitur autem mulierum satyriasm, ut ex Sorano refert Aëtius, pudendorum ingens pruritus cum dolore, ut manus subin- de locis admouere cogantur, & intolerabili Veneris desiderio contabescāt. Quippe falsi & acris humoris affluxus eas pungit & stimulat, vicinæq; utero partes pariter inflāmātur. Nec tamen illæ coitu leuantur, sed potius irritantur, quòd propter lo- corum distentionem, meatuumque angustiam, quam inflāmatio efficit, semen ex- cernere nequeant, maiórque semper humorum copia ad locum affectum affluat. Di- cta est Satyriasis fortè propter inexplebile coeundi desiderium, quòd Satyri sem- per arrigere dicantur.

σατυρίασις etiam dicta à quibusdam est ἰλιφαρπίασις, ut Aretæus, Galenus & Aëtius scripto testati sunt, propter vultus similitudinem summamque libidinem.

σεβηλαιουὶ κολλυρίου. est aridum collyriū quod ad Seuerianum authorē refertur, constās cerussa unciis VIII. Cadmia unciis IIII. salis ammoniaci unciis II. piperis unciis I I. folij unciis I I I I. Aëtius. Vim habet leniendi. Eius meminit Paulus lib. 3. cap. 22. eòq; in acribus oculorum ulceribus utitur, & κολλυρίον ἀπὸ λαῶν appellat. Me- minit & ξηροκολλυρίου τῆς σεβηλαιουὶ Galenus lib. 4. τῆν κῆ τὸ πόνος ex Asclepiade non multum differente ab Aëtio descriptione, nisi quòd cerussam non habet.

σεβηρου κολλυρίου. duplex habetur apud Aëtium lib. 7. capite πῶδι ξηροκολλυρίου.

σεῖσις. quattuor est quod in spina incidit vitium, ubi vertebrae in loco quidem suo ma- nent, sed earum compago dimouetur. Sunt autem alia tria eius vitia, κύφωσις, λυγρω- σις, σκολίωσις, ut annotat Galenus comment. 3. ἐς τὸ πῶδι ἄρθρω.

σελιωιακόν. nomen est τῆς κύφωσις sic dicti quòd luna sacrum dicatūmque fuerit, eique a- doleretur: vel quòd viginti & octo medicamentorum mistura constet, quot diebus Luna cursum menstruum peragis. vide κῶδι.

σελί. ὁ σάσαλι, apud Hippocrat. ut scribit Galenus.

σελινίτης οἶνός. vini genus ex apio compositi, cuius descriptio habetur apud Dioscoridē, & apud Constantinum Cæsarem lib. 8. cap. 29.

σελινίτης. dicitur à quibusdam ὁ χαμαικισσός, ut habetur apud Dioscoridem.

σελινοειδής. species brassicæ quæ & σελινοσία dicitur.

σελίον.

σίλιου. *apium*. Est herba hortensis, caule concauo, tenuiter striato, multisque ramulis brachiato, foliis tripartitò dissectis & leniter crispis, oris leniusculè laciniatis, flosculo candidulo & minuto, nudo semine, radice singulari, suauiter olente, biennio ferè durans, perpetuàque fronde virens. Est autem usque adeò calidum, ut & urinas & menses cieat. Flatus quoque discutit, idque magis semine quàm herba, quod valdè calidum, acre & tenue est. Id credo nostrum esse vulgare petroselinum, nostrúmque apium vulgare esse Dioscoridis & Galeni ἐλλοσίλιου, quod paludarium dicitur.

σίλιουσία. species est τῆς κρᾶμβις apud Athenæum, sic dicta à crispitudine foliorum, ideo quòd ea in re apium videatur imitari. dicitur & σλινοσίλις.

σιμιδάλις. *similago*. Est farina ex tritico còmuni facta, ex qua factus panis σιμιδάλις dictus est, cui secundum inter panes bonitatis locum assignat Gal. lib. 1. de aliment. Primum enim tribuit ὁ σιλιγίνης, hoc est, siligineo, ut qui ex purissimi optimiq; tritici farina quæ σιλιγίνης dicitur, conficiatur. Ex quo apparet quid discriminis sit inter similaginem & siliginem. Hoc enim nomine optimum triticum vel eius farinam, illo autem paulò deterius & commune veteres designabant, in quo quod purissimum est, pollen dicebatur, ut flos in siligine, quemadmodum annotauit Plinius lib. 18. cap. 10.

σιραπίς. herba quam Ἐρεχθὺς & τειροεχθὺς appellari scribit Paulus lib. 4. cap. 25. Aëtius verò lib. 15. in descriptione emplastri Ἀξίραπιάδος, duo nomina simul coniunxit, σιραπιάδα τειροεχθὺς appellans.

σίρις. herba est duorum generum. una syluestris quæ πικρὴς & κηχέιορ vocatur, altera satiuia, latioribus foliis, stomacho quàm hortensis utilior, quæ iterum in duas species digeritur. una folio latiore prodit, lactucarū simillima, altera angustiore est folio & gustu amara. Est autem olus subamarum, admodum refrigerans & humectans cum adstrictione nonnulla.

σίριφιου

σίριφορ. dicitur hoc nomine absinthium marinum, quod est secunda absinthij species. vide ἀψίνθιον.

σίσιλι. herba est cuius multa pro natali solo differentia statuuntur. Aliud enim Massiliense dicitur, foliis fœniculi, crassioribus, caule vegetiore, umbella anethi, in qua semen oblongum, angulosum, gustu acre. radix longa est, incundi odoris. Aliud est Æthiopicum quod folia habet hederæ, minora, & ad periclymeni modum oblonga. frutex nigricat, palmitibus in bina cubita extensis, ramis sesquipedalibus, capitulo anethi, semine in tritici morem denso, nigro, amaro, Massiliensi odoratiore & actiore, multum suauis. Aliud ab his habetur Peloponense cui folia cicutæ, latiora, crassiora, caulis supra Massiliensis magnitudinem, ferulaceus & latus. In cacumine umbellam habet, in qua semen latius, odoratum & carnosum pendet. Inuenitur & feseli Cyprium, quod à quibusdam κίκυ, id est, ricinus appellatur, ut habetur apud Dioscoridem.

σισηρός. δίσταρ καὶ ἀπωγμένιον, hoc est, distans & apertum. Sic vocatur ab Hippocrate ulcus hians, metaphora sumpta ab iis qui ringuntur. Nam σισηρία proprie significat labra diducere dentibus commissis, ut annotat Gal. comment. 3. ἐς τὸ πᾶσι ἀγμῶν.

σιπιλομάλαχον. olus est à recentioribus Græcis nominatum quasi maluacea beta, quòd

DEFINIT. MEDIC.

forte figura & denticulato seminis habitu betam, mollitia maluam representet. Id verè videtur quod vulgò spinaceum vocant.

ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ. pars est medicina, signorum omnium differentias & vires expendens. Cum autem signa multi pliciter dicantur, ut Galenus in arte parua scripsit, certum est ad istam partem omnium contemplationem pertinere, sed eorum maximè quibus per morbos & praterita inuestigamus & presentia cognoscimus atque futura prauidemus, sicut ad Hippocrate proditum est initio lib. prognosticon.

ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ

ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ. idem quod ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ, ut habetur apud Dioscoridem, de quo mox.

ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ. planta est duorum generum: unum magnum, alterum paruum est. Magnum Anticyrenses elleborum vocauerunt, quoniam albo veratro in purgationibus misceretur. Simile est senecioni aut ruta, longo folio, flore candido, radice gracili, ignaua: semen gustu amaro, cetera sesamæ simile. Paruo autè cauliculi sunt dodrantales, folia coronopi, minora, hirsutiora, & in caulicorū cacumine capitula florum penè pureorum, medio eorum albo, semen sesamæ, fuluum, amarum, radix tenuis.

ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ. sic quondam dictum fuit apud Anticyrenses semen ellebori nigri, ut scribit Dioscorides. Verùm Theophrastus ipsum elleborum ab iis sic vocatum fuisse prodidit, quod sesamæ similitudinem haberet.

ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ. ossa sesamidis similia. Sunt ossicula oblonga & plana intra manuum pedumque articulos posita: sic dicta sunt à sesami seminis similitudine. Ea in singulorum manuum articulis numerantur decem & nouem intus sita, & ad inflexionem articulorum comparata. Sunt autem hoc ordine digesta, In quatuor digitis manus, intus ad articulos, primos quidem bina, alios autem singulos singula sub tendonibus incumbunt, ligamentis implexa. Ex articulis autem pollicis, primus quidem nullum, secundus bina, ultimus unum continet. Sunt & in utroque pede interna totidem. Praterèa verò in manu alia quatuordecim foris saepe in sternuntur tendonibus implexa, singula quidem singulis iam dictis quatuor digitorum articulis, duo autem secundo pollicis articulo, sub utroque scilicet tendone unum, sed minora & magis chartilaginosa, praesertim pueris. verùm iis pedum articuli carent. neque in iis ulla supernè apparent, aut admodum rara vel obscura, sed grandia duo habet, unum quidem ad articulum astragali cum scaphoide: alterum verò ad articulum pternæ cum cyboide. Sunt igitur in digitorum articulis ossa sesamoidea numero quinquaginta duo, & duo insuper alia grandia, de quibus modo diximus. Atq; hæc quidem omnia facile est reperire, ablatis prius tendonibus extendentibus, deinde sectis per transversum articulorum ligamentis. horum autem omnium proprius usus est & verus, ut articulos implentia stringentiæque eos luxari prohibeant. Sic enim mola genu articulum parte antica firmat, ne ambulatibus per decliuias, aut genu multum flectentibus luxatio in anteriora fiat. Quoniam autem & in anteriora & in posteriora luxatio fieri potest, quæ quidem articulis manus internis insunt ossa sesamoidea, eos intrò luxari prohibent, dum manus vehementer extenditur, eaque sic tensa vis aliqua adhibetur: quæ verò exterius supernis eorum partibus implantata sunt, ne extrema flexione foras luxentur impediunt. Hac etiã ratione articulis digitorum pedis omnibus ossa subsunt sesamoidea, ligamentis implexa, ut in digitorum manus internis articulis, non ad inflexionem quidem, ad quam sunt valde inepti, sed ut

pes

pes stantibus & ambulatibus etiam per loca inæqualia & aspera sit firmior, & ne digiti lapidibus vel re alia quavis altiore, velut euerfi dum stamus aut ambulamus, promptè luxentur.

Σίσυμυρ ἄγριον. sic à quibusdā dictum fuisse heliotropiū maius Dioscorides author est.

Σιαγρ. maxilla. ζώνς. γνάθος. sic dicta ὅτι σείεται πᾶσα τομὴν.

Σιᾶλον vel σιᾶρον. salua. Est pituita, quæ à glandulis ad radicem linguæ sitis profecta os totum humectat. Pituitam quidem esse, præter humiditatem & frigiditatem, color etiam ostendit & gustus, non ex earum quidem genere quæ vel screando, vel vomendo, vel emungendo quotidie educuntur, vaporoso scilicet spiritu plena, ut ne sensum quidē latere possit ipsas esse dissimilares, sed ex genere propriè dictæ pituitæ. Videtur enim esse similis, si modò secundum naturam se habeat, hoc est, si nec fluida valdè & aquosa sit, nec nimium lenta & sicca, nec aliena qualitate prædita. Est autem ei naturalis aquæ qualitas quæ ἄκρως est, aliena verò acris, acida & salsa, ut quæ dissimilis humoris mistura proueniat. Ceterum saluam gignunt glandulæ seu glandulosa corpora ad radicem linguæ sita, eamque in os eudentibus venulis stillatim effundunt. Id quod magna naturæ providentia factum est, ut perpetuò humore totæ fauces, lingua & palatum madescant, usum alioqui respirationis, vocis, & deglutitionis, qualem natura poscit, non præstitura. Ac quanquam quotquot per corpus sparsæ sunt glandulæ lentum quendam humorem & quasi pituitosum contineant, saluæ perquam similem, eum tamen nemo hominum saluam appellat, uti nec crassiorem illam pituitam quæ ex cerebro tum per os, tum per nares defluit. Non enim eum saluam, sed omnes ferè μύξα, Hippocrates verò βλήνω vocauit. Affluit autem eiusmodi pituita in os aliquando à cerebro humidior, aliquando verò à stomacho, quod vitium σιλιόμος dictum est, de quo vide suo loco.

Σιγμοειδὴς ἀπόφυσις. sic dicitur processus unus omoplatæ, quòd instar antiquæ Græcorū literæ C cauus sit. Idem aliis nominibus ἀγκυροειδὴς & πορρακοειδὴς appellatur. de quibus vide suis locis.

Dicitur & hoc nomine sinus seu cavitatis semicircularis in cubito, inter duas cubiti apophyses comprehensa, in quam brachij extremum, trochleæ simile, inseritur. Refert figuram C Græcorum literæ, unde σιγμοειδὴς vel σιγμακοειδὴς appellatur.

Dicuntur & χόνδροι σιγμοειδῆς chartilagines quibus aspera arteria cõtexitur, quod semicirculares sint instar C Græcorum literæ.

Dicuntur & σιγμοειδῆς tres membranulæ ad orificiū venæ arterialis posite, quæ intus ortæ extorsum feruntur. Sunt enim semicirculares, & literæ C imaginē referunt. Σιδνεῖς. sic dicta fuit à multis ἢ ἰατρῶν, atq; etiā ὁ πῶσις τερῶν, sicut habetur apud Diosc. Σιδνεῖς. ferrum. Quid sit notum est. Variæ sunt eius differentie: quoddam est tenax, quod optimum, quoddam mediocre, quoddam fragile & erosum, quod deterrimū. Nullum purum nascitur, sed igni excoquitur. Quo in opere tria ex ferro prodeunt, σίμωνια, ληπὶς, σικωεία. Latini σίμωνια ferri aciem videtur dicere, nec aliud est quàm ferrum sæpius liquefactum & purgatius redditum. ληπὶς, quam squamam dicunt, ea est quæ malleorum ictibus excutitur de ferro, aut de eius stomomate, quæ valentius quàm aris squama adstringit, & utilior est malignis ulceribus, sed minùs acris est. σικωεία vero purgamentum eius est, siccantis admodum facultatis.

Σιδιον. malicoriū, hoc est, asperū mali Punici putamē. Adstringēdi spissādīq; vim habet.

DEFINIT. MEDIC.

σικλιος. *Symptoma est cum saliuā plus æquo in os affluit. Id quod contingit tum vitio capitis humidioris multamque saliuam in glandulas ad radicem linguæ sitas effundentis, tum stomachi multa pituita redundantis, quæ ex eo secundum gulam in os prorepat: cuius quidem affectionis Galenus meminit lib.8. τὴν ἰσχυρὴν, cap.4. & Paulus lib.3. cap.37.*

σικυῖα. *cucurbita vel cucurbitula. Instrumentum est concavum, quod ad multos usus cum flamma corporibus adhibetur. Plures eius differentia tam à materia quam à forma haberi possunt. A materia tres fuerunt præcipuæ apud antiquos, vitrea, cornea, ænea: nam argenteas, quia vehementius ignirentur, reiciebant. Ænearum frequentior erat usus: nunc vitreis magis utimur, quod per eas melius sanguinis vacuationem contemblemur. Corneæ post eas secundum locum nunc obtinent. Quod ad figuram spectat differentia præcipuè in æneis erat. Elatiores humilioribus magis attrahunt. humiliores capiti magis conueniunt, quia non vehementer trahunt. Quæ plana habent labra corporibus latitudinem habentibus: quæ resima, curuis & gracilibus commodius affiguntur. Quæ acutum os habent illis competunt in quibus scarificatione quidem non utimur, sed per leuium cucurbitularum applicationem vehementer attrahere volumus, labrorum acuitate ad attractionis violentiam conferente. Quæ obtusa habent labra, tum in aliis membris, tum præcipuè in capite utiliter applicantur. Ænearum cucurbitularum tractus quemadmodum etiam vitrearum non nisi per ignem sit, cornearum verò etiam sine igne, ut Antyllus scripsit. Quippe in extremo eas licet perforare. Itaque cum aptantur, si quis vehementius ore per foramen exugat, illæ attrahent. Statim verò foramen digito ceræ claudi debet. Caterum cucurbita multiplices usus medici veteres prodiderunt, capitis materiam vacuat, dolorem soluit, phlegmonem minuit, inflationes discutit, appetentiam reuocat, imbecillum & exolutum stomachum roborat, animi defectiones depellit, quæ in profundo sunt ad superficiem transfert, fluxiones exiccat, sanguinis eruptiones cohibet, menses suis circuitibus mouet, venena mortifera foras attrahit, rigores & circuitus soluit, cataphoras discutit, somnos conciliat. Verum ut docet Galenus lib.14. methodi med. etiam si cucurbitula (strenuum planè auxilium) inuenta est tum ut foras euocentur quæ in alto sunt, tum ut eximantur atque eruantur quæ iam in scirrhum abeunt, in plethoricis tamen prætermittenda est, quod corporibus tantum utilis sit quæ prius vacuata sunt. Eadem ratione ubi cerebrum eiusque membranæ phlegmone vexantur, aut alia omnino particula, non est per initia utendum cucurbitulis, sed posteaquam totum corpus vacuaueris, ac necessarium sit eorum quæ in inflammata parte continentur aliquid educas atque eruas, aut etiam foras versus attrahas. Dum verò affectus ipsi generantur, minimè ipsis membris quæ laborare incipiunt, sed iis quæ continuata his sunt cucurbita imponi debet, auellendi in contrarium causa. Sic namque ad mamillas cucurbitam imponimus, cum sanguis ex utero profluit, de fixo maximè in ipsis communibus pectoris & uteri vasis eius ore. Sic si ex naribus sanguis profunditur, præcordiis maximas cucurbitas affigimus. Sic & omne aliud sanguinis profluuium ad contrarium per communes venas auertimus, quemadmodum rursum & sanguinem, si ita est opus, attrahimus. Siquidem cum menses euocare in animo est, in pube & inguine cucurbitam figimus. Præterea cucurbita in occipite defixa efficax est remedium ad oculorum fluxiones. Vacuari tamen prius*

prius totum corpus expedit : nam si plethoricum corpus sit , in quacunque parte capitis cucurbitam defixeris , totum ipsum implebis . Idem verò & de reliquis partibus iudicandum .

Σικυνοῦ καὶ ταγμα. differētia est fracturæ ossis quæ & κωλυδὸν & ῥαφανίδου dicitur. vide in dictione καὶ ταγμα.

Σίκυον, ἡ

Σίκυον, ἡ

Σίκυος. cucumer siue cucumis. Olim fuit nomen multis fructibus commune qui aut charitilagine aut cute foris obducta in oleraceis extra terram crescunt. Estq; illis qui priuatim nunc cucumis dicitur, primum & supremum genus, cui deinde subiiciuntur pepones, & melopepones, sed cucumerem quidem Græci simpliciter σίκυον ἢ σίκω appellant, quem nos priuatim cucumerem vocamus, cibus aptum, vesicæ & urinae utilem, quemque Dioscorides scribit bonam aluum facere & stomacho accommodatum esse: species verò eius cum adiecto nuncupant, ut σικωὶ τῆς πικρίας appellantes. Cæterum qui σίκω proprie & simpliciter dicitur duas habet differentias, alius enim ἡμεῖς & hoc est, satiuus dicitur, alias verò ἄργυρον, quem latini cucumerem anguinum vel syluestrem, vulgus nunc asininum appellat. Hic fructu tantum à satiuo distat, multo minorem habens & glandibus longiusculis similem, ramis & foliis paribus, radice alba, gradibus ruderibus sabulosisque nascitur, totoque frutice amaritudinem habet. Ex eo medicamentum fit quod ἐλαττερον vocatur.

Σίλι, ἡ

Σίλι. idem quod σίκω. Hippocrates etiam σίλι dixit.

Σίλιγυις. filigo. Romana quidē vox est, sed tamen à Græcis usurpata, propter penuriam Græci nominis in ea re designanda, sicut Galenus lib. 1. de aliment. testatur, ubi purissimum esse filigineum panem, & ab eo similagineum tradit, filigineum appellans σιλίγυις, non græcè quidem, inquit, sed quòd nō habeat aliud nomen quo ipsum designet. Est enim mere Romanum vocabulum quo purissima tritici farina nuncupatur, atque ipsum etiam optimum præstantissimumque triticum. Quare non immeritò Plinius lib. 18. cap. 8. filiginem tritici delicias appellauit. Quod ex eiusmodi farina depuratissimum est, flos à Latinis dicitur. Vt autem optimi tritici farina filigo dicitur, ita communis minusque præstantis, similago & à Græcis σιμιδαλις dicitur, eiusque purissima portio, pollen, ut ex Plinio patet lib. 18. cap. 10. qui in hunc modum scribit: Similago ex tritico fit laudatissima, ex Aphrico iustum est è modis redire semodios, & pollinis sextarios quinque: ita enim appellant in tritico, quod florem in filigine. Ex quibus patet quàm male nunc omnes eam frumenti speciem quæ typha & olyra quondam dicta fuit, filiginem vocitent.

Σιλοκύνηριον. sic dicitur ab Herodoto & κίκυ, hoc est, ricinus.

Σίλωρον. laserpitium. frutex est cui radix crassa multaque, caulis annuus, altitudine & crassitudine quasi ferulæ, folium simile apio, quod ineunte vere profilit deciduumque est, semen latum, foliaceum. Succus duplex, unus è scapo, alter è radice vilior ac putrescens. Pellucidior puriorque à radice manat, omnium succorum præstantissimus, ut qui meruerit simpliciter ὄπλις καὶ ἰσοχὴν appellari. Latinis laser vocatur: succus Cyrenaicus dicitur quòd optimus ex oppido Cyrenarum adferretur.

Σίλαπις ἡ

Ee

DEFINIT. MEDIC.

Σινυπι. planta est triū generū, unū syluestrius & erraticum est, tenui tūm folio tūm semine, vulgus sanelā vocat. secundū hortense, rapitia fronde, ceteris maius, cuius vsus in officinis est. tertiū deinde & ipsum satiuū est, semine albo minúsque acri: utrumque communiter rustici seneue vocant. Vis ei calfaciendi siccandique quarto etiam ordine, igne aque vi semen eius nares & cerebrum apprehendit, lacrymāsque excutit, nullo tam acris saporis prauio odore.

Σινυπι ἄγριον

Σινυπι ποσειδών. dictum fuit à quibusdam Ἰθαλάωσι, ut habetur apud Dioscoridem.

Σιναισμός. sinapismus. Est cataplasma ex sinapi, ut Archigenes definiuit. Simplicissimus quidem ille est qui solo sinapi constat trito & apposito, quo tamen non contenti veteres sinapismum ita prepararunt: fici pingues tepida aqua pridie macerabantur, postridie manibus diligenter expressa contundebantur, deinde sinapim quàm acerrimam, qualis est Syriaca vel Ægyptia, priuatim terebāt, adiecto interim ficuum cremore quo facilius teri posset, nec tamen aquosum euaderet, postremò in offas simul hæc cogeant. Si sinapismum vehementiorem facere fuisset in animo, binas sinapis portiones ad unam ficuum addebāt, sin inualidiorem, contrā, si moderatum, æquas utriusque partes commiscebant. In mollioribus autem corporibus sensuque præditis exquisito, & in quibus circa superficiem affectio est, panem pro caricis miscebant, aut ipsum sinapi aceto macerabant antequam detereretur, quo magis eius domaretur acrimonia, quòd aceto vis sinapis frangatur. Ita paratus sinapismus, vel illinebatur, vel linteo exceptus admouebatur, & quantum opus esset sinebatur. Temporis autem spatium certò definire non licebat. Quare frequenter leuandum erat cataplasma, & considerandum an subiecta pars ruborem cōtraxisset, præsertim si sensu hebetiore prædita esset. Quod ut celerius fieret partem ipsam spongiis aqua calente madentibus fouebant incumbente adhuc cataplasmate nec soluto: deinde ubi satis calere, rubere, & tumere videbatur, sinapismum eximebant, post in balneum ducebant, deinde rosaceo partem illinebant, aut hapso lana rosaceo & aqua imbuto, vel malua cocta tritāque cum pane integebāt, donec nihil ex sinapismo mali superesset. Sed cur atate nostra remedij tam excellentis vsus medici respiciant, nihil possum excusare, nisi vel vilitatem eius, quoniam minimo ære comparetur, nō profuturum alioqui, nisi pluris vanierit, vel eiusdem acrimoniam causari, quòd seuitiæ morborum lenioribus blandiri placeat, differentibus magis occidionem quàm prohibentibus, ut renitenti sæpius agrotantium voluptati subscribant: cū quibus subinde melius esset actum, si hoc medicamenti genus in vsum reuocaretur. Est enim efficacissimum remedium longis & deploratis fere valetudinibus, cū iam inueterati morbi ceteris præsidij non cesserunt. Pollet enim plurimūm aduersus vetustos capitis dolores, hemicranicos, lethargicos, comitiales, insaniam, vertigines, siue capiti siue cruribus admoueat. Valet & ad orthopnæas, asthmata, longas tusses thoraci impositus. Diurnis stomachi & intestinorum affectionibus, inappetentiæ, ischiadi, arthritidi, paralyti, perfrictionibus, quæ calori non cedūt, medetur. Sed modū adhibere oportet, desistendūque à medicamento cū locus iam multum intumuit, & inflammatione cingitur, caro turgens succrescit & cicatricosa liuet, & post balneum pustulis leniter exasperatur, neque est committendum ut partem sensus deficiat ardore nimio victam & velut obstupentem. Non est autem id remedij genus adhibendum

bandum acutis morbis, exulceratione pulmonis, aut alterius internae partis vel externae, quod ulcera sinapis acrimonia irriterentur, ut nec particulis chartilaginosis & carne viduis, quoniam sinapismo facile urantur & nigrescāt. Ista ferè sunt quae de sinapismo Archigenes & Antyllus prodiderant, ab Oribasio libro 10. collect. & Aetio lib. 3. in suis commentariis translata.

ΣΙΝΑΡ. Hippocrati dicitur quod alius αἰθρ. est autem herba quaternis constans ramulis, semen habens apio simile, nigrum, longū, fermentis natura. Quidam mentham aquaticam appellant, alij balsamitum.

ΣΙΝΑΠΙΣ. species est rubricae sive terrae rubrae, densa, gravis, decoris colore, non calculosa, sibi concoloris, & copiose tum diluitur se diffundentis. Non valde dissimilis est à gleba Armenia, vel terra Lemnia quam sigillatam dicunt tum specie, tum facultatibus (siccatur enim & adstringit, optimūque pestilentiae remedium perhibetur) imò eadem videri posset, nisi solo natali differret. Inventa enim primū est in Sinope urbe Ponti, nomēque inde habuit rubricae Sinopicae, ut terra Lemnia rubricae Lemniae.

ΣΙΝΑΠΙΣ. sapa. defrutum. Sed sapa quidem vocatur mustum ad tertiam usque mensuram partem decoctum. Defrutum verò ubi ad dimidiam partem decoctum est. Galenus ab Asiaticis Σίναπα tradit appellari. Omne coctione nigritiem, crassitiem & dulcedinem acquirat, quod si supra modum coquatur, etiā amaritudinem: sicut & mel, quod quanquam omnium dulcissimum sit, longa tamen coctione amarum redditur. Obstruit, calefacit & flatum discutit. Paulus lib. 1. cap. 4. exhibet ad incrassandum lac.

ΣΙΝΑΠΙΣ. est inflammatio cerebri & membranatum quam consequuntur sincipitis & oculorum cavitates, febris ardens, pallor, totius corporis siccitas & inappetentia. Morbus hic infantium proprius esse dicitur, cui inditum nomen est à sincipitis cavitare: αἰθρ. enim Graeci appellant foveam in qua semina recondunt & asservant.

ΣΙΝΑΠΙΣ ἢ ΣΙΝΑΡ. dicitur à quibusdam ἢ ὄπλην.

ΣΙΝΑΡ. à quibusdam dicitur ὀ σίναρ, de quo ante.

ΣΙΝΑΡ. herba est menthae hortensis similis, odoratior, latiore folio: quidam serpillum sylvestre vocant. Alterum eius genus est quod alij cardaminam, alij sion appellant. Riguis gaudet & iisdem in locis quibus sion provenit. Gustu cardamum, hoc est, nasturtium refert. folia primū rotunda prodeunt, adulta eruca modo finduntur. Galenus vires ei tribuit subtiles, discutiendi, calfaciendi, siccandi tertio excessu.

ΣΙΤΑΝΟΡ. Galenus comment. 2. ἐς τὸ πρῶτον ἀρδρ. scribit certum quoddam tritici genus esse in Co & omni Graecia Asiatica, paucis omnino fufuribus praeditū, sed ex quo pasta fit valdè lenta & glutinosa. Id seri solitum fuisse vere ineunte dixit, nec tamen quo tempore perficeretur, explicavit. Apparet tamen Galenum sensisse id diuersum fuisse ab eo tritici genere quod ἀμυλνιόν & πασάρατον ἀμυλνιόν à vulgo, ab Atticis autem ἰταρ. vocabatur, contra eorum opinionem qui eo loco Hippocratem interpretati sunt. Paulò verò postea idem Galenus dubius videtur esse quos Hippocrates ἰταρ. πρῶτος dixerit: forte enim, inquit, sic genus omne tritici appellat quod desum est, quòdque subactū, tenax lētūmq; euadit. Video doctissimis placere, ut sitaniū idē sit cū trimestri tritico. Vere seritur, & macrū, triste, hordei similitudine provenit, nullis aristis vallatū, & omnino ad sementē ineptū. Vulgus Gallicū scourgeō, quasi succursum gentiū vocat. Seritur enim in subsidiū annonae, cum propter aquas alvumne causam matura satio fuerit omissa, & impendentis famis saepe arcet noxas.

Ee ij

DEFINIT. MEDIC.

στράνον. dicitur etiam à quibusdam eo nomine ἰ ἰδιουαλις, alterum mespili genus.
 ζῆτος. frumentum. Sic dicitur quicquid ex se mittit aristas, & in herba per hyemem est.
 ζιτόσπελον. sic dicitur à quibusdam ἰ ἀγίλω, siue festuca.

ζικμυρία. frutex est ramos habens multos ab una radice, tricubitos, pingues & quaedam tenus crassos, folia quoque hirsuta helicina aut hederæ, molliora, triangula, florem candidum malè olentem, rotundum, & cauum cœu calathum, radicem grauiter olentem, liquoris plenam, oblongam, crassitudine brachiali, candidam. Lacrymam è radice sua fundit, quam in cotoneo malo coctam ne stomachum offendat, recentiores Græci δακρυδιον, quasi lacrymulam dixerunt. Corrupto nunc vocabulo medici diagredion vocant. Circa Canis ortum excipitur. Vis bima, nec antè nec postea est. Laudatur Dioscoridi nitida, sine pondere, soluta, tauri glutinis colore, pratenuibus fistulis, fungosa, qualis è Mysia, qua in Asia est, deferitur. Lingua etiam tactu debet albescere, cui tamen experimento niri non conuenit, quod idem etiam eueniat adulteratæ tithymali lacte: sed fidelior probatio à gustu petenda est, ne valdè linguã accendat, id quod permisti tithymali est argumentum. Hac igitur cum sint optimi scammonij argumenta, certum est verum legitimũque ad nos non deferri, sed Syriacum potiùs & Iudaicum, compactum, densum, graue & erui fortasse farina, tithymali lacte, aliisque imposturis vitiatum.

σκαμμωια λεπι. sic dicta fuit species una τῆς κληματιδος apud Plinium, qua pedales & foliosos, non dissimiles scammonia ramos habet, nisi quòd ei nigriora minoraque sunt folia.

σκαμμωιον. dicta fuit à quibusdã eo nomine ἰ Σαψια, sicut habetur apud Dioscoridem, quòd ea perinde atque scammonio corpora purgarentur.

ζικιδεξ. inter olera syluestria censeatur à Græcis. Galenus similem gingidio facit. Eadem erat Plinio anthriscus, si tenuiora folia & odoratiora haberet. Est autem olus vulgare & sua sponte nascens incultis plerumque locis, plebis cibus & quotidianum pulmētum, foliis gingidij vel anthrisci, sed maioribus & minùs odoratis, gustu acrisubamaroq;. Calfacit ordine secũdo, urinã mouet & viscera obstructione liberat.

ζικαρδαμύσπειρ. apud Hippocr. idem quod καρδαμύσπειρ, de quo antè.

ζικφικ. vinculi nomen est quod commodissimè adhibetur vel ubi summum caput, & quod inter ipsum & frontem est vincire conuenit, vel si quando coniungere diducta necesse est, post incisam cutem, ad sistendam veterem in oculos fluxionem, vel alio vulnere in fronte accepto. Dicitur alio nomine tholus Diocleus, ut habetur apud Galenum lib. de fasciis. Fortè nomen inditũ quòd græcis ὀκράνον dicatur σκαφιον, ut apud Aristophanem, ἵνα μὴ κ᾽ ἴης σκαφιον πλινγίς ξύλω. Siquidem in cranio petinde atque in vase cerebrum continetur.

ζικφιδεξ ὀσσω. os nauiculare seu nauiforme. Est os profundo sinu excauatum, tali caput anterius & oblongum excipiens. Sic dictum est à scaphæ similitudine. Cavitatem enim habet oblongam scaphæ similem, qua simile caput astragali seu tali intra se admittit. Sua autem parte opposita tres habet superficies, cubicas quibusdam dictas, planis proximas (sunt tamen nonnihil gibba) quibus trium tarsi osium nomine carentium facies, similiter laues & minimum cauas excipit. Quorũ medium reuera cubo, seu corpori cubico, & latera sex plana omnino aequalia sortito est propius similiusque quàm quod κυβοειδὲς propriè anatomici vocarunt.

ζικφικ.

Σκίφθ. sunt qui eo nomine interiorum auricularum ambitum appellant.

Σκέρθρ. apud Hippocratem significat exquisitum, ut σκερρα διατα, exquisita & optima victus ratio, cui opponitur φαύλα, ut annotat Galenus comment. πδδὶ ἀγμῶν.

Σκαλετός. cadaver aridum. Definitur à Galeno omnium humani corporis ossium inuicem commissorum uniuersa syntaxis. Quare nonnulli, inquit, libros suos in quibus de ossibus disseruerunt, πδδὶ σκαλετοῦ inscripserunt.

Σκαλετύρην. est crurum resolutio, qua totus homo recta ingredi nequit, sed aliquando sinistrum latus in dextrum, aliquando dextrum in sinistrum circūferr, aliquando erus post se trahit, non aliter quam qui valde accliuos locos cōscendit. Nomen hoc, ut & morbus ipse, cœpit primum Germanici tempore cūm trans Rhenum exercitum duxisset. Vitio enim aqua milites, ut ait Plinius, duobus malis tentari cœperunt, quæ stomacharem & sceletyrben vocarūt. Ante hæc tempora nomen hoc à Grecis usurpatum non reperies. dicitur ἀπὸ τῆς σκίλας.

Σκίλας. crus. Pars est corporis organica, à coxendice ad imum pedem protensa. Præcipuum est ambulationis instrumentum. Illa enim propria est cruris uniuersi actio. Sed & huic per ossa innitimur. Quo autem firmior esset deambulatio, tribus ex partibus & σκίλας natura constituit, diuisitq; ἄς μισρὸν, κνήμην καὶ πόδα, hoc est, in femur, tibia & pedem, quemadmodum & totum brachium tribus cōstat partibus. Quod enim in manu cubitus, id in crure tibia, & quale in manu brachium, tale in crure femur est, quodque in manu manus extrema, id in crure pes est.

Σκίπεριόν. ascia. Vinculi genus est simplicis, apud Hippocr. lib. de offac. medici, de fract. & de articul. Est autem breuis circuitus qui rectus incipiens ad latus attrahitur & inflectitur, sic tamen ut obliquus non sit, definitque in similitudinem τῆς σκεπεριού, id est, ascia qua fabri utuntur. Namque à recta linea parum recedens curuatur, unde σκεπεριόν appellatur, ut annotat Galenus comment. 3. ἄς δὲ πδδὶ ἀγμῶν. Meminit & Gal. τῆς σκεπεριού comment. 2. ἄς δὲ κτ' ἰητ' αῦρ.

Σκίπερην. sic dicitur fascia quoddam genus ad operiendum & deligandum caput, operculum ab interpretibus Galeni vertitur.

Σκίρρθ. est tumor præter naturam durus & doloris expertus. Sic quidem veteres scirrhum simpliciter definierunt, nulla habita ratione humoris à quo gigneretur. Sunt enim varia humorum species à quibus huiusmodi tumor excitari potest, ut atra bilis gemina, & crassior sicciórque pituita: quibus omnibus cōmune est maiore quam pro ratione naturæ tumorem excitare, eundemque sine dolore & durum. Ac durities quidē propter humoris siccitatem crassitiemq; accedit. Doloris autem sensus abest, propter crassitiem & lentorem. Vbi enim crassus & lentus humor inania partis alicuius spatia subierit, & nervos nervosq; alia corpora repleuerit, facile viam intercludit spiritui animali, à quo vis omnis sentiendi proficiscitur, gummi instar omnia quibus inciderit spiracula oblinens atque obturans. Quia verò non est perpetuò par in humoribus siccitas, crassities & lentor, sed alij alius ficciores, crassiores magisq; lenti sunt, iccirco nec tumores ab iis humoribus excitari æquè duri sunt aut doloris expertes. Itaque scirrhus alius alio durior magisque dolorificus esse potest. Verum qui plane durus est & sine dolore, is scirrhus verus & exquisitus est: qui talis non est, iam alterius naturæ est particeps. Vnus modò humor est qui scirrhum eiusmodi parere valeat, melancholicus: quo nomine eum intelligo qui naturalis est, & qui facis

DEFINIT. MEDIC.

instar subsidet in sanguine, syncerus, nulliusque alterius humoris particeps. Altera enim bilis atra species, quæ fit per flammæ adustionem, quia non est simplex, sed flava bilis naturam aliqua ex parte retinet, ideò scirrhum parit non simplicem, sed dolorificum & cancriformem, ut scribit Gal. lib. 5. simpl. med. quique facile emollientium usu irritetur. Ad eundem verò modum si humori illi melancholico flava bilis portio aliqua remissa est, aut sanguinis, aut pituita, iam non absolutè scirrhus, sed erysipelatodes aut phlegmonodes, aut œdematodes dicitur. Quò factum est, ut priori definitioni à veteribus tradita, medici recentiores humoris speciem addiderint, definiētes scirrhum tumorem esse præter naturam ab humore melancholico durum sine ullo doloris sensu. Cùm enim quatuor genera sint tumorum simplicium, à totidem humoribus pariter simplicibus prodeuntia, ut sanguis phlegmonem, pituita œdema, flava bilis erysipelas parit: ita scirrhus ab humore melancholico originem ducere dicendus est, neque humoris species in eius definitione omittenda est, quòd non minima pars sit eius substantiæ.

σκληρόν, durum. Dicitur, ut ait Plato in Timæo, cui caro nostra cedit, vel ut Aristoteles, quod secundum superficiem in se non cedit. Est autem eadem utriusque sententia, patetque ex iis durum tactu iudicandum esse, sed maximè carnis siue cutis nostra, præsertim temperata. Cutem enim hominis Plato eodè in libro genere carnem esse ostendit. Dicitur autem durum corpus tribus modis, quemadmodum calidum & frigidum, uno quidem absolutè seu in summo durum, ut terra dura: altero per excessum, ut unguis, os, calcar, cornu: tertio verò in collatione ad symmetricum sui generis, vel ad quodvis obuium, vel ad seipsum dum haberet secundum naturam. quo modo non durum simpliciter, sed durius aliquid propriè appellatur. Ceterum corpus durum, hoc est, seipso, dum sanum erat, durius, tribus efficitur modis: primo siccitate, quam & validus longusque motus inducit, & solis aestus, & medicamenta siccantia sumpta vel admotæ, & inedia per accidens desiccans, & febris ardens aut longa, & affectus animi, & vigilia, & cetera causa siccantes: quod hoc modo durum est, propriè siccum nominatur: secundo concretione, videlicet à vehementer frigido humore in partem affluente, vel in ea propter frigidam intemperiem nato, vel à frigidis admotis in ea congelato: quod sic durum euasit, propriè durum dicitur: tertio verò repletionem, largo & superfluo humore aut uapore in partem aliquam affluentem: sed quod ita durum est, propriè ἀνάτωρον, hoc est, renitens appellatur.

σκληρὸς σφύγξις: pulsus durus, quem arteria durior facit, siue in quo arteria sicciore & in modum corij rigidior sentitur. Huic oppositus est μαλακὸς. Causa ergo eius est arteriæ durities contracta siue à siccitate, ut in febribus ardentibus & hecticis & marasmo. siue à constrictione, quam frigora & frigidorum ciborum potionumque, usus & balnea frigidiora & reliqua iis similia inducere solent. siue à tensione, ut per conuulsorios affectus magnasque nobilium viscerum inflammationes. siue à constrictione & tensione simul, ut in scirrhis præsertim hepatis & lienis.

σκληρὸς ὀφθαλμὸς: lippitudo dura. Morbus oculi cùm non ipse modò oculus durior est & ad motum pigrior, dolensque simul ac rubicundus, sed ipsæ etiam palpebræ duriores sunt & sicciore, adeò ut nihil unquam humoris remittant, sed in earum angulis grana concrecant parua, contorta & subatida, nec facile post somnum vel aperiri vel inuerti possunt propter duritiem. Affectio hæc genere quidem videtur esse inflamma-

flammatio, cuius nota sunt dolor & rubor, proprium tamen quiddam habet & ab inflammatione differens, quòd sicca sit. Differt à τῆς ξηροφθαλμίας sola magnitudine, quòd cùm hæc propter siccitatem dura etiam necessario sit, multò tamen quàm illa minùs dura sit, & leuiorem dolorem moueat.

Σκληρώοντα ἢ

Σκληρωτικὰ φάρμακα. *indurancia medicamenta. Sunt medicamenta duritiem corpori inducentia. Cùm autem durities tribus modis inducatur, ut supra dictum est, patet tres esse indurantium medicamentorum differentias, sed unam maximè propriam dici eorum quæ frigida humidâque sunt, ut semperuiuum, portulaca, psyllium, lenticula palustris, solanum. Siquidem congelatione potius quàm siccitate aut repletione siue tensione durum efficitur corpus. Itaq; si quid sit quod, proinde quia natium humorem non retinet, induratum est, id siccum potius quàm durū appellabitur, constatque eius sanatio rigatione & humectatione non emollitione: similiter quod tensione durum euasit, nõ propriè durum, sed renitens dicitur, eiuſq; curatio non emollitione, sed laxatione perficitur & vacuatione.*

Σκληρώμα. *est scirrhus in collo uteri magna ex parte cõsistens, præ humidum quidem sed minùs renitens, & doloris cuiusdam particeps. Est igitur scirrhii species, non exquisiti quidem, sed habentis aliquid humoris biliosi aut pituitosi, quo dolor mouetur aliquis, nec perinde tactui renititur, atque is qui à solo humore melancholico gignitur. Itaque etiam si dici potest σκλήρῃ & οἰδηματώδης ἢ ὄρυσσιν λατώδης, attamen in ea parte excitatum σκληρώματος nomen promeruit, ut Paulus lib. 3. prodidit.*

Σκολίωσις. *obstipitas, in latus distortio. Est spina vitium cùm eius vertebræ loco mouentur & in latus inclinant. Sunt autem alia eiusdem vitia, κύφωσις, λόρδωσις & σείσις, de quibus vide suis locis. has autè omnes distortionis differentias Hippocrates ὑβώματος nomine comprehendit, ut annotat Galenus comment. 3. ἐς τὸ πᾶσι ἀρθρω. Aliquando verò & per σκολίωσιν Hippocrates omnem spinæ deprauationem significat, ut ἐν τῷ πᾶσι ἀρθρω, cùm scribit spinam σκολιῶνιδου, quod Gal. comment. 1. interpretatur quouis modo perueriti.*

Σκολοπίνδιον. *sic dicitur τὸ ἀσπλωρον, propterea quòd foliis sit scolopendræ similibus.*

Σκόλυμος. *carduus, frutex est folio chamaeleonis & spinæ albæ, sed nigriore & crassiore, caule oblongo, folioso, in cuius vertice spinosum caput subrigit, radice nigra & crassa, quæ decocta in cibos recipitur, eoque differt à cæteris spinosis. Hic quidem syluestris carduus est. Satiuus enim & qui in hortis alitur, cinara appellatur à Columella. Est autem scolymus calidus secundo ordine completo, & siccus secundo. Sanat graueolentiam tum alarum tum totius corporis.*

Σκόποιον. *dicitur à quibusdam οἰκίς ἄγροος, id est, cucumis anguinus, sicut habetur apud Dioscoridem.*

Σπασμῶμα ἢ

Σπασμῶσις. *pandiculatio. Est distensio coacta membrorum omnium ad vaporum distensionem. Continetur in genere motus voluntarij illegitimi & deprauati, quique coacta natura fiat: quanquam referri etiam possit ad motum facultatis expultricis irritata à causa præter naturam, ut & singultus & ructus & vomitus, quod ab ea principium sit horum motuum voluntariorum coactorum. Sed pandiculatio quidem mediocris motus est huiusce facultatis; illi verò omnino validi & uehemētes. Con-*

Ee iij

DEFINIT. MEDIC.

tingit maximè post somnum, cum in carne halituosum excrementum sentitur, quod & ex concoctione nutrimenti, & per cessationem à corporeis motibus est collectum. Natura namque ut eiusmodi excrementum depellat, eique perspiratum molietur, talem motum machinata est. Fit & per febrium accessiones eandem ob causam. Affectio est omnium corporis musculorum, sicut oscitatio eorum modò qui inferiorem maxillam mouent. Sunt qui non σκοροδιτιμα, sed κροδιτιμα scribāt, sed malè, meo quidem iudicio, siquidem Galenus ἐν τοῖς ἁλωσιῶσι σκοροδιτιμα interpretatur ὁμοεινῶν καὶ μάλιστα μετὰ χόσμου.

Σκροδορ. allium. notius est quàm ut debeat indicari, fronde capitta, sed minimè caua, tereti caule & inani, radice bulbo tenuissimo, & pluribus coagmentato nucleis & iis separatim vestitis, radio halitu, aspero sapore. Est in eius magnitudine diuersitas suis nominibus donata. Vlpicum cognominatur prae grande, Graeci κνπερον appellauere, alij ἀνσκοροδορ, alij ἀφροσκοροδορ, quòd eo trito in oleo & aceto mirum in modum increscit spuma. Est & allium syluestre quòd ὄμοσκοροδορ quasi anguinum allium dicitur, in aruis spòte nascens, satiuo longè validius. Est quoque σκοροδορπεξορ quòd & gustu & odore porri & alij conditiones possidet, quasi olitorum diligètia in unum olera duo, veluti môstrum aliquod coaluerint, & communes utriusque vires sibi ascium. At verò allium desiccatur & excafacit quarto excessu, eoque potentius quòd syluestre est.

Ex aliis emplastrum fit attractoria vi praeditum, faciens ad omnem duritiem, abscessus, furunculos, strumas, inguinum tumores, fistulas, impetigines, mamas induratas. describitur ab Aëtio lib. 15.

Σκροδορπεξορ. vide σκοροδορ.

Σκροποδεις ἡ

Σκροποῦρον. herbula est breuibus foliis, semine caudæ scorpionis simili. A qua quamuis diuersum sit ὁ ἡλιοροπορ, attamen sic dictum fuit à quibusdam à scorpionis effigie.

Σκροπορ. animal notum, de quo legito apud Nicandrum in theriacis, atque in nostris annotationibus. Sic etiam dictum fuit à quibusdam ὁ ἀκόνιτον παρὰ δὲ λιαγχεσ, quòd radix eius scorpj caudæ similis sit: alterum enim aconiti genus radicem habet non caudæ scorpj, sed scillæ marinæ cirris similem.

Σκροδιτιμα. affectio est cerebri ex duobus symptomatis composita, vertigine scilicet & tenebris. Vertigo δὲ dicitur, cum omnia circumagi & in orbem verti videntur, cui si tenebrae accedant, adeò ut ager visu priuetur, composito nomine σκοροδιτιμα vocatur, hoc est, tenebricosa vertigo. fit ob inordinatam spiritus flatuosi crudiq; motionem, qui vel in capite primùm genitus sit, vel sursum ex infernis partibus cõscēderit.

Σκροτιμα. vertigo. Est inordinatus motus spirituum in cerebri ventriculis à quo omnia circumagi videntur. Causa est vapor calidus & acris cerebrum impetens, à crudo ventriculo maximè sublatus. Ex eo primùm acies oculorum hebescit, aures tinniunt, auditus grauis est, deinde aucto morbo vertigines & scotomiaeprehendunt. Vaporis quidem crassities tenebras & caliginem mēti inducit, eiusdem verò motio inaequalis atque inordinata facit, ut omnia in orbem conuerti videantur, etiam in lecto iacentibus & alioqui quietis, adeò ut facile in terram concidant, nisi aliquo fulciantur. Id quòd maximè illis accidit si in circulum agantur. Nam quòd sanis post multas corporis circuitiones, id aegris unica in gyrum conuersione accidit. Quinetiam si
hominem,

hominem, si undas, si trochum, si rotam aut aliud quippiam cōvolui viderint, idem perpetiuntur, quoniam spiritus visus iis quæ circumvoluuntur intentus, unà cum iis rotatur, falsoque putat omnia pariter circumagi. Ex quo patet per scotomata lesam esse vim imaginandi atque etiam ratiocinandi, & in cerebri ventriculis inordinatos & inæquales spirituum motus cieri. Magna est huic affectioni cū epilepsia cognatio, facilisque in eam transitus, non obscure tamen ab ea differt cū materia, tum symptomatis. Huius materia spiritus est crassus, turbidus, caliginosus, illius autem humor aut vapor malignus. huic adiuncta conuulsio est, quæ nulla est in scotomate. Cū autem sint huius affectionis duo præcipua symptomata, tenebræ oculis obversantes, & omnium rerum apparatus quædam circumactio, aduertendum est ab hoc Græcos, ab illo Latinos e nomen indidisse.

σικελίτις οἶνος. uinum est quod sua sponte ex passis uitis distillat, utpote uinum ultro effluentibus uitis, ut habetur apud Aërium lib. 9. cap. 24. Nigrum erat & crassum, nec tamen adstringens, ut scripsit Galen. lib. 12. meth. med. & 5. sanit. tuend.

σικελικὴ εἴσα. sic dicitur à quibusdā ἰατροῖς, ut habetur apud Theophr. & Dioscor. σικελίωρον. est collyrium descriptum & à Galeno & ab Aëtio, sed diuersis modis, multisque laudibus ad hoc celebratum.

σικελίδες. dicuntur digitorum ossa, quòd eo ordine disposita sint, ut uelut in acie stare uideantur: σικελία enim equitum curram significat. atque eandē ob causam etiam φάλαγγες appellantur, de quibus uide suo loco & in dictione δάκτυλοι.

σικελίωρον. à quibusdā dicitur ὀμφαλιώρον, id est, umbilicus Veneris, sicut habetur apud Dioscoridem.

σικελικὸν σφυγμὸν. vermiculans pulsus. Est pulsus inæqualis in una pulsatione & diuersis arteriæ partibus, in quo non tota simul arteria distenditur, sed primùm quidem pars eius superior, cordique uicinior, deinde uerò alia atque alia, in modum uermis progredientis. Nanque ab huiusmodi gressus similitudine huic pulsui inditum nomen est. Eiusdem generis est cum undoso atque etiam cum formicante, differtque ab iis sola quantitate, seu magnitudine. estque amborum medius, tantò minor undoso, quantò maior est formicante. Habet semper adiunctam paruitatem, cuius causa est facultatis imbecillitas cum organorum mollitie. Differt præterea ab undoso quod in hoc humorum copia subest, in uermiculante deest, ideòque sine febris ferè solet magnis uacuationibus succedere, atque iis etiam quibus propter immodicam humiditatem computruit pulmo, cū scilicet facultas iam incipit laborare. Nec tamen coniunctam esse iis affectibus inflammationem oportet. Sic enim duri pulsus fierent non uermiculantes. Proinde nec heclicas nec marasmos eiusmodi pulsus consequuntur, consequuturi omnino quod ad affectam infirmamque attinet facultatem, nisi coniuncta iis affectibus siccitas arterias redderet duras. Sicut autem undosus cū in paruitatem minuitur, transit in uermiculantem, ita hic minor effectus in formicantem uertitur. Est autem hic pulsus necessario paruus, languidus, frequens, & non obscure paruus.

σικελικὸς ἀπέφουος. uermicularis seu uermiformis processus. Est corpus ex particulis quamplurimis per membranas tenues connexis uariè densèque compositum, & secundum meatus longitudinem extensum, qui à medio cerebri uentriculo ad postremum fertur. Speciem gerit uermium uetulas quercus depascentium. Inuehitur au-

DEFINIT. MEDIC.

tem dorso τῆν ἄλουϊῶν, & illis undique adstringitur & affirmatur per ligamenta quæ τένοντες, id est, tendines appellant. Superiacet meatui qui est à medio ventriculo ad postremum, & spiritus animalis per eundem transitus præest.

Σμίγμα ἢ

Σμίγμα. est pulvis siccus qui cuti non unctis inspergitur ad eam detergendam. In hunc enim usum primum smegmata adhibita sunt, atque inde dicta. Unde idem σμίγμα ἢ ἐν πικῶ. Eiusmodi facultatem habet nitrum, apikonitum, sal, mel, salis flos, cimolia, lomentum fabarum, fermentum hordeaceæ farinae, fursur, præmex. Verùm aliis etiam medicamentorum generibus quæ attenuarent, discutientes sicarent postea accommodatū nomen est. Extenuant quidem & discutunt venetum, alcyoniū, sulfur, herba pedicularis, sinapi, pyrethri, semen rosæ marinis, terra Lemnia, sepia testa, quæ propterea commodissima sunt abolendis pilis, addita præsertim calce & auripigmento. Sicant autem ruentes ex parte aliqua fluxus humorum nitrum, sal, galla, malicorium, alumen, rosæ & reliqua eiusmodi. Omnia contusa, cribrata & sicca inspergi debent. Aliquando tamen liquore aliquo dilui possunt & inungi, ut videre licet apud Aëtiū lib. 6. cap. 54. ubi varios τῆν σμίγμα πωρῶν descript. Monet autem Paulus lib. 6. cap. 13. omnia cuti sicca admoenda esse.

Σμίλαξ. taxus arbor est abietis magnitudine & foliorum eiusdem figura, in Italia & Narbonensi Gallia Hispaniæ contermina nascens. Anicula quæ Italica taxi baccas deuorant, dicuntur denigrari, & qui ederint eiusdem homines alui profluvio corripiti. Habetur & Narbonæ tam præsentis veneni, ut si qui dormiant sub ea aut in eius umbra desideant, ledantur & sæpenumero moriantur. Recensuit eam Nicander in Alexipharmacis inter venena.

Est & σμίλαξ frutex hortensis, cuius semen à nonnullis ἄβεια vocatur, folia habet hederæ, molliora tamen, tenues caules, & capreolos vicinis fruticibus circumuolutos, qui tantum adolescunt, ut topiarias scenas representare videantur. Siliquas sænigraci profert longiores & torosiores, in quibus semina renum similia, sed inæquali colore recluduntur, quæ quadam ex parte fuluescunt. Siliqua cocta cum semine in oleribus asparagi modo estur. Urinam ciet & tumultuosa somnia facit.

Est etiam σμίλαξ plāta duorum generum quam ad arboris, de qua antè dictum est, differentiam Galenus & Paulus μίλαξα maluerunt appellare. Una aspera est, folio periclimeni, sarmentis tenuibus, multis, rubi modo aut paluri aculeatis. arbores scandit ob imo ad summa perreptans, se conuoluens eis, fert racemos exiles, qui maturi rubescunt, gustumque leuiter mordent, nascitur in palustribus & asperis, radice dura crassaque. Altera verò læuis est, foliis hederæ similibus, mollioribus, læuioribus, tenuioribus. huius sarmenta nullis horrent spinis. Conuoluitur arboribus, ut prior fructum parit lupini modo nigrum, exiguum, floribus in cacumine perpetuis, multis, rotundis. Vtraque facultatem acrem & calidam possidet.

Σμίλιον. nomen est medicamenti acris quo Paulus lib. 4. cap. 18. utitur ad rūpenda apostemata. describitur ab eodem lib. 7. cap. 17.

σμίλιον. collyrium est, quod habetur apud Celsum lib. 6. cap. 6.

Σόγχοσ. herba est duorum generum. syluestrior quædam est & magis spinis horrens, altera teneritate quadam mollescit, cibus expetita, anguloso caule, inani, interdum rubet, foliis in ambitu per interualla dissectis. Adstringit & manifestè refrigerat siue corpori

corpori admoueat^{ur} siue manducetur.

Σόμφ. genus cucurbitae sylvestris, digitali crassitudine nõ nisi in saxosis nascens. Nomen habet, quia sit inanis.

Σπαράγιον. herba est folio gladioli sed arctiore & in terram magis procubente, in summo caule veluti pilulae prominent, in quibus semen. ab aliquibus ξιφίδιον vocatur. Officina spatulam foetidam appellant. vim habet exiccandi.

Σπάργον

Σπάρτος. frutex est longas ferens virgas, sine foliis, firmas, fractu contumaces, quibus vires vincuntur. semen lenticula, in folliculis phasiolorum modo nascens. florem, ut alba viola, luteum.

Σπάρμα. est unitatis solutio in nervosa parte citra vulnerationem. Conuelluntur enim quae in ipsa sunt fibrae cum ex ictu aliquo violentiam patiuntur, aut subito & affatim intenduntur. Huius causa est repentinus quidam ac inaequalis vehemensq; motus, ac tunc praecipue cum neque perfricata neque calefacta, neque ad aequalitatem ducta aut mollitiem corpora, motibus exponuntur. Sic enim distrahuntur plurimae nervosorum corporum partes. Sunt autem causae aliae exteriores, aliae intra ipsum corpus. Exteriores quidem quae collidere apta sunt, internae verò immodicus & inordinatus motus & quaedam humorum vitia quae corrodingi vim habent.

Σπάρμος. Celso dicitur distentio nervorum lib. 2. cap. 1. omnes ferè medici hodie conuulsionem interpretantur. Est musculi ad suum principium inuoluntaria contractio. Symptoma est voluntariae functionis oblaesae, cuius cum primum instrumentum musculus sit, patet eum in conuulsione affectum esse secundum se totum, maxime tamen secundum partem sui nervosam. Itaque cum motus voluntarius perierit, necesse est per conuulsionem in eum situm nervos musculosque duci, in quem, si pro lege naturae se haberent, ab animali virtute ducerentur. id autem est in suum principium suamque originem, ad quam omnia suapte natura feruntur, nisi alio vi aut voluntate retrahantur. Ergo musculis ad sua ipsorum capita & principia retractis, & parte simul in quam inseruntur adducta, attractaque, similis quidem naturali motus, sed citra voluntatem fit. atque in eo morbus ipse consistit. Nam quod musculus & tenditur & conuellitur ad suum principium, & una cum eo pars illa corporis cui inseritur, commune quidem est & sanis & conuulsis: quod autem inuito hoc accidat, praeter naturam affectus inest, non sanis. Itaque si ad musculos proprie pertinet conuulsio, manifestum est pro musculorum differentiis, varias esse & differentes conuulsiones non modo uniuersales, sed etiam particulares. Ac particulares quidem sunt ex particularium musculorum differentiis, quarum aliquae propriis etiam donatae sunt nominibus: ὀφθαλμὸς in oculo, τειχὸς in mandibula, κωνὸς πρὸς ὀρε in ore, σατυρίασις in pene. Vniuersales verò cum vel corpus totum in priora curuatur, ἐμπροσθεν & Graecis dicta, vel in posteriora ὀπίσθεν, vel in utranque partem aequaliter τέταυτος, quibus & additur ἰσχυρία: est enim quaedam totius corporis conuulsio, patiente nimirum nervorum principio. Sunt autem plures earum causae, quas tamè omnes Hippocrates in duas contulit, inanitionem & repletionem. Ad inanitionem quidem reuocatur febris ardens, hellebori potio, immodica sanguinis profusio, vigilia, inedia, & quaecumque corpus vehementer exiccant: ad repletionem verò ebrietas, crapula, suppressa vacuatio consueta, exercitatio intermissa, phlegmone, & quae

DEFINIT. MEDIC.

eam consequuntur dolor morsusque, præterea & flatus qui in musculis conclusus siue illic genitus, siue aliunde influens, eos distendit atque contrahit, ut docet Galenus initio lib. 2. de symptomatum causis, quo etiam loco ab utraque illa causa conuulsionem fieri chordarum eleganti similitudine docet: ut enim illa vel nimio humore imbuta, vel vehementius resiccata tenduntur contrahunturque, ut interdum etiam rumpantur, sic & nervi afficiuntur, atque ita tensi musculos adducunt. Itaque in nervis quidem ipsis conuulsionis causa aliquando est, non etiam in ipso musculi corpore, musculi tamen non nervi morbus esse conuulsio dicitur, quod ipse, non autem nervus proprium sit motus, qui in conuulsione laesus est, instrumentum. Itaque si nervi ex chordarum comparatione conuelli aliquando dicantur, id non proprie dicitur, sed quod ita affectis necessario quoque musculus contrahatur. Ergo quaecunque nervorum principio, vel copia, vel acrimonia, vel maligna venenataque qualitate molesta sunt, conuulsionem possunt excitare: siquidem ab eis grauati nervi irritatique contrahuntur, & musculos secum adducunt. Ex his patet conuulsionis causam vel in musculo & præsertim eius capite esse, vel secundum nervi ipsius ductum, vel in ipso nervorum principio, quod geminum à medicis statuitur, unum scilicet in spinali medulla, alterum verò in cerebro.

Σπασμῶδες πᾶδος. conuulsivus affectus. Dicitur affectus qui in sui principio, aut non multo postquam fieri cœperit, conuulsionem accersit, ut annotavit Galenus comment. 3. in lib. 1. prorrhethici. Idem verò lib. 1. de præfag. ex pulsibus, affectum conuulsivum appellat qui ante mortem necessario conuulsionis aliquod periculum inducit.

Σπασμῶδες σφυγμῶδες. conuulsivus pulsus. Est pulsus inæqualis in una pulsatione & diversis arteriæ partibus, in quo utrinque ab extremis retrahi, tendi conuelli que arteria videtur in modum chordæ tensæ. Videtur enim tunc arteria contracta & undecunque coarctata, non ceu compressa sit abs quopiam vel constipata, nec etiam veluti rigida ut in febre, præsertim in accessionibus, nec verò ut præ duritie ad intentionem contumax, veluti quod sit diurnitate temporis, præsertim cum quid offensum sit vel viscera vitata, sed ut corpus nervosum cavumque, veluti intestinum aut simile ex utroque fine intentum. Ad eundem modum inæqualis est motus arteriæ in modum chordæ sursum deorsumque agitata. Neque enim species distentionis vel contractionis representatur, verum vibrationi potius similis est, ceu exilientis sursum, iterumque retracta intro: quod nec constituto quidem tempore habet, sed uno sæpe tempore alia eius pars videtur sursum ferri, veluti eiaculata, altera intro ceu à quopiam attracta, atque una moveri citatè, altera tardè. Iam vehemens quoque & magnus hic pulsus videtur esse, non tamen perinde, ut videtur, vehemens est & magnus. Ictus enim imponit, dum ob tensionem validus, ob vibrationem exilire apparet. Quamobrem altior interim videtur, ac veluti strepitum quendam ad tactum edit asperum. Sanè neminem, qui quidem sit expertus, fugiat hic pulsus. Dicitur est conuulsivus pulsus tum quod arteria ad utrumque terminum tendi videatur, tum quod conuulsio statim ab eo pulsu hominem corripit, ut scripsit Galen. li. de causis pulsuum 2.

Σπασμωδαι σπρμωδαι. spermatica arteriæ. Sunt duæ arteriæ, una dextra, altera sinistra, à trunco arteriæ magnæ descendenti exorta, & in testes demissa. Descendunt autem eò una cum venis spermaticis, & peritonæo elapsæ ambagiosæque delatæ, in testium tunicas & substantiam absumentur in viris. In mulierum verò testes tantum abibit

abit horū vasorum dimidium, reliquum autem in uteri fundū & latera spargitur. *Σπερματικὰ φλέβες.* spermaticæ venæ. Sūt venæ duæ in testes demissæ, sanguinem spermatis materiam ad eos deferentes. Earum una dextra est, altera sinistra: dextra à trunco venæ cavæ inferioris sub dextra renali seu mulgente vena nascitur, sinistra verò à medio sinistra renalis siue emulgentis. Vtraq; in viris quidē in testium tunicam & substantiam absumitur, surculis aliquot tenuibus in suam peritonæi apophysim sparsis: in mulieribus autem dimidio in testes, altero dimidio in uteri latera & fundum nutriendum, quo etiam menses fluunt. Cæterum venæ illæ à sua origine deducuntur in testes inuolutæ, intra ventrem quidem peritonæo, extra ventrem verò erythroide tunica.

Σπερματικοὶ πόροι. dici quidem possunt vasa omnia per quæ semen defertur, propriè tamen sic appellantur vasa duo à testibus sursum ascendentia & in *περυστικὸν ἀδνοδὸν* inserta, seménque eò deferentia. Hæc enim à testiculis prodeuntia, & ad posteriorem pubis ossis sedem reflexa rectaque peritonæo, sensimq; mutuò appropinquãtia & latiora crassioraque facta tandem inter se coëunt, unumque corpus efficiunt, quod sese in *περυστικὸν ἀδνοδὸν* insinuans, inseritur & dehiscit in urethram sub initium cervicis vesicæ, seménque in eam excernit.

Σπιθαμὴ. mensura est qua rerum intervalla metiuntur. Est autem trium palmorum siue duodecim digitorum, quantum scilicet digitis extensis intervallum est inter minimum digitum & pollicem, ut interpretatur Pollux & Hesychius, Latini dodrantem vocant, quòd dodrans novem unciarum sit, quæ item duodecim efficiunt digitos, vel ex similitudine & proportione quam habet libra cum pede. Est enim dodrās novem unciarum, hoc est, tres quartas partes libræ cõtinet. Sic & *σπιθαμὴ* quæ digitorum est duodecim dodrans esse videtur pedis, in quo sedecim digiti continentur. Plinius lib. 7. cap. 2. Super hos extrema in parte montium Pygmæi narrantur ternas spithamas longitudine, hoc est, ternos dodrãtes non excedentes. Ea mensura non rarò utitur Dioscorides & verbis ab ea derivatis, quæ sunt *σπιθαμῶος*, *δισπιθαμῶος*, *τρισπιθαμῶος*.

Σπλάγχια. non intestina dicuntur, sed præcipua interanea & vitaliora, ut cor, pulmo, iecur, & similia quæ in cæsis victimis aruspices considerabant si quid portenderēt. Sumptum est enim ab aruspicipinis id vocabulum, deinde ad omnes animalium partes intrinsecas translatum. Celsus viscera latine vocat & ab intestinis distinguit, alij exta interpretari malunt.

Σπλῆν. lien. Est pars corporis rara, spongiosa, nigricans, ventriculo sinistra parte incumbens & sanguinem humore atro repurgans. Sicut iecur videtur esse purioris sanguinis quædã affusio & concretio, ita & lien nigrioris & faculentis: ob idq; utriusque visceris carnem Erasistratus *παιέγχυμα* appellavit. Quia autem nigro sanguine compositus est, iccirco non modo nigricat, & prominentibus quibusdam tuberculis inæqualis est, sed etiam familiaritate suæ substantiæ quicquid atrii humoris & facis est in sanguine ad se attrahit. Hoc enim illi à natura propriè tributū est. Trahit autem per eum venæ portæ ramum qui superior & minor est. Ac eius quidem facis parte sibi cognata magis & familiari, per arteriarum præcipuè calorem & motum elaborata nutritur: reliquum autem excernit nunc in portam & intestina per eundem portæ ramum, nunc in vetriculi latus sinistrum, per insignem

Ff

DEFINIT. MEDIC.

venam ex summo aut propinquo in lienis sima ramo prodeuntem, nunc in sedem per hæmorrhoidas, nunc in renes per arterias ab aorta supra renes natas. Id quoniam debuit esse faculenti sanguinis receptaculum, præuidens natura ne facile obstrueretur, duo præsertim illi remedia comparauit, substantiæ raritatem & arteriarum copiam. Est enim valdè laxus & spongiosus, habetque tum plures tum grandiores arterias quàm magnitudini suæ conueniat, ab aorta quâ per lumbos fertur prodeuntes. Situs est in hypochondrio sinistro quâ ventriculo incumbit cauius, quâ verò septum contingit leuiter gibbus. Tunicam habet à peritonæo, neruulum autem à ramo sextæ coniugationis qui sinistrarum costarum radicibus inseritur. Neq; enim expediebat maiores eum neruos habere.

Σπληνικὴ φλέψ. splenica vena. est ramus superior & minor venæ portæ, qui totus per lienem spargitur. Nam cum vena portæ in duos præcipuos ramos distincta sit, hic in lienem abit, alter in mesenterium diffunditur. vide φλέψ.

Σπληνικαί. dici quidem possunt omnes qui ex liene laborant, propriè tamen à veteribus dicti sunt quibus lien obduruit. Sed cum durities pluribus de causis contrahi cœpit, definitionum medicarum author, duritiẽ hanc è phlegmone nec concocta nec digesta contractam intelligit, duòque eius symptomata recenset, defluxiones, & fædum corporis colorem. Non est autem dubium lienosos euadere à copia melancholici humoris lieni infarcti. Ex quo fit, ut eo sub morbi finem crismq; per alium erumpente, dysenteria proptè excitetur, quæ si diutius perseueret, omnino lethalis est: sin breui finiatur, magna ex parte salutaris est, quemadmodum apud Hippoc. Aphor. 43. & 48. libri sexti scribitur.

Σπληνίον. linteolum vel emplastrum appellatur non oblongum tantum, ut Hesy chius interpretatur, aut splenis, ut alij, figura, sed quacunque forma ad partium corporis habilitatem aptatum, quo exceptum vel illitum medicamentum abhibetur. Dicitur & σπλήν à medicis. Galenus Hippocratem id genus linteoli excogitasse ad stabilendas fracturas lib. 6. meth. med. tradidit his verbis: ὁ δὲρ εἰς μὲν πῶ φουράρ, ἔτι nouεῖαι αὐτοῖς ὁ ἰατρικῆς ἰσθμῶν πῶ τῆ σπληνῶν ἔτι βολῶ, & paulò post ad ossa multifariam confracta splenium ascie forma circumdare ex eiusdem Hippocratis præcepto iubet. Non est dubium sic dictum esse à lienis figura, longa magis quàm lata. Nec ossibus modò fractis imponitur, verum etiam aliis partibus, ut fronti in fasciolarum modum ad leniendos dolores, aut inhibendam distillationem, aut in alium quempiam usum.

σπληνίον dicitur à quibusdã δ σπληνῶν, vel quòd lieni, qui σπλήν vocatur, conueniat, vel quòd folia habeat longa latâque in modum lienis. Dicitur & à quibusdam eodem nomine ἰ μιονίης, ut habetur apud Dioscoridem.

Σπγγιον. epithematis nomen est ex caprillo stercore compositi, quod mirificè tum per latètes meatus tum per aluum humiditatem educit, cuius meminit Paulus lib. 3. cap. 48. Idem verò malagmatis nomine appellat lib. 7. cap. 18. ubi eius cõpositionem describit. Sic dictum est quòd spongiæ modo humorem hydropicorum combibat.

Σπγγιοί. dicuntur glândula quædã ad fauces, ut scribit initio lib. 4. Epid. Hippocrates, aut Thessalus eius filius, cui librum hunc, uti secundum & sextum tribuit Gal. lib. 3. πρὸ δυνάμειος. Sic fortè dictæ sunt quòd spongiarum modo humorem combibunt & continent.

Σπιδιαιρ.

σποδιακῶν. est species collyriorum ἀδικτωρ καὶ ἀπαλῶν. Cuius duas differētiās describit Aëcius lib. 7. quarum prior à Paulo Aegineta exponitur iisdē quidem medicamentis sed pondere inaequali. Hoc collyrium Scribonius à quibusdam cinereum dicit appellari. Igitur errāt qui à spodio appellari scribunt, neq; enim spodij quicquam prædicta collyria habent, sed à cinericio colore nomen sortita sunt: σπόδος enim ἔστω δία cinerem significat. Caterum σποδιακῶν collyria omnia vim habent dolorem mitigandi ἔστω refrigerandi: ἔστω moderatè ἀδικτωρ.

σποδίου ἢ

σπόδος. est recrementum metallorum ὕστωρ, quod cineris in modū partim fornacum parietibus inherescit, partim in terram decidit, indēque colligitur. nomen habet à cineris similitudine, ἔστω quidam ex Latinis cinerulam dixerunt: nec colore modò cinerem refert, verum etiam grauitate, quibus duobus differt à pompholyge candida ἔστω leui, cum tamen utraque sint eadem genere ἔστω ex eadē materia prodeant: ea ut plurimum est æs aut cadmia: aliquando tamen ex auro ἔστω argento ἔστω plūbo nigro secernitur. Proinde diuersas habet appellationes, araria, quæ omnium præstantissima est, plumbaria, quam post Cypriam arariam Dioscorides commendat, auraria, quæ teste Plinio oculis est utilisissima, ἔστω argentaria quam Lauriolin idem vocari dicit à Laurio Attica monte, in quo argenti erāt fodina. Omnis autem spodos lota ἔστω à sordibus, id est, carbonibus, terra, pilis purgata, easdem quas pompholyx vires habet, sed crassiorum est partium. Sunt qui existiment nos vero spodio carere, nostrumque non aliud esse quàm ebur ὕστωρ, aut aliud ossis genus. Auicenna autem scripto testatus est spodium cinerem esse radicum cannarū exustarum: verum hæc non sunt spodium, sed veriùs ἀρνίσποδα dicentur.

σπῆνδυλος. spondylus. vertebra. Dicitur ἔστω σπῆνδυλος ab Atticis, sicut ἔστω ἀσπάραγος ἀρνί ἢ ἀσπάραγον. Sunt autem spondyli ossa viginti quatuor quibus ἢ ἔστω ἡ ἅλας tota constructa est. Tot enim sunt in homine secundum naturam se habente: aliquando tamen plura aut pauciora reperiuntur. Omnia caua sunt ἔστω forata, omnia ἀκρῶς, hoc est, spinam habent ἔστω apophyses transversas atque obliquas ascendētes ἔστω descendētes. omnia similiter vinculum membranofum intus (præter duos primos spondylos) duas rachiteos meningas ambiens, ἔστω foris alterū ipsa undique colligans, prætereà articulationes sex, duas suo corpore, duas apophysibus ascendētib; ἔστω duas descendētib;. Est autem articulationis hæc ferè ratio, Primæ duæ vertebrae per diarthrosim coniunguntur, quòd capitis motus validus ἔστω manifestus sit. Nusquā enim corpore suo (quam ipsorum partem anteriorem vocat Galenus) committuntur vel sibi vel capiti, quomodo inferiores omnes sibi iunguntur, sed prima duas occipitis apophyses καρῶσθῶς duabus cavitatibus excipit ἔστω secundi dentem transmittit: secunda verò condylo duplici, sed minùs extāte, primi cavitates duas καρῶσθῶς excipit, ἔστω suo dente occipiti inter καρῶσθῶς anterius valido ligamento affirmatur. Inferiores autem omnes vertebrae sibi articulantur ἔστω corpore suo, ἔστω apophysibus obliquis ascendētib; ἔστω descendētib;, ita ut harum singularum vertebrarum articulationes sint sex, supra quidem tres, ἔστω infra totidem. undique autem foris parte antica valentiūque iunguntur, ἔστω qua parte dorsalis medulla intus partem hanc anteriorem tangit. Sed qua se vertebrae facie tangunt, ligamenta sunt cartilaginosa ἔστω ab unius cartilagine in alterius cartilaginem immissa, tā crebra, ut his plenū sit

Ff ij

DEFINIT. MEDIC.

totum inter duarum vertebrarum cartilagineas, quibus utrinque sublimatur, interval-
 lum. Sūt autem apophyses manifestae vertebris omnibus communes, parte qui-
 dem postica spina una praelonga & ferè acuta, soli primae vertebrae negata, in late-
 teribus verò binæ semper transversae & haec etiã longae. Inter has autem aliae utrinque
 geminae sed breves, una utrinque ascendens, altera utrinque descendens, per quas
 vertebrae inuicem inarticulantur dupliciter inferiori & dupliciter superiori, utraq;
 scilicet parte dextra & sinistra. Haec verò apophyses articulariae (sic enim eas ap-
 pellare licet, ut à transversis & spinis separentur) interdum transversim, interdum
 subobliquè sitae sunt. Ab osse enim sacro ascendendo, semper magis propinquat trans-
 versis, donec in decima metaphreni vertebra sint mediae inter ipsas transversas, ut
 una linea cum transversis collocatae videri possint. Ad costas autem reliquas intro
 magis vergunt quàm transversae, & tandem rursus foras vergunt, donec in summa
 ceruice iterum subtransversae fiant. Et haec quidem sunt omnibus vertebris commu-
 nia: non sunt autem omnes sibi similes. Prima reliquis solidior, densior & maiori fo-
 ramine cauata est, sola caret spina, & habet parte anteriore apophysim exiguam, &
 in inferiori parte duas cavitates γλωσσοειδεις. Secunda peculiare, habet processum du-
 rum & solidum è superiori mediâque sui parte exorientem, quem à dentis similitu-
 dine ὀδόντια vocat, ex quo totam ipsam etiam vertebrae secundam Hippocrates ὀδόν-
 τια appellavit, nō autem primam, ut putat Rufus in partium corporis onomasia: alij
 verò πρῶτον ὀδόντιον nuncupant. hic in primae vertebrae cavitate subit. Ab his
 vertebrae sunt tertia, quarta, quinta, superioribus longè minores, quorū tamē quinta
 maxima est. Sexta nō modò his tribus maior est, sed etiã septima. A sexta autē us-
 que ad infimam rachim, inferior superiore maior est proportione quadam. Magnum
 verò spondylum Galenus commen. 3. τῶν ἀρθρῶν interpretatur secundum, qui in fau-
 ces conuersus eas angit, nec multò post eodem libro magnum spondylum appellat in-
 fimum lumborum aut ei proximū. Paulò post magnum videtur innuere sextum cer-
 uicis aut septimū. Ceterum vertebrae omnes in tres ordines distinguuntur, sunt enim
 cervicis septem, dorso duodecim, lumborum quinque. Inter quas facile est dorso ver-
 tebras ab aliis discernere, singulae enim dorso vertebrae unam utraque parte costam
 emittunt. Ex his autem decima vertebra peculiare & proprium quiddam habet: di-
 citur enim à Galeno ἀξέτης, hoc est, spinam habes in neutram partē, siue nec sursum
 nec deorsum repentem, qualis hominibus huius seculi frequenter est undecima, &
 hac frequentius duodecima, rarò autem decima. Cū enim rachis tota sit tanquam
 arcus quidam, eius ipsius ceu clavis, ut vulgò vocatur, est decima vertebra, quae ve-
 lut lapis, aliquis motu recto delatus, nutantes sursum aut deorsum alias vertebrae
 figit & firmat.

Σπογγώδης φλέβος. dicuntur à Galeno lib. de anat. venarum, & lib. 3. administ. anat. vene
 aliquot per cutem modicis intervallis sparse.

Σπογγώδης νόσος. dispersi morbi, qui etiam ἀπορροιαὶ appellantur. Sic dicuntur qui singulos
 separatim corripiunt. plures sunt simul morbi vagantes & genere diuersi siue perni-
 ciosi siue mitiores, quorum alius alium inuadit. Non ab aere, sed à victus ratione
 nascuntur, quam singuli habent propriam & peculiarem. Itaque non unum morbo-
 rum genus sic dicitur, sed differentes sunt morbi. vide ἰδιόδημιον.

Σπογγώδης. dicta sic est prima pars hyemis à veteribus Graecis, nos semetem possumus ap-
 pellare.

pellare. vide χεμάρι. *σταγούλιος*. *thūs masculinum*, quod est *suapte natura rotundum & guttae simillimum*. vide λιβαύος.

στάδιον. est inchoata *tātūm nec absoluta ὀπίσις*. Fit *cūm calor externus agit in humore eius quod assatur, sed tamen imbecillior est quā ut eū perfectē possit concoquere*. Est incoctio, ut scribit *Aristoteles*, *contraria τῇ ὀπίσει*, quemadmodum *ἔρμολωσις τῇ ἐπίσει* opposita est. *Aristoteles tamen minū appositum τῆς σταδίουσις nomen esse scripsit ad eam rem significādam, sed tantū similitudine quadam scē dici posse*. Verūm *Hesychius ita interpretatur σταδίουσις, ἔρμολωσις ἰσυχῆ ἀλλοιωσις ἰσυχῆς, καὶ σταδίουσις, παφλαγομένην ἰσυχῆν*. Scribitur *ἔρμολωσις* à quibusdam *σάκτισις*, potestque permitti, cūm *ἔ* *Græci* *σταπίων ἀπὸ τῆς δαλίπων* dicant. *Aristotelis interpretēs excaldationem satis aptē reddidit*.

στάσις. geminam habet significationem, designat enim *ἔ* pinguedinem siue adipem, *ἔ* fermentum siue farinam aqua subactam, ut exponit *Hesychius*. Idem prorsus quod *στάσις*, de quo postea.

στακτῆ, siue *κονία στακτῆ*. est *lixivium liquidum ex quouis cinere colatum, sic dictum quasi stillatitiū*. Significat etiam calcem perinde atque *ἰ κονία*. Quæ vocis ambiguitas magnam plerisque errorum occasionem præbuit.

στακτικόν
στακτόν. *collyrii nomen est apud Scribonium & Paulum, quod Galenus ὀστακτόν appellavit: variant tamen ab inuicem eorum descriptiones, præsertim ponderibus*.

σταπυῖ *καλλυνεῖα*. sunt *collyria quæ inordinatum fluxionis impetum sistūt. plures sunt eorum differentia, Hermolai, hexacōtarchia, hecatontarchia. omnia refrigerant & adstringunt ἔ* quadamtenus desiccant, alia magis alia minū. *Aëtius*.

σταφυλίπατρον. *instrumentum chirurgicum quo vna fluxione laxior attollitur. dicitur ἔ* *σταφυλίπατρον*.

σταφυλί. sunt qui eo nomine omnem *columellæ siue curculionis inflammationem appellari crediderint, inter quos fuit Archigenes, quem propterea Galenus reprehendit lib. 6. τῆς κῆ τὸ πους*. Alij verò, ut idem scribit, *frædius aberrarunt, eo nomine partem ipsam secundū naturam se habentem intelligentes*. Neutrum enim *ἰ σταφυλί* significat, sed eius partis affectionem, cūm ea laxior ex fluxione reddita, superna sui parte tenuis est, inferna autem crassior *ἔ* liuida. Sic enim euadit τῇ σταφυλί, hoc est, *vna vitiginea similis è pedunculo suo depēdentis*. Vnā autem hic intelligere oportet non totum botrum siue racemum, non acinum sed granum quod *ῥάχα* *Græci* vocāt, à quo *tunica oculi ῥαχιδίς*, *uniformis latine dicta, nomen accepit*. Ei quidem nihil similius est *curculione sic affecto*. Pars enim superior tenuis gracilisque aptē respondet *vna pedunculo, inferior autem crassa, rotunda, nigra, ipsi grano simillima est, sed neque magnitudo dispar*. Sic quidem *Galeno* *πρὸς σταφυλίς* visum est, qui in eo *Archigenem taxans, non meminerat, opinor, eorum quæ scripto prodiderat Aristoteles lib. 1. de histor. animal. cap. 11. columellā, si immodicè humefacta intumescat inflammētique, vna nomine vocari*. Verū tamen si quis rem diligētius expēdat, nō ipsa *inflammatio nomen hoc meretur, sed potius inflammationis symptoma, quum scilicet columella inflammata figuram eiusmodi sortita fuerit*.

σταφύλωμα. differentia vna est τῆς *περὶ τῆς ὀφθαλμοῦ*, cūm scilicet *erosa ruptāve cornea tunica*

DEFINIT. MEDIC.

la, altera ei subdita quæ ἐξοσθὶς dicitur, excidit ad eum modū, ut acinum uua representet. Cum enim infra istum modū excidit, μυαὶ φαλαγγίς, cum modū hūc superat, μῦλον vocatur, ut docet Paulus lib. 3. cap. 22. Interdum verò aliter fit σαφύλωμα, sine ruptione aut erosione corneæ, quando ipsa corneæ intumescit certa quadam parte, atque attollitur, & prominet in modum acini uua. Id quod plerumque contingit ex defluxione, humoribus intra corneā coacervatis, quos ea propter imbecillitatem sustinere non valens, laxatur & quasi incuruatur, apparetque veluti acinus uua exertus, qui staphyloma appellatur. Differunt inter se hæc duæ species staphylomatis, quòd una integra fiat corneæ tunica, tumorque ipse candidior appareat, altera verò fiat eadem rupta aut erosa, in qua quòd prolabitur, cæruleam aut nigrum cernitur. His addit & tertiam speciem Aetius lib. 7. cap. 34. scribens aliquando σαφύλωμα fieri ex pustula quadam inter strias corneæ tunicae satis profundè excitata, quæ tunicam attollat, non tamen rumpat. Causa huius affectionis varia esse possunt, sed quæcumque ea fuerit, certum est visum omni staphylomate aboleri.

στῆαρ. sebum siue seuū. Est oleosa & pinguis substantia adipe sicciore magisq; cōcreta. Eiusdem est cum adipe generis, πικρὸν Græci vocant. Vtrunque enim oleosum & pingue est, & utrunque sanguis est concoctus per bonitatem nutrimenti. Differunt autem, quòd στῆαρ fragile usquequaque sit, nec ad ignem admotum tam facile liquefcat, & cum refrixit, denuò concrecat, ut ouis, ut capra: πικρὸν liquidior sit, minimèq; apta durari, oleo longa vetustate incrassato similis, ut equi, ut suis. Locis etiam discrepant, πικρὸν inter carnem cutemque solet consistere, στῆαρ in sine carnis semper est. quæ parte utraque dentata sunt animalia, adipe pinguescunt, quæ una, sebo. Generatur autē ex sanguinis parte pinguiore per tenues venas effusa, circa partes animalis membranofas ac nervofas, cui concretio ideò contingit, quòd membranis adiacet. Crasso nanque oleo est similis, eoque congelatur, ubi cum frigidis & exanguibus particulis coniungitur. vidē πικρὸν.

Nec verò sebum modò aut adipē στῆαρ significat, sed etiam, ut Hesychius exponit, ζύμιον & ἄλθρον, hoc est, fermentum & farinam, aqua videlicet subactam in panis aut offæ formā. Id quod ipse Hesychius adhuc evidentiùs declarat, vocem ἀρμαγδαλίη exponens, ac dicens esse στῆαρ ἐν ᾧ τὰς χεῖρας ἀπὸ μαζῆτος ἐν βίς δέλτοις, βαλόντις ὃ βίς κούρι ἀναλόντις ἀπὸ δέλτοι. Intelligit enim quadras ex pane in quibus digitos tergere soliti erant veteres, easque postea canibus obicere. Sic non est aliud στῆαρ quàm σῶις, hoc est, fermentum & pollen subactus, etiamsi id absurdum Marcello videatur apud Dioscoridem cap. de stibio. In hac ergo vocis ambiguitate diligenter videndum an pro adipe an pro polline στῆαρ acciperè conueniat, cum nec ipse Plinius errorem in eo vitare potuerit, conuertens quæ de scilla & stibio, polline vel fermento illinendis memoriae prodidit.

στῆατομα. est tumor præter naturam, mali coloris, tactu lenis, primùm pusillus, temporis progressu amplior, adipem intra se membrana conclusum habens. Differt à struma mollitie, qua nota etiam à meliceride & atheromate discernitur. Magna ex parte basim habet ampliorem, raròque contingit ut basis angustior, & apex amplior reperiat. In genere apostematū est, eo maxime à reliquis differens quòd in eo pingue quiddam ceu adeps subest, tunica conclusum, ideòque sola chirurgia curari potest, quòd adeps qui in eo continetur, nec putrescere possit nec digeri.

στῆατομα

στενωπεὶ φάρμακα. stipantia, obstruentia, siue contrahentia, siue occludentia medica-
 menta. Dicuntur proprie quæ oscula vasorum claudunt, & sensibiles vacuationes
 supprimunt. Corpus enim quod στενωπεὶ hoc est, claudit ac continet in se, nec quicquam
 quod sensu queat percipi ex sese emittit. Græci στενωπεὶ appellant. Est autem eorum
 substantia crassarum partium, frigida & adstringens, & expers acrimonia. Talis
 enim substantia aptissima est contrahere & occludere aperta præter naturam va-
 sorum oscula, ut cui omnia insint quæcumque requirunt ea quæ contrahi debent. Si-
 quidem consistentiæ crassitudine foris incumbit, nec paruos meatus penetrare potest,
 cum frigiditate sua intro premit, atque undiquaque in sese cōtacta vicinæque corpo-
 ra cogit & contrahit, & quia desiccatur, humorem depascitur partemque roborat.
 Quorum quidem omnium concursu efficitur, ut osculum claudatur, à partibus ad-
 stringentis substantiæ, tanquam foris à manibus contractum. Sunt autem τὰ στενω-
 πεὶ opposita τοῖς βύσσοις καὶ ἰσχυροῖς. Differunt verò ἀπὸ τῆν πικνωτικῶν, hoc est, à conden-
 santibus, quod illa vasorum oscula, hæc cutis poros siue meatus occludant: neque e-
 nim ut πικνωτικῶν, terrenam habent substantiam, sed aqueam magisque imbecillam.
 Cæterum τὰ στενωπεὶ aliis nominibus, ut ait Gal. σπαστικῶν, κλειστικῶν, & σφίσιοντα pos-
 sunt appellari. Talia quidē sunt quæ proprie στενωπεὶ appellantur. Verum notandum
 est, ut ait Gal. non sic proprie, sed nomine generis appellari: στενωπεὶ enim significat
 generaliter omnem obstructionem tam osculorum vasorum, quam meatuum cor-
 poris. Sed meatuum quidem obstructionē Græci πικνωτικῶν vocant, non habentes au-
 tem nomen quo eam quæ in vasorum osculis sit designaret, generis nomen ei commo-
 darunt, ut & in multis aliis rerum differentiis factum est. ἐμφαξίον tamen videtur
 eam nominare lib. methodi. & similiter Paulus lib. 1. cap. 21. scribens στενωπεὶ dupli-
 citer fieri, ἢ ἀπὸ πικνωτικῶν ἐμφαξίον, ἢ ἀπὸ πικνωτικῶν τῆν πόρων.

στελεχια. dicitur à quibusdam vena illa magna quæ à sima iecinoris parte exoritur
 & quam portam vulgo vocant. ut apud Galenum lib. 6. administr. anat. & de lo-
 cis affectis lib. 6. cap. 4. Est enim aliarum velut quidam truncus. vide φλέψ.

στεμφυλίς. lora, quam alio nomine Attici δυνελίον appellant.

στενωπεὶ. à quibusdam dicitur ὀμφαξίον, id est, umbilicus Veneris, sicut habetur apud
 Dioscoridem. dicitur etiā & à quibusdam δακτύλιον siue sedum maius, quod ama-
 torius credatur conuenire.

στερεόν. pectus. Hippocrates σῆδος vocauit, ut annotauit Galenus: est pars thoracis an-
 terior clauibus subiecta, in quam costæ copulantur. Ea constat ossibus septem, ut
 ait Galenus, quot scilicet costæ sunt quæ ipsis inarticulantur. Nunc autem numerus
 non apparet idem in omnibus sceleris. Nam quibusdam duo tantum sunt manife-
 sta, in plurimis tria manifestam habent circūscriptionem, in aliis quatuor, quinque,
 aut sex. Septem verò nunc rariora sunt. Sed quotquot sunt, sibi inuicem tam exacta
 harmonia coniunguntur, ut totum sternon os solidum esse appareat. Tenerum ad-
 modum est recens natis, & ut ossium pars plurima & epiphyses omnes, nil aliud
 quam cartilago. Deinde verò in medio inter costarum articulationes paulatim sic-
 cescit: utique tamen unumquodque eius os rotundissimum est. Quod reliquum est
 omne singula hæc ossicula ambiens, cartilago adhuc est, costarum cartilagini tam
 simile, ut idē videri possit. Cæterum parte sterni ima cartilago triangula adnasci-
 tur, quam ξιφοῖον appellant, etiam si hoc nomine plerique nō illam cartilaginem,

Ff iiij

DEFINIT. MEDIC.

sed totum sternon. vocent, quod una cum ea chartilagine gladii figuram repraesentet. Nam sternon manubrio, chartilago gladio similis videtur.

σφαιρα. corona pars est capitis inter sinciput & occiput media, ὁδὸν τῶν σφαιρῶν ἔχει μὲν. Sic etiam dicitur extremus capillorum ambitus, qui alio quoque nomine ὀπίθεμος vocatur. Etiam locus est in oculo, quo commistuntur inter se tunica uniuersae: vel circulus est in oculo, inter album oculi & pupillam medius. Hic autem circulus ita se habet, Crystallinus humor in vitream humorem inseritur, & medius in ipso quasi in aqua vehitur, eodem prope modo quo sphaera globusue, cuius dimidiū extra aquam promineat. Haec humorum connexio in crystallini medio hemisphaerio, in utroque humore circulum unum efficit, qui terminus est finisq; omnibus oculorum tunicis. Desinunt enim omnes ad circulum eundem, ubi nigro oculi iungitur album, & propterea σφαιρα vel etiam σφαιρα, id est, coronam vocauerunt. Alij verò τειρ ab arcus caelestis similitudine. Hic enim locus, ut ait Galen. si omnia probe disseueris, diligentérque omnia perspexeris, nihil confundens, circulos ostendet plures, nempe septem, sibi mutuò incumbentes & coherentes, crassitudine coloreque varios, ut ne si velis quidem locum hunc aliter quam irim appellare queas. Horum primus quidem maximusque est humoris crystallini: secundus autem vitrei supremus atque extremus est, eorúmq; uterque ad iridem, communi quadam insertione atque plexu per arachnoidem connectitur: tertius extremus reriformis tunica est: quartus τῆς χοροειδῶς: quintus ipsius durae membranae: sextus ex alia quadam membrana insertus est, quae ex musculorum aponurosi & tendinibus originem trahet: septimus adnatae membranae est ex pericranio genita, sicut Galenus lib. 10. de usu partium explicauit. Rufus etiam σφαιρα appellari dicit, ciliorum extrema per somnum sese contingentia, & alio nomine χαλω. dicitur & σφαιρα à quibusdam ὀδοντιλίῳ καὶ ὀπίθεως propter rotunditatem.

σφαιρα. dicitur à quibusdam ὀδοντιλίῳ, ut habetur apud Dioscor. Sic etiam eodē authore dicta aliquando est ἰσφαιρα ἀλεξίωρα, quod ex ea victores coronarentur.

σφαιρα ἔαφα. coronalis futura. Est futura anterior cranij ab uno temporum osse ad alterum transversim perueniens, sic dicta est quod ea capitis parte ubi est corona gestari soleant, vel quod in orbem frontem cingat. vide κράνιον.

σφαιρα φλίψ. coronalis vena. Est propago veniens à magno trunco venae cauae sursum ascendenti, cingens cordis basim in modum coronae. Ea quidem magna ex parte simplex est, interdum tamen gemina apparet. Distribuitur autem in partem cordis externam. Est & alia vena cauae propago, quae σφαιρα σωμαχου appellatur. Proficiscitur autem à ramo splenico venae cauae, & ad stomachum effertur, ibique bipartita ramo maiore ceu corona stomachum totum cingit, ramulis sursum ad oesophagi finem, & deorsum in ventriculum demissis: minore autem ad pyloron descendit, ramulis obiter antè & post distributis. Quemadmodum autè à vena caua coronalis haec vena proficiscitur, sic à magna arteria statim ubi à corde orta est, arteria duae σφαιραι, hoc est, coronariae prodeunt, maior sub valuula dextra, minor sub postica, quae in cordis superficiem & eius partem crassiore perinde ac vena distribuntur.

σφαιρα. corona. est herbarum florúmq; contextus ad voluptatem vel sanitatem comparatus. Plinius & Plutarchus in suo conuiuiio solam in coronis odoris necessitatem à veteribus quæsitam esse prodiderunt, ideóque frequentem illis fuisse coronarum usum

usum in cœnis, epulis, comessationibus, sacrificiis, pompis, latitiâque omni. Verumtamen præter voluptatem valent etiam coronæ ad firmitatem corporis, vegetiores tràquillioresque sensuum nostrorum habitus & motus. Id quod eo opere Plutarchus etiam docuit rosas & violas adstringere dicēs, odoréque suo capitis grauedines pel-
lere. Angulosi verò odorati iunci florem, crocum & baccharem ad placidam somni quietem potos perducere, ob leuem mitémque odoris & halitus sui fluxum quo in ebriorum corporibus obortæ inæqualitates & asperitates sensim extenuentur & dissipentur, concoquanturque crapulæ, illata veluti in pelagus tranquillitate. Idipsum pariter Plinius docuit, purpureis violis tribuens crapulam & capitis grauedines impostis coronis & olfactu discutere. Hic quondam usus, ratio, & fructus coronarum fuit: & quæ id possent plantæ aut totæ aut earum partes, στεφανομαλῆλαι, id est, coronariæ dicebantur. Sunt enim, ut ait Theophrastus, in aliis ad coronas utiles tantum flores, propterea quòd odorati hi tantum sint, ut in violis, in aliis folia, ut in malabathro, in aliis tota materia, ut in serpillo, campana inula & sisymbrio.

σπῆνιον. pectusculum. media pars pectoris.

σπῆδοδῆς. γαστροδῆς apud Hippocr. dicitur ab eo πῶδι μαχειδῆς ἢ σπιλοῦ : & specillum siue gladiolum latum significat, siquidem acutum ὀξύβελῆ appellat.

σπῆδος. pectus. Dicitur ab Hippocrate, ut Galenus annotauit, non omne id quod est à priori parte thoracis, sed medium os in quod se inserunt costæ, quod iuniores medici στέριον appellant. vide στέριον.

σῆδος etiam dixit Hippocrates in pede imam eius plantam, quam anatomici πῆδος nuncupant, ut idem Galenus annotauit: quanquam sunt qui eam pedis partem quæ post eius cauum iuxta digitos attollitur, σῆδος ποδῆς appellent, & similiter in manu σῆδος χειρὸς, eam partem quæ huic proportionè respondet.

σπῆδοδῆς, vide σπῆδοδῆς.

σπῆμα. penis. virile membrū, quod & αἰδῆδιον & κωλῶς dicitur. Rufus definit σῆμα dici τὸ ἐκκρημῆς τῷ αἰδῆδιου, hoc est, partem pudendi pendulam & prominentem: eique subiectam quæ non propendet, & σπῆμα & πῶδινιον appellari.

σπῆμα. dicitur ab Hippocrate ἐν τῷ κῆτ' ἰντῆριον parti ægræ adhibitum firmamentum, quod iniecta quidem fascia fit, sed sine vinculo. Cōuenit partibus illis quarum motus necessarius est, à quo cessatio non est in nobis, eoque differt ἀπὸ τῷ ὄρασματος, ut annotauit Galenus comment. 3. ἐς δ' κῆτ' ἰντῆριον.

σπῆσι. sibiium. Est species τῷ σίμμεως splendidissimi, emicantis, crustosi, nitidi & friabilis, quam alij πῶλα πῶσφθαλμῶν appellant. Alij verò σῆσι καὶ σίμμι nihil differre putant. Patet tamen ex Dioscoride optimum genus τῷ σίμμεως σῆσι nuncupari, & fœminam esse, & mari eo in genere præferri. Nam cum δ' σίμμι diuidatur in marem & fœminam, ut alia multa, mas, ut ait Plinius, scabrior, minùs ponderosus, minùs radians & arenosior est.

σπῆμα. dicuntur notæ quæ in facie aut alia quapiam corporis parte insliguntur, quales (inquit Aëtius) videmus in manibus eorum qui militiam exercent.

σπῆμα. sibiium. Est lapis metallicus colore nonnihil similis lapidi plumbario, sed magis nitens & candidus. Accedit autem & colore & nitore ad argenti spumã, quamobrem propter similitudinem à Plinio spumæ lapis candentis dicitur. Diuiditur in marem & in fœminam: horridior, inquit Plinius, est mas scabriórq; & minùs pon-

DEFINIT. MEDIC.

- derosus, minúsque radians & arenosior: fœmina contra nitet, friabilis fissurisque dehiscens, quod genus Dioscorides manifestò scribit sibi appellari. Est autè sippi tam simile plumbo, ut si paulò magis concremetur, in plumbum vertatur. Vstum autem antiquitus formabatur in pastillos, quibus quia fortè Hippocratis tẽpore erat quadrata tesserarum figura, ipse sibi πτερίωνον appellat. Vim habet refrigerandi, siccandi & astringendi, quocirca valet ad oculorum collyria, nigro etiam colore tingit, atque iccirco id mulieres ciliis illinunt, qua de causa Græcis γυναικῶν dictũ: quia verò artificiosa hæc tinctura oculos dilatare videtur, iidẽ ἀλατιοφθαλμῶν vocarunt.
- Στοβίλ. stœbe. est herba aculeata tũm caule tũm folio, semine molli, rubido, radice pecoris pabulo gratissima, non alibi quàm in aquaticis nascens. Eam à quibusdam vocari phleum Plinius auctor est. adstringunt folia eius & semen.
- Στοιχῆς. stœchas. Est herba tenuibus surculis, coma thymi, longiore folio, subamara gustu & aliquantum acris. Hanc hodie officinæ vocant sticados citrinum. nanque frutex ostenditur surculosus, odoratus, ramulis exilibus, folio hyssopi, gustu amaro, semine minuto, capitulis luteosis ex concoloribus flosculis compactis, quare citrinum vocarunt. est autem verè Gallicum. Siquidem nasci iuxta Galliam, in insulis eiusdem nominis, è regione Massilia, Dioscorides auctor est. Observarunt autem Arabes alterum stœchados genus caule sesquipedali, pallido, coma tenui, oblonga, spica sterili, quòd suo gentili cognomento Arabicum vocauerunt, eiusdem cuius & Gallicum effectus: utrunque enim calefacit & siccit, decoctum ciet urinas & menses, pectoris leuat dolores, iecinoris & lienis obstructions refecat, & colicos sedat cruciatus. Attamen Galenus, Dioscorides, Plinius, & Paulus unius tantũ meminerunt, estq; verisimile Arabicũ stœchadẽ inter origani genera cõprehendi sub onitide.
- Στοιχείον. elementum. Est corpus simplex ex quo quidque primũm cõstituitur. Simplex quidem significat quod non mole sed diuisione minimum est, & in quod ultima resolutio fit: neq; enim partes eius diuersi generis sunt, sed omnes homogeneæ & similes. Refertur autem elementum ad aliquid, sicut & pars. Habent enim res singulae sua elementa, præter illa quæ sunt omnium rerum communia. Sunt autè omnium communia, ignis, aër, aqua, terra. Singulorum verò partes simplices ex quibus componuntur, quæ & proxima & sensibilia elementa nuncupantur. Hæ sunt in homine os, chartilago, ligamentum, tendo, caro, cutis, membrana, vena, nervus, arteria, & reliqua eiusmodi quorum partes uniuersæ eandem inuicem retinent formã. Quòd si quis hæc quoque ex aliis quibusdam elementis fieri dicat & constare, sanguine, pituita, bile flaua & atra, is non intelligit quo differat principium ab elemento. Siquidem elementum totum ipsum componit, inq; toto manet, & post totius compositi resolutionem per se subsistit, idẽmq; genus necessariò habet cũ toto: qualitas enim qualitatis, & corpus corporis elementum est. verũm hæc non insunt principia, aut si insunt, non necessariò insunt. Itaque humores quatuor, quemadmodum & semen sanguisque maternus, generationis quidem simplicium partium principia dici possunt, non autem compositionis, quòd nec ea cõstituant, nec in iis præterea seruentur. Neque enim in ossibus & ligamentis species ipsa humorum remanet, neque in eos ipsa resolui videntur. Sed & ipsi ex cibis & potibus pariter generantur, qui rursus quatur elementis constant.
- Στολῆς. rugæ quæ in cute fronti prætensa consistunt, quam πρυμπεπίδιον vocant. facta inde

indè metaphora est ad sedem, in qua *σολιδες* vocantur ruga & plica, quas etiam *ευνιδες* nominant, & quæ plus æquo intumescunt in condylomata transeunt.

Στολιδῶδες. rugosum apud Hippocratem, ut interpretatur Galenus ἐν τοῖς γλωσσεῖς. indè *δακτύλι* & *σολιδῶδες*, *μῆτωπον* *σολιδῶδες*, & *σολιδῶδες* *ἔλκος*.

Στόμαος. Duobus modis dicitur. primò quantum diducta labra patent: secundo & propriè totum id spatium quod diductis labris ad imas usque fauces interiaceret, in quo dentes, palatum, lingua, gurgulio, & tonsillæ duæ continentur. Hæ enim oris partes nuncupantur, quatum omnium una tunica continua est, etiam naribus communis. Est autem os homini inter animantia paruum, ad portionē scilicet unguium & dentium. Pars est ad maximos usus comparata. via est nutrimenti maxima, communis & publica ad ventriculum, primūque alimenti principium. Ut enim elixatio & assatio ori preparant alimentum, sic os ventriculo. Nam & in ore aliqua fieri incipit ciborum concoctio, mutans quidem alimentū in alteram speciem manifestè, non tamen ad perfectionem transformans: id quod satis longa oratione Galenus lib. 3. de facult. natural. persequitur. Est & os spiritus & respirationis principium, aërem intra se admittēs, qui indè partim ad cerebrum, partim per pulmones in cor proficiscitur. Verūm potissimum vocis organum est. deseruit autem vel maximè expurgando cerebro, mucum ab eo suscipiens, sed non minùs ventriculo & thoraci & his annexis partibus, per eandem nimirum viam expellens, per quam etiam attraxit. Vicissim aperitur & clauditur: clauditur quidem à musculis temporalibus: hi enim tensi sursum maxillam inferiorem trahunt, itaque os claudūt: aperitur verò ab aliis duobus musculis, qui ab apophysibus *βελονοῦδοσι* profecti in partes maxillæ inferiores inseruntur, ut docet Galenus de usu part. corp. hum. lib. 11. cap. 4.

Στομαλικά φάρμακα. dicuntur propriè medicamenta quæ ad vias, tonsillas & omnes quæ in ore sunt derepentè inflammationes conueniunt, ut scribit Galenus lib. 6. τῆν κ' τόπος. Generaliter verò dici possunt quæcunque gargarizata, illita, aut alio quouis modo admota medentur oris affectibus. Nam & citra inflammationem ulcera admodum humida stomaticis medicamentis curantur, id quod notum esse potest ex Galeno lib. 5. meth. med. ubi scribit ad hunc modum: ulcerum quæ in ore accidunt, quæcunq; admodum sunt humida, ea medicamētis egent quæ vehementer siccent, veluti diphryge, tūm ipso per se, tūm ex melle & vino & mulso: præterea & quæ iris & quæ anthera, hisque vel siccis, vel ex melle, vel mulso, vel vino. utile verò ad talia est & Musa medicamen: præterea rhois succus & omphacium aliæque quæcunque strenuè siccant. At quæ simpliciora oris ulcera sunt, hæc sanare commodè possunt etiam medicamēta quæ modicè siccant, veluti hæc ipsa quæ propterea quòd in assiduo sunt usu stomatica Græcè sunt dicta. Ea sunt quod ex moris conficitur & quod ex rubi fructu, & quod ex succo corticis iuglandium viridis, atque etiam his magis quod ex musto & cupressi sphaerulis componitur. Quæ verò in ore admodum humida ulcera sunt proximè ossa, unde carie tentari ossa periclitētur, hæc propter ossium naturam quæ sicca est, vehementissimis medicamētis indigent. Itaque ego iam comprehensos pastillos semper laui, ac siccum ipsum medicamentū superimpono. hæc Galenus. vide & Paulum Aeginetam de stomaticis medicamentis eorumque differentiis lib. 7. cap. 14.

Στομαχολ. qui stomacho laborat. De huius nominis significatione Galenus scripsit hunc

DEFINIT. MEDIC.

in modum lib. 8. τῆν κ' τὸ πρῶτον, disputans contra Andromachum, qui stomachicas confectiones sine discrimine scripserat prodesse stomachicis: Plerique (inquit) vulgò homines eos qui appetentiam perdididerunt ita vocant, & quibus post acceptum cibum ventris os grauatur atque opprimitur, & quandam agrè tolerabilem anxietatem habet. Appellat eodem modo etiam illos quibus nausea contingit, & maxime si ad vomitum impellat, & adhuc magis si cibi corrumpantur, quandoque acidi, quandoque nidorosi facti, quãdoque etiam aliam vitiatam qualitatem adepti. Et præ his omnibus adhuc magis illos stomachicos nominant, quibus ructus eiusmodi cum molestia quadam & anxietate ac subuersione contingunt, sæpe cum nondum cibum acceperunt. Quinetiam si per plurimum tempus cibi in ore ventris morentur, grauantur & vix descendentes hos itidem stomachicos appellant. Alios item appetitum caninum appellatum habentes, ut & plurima edant, & maxime granati paulò post reuomant, similiter vocant. Alios rursus qui fortiter exoluuntur, ubi diutius in ediam pertulerint, & si non citius cibum accipiant, in ore ventris morsus percipiunt, eodem modo stomachicos vocant. Hæc Galenus. Paulus autem Aegineta scripsit σωμαχικὸς propriè dictos fuisse à veteribus qui cibum non continerent, eodémque esse cum iis qui κοιλιακὸς vocantur. Nò est dubium stomachicos à stomacho appellatos esse, qui aliquo eo in loco oborto affectu laborent, velut etiam hepaticos ab hepate, & colicos à colo, & nephriticos à renibus, & splenicos à splene affectos.

στόμαχος. stomachus. os ventriculi. Est meatus superior ventriculi, per quem cibi in ipsum intromittuntur. Habet enim ventriculus ora duo, unum inferius πλωρὸν dictum, alterum hoc ipsum superius, inferno longè amplius, quòd ita expediat, ut cibos duriores & nondum intritos deuorare possit. Est autem maximo sensu præditum & longè acutiore quàm reliquæ vllæ partes, propter duorum neruorum magnitudinem qui à sexta cerebri coniugatione in ipsum inseruntur: per eos & alimenti penuriam & rosionem sentit, ventriculique affectus cerebro, & contrà ventriculo cerebri communicantur. Ad ipsum propriè pertinet appetentia, quam ut benè habens secundum naturam excitat, sic malè affectum inappetentiam & vitiosum appetitum inducit. Est & illi consensus cum corde maximus, adeò ut syncopas inuehat (quas propterea σωμαχικὰς appellant) & id veteres communi nomine καρδία nuncuparint, & morbum eius καρδιωγμὸς καὶ καρδιαλγία. Situm est sub chartilagine ξιφοειδῆ, quam ob id natura videtur comparasse ut ipsius esset propugnaculum. Cicero lib. 2. de nat. deor. existimauit τὸ σωμαχὸν eundem esse cum τῷ οἰσοφάγῳ, similiter & Celsus lib. 4. cap. 1. quibus tamen quanquam grauibus authoribus hac in re non tam libet assentiri quàm uni Galeno, qui cum sexceteris locis aliis, tum lib. 8. τῆν κ' τὸ πρῶτον expressè docet veteres os ventriculi duobus nominibus appellasse, σωμαχὸν καὶ καρδίαν, etiam si frequentius ipsum καρδίαν dixerint.

στόμαχος. aperire. Consuetam magis significationem est scalpro diuidere, idque propriè in abscessibus dicitur. Verùm eo vocabulo generalius vititur Hippocrates lib. 6. τὸ ἰδιόμαχος, accipiens στόμαχος ἀπὸ τῆς ἀνοστομῶς, hoc est, recludere atque adaperire quamcunque partem siue hæmorrhoidas, siue narium aut uteri venas, siue fistulas etiam veteres quidè & longo tempore assuetas, sed aliqua de causa obstructas, siue etiam aurium meatus sordibus refertos & obturatos, adhibito aliquo ἀνοστομωτικῷ, hoc est, aperiente medicamento. Annotat Gal. comment. 2. in lib. 6. τῆν ἰδιόμαχος.

στόμαχος.

Στόμαχος. est ferrum sapius igne liquefactum & purgatius redditum. Id chalybs alio nomine dicitur. Galli aciem appellant. Videtur & aeris speciem Celsus existimasse lib. 6. in collyrio Cleonis, squamae aeris (inquit) quod στόμαχος appellant. vide οἶδος.

Στραβισμός. est conuulsio musculorum oculi qui bulbum mouent, ut annotauit Paulus lib. 3. cap. 22.

Στραγάλιδες. globuli & concretiones lactis in mammis, quales mulieribus potissimum accidunt post partum, si lactis prouentus nulla parte decedat.

Στραγουεία. est urina stillicidiū: vel, est deprauata urinae excretio cum stillicidio. Symptoma est excretionis in vesica deprauata. Neq; enim pro consuetudine urina redditur, sed paulatim & guttatim distillat, assiduāque est ad meiendum proratio. In causa est vesica imbecillitas ex intemperie quadam contracta, aut ulcus, vel lotij acrimonia, aut pus cū urina mistū, ab abscessu tenū aut iecinoris rupto proficiscens.

Στραπώτις. herba est in aquis nascens, iisdemq; supernatans: semper uiuo similis nisi maiora haberet folia. sine radice uiuit, unde & nomē habet. humectat & refrigerat.

Στραπωπικὴ. dicitur à quibusdam ἰατρικὴ herba, ut habetur apud Dioscoridem.

Στραπωλερὴ ἢ

Στραλώπου κολλύριον. est collyrij nomen utilis aduersus duram & aridam lippitudinem. Acre est & lacrymas prouocat, ut habetur apud Paulum lib. 3. cap. 22. Eius mentionem fecit Scribonius Largus.

Σρόβιλος. dicitur à quibusdam ὀσίουμος, sicut habetur apud Dioscoridem.

Σρόβος. dicitur à quibusdam λάδιον Arabicum apud Nabathæos nascens.

Σρούδιον. radícula. vulgò herba fullonum, officinis saponaria: cuius radice precipuus usus est. Acris est, calfacit & siccatur quarto ordine, abstergit, irritat mouetque sternutationes.

Σρούδιον μύλον. species est cotonei mali, magni quidem, ut ait Dioscorides, sed minùs utilis quàm reliqua cotoneorum genera.

Σροφῆ. sic à quibusdam dicti sunt οἱ σπονδυλοι, hoc est, colli vertebrae. causa in promptu est. Dicta sunt & σροφῆες eadem de causa.

Σρυφιόν. acerbum. Est corpus uehemēter adstringens facultate frigidū atque terreum. ut galla immatura, rhus, hypocistis, balaustium. uehemēter adstringens dico, quod cū adstringens, Graeci σύφορ vocant, genus sit acerbi & austeri commune, eo tantū inter se differunt, quòd acerbum multò uehementiùs adstringat quàm austum. Quod autem quicquid huiusmodi est frigidum sit, perspicuum esse potest, quoniam tale gustatibus lingua cōtrahitur, densatur, siccatur, exasperatur. Hac enim non nisi frigido effici possunt, terreum uerò idem siccūmque esse ex eo apparet, quia tardè admodum in corpus permeat: humiditas enim facillè intrò subit, eaque frigiditati cōiuncta non acerbum quidem, sed acidum potiùs efficit. Acerbi sunt, ut ait Theophrastus, omnes propè arborum fructus ortus sui principio, qui posteaquā humore impleri ceperint, decedit quidem acerbitas, accedit autem aciditas. Caterùm acerba tribus modis exolui posse declarat Galenus, incalescentia, humescentia aut utrumque perpeffa. Si incalescunt duntaxat, solam acquirunt dulcedinem, ut robuste glandes & castaneae: sin tantum humor iis accesserit, austera fient minúsque adstringent, si modò humor is fuerit aqueus & crassarum partium, si namque aëreus fuerit, acida euadent. Quòd si pariter & humor & calor accesserint, ex aqueo qui-

DEFINIT. MEDIC.

dem humore dulcedo, ex aëreo verò pinguedo comparabitur.

Σφύλα. *solanum.* planta est multorum generum. Hortense quidem solanum est frutex exilis, pusillus, multis concavus alis, folio nigro, maiore quàm ocimi & latiore, fructu rotundo, viridi qui maturus nigricat aut fulvescit. Adstringit & refrigerat secūdo ordine, vulgus morellam, officina solatrum appellant. Aliud est solanum quod halicacabon & physalida, hoc est, vesicariam vocant, foliis antedicto latioribus, cuius caules postquam adoleverunt proni terram spectant, folliculis orbiculatis, fulvo intus acino, vesiculis simili, rotundo, levi, officina alquequengi, rustici coqueretum vocant. vim habet & usum hortensis. Aliud ab iis est *δ' μακρόν*, folio eruca, paulo maiore, caules à radice decem aut duodecim emittēs, vlnam altos. caput in cacumine oliuæ figura. fert racemum rotundum, nigrum, denis aut duodenis acinibus constantem. Est præterea aliud quod *ἰπώπερον* dicitur, multis ramis fruticosum, fractu contumacibus, pinguium foliorum cotoneæq; mali similium plenis, flore grandi, rubro, fructu in folliculis crocato, radice longa, subrubra. Refrigerat ordine tertio.

Στυλαδύς. dicitur processus ossis petrosi ab inferiori eius sede exorians, solidus, tenuis & oblongus instar styli *γραφή* vel acus, unde Galenus *χερσολοδύ* & *βελονοδύ* se appellare scribit lib. de ossibus. Is quia tenuis est & valde prominet, leui de causa abrumptitur, ideóque rarò in caluariis è terra effossis reperitur.

Dicitur verò & hoc nomine apophysis, hoc est, processus cubiti, qui in eo, ut inquit Galenus, *ἐκ ὠστέων* innascitur. Ille carpo per diarthrosim inarticulatur, eiusq; opus est motus carpi obliquos dirigere & firmare tùm ligamētis, tùm etiam occursu ossis carpi ipsum parua cavitare excipientis. Alioqui lubrica & errabunda & parum firma fieret hæc motio, si soli radij cavitati, quanquam scaphoidi, committeretur. Dicitur autem interdum *στυλαδύς* per *α*, quòd columnam representet.

Στυφνεία. *alumen.* Est succus concretus ex aqua & terra aluminosa, siue à natura talis sit, siue artificio paratus. Est autem omne alumen aut liquidum aut concretum. Liquidum duæ sunt differentia, unum limpidum est, lacteum, æquale & semper succo madens, sine lapidibus atque quendam veluti ignem expirans. Id quia vilis precij est & ubique reperiri potest, ut ait Gal. lib. 6. *τῆν κ' ἔσθως*, *φόμενον* appellatur. Alterum impurum, pallidum, scabrum, quod quia sordibus inquinatum est & peruersum, *παράφορον* dicitur. At verò cōcretum figuris varium est. Nam aut scissum est, quod ex eo *χρόν* vocant: est autem id cuiusque glebosi & natiui veluti flos. Cuius etiam duo modi sunt, nam vel glebarum aut asserum instar compactum est, vel sigillatim in capillamenta quadam canescencia finditur, quod indè *τεχνίης* quasi capillare nominatur: vel est rotundum, & *σφόνγγον* appellatur. Id autem triplex est: vel enim bullarum modo intumuit, vel foraminum fistulis quandam spongiæ gerit speciem, vel est solidum, aut tali simile est, quod *ἀσφαλατόν* vocatur, aut lateris, quod *πλινθίης*, aut ex crustis cōstat, quod *πλακίης*. At ex glebis natiuis qualescunque fuerint, hodie in metæ figuram formant, id quod saccharinum nominatur. Nec verò sola figurâ aluminum genera distinxit natura, sed etiam coloribus. Nam vel candidum est, quale est præstantissimum quodque, vel in cādido cinereum, siue parum fuscum, quod nigrum vocarunt, vel in candido rubrum, vel pallidum, ut interdum rotundum atque etiam capillare. Distinguuntur quoque usu & facultate. Si quidem veteres usos esse scissili, rotundo & liquido Dioscorides prodidit, & scissile lon-

te lōgè præstare cæteris. Cæterum τῆς συσπνεύσεως nomen ab adstrictione deductum est, quæ est omni alumini uehementissima: est autem & omne crassarum partium, sed tenuius & λεπτόν, ab hoc εσσογγύλαρ & ἀσφαλαῶτες. Admodū autem crassum est tūm liquidum tūm παλαιότες & παλιότες appellatum. Siccat autem tertio ordine, nec tamen adurit. Porro uerendi aluminis modum Aëtius lib. 9. explicauit, alumen in ollulam nouam coniectum carbonibus imponens, & ubi diffusum atque liquefactum fuerit, tolli iubens, atque ubi refrixerit, conteri.

στυφορ. adstringens. Id dicitur, quod terreum est & compagis quidem suæ mole, crassarum partium, frigidum autem qualitate. Est autem adstringēs duplex, sicut & calfaciens. Vt enim hoc partim simplex & summum est, velut ignis, partim per exuperatiam caloris, ut vinum, crocus, piper: ita illud vel summū est, ut exempli causa, alumen, melantheria, galla & rhus, vel modicæ cuiusdā adstrictionis particeps, velut pyrū, malū, rosa. Est autem adstringēs genus commune austeri & acerbi. Verumque enim eorū adstringit, hoc magis illud minus. Omnia autē adstringētia cōtrahunt ac densant meatus, siccant, reprimunt: adhæc uinciūt ac continent partiū sibi inuicem coherentium substantiā & uehementer refrigerant. Id quod de puris adstringentibus intelligi debet, quoniam pleraque ex dissimilibus particulis cōposita nō adstringunt modo, sed & acria sunt aut pinguia aut dulcia aut amara aut salsa aut acida.

στυψ. adstrictio. qualitas est gustabilis, quæ à frigido uincente perficitur in crassa & terrena substantia. Itaque propria facultate contrahit & densat meatus, refrigerat & repercutit: per accidens autē calorē excitat & auget, conducitq; ad cōcoctionem.

σύνκωσις. inustio. symptoma est uentris, cūm propter acrem eorum quæ ingesta sunt caliditatem subeunt acres & inæquales deiectiones, atque etiam febres. Has quidem deiectiones Hippocrates lib. πῶδι διαίτης ὀξέων à colliuatione fieri dixit, Galenus tamen comment. 4. in eundem librum magis ob σύνκωσιν quàm λωπίην fieri, nec satis propriè Hippocratem loquentum annotauit.

συκομυσός ἄρτος. panis est quem alio nomine Galenus αὐτόπυρον appellari scribit, quod ex omnibus farinae suæ partibus citra ullam detractiōnem constet, mediūmque esse inter furfuraceum & similagineū. Quod si verum est, malè illi sentiunt qui συκομυσόν furfuraceum panem interpretantur, & alio nomine πτωεία dici uolunt. Dicitus est autem συκομυσός quasi confusaneus, quoniam castratus non sit, sed omnia simul tulerit, furfures, utriculos & similes.

σύνκοπη. syncope. Est praeceps uirium omnium lapsus. Sic quidem Galenus ante se à ueteribus medicis definitam esse prodidit: Ergo cūm essentia uirium quibus regitur corpus, tūm in spiritu, tūm in solidorum corporum temperamento consistat, parā est nihil horum per syncopen manere integrum, sed cuncta collabi & dissipari, cum spiritu quidem calorem natium, ita cum eo mistum atque confusum, ut nunquam ab inuicem separari possint: cum solidorum autem corporum temperamento, tūm eum ipsum calorem singulis à natura partibus insitum, tūm humidum illud primigenium & radicale quo uno ueluti glutino quodam robur earum continetur. Neque enim seruari eorum temperamētum potest nisi eo calore atque humido incolumi. Quæ causa est cur uirium hic lapsus, de quo nunc agimus, qui quidē solidorum corporum substantia digerendæ succedit, in lōgissimis morbis subinde incidat, animante ex frequenti atrophia, id est, nutriendi defectu extenuato, præ-

DEFINIT. MEDIC.

tereà in iis febribus acutis quæ corpus liquât . Itaque lapsum hunc virium protinus atque accidit duo precipua symptomata consequuntur, exoluto quidem calore, frigiditas totius corporis: digesta verò solidorum corporum substantia, sudor quem medici συκοπήσις & εὐφορμωσις appellant . Hæc duo sunt παθογενεῖς τῆς συκοπῆς symptomata, quæ alia etiam cuiusque facultatis propria, pulsus defectio, & sensus motusque; priuatio, consequuntur. Ea cum pluribus de causis excitari possit, sicut à Galeno scriptum est lib. 12. meth. med. & lib. priore ad Glauconē. omnes tamen in duo genera reducuntur, unum quidem earum quæ spiritus vel alterât, ut vitiosi succi, ambientis aëris malitia, & venenata facultates, vel corrumpunt atque dissipant, cuiusmodi sunt tum affectus animi vehementes, timor, gaudium, voluptas, tristitia, anxietas, ira, cura, tum ingēs dolor, tum plures motus, cuius generis & vigiliæ sunt, tum immodica eorum tenuitas, & continentium eos corporum raritudo, tum verò ante omnia ipse respiratus prohibitus & nutriti defectus. Alterum genus causarum est quæ solidorum ipsorum corporum temperamentum vitiât, aut eorum substantiam digerunt, ad quod reducuntur quæcunque trium principiorum, mox verò reliquarum partium quæ in consortium affectus, principia secum ex facili trahunt, temperamentum substantiamque labefactant. Est enim tantus trium principiorum inter se cōsensus, ut protinus noxas suas inuicem communicent, ipsumque ventriculi os præter reliquas propter exquisitum sensum, si grauius offendatur, syncopas, quas ab eo συμπαύσις appellant, accersit. Sunt quidem hæc syncopes causa, sed magnæ prorsus & vehementes, adeò ut ab iis ægri non modò λαποθυμῶσι, hoc est, animo linqui, sed totis viribus resolui possint, & proximi periculo esse, scilicet alias spiritu ipso deperdito, alias alterato, aliquando maxima ex parte digesto, non raro hæc utraque perpeffo. Causa namque eadem minores iam non syncopen, sed animi defectum ἀποψυχίαν à medicis dictum inducent, magnitudine sola à syncope differentem. Neque enim tanta est per lipopsychias animi exolutio, quanta per syncopas, in quibus nulla omnino vis quæ vel in spiritibus vel in solidis partibus posita sit, integra manet, cum per lipopsychias, etiam si aliqua ex parte exoluantur spiritus, solidorum tamen corporum quæ multò minùs quàm spiritus, iniuriis sunt opportuna, substantia non digeritur, sed incolumis persistit. Argumento sudor est, in lipopsychia quidem nullus, sed in syncope perpetuus, & pro causarum magnitudine paucus vel multus. Hic enim veluti terminus quidam lipopsychias à syncopis diuidit, sic ut quæ virium dissolutiones intra sudorem constiterint, lipopsychiæ, siue lipothymiæ, siue exolutiones (unum enim hæc tria significant) dicantur, quæ verò eum prætergressæ fuerint, & ad sudorē usque peruenerint, syncopæ, quarum etiam pro sudoris modo magnum sit discrimen. Siquidem nemini dubium esse potest plus in iis multò esse periculi quibus plurimus sudor accessit, quàm quibus exiguus, quòd maior virium lapsus ita contingat. Sed quantumcumque sit, omnem ὀξείας καὶ ἀδρόως, hoc est, repente & uniuersim fieri debere ratio τῆς συκοπῆς exigat. Cum enim ea nulli morbo acumine & periculo concedat, lapsum illum virium confertim & semel & magnum etiam fieri necesse est.

συμειμί. miscere. verbum Methodicorum proprium, ex quo συμμειμίτα appellabāt animantium corpora, quasi ex indiuiduorum corpusculorum mistura constarent, & meatuum miscellanea, cui medicandæ, si quando confusa esset, μετασυμμειμίτα φάρμακα

μακα

- μυκῆ ab iis dicta adhibebant, quæ & μετὰ πορτολίτιον vocabant.
- συμμοίσις. sic dicitur à quibusdam συμμοίσις ἄγριον, hoc est, cucumis anguinus, sicut habetur apud Dioscoridem.
- συγγαμνίσις. est ossium siccorum durorumque σύμμοις per chartilaginem. Sic pubis ossa chartilaginis interuentu necluntur, & ossa mediæ pectoris primis annis, ætatis namq; progressu ea per quam uniuntur chartilago ossis in modum indurescit. Similiter & ossium appendices in pueritia cum suis ossibus conascuntur glutinosarum chartilaginum beneficio.
- συγγλοματα. inunctiones. medicamenta sunt ὅς ἀπό ποίσις & facultate & specie similia, nisi quòd liquidiorẽ quodammodo substãtiam sortita sunt, ut habetur apud Paulum lib. 7. cap. 19.
- συγχυσις. vitium oculi confusus secum eius humoribus, id quod accidit ut plurimum ex uehemẽti plaga, interdum verò & ex uueæ tunicæ inflammatione ruptis eius uasis, effusoq; humore. Indè pupilla discolor & turbida euadit, & principio quidem maior cernitur, tandem verò contabescit minorque seipsa apparet.
- συγκομιον. duo significat, morum & sycomororum. Galenus lib. 5. τῶν κῆ τῶν οὐσῶν cap. 19. agēs de gingiuarum curatione, adhibet lac mori, his uerbis: ἢ συγκομιον, τὸν τῆς μωρεῖας γάλα ἐς ὃν ἐγχεῖται, &c. appellans lac succum siue lacrymam quæ ex radice arboris mori circumfossa & incisa colligitur, sicut Dioscorides lib. 1. testatur. Quam tamẽ Celsus uidetur ignorasse, scribens lib. 3. cap. 18. mori nullam lacrymã esse. Dioscorides autem aperte testatur συγκομιον ab aliquibus συγκομιον vocari, frequentius tamen morum significat uel mori pomum.
- συκί. dicitur à quibusdam ἢ χαμουσίον, ut habetur apud Dioscoridem.
- συκός μωρεῖον. ficus Ægyptia. Est arbor magna, fico similis, ut ait Dioscorides, uel ut Theophrastus, moro nostrati cùm folio tum magnitudine, frõdosa, multo lacte abundans: pomum ter aut quater anno fert non ramis, ut ficus, sed ipso caudice, caprifico non dissimile, dulcius grossis, sine granis interioribus, quod non maturescit nisi ungue uel ferro scalpatur, sycomoron uocant, eodem cum sua arbore nomine. Appellationis autem ratio diuersa traditur. Dioscorides namque sycomoron uocari prodit, quasi fatuam ficum, propter inefficacem & fatuum gustum. Quod Galeno non placuit, qui ita sentientes deridet, lib. 2. de aliment. scribit autem se plãtam ipsam cum suo fructu Alexandria uidisse, & fructum quidem consimilem uisum ficui parue albæ, eúmque in medio mororum ac ficuum locari posse, atque ex utriusque similitudine nomen illi fuisse inditum.
- συκρῆ
- συκρῆσις. marisca, ficus, siue ficatio. Est tumor à fici similitudine sic dictus. Oribasius ad Eustathium, ficos, inquit, appellat germina ulcerosa, rotunda, subdura, rubicunda, atque etiam dolorifica. Celsus lib. 6. cap. 3. duo tantum eius genera facit, quorum alterum ulcus esse dicit durum, callosum & rotundum, ex quo exiguum quiddam & glutinosum exit in barba maxime exoriens, alterum verò humidum & inaequale, ex quo quod exit plus est & mali odoris, præcipue in capillo proueniens. In utroque autem & fici similitudinem esse & carnem excrecere, & id quidem generale esse. Quod in capite nascitur, tineæ, quæ achoris nomine comprehenditur, speciem esse Arabes scripto prodiderunt, & esse rotundam & duram, in cuius superficie rubor

DEFINIT. MEDIC.

fit, intus autem quiddam granis ficuum simile. Quod in mento erumpit, ab humore fit, inquit Galenus, non solum crasso, sed partice etiam serosa & tenuis humiditatis, ob quam etiã facile exulceratur. εὐσ; differt ἀπὸ τῆς ἰόντου. Nascitur verò & in ano, sola magnitudine, inquit Aëtius, à thymo differens. Thymus enim eminentia est tuberculosa, aspera, subrubra, oblonga, sed parua, ficus autem illa ipsa est si magnitudine excedit. Latini mariscam appellant, quam aliqui dicunt esse ficum præ pinguedine hiantem, seménque ostentatam. De hoc morbo intelligendum est quod scribit Martialis:

Caduntur tumidæ medico ridente mariscæ.

Gignuntur vel ex præpostera Venere, vel immodica equitatione, vel eius partis attritione aliam ob causam facta. Est & σὺκωσις oculi vitium, quod Paulus dicit esse medium inter τράχμα & τύλωσις. Esse enim τράχμα asperitatem palpebra interna parte: sed maiorem quidem ut veluti incisuras habeat, σὺκωσις vocari, vetustiorem verò & quæ iã occalluerit, τύλωσις. Morbus hic oculi altiores, inquit Aëtius, habet eminentias & velut incisuras, nec alteri rei quàm ficui hianti meliùs cõparari potest.

συκωτόρι ἢ πικρ. ficatum iecur. sic dicitur ficuum esu præparatum, ut scribit Oribasius. Sic fit omnium præstantissimum, non modò ad voluptatem sed etiam ad alia omnia, si maclandi animalis iecur multarum siccarum ficuum esu præparetur. quam rem in suibus maximè faciunt, quòd suilla viscera sunt aliorum visceribus multò suauiora.

συμβεβηκός. accidens. Quid sit apud philosophos notũ esse potest ex Isagoge Porphyrij. Nec verò aliter τῆς συμβεβηκός nomen usurpant medici. Distinguunt modo ἀπὸ τῆς συμπτώματος, ut habetur apud Galenũ lib. i. meth. med. Quæ enim, inquit, constitutionem unde actio nascitur necessariò sequuntur, sanis quidem nobis συμβεβηκότες, id est, accidentia, agrotantibus συμπτώματα nuncupantur. Idem autem sequenti libro tres accidentium differentias constituit. Sunt enim vel ut affectus, vel ut actiones, vel ut passionis, quorum etiam hæc exempla ponit, in ambulare, vri cadine, album aut nigrum esse. Usurpatur etiam τῆς συμβεβηκός ad hunc modũ, ut ab eo quod τὸ πρῶτον καὶ κατ' αὐτὸ, hoc est, primum & per se fit distinguatur, idemque sit ex accidenti fieri quod secundo loco, sicut declarat Galen. lib. de differentiis sympt. exemplo calculatorum motorum.

συμπάθεια. consensus mutuus. societas. Est duorum naturalis quedã coniunctio & concordia. Eã similitudo vel generis, vel naturæ, vel tẽperamenti, vel morũ, vel rerum aliarũ conciliat. In plurimis verò causa ignoratur, eãmq; philosophi & medici etiam sapientissimi ad substantiæ totius familiaritatem atque occultam quandam vim & proprietatem retulerunt, quam si quis sit qui se nosse profiteatur, non caret arrogantiã impudentiãq; nota. Huiusmodi sympathiæ exempla per multa à philosophis referuntur, ut magnetis cum ferro, purgantium medicamentorum cum humoribus, elephantis cum homine, hominis cum plerisque animalibus, herbis & fructibus quibus salubriter vescitur. Huic sympathiæ contraria est antipathia, quæ non est aliud quàm cæca rerum inter se discordia. Paulo aliter τῆς συμπάθειας nomen medici usurpant, cum eam distinguunt ἀπὸ τῆς ἰδιοπάθειας. Tunc enim significant partis alicuius affectionem non propriè quidem & primariò, vel per se laborantis, sed per societatem & consensum alterius. Id autem duobus modis posse fieri Gal. lib. i. de locis affectis demonstravit, siquidem vel absolutè, vel per priuationem eiusmodi sympathia

thia contingit: absolute quidem an positivè dicas nihil refert. Fit autem id sympathie genus quādo à parte primariò affecta aliquid in aliam velut umbra per viam transit, quod causam morbo præbeat. Id autem tūm vapor, tūm humor esse potest. Sic tennes humores aut vitiosi vapores à ventriculo, utero, aut alia parte in cerebrū sublatis, dolorem mentisque ab alienationem mouent, in oculos verò, iis similia excitant quæ per suffusiones cernuntur. Itaque quoniā per sympathiam affectiones eiusmodi oriuntur, nec cerebrum, nec oculi tunc propriè & primariò laborant, nec debetur etiam iis propriè curatio, sed ei tantūm particula à qua affectionū eiusmodi causa dimanavit. Vide autem ne in distinguenda idiopathia & sympathia hallucineris, nec existimes partem omnem per sympathiam affici quæcūque ab alia afficitur. Distillatio sæpe pleuritidem excitavit, angina versa est in peripneumoniam, dysenteria in lienteriam, febris in abscessum, nec tamen eo casu pleura, nec pulmo, nec ventriculus, nec pars abscessu tentata per sympathiam laborant, sed cūm & causa affectus & ipsa affectio in iis ipsīs partibus hæreant & cōstiterint, primariò & ut idiopathice laborare dicentur. Siquidem sanatis etiam iis partibus à quibus primūm affectio profecta est, ipsa nihilominus perseverat constansque & stabilis est, atque propriam curationem desiderat, quorum neutrum affectui per consensum facto propriū est. Hic enim ita dependet ab alio ut umbra à corpore. Aliud sympathie genus est quod per priuationem fit, tūm facultatis in partem aliquam influere solitæ, tūm materie ad edendam actionem necessariæ. Quum enim affecta parte aliqua pars alia eo priuatur quod ei naturaliter adesse consuevit, tunc per consensum affecta esse dicitur. Sic digiti per paralysem affecti sunt, quod sentiendi vel mouendi facultas ad eos iam non descendit, nullo tamen vitio in digitis per idiopathiam existente, sed quia eo priuantur quod ipsis sanis aderat ad obeundam actionem. Sic & vox seu larynx per sympathiam læditur, si efflacione, vocis materia, priuatus sit thorax, quoniā perfossus ipse sit, aut quia intercostales musculi resoluti sint, aut quia spina metaphreni, vel cervicis tota affecta sit, cūm tamen per eam aphoniam nullum vitium nullaque affectio propria sit vocalium instrumentorum, sed tantūm quod laryngi materia vocis desit. Quoties enim parti alicui deest id quod secundū naturam ad actionem ei aderat, iure optimo eam affici dicendum est. Quippe ex ipso verbo συμπαθει partem non penitus ab affectu esse liberam, sed ipsam cum alia affici declaratur. Et reuera illius actio, vel omnino perit, vel deprauatur, vel imminuitur: nec tamen ideò pars ea agrotare propriè dicitur, nec talis eius affectio propriè morbus vocabitur. Siquidē ei parti nec morbus ipse, nec morbi causa insidet, nec est necesse partem omnem cuius actio læsa sit, statim etiam morbo teneri.

Συμπαθεια. duobus modis dicitur auctore Galeno. Generatim quidē quicquid animanti præter naturam accidit, id est, morbus & causa morbi interna, quæque morbo superueniunt. Speciatim verò quicquid præter naturam accidit, exceptus morbis & eorum causis. Sic sumptum symptoma non aliud est quàm affectus præter naturam qui morbum, velut umbra corpus, sequitur. Huius tres à medicis differentiæ assignantur. Aut enim consistit in actionum offensa, aut in corporum ipsorum affectu, aut in retentis vacuatisue immodicè. Quorum symptomatum singula varias etiam habent differentiās. Siquidem animalium actionum noxæ triplices sunt. Primæ quidem sensilium, ut visionis, auditionis, gustus, odoratus tactusque aboliti, debilis aut

DEFINIT. MEDIC.

deprauati, vel sunt morticum actionum, vel principum, ut imaginationis, ratiocinationis & memoriae similiter abolita vel debilis vel deprauata. Secundae vero sunt naturalium, ut attractionis, retentionis, alterationis & expulsionis. Tertiae vero vitalium, ut pulsationis abolita, debilis aut deprauata. Eorum autem symptomatum quae consistunt in corporum affectionibus quinque sunt differentiae, pro sensuum numero. Aut enim consistunt in visu, cuiusmodi sunt colores praeter naturam in toto corpore, aut certis quibusdam partibus, aut in auditu, cuiusmodi sunt voces clangosae, tremulae, raucae, & soni, strepitus atque murmura in quauis parte excitata: aut in olfactu, quae non sunt aliud quam graueolentia respirando aut transpiratu totius corporis praecipua, vel prodiens ab auribus, naribus, axillis aut ventriculo per ructus acidos, nidorosos & virosos: aut in gustu quae non aliud sunt quam sapor varius excrementorum in singulis partibus prodeuntium: aut in tactu, cuiusmodi sunt calor, frigus, humiditas siccitasque & ex iis inducta mollities, durities aut alia quaedam qualitas in quauis parte. Tertiae vero sunt eorum quae praeter naturam vel excernuntur vel retinentur in corpore, quorum triplex differentia est. Aut enim tota substantia praeter naturam sunt, ut sanguinis profluuium ex morbo aut aliquo symptomate (morbos enim symptomata consequuntur non modo primo, sed plerumque alterius symptomatis interuentu) excitatum: aut qualitate, aut quantitate, quorum exempla notissima sunt.

σύνφωσις. est naturalis ossium unio. Naturalis quidem, ut ait Galenus, dicta est, quod quae parum vel omnino luxata sunt, inter se quidem cohaereant, fractaque inducto callo uniantur, sed non secundum naturam. Est secunda species coniunctionis ossium. Siquidem omnia inter se coniunguntur vel κατ' ἄρθρον, vel κατὰ σύνφωσιν. Est autem σύνφωσις apud Hippocratem idem quod ζωάρθρωσις. Sunt autem σύνφωσις duae primae differentiae, aliqua enim ossa sibi inuicem connascuntur, alia materiae alterius interuentu. Quae enim fungosiora mollioraque sunt, mutuo inter se coalescunt: sicciora vero & duriora, aliorum interuentu. Rursus eorum quae per alia coalescunt tres sunt differentiae, συγχρόνωσις, ζωάρθρωσις, συσσερτικωσις.

σύνφυτον. etiam à quibusdam dictam fuisse τὸ γλυκύριζον Dioscorides author est. forte propter effectus similitudinem. Habet enim symphytum quamplurima glycyrrhiza affinia, ut rectè inter ἀνέλκαστράμια censeri possint.

σύνφωσις. nomen est medicamenti ad tussim optimi, cuius mentio fit apud Galenum lib. 7. τὸ κατὰ τὸ πνεύμα. Descriptio habetur apud Aëtium lib. 8.

ζωάρθρωσις φάρμακον. vide σεγνώσις.

συναγγία. angina. vide κωάγγια.

ζωάρθρωσις. est compositio κατ' ἄρθρον ossium quae nec validè nec manifestò, sed obscure & difficulter mouentur. Species eius tres sunt, ἐκφύσις, σύνφωσις, ἀρρωσία.

ζωάριον. ligamentum. Est pars corporis simplex, post os & cartilaginem maximè terrestris partè parti alligans, muniens, vestiens. Itaque dura siccataque est, frigida etiam est tum ob id, tum quod exanguis sit. Haec pars neruo similis est, quoniam alba est & solida, sed neruus non est quia penitus ex se insensilis est, nec mouere quicquam potest, & neruo est multò durior, nec à cerebro nec à rhachitide nascitur, sed ab osse vel cartilagine vel osse cartilaginoso vel membrana, & in os aut cartilaginem aut musculum aut partem aliam inseritur. Est verò id ligamentum speciatim & propriè

priè dictum. Interdum namque generatim & abusiue ligamentum medicis latius patet, ut etiam quicquid in corpore alterum alteri colligat, ligamentum dicatur. Sic cutis reliquarum corporis partium est ligamentum tum per se tum membranarum, neruulorum, venularum & alicubi arteriolarum interuentu, per quæ eadem cutis subiecto adipi, membrana carnosæ, musculis & aliis propè omnibus internis partibus cōnectitur. Cætera etiam corporis partes sibi inuicem colligatæ sustentur. Peritoneos quoque tunica diaphragmati, hepatis, lieni, ventriculo, intestinis, renibus, vesicæ, utero, venæ tum portæ tum cauæ inferiori, arteriæ inferiori, epiplo, mesaræo cum lumbis ligamentum est. Et meninges cerebro cerebrique partibus cum cranio & pericranio vinculum sunt. Sic, ut semel finiam, partes corporis omnes sibi continuæ colligantur, vel aliarum interuentu, ut sit verum omnia ossibus & periostis per se aut per aliud coherere. Id autem ligamentorum genus, neruorum quos recipit beneficio, sensus tactoriæ propè totum est particeps, cum propriè dictum ligamentum, ossosum scilicet aut chartilagosum, quod articulos colligat, & tendones induit, construit, munit, neruis & sensu careat. Ex ligamentis autem propriè speciatimque dictis quæ plurima ab osse in os inseruntur, partim articulos, partim ossa ipsa firmantia, ut quæ brachium cum cubito & radio & femur cum tibia coniungunt, item articulum brachij cum omoplata. Alia verò multa his similia usu, à chartilagine ossis vicaria in chartilaginem implantantur. Sunt autem ea tenuia & membranosa, ut quæ sunt in costarum notharum finibus, atque etiam verarum, quæ diu scilicet ossium sterni commissuræ per ætatem teneræ sunt chartilagosæ. Talia quoque primis annis sunt in imo sine coccygis. Talia denique bronchia aspera arteriæ omnia colligant. Nonnulla etiam ligamenta ab osse nata in chartilaginem inseruntur, ut chartilagosæ duo & crassæ in genu, unum à condyli interni radice interna in chartilaginem genu mobilem externo cōdylo destinata, & in tibiæ apophysim subditam: alterum illi subditum multò crassius, etiam obliquum in mediam & cauatam tibiæ apophysim. Ligamēta etiam propriè dicta ab osse vel chartilagine vel membrana procedunt in musculorum omnium capita cum neruo, ad muscoli vel tendonis villorum neruosorum robur, ipsa quoque in villos diuisa. horum pars plurima ab ossibus ipsis musculorum principio propinquis quidam à chartilagine, non pauci à membrana nascuntur. Sunt verò etiam ligamenta quædam mediæ quodammodò natura inter illa tum generatim tum speciatim dicta, partim ex ossibus aut chartilaginibus, partim aliunde nata, quæ tamen non in os vel chartilaginem vel tendonem vel musculum procedunt, ut quæ ab ossibus pubis nascuntur gemina, sed caua & receptis insignibus neruis sentientia, & maximam penis partem constituentia. Cæterum ex ligamentis propriè dictis quæ quidem ab osse vel chartilagine, partibus non sentientibus oriuntur, non sentiunt, nisi horum quædam neruos acceperint, ut quæ penem constituunt, linguam & penem firmant. Quæ verò ex periostio, membranisque aliis sentientibus oriuntur, sentiunt, uti & quæ ligamenta, tendones ad articulos dilatati efficiunt, ut quæ in pterna, epigonatide, digitis, aliisque partibus non paucis ligamentorum usum explent, sentiunt. Quæ res imposuit quibusdā putantibus ligamenta vera nunc sentire cum neruos non recipiant nec à cerebro aut thachitide oriantur, nunc non sentire.

zwd&quæ. concursus. . Est multorum symptomatum siue signorum cumulus, aliquid fa-

DEFINIT. MEDIC.

ciendum præscribens proprius est Empiricorum. Qui enim experientia sola rem inuestigat, tales concursus respicit, & quæ accidisse viderit, in unum colligit. Cumque sæpe eadem viderit uno in morbo, omnia memoriæ commendat, atque ubi ex hac observatione multos concursus fuerit expertus, tunc quæ in multis concursibus, quæ item in uno tantum euenisse comperit, diligenter obseruat, atque ita demum in communium & priorum cognitionem venit, quam consequitur signorum in vi & efficacia diuersitatis animaduersio. Quod enim in multis concursibus fuit obseruatum, quàm quod in paucis, quod in paucis, quàm quod in duobus, quod in duobus, quàm quod in uno tantum, maiorem vim habet. Exempli causa Empiricus, ex nonnullis quæ liquidò apparent notis circa agrum, dicit sibi compertum esse sanguinem agro mitti debere. Si quæras quanam ea sint, respondebit distentionem vasorum, & ruborem & grauitatem corporis uniuersi & pigritiã ad motiones & tensiones membrorum, adhuc ulcerosa læsitudinis sensum, & traductam in ocio priorem vitam, ciborum & potus copiam, & solitarum excretionum suppressionem, atque ex hac syndrome siue concursu venæ secandæ utilitatem à se obseruatam esse. Talis quidem est Empiricorum (συνδρομὴ ἀνδροεικὴ, ad cuius similitudinẽ alios in aliis morbis concursus æstimare potes, ut τὸ δὲ πρὸς τὸν αἵμα, σωματικῶν, ἰδιότητων & reliquas. Verum tales συνδρομῆς Gal. ridet, quòd tùm rarissimè, tùm longissimè sint, quòdque non protinus appareant, ut interea dum cõkursus omnium symptomatum expectatur, mora adhibedi remedij periculum afferat. Facilius multò & citius qui ratione signorum uniuscuiusque morbi inuentionem indagat, & communia & propria cognoscit. Vbi enim brachium ex propria sede excidisse & in alam prolapsum esse animaduertit, reliqua omnia etiam simul intelliget, ut tumorem illic præter naturam esse appariturum, deindè sinuatum in superhumerali locum futurum, capite brachij quod in alam recessit, priuatum, tùm dolore vehementi infestandos musculos & euenturum ut brachium doleat, si admouere id ad costas velit. Itaque non expectato eorum omnium concursu, statim iudicabit brachium è propria sede excidisse, & superuenientibus symptomatis remedia comparabit, ut non immeritò talem Empiricorum συνδρομὴν Galenus reprehendisse videatur.

συνδρομὸν τὰ σημεῖα. asidentia signa. Sunt signa non necessaria nec propria nec à rebus ipsis inseparabilia, sed quæ ut plurimum accidunt, ut in ardente febre lingua sicca, aspera, nigra, ventris morsus, deiectiones pallidæ, vehemens sitis, vigilia & deliria. Ex his autem aliqua simul inuadunt, aliquando superueniunt, sæpe verò nunquam apparent. Neque enim sunt ab ardente febre inseparabilia, neque eius substantiam constituunt, sed proprias tantum faciunt eius differentias, ut scripsit Gal. comment. in Aphor. 12. lib. 1. Idem verò & de aliis morbis iudicandum.

συνεχὴν αἰτία. causa continens, quam aliqui contentiuam etiam dicunt. vide αἰτία.

συνεχυμῶν. coëffundere, hoc est, naturam effundentem & vacuationes molientem adiuuare & incitare, apud Hippocratem lib. 6. τῶν ἐπιδερμῶν.

συνειδικνῶμενα. coindicantia. dicuntur ea quæ primæ præcipuèq; indicationi consentiunt. Nã cum prima indicatio, quæ quid agendũ sit ostēdit, à morbo petatur, nemo tamẽ ei obsequi audeat, nisi reliqua aut eorũ pars maxima quæ consideranda sunt, cõsentierint. Ea autẽ sunt virtus, natura, ætas, anni tẽpus, regio, cõsuetudo, & si qua sunt id genus alia. his autem opposita sunt ἀντειδικνῶμενα quæ contrariã indicationẽ habet.

συνεχὴς

συνεχὴς αἴτια. *causa continens, quæ & συνεχὴς & συνεχὴς* appellatur à Gal. vide αἴτια. συνεχὴς πυρετός. *continua febris. Est cuius à principio ad finem unica est accessio in multos dies producta: vel, in qua nunquam febris intermittit. Cuius duæ species assignantur, una συνεχὴς dicta, altera συνεχὴς generis sui nomine, sicut plerisque aliis differentiis accidit, quibus nomina indita non sunt. Rursus συνεχὴς duplex est, non putris & putris, utraque adhuc triplex, ὁμότον & ἀναβαλὸς, παραμασιός, inditis nominibus à febrium mutationibus quas habent non per aliquos circuitus, in modum intermittētium, sed toto quo durant spatio: ὁμότον enim dicitur cuius unica accessio à principio ad finem usque eodem tenore perseverat, ut ἀναβαλὸς quæ paulatim increfcit, & παραμασιός quæ perpetuò sensimq; decrefcit. Febris autē συνεχὴς, quam speciem esse statuimus, triplex est. pituitosa, biliosa, & quæ tarò accidit, melancholica, quarum trium ab initio ad finem unica est accessio, ut & trium synochorum prædictarum, sed hoc interest quòd in synochis nulla aut minima ab initio ad finem mutatio fiat, istis verò mutatio accidat, pituitosis quotidie, biliosis tertio quoque die, melancholicis quarto, ut scribit Galenus lib. 1. Epidem. ex sententia iuniorum medicorum. Porro hæc mutatio non aliud est quàm noua quædam exacerbatio, & febris reduplicatio, per quam noua quædam accessioprehendere videtur. Nam ut per initia accessionis intermittētium horror aut frigus partium extremarum sit & ad somnum propensio, pigritia insignis, inæqualitas quædam caloris, & pulsus paruus, debilis, tardus, rarus, ita dum istæ exacerbationesprehendunt, augētur aut vigent, sitim, dolorem capitis vehementem, inquietudinem, calorem intolerabilem excitant, ut aliquando videri possit continua febris cum sua & sibi finitima intermittente coniuncta. Verùm in continente biliosa per exacerbationes rigor non sit, ut per accessionem tertianæ intermittētis, nisi fortè cum tempus crisis instat. Corpus enim continuo calore concalfactum minùs sentit morsum bilis eam exacerbationem committentis propter eius exiguitatem: cum verò proxima crisis est, perfacile, quia corpus à largissima & copiosissima bile ubique pungitur. Eas in continuis exacerbationes medici παραφροσὸς etiam appellant non minùs quàm in intermittētibus, sed illarum solutionem παρακμῶ, non autem, ut intermittētium, ἀπεξέλαι. Ista quidem una est continuarum ab intermittētibus differentia, sumpta ab accessionibus, præterquam alia est à loco in quo materia febrilis continetur. Siquidè per intermittētes febres humor in habitu corporis putret, sicut antè ἀσθένεια πύρετον explicantes annotauimus, per continuas verò in maioribus vasis continetur, quæ sunt magnæ inter alas & inguina arteriæ venaque. Quæ causa est cur in continuis nullus horror, rigor, refrigeratio, non ulla ἰδιωμασία sit febris intermittētis, quòd materia per sentientes partes non feratur. Quorum si quid acciderit, implexum intermittētis cum continua esse iudicandum est.*

σώθριος. *est ossium inter se cōpositio, qualiscunque ea sit: est enim summi generis nomen eam aliis quoque nominibus σωπαξίη & ὀμάλια vocari tradit Galen. lib. de ossibus. Præterea C. Plinius secundus lib. 1. de medicina scribit σωθριον morbum esse nec periculo, nec facie phthisi dissimilè, inter tam multos authores solus qui id scripserit.*

συνδιέσσις. *est siccorum & durorum ossium σύμφωσις nervorum interuentu. Nervos autem intelligere oportet non vetos, quoniam nulla ossa, eorum interuentu, opinor, coalescunt, sed tendones, ligamenta & alia nervosa membranosaq; corpora. Nam &*

DEFINIT. MEDIC.

tendones qui nerui etiã nomine continentur, sæpe ad articulos dilatati ipsos firmant, ligamenta quoq; neruosa tibiã cruri & crus ischio firmissimè alligant, ut interim ligamēta alia externa, partim mēbranosã omnium articularum communia, partim dura, crassa, rotunda quorundam articularum, ut dentis, genu, humeri taceam.

Ξουλωπικὸν φάρμακον. idem quod ἐουλωπικόν, de quo vide suo loco.

Ξώχος. est febris σιωχῆς, nullis distincta accessionibus vel reduplicationibus. In hoc enim differt ἀπὸ τῆς σιωχῆς & πυρετοῦ, quæ species est τῆς σιωχῆς & generis sui nomine donata, quòd σιωχῆς mutationes habeat pro humoris à quo gignitur specie. Si nãq; eam pituita excitauit, mutationes habet quotidie, si bilis, diebus alternis, si humor melancholicus, quod admodũ rarum est, quarto quoq; die. Nō sunt autem aliud hæ mutationes quàm accessiones aut reduplicationes quædam in febrem continuam incidentes. Verũm ὁ Ξώχος nullas eiusmodi mutationes habet, quæ accessiones videri possint, sed unicam modò accessionem à principio vsque ad finem nullis exacerbationibus distinctam. Cuius tamen tres differentie statuuntur. Aut enim perpetua illa accessio sibi æqualis similisque perseverat, totòq; febris curriculo similiter viget neque crescens neque decrescens, quæ σιωχῆς ὁμότων & siue ἀκμασιῶς appellatur: aut à mediocribus initiis progreditur ad maiora & increscit, dicta ἀναβαπικῶς atque ἐπακμασιῶς: aut ab initio ad finem semper decrescit, quam παρακμασιῶν appellant. Neque enim fit synochus à pituita aut alterutra bile, quorũ proprium est certis circuitibus moueri & nouas accessiones inducere, sed à sanguine qui nullis periodis exacerbari solet. Sanguis autem ille synochi materia, aut incalescit tantũ nulla concepta putredine, aut computrescit. Indè geminæ emergunt synochi differentie, non putris & putris, quarum hanc inter putridas, illam inter ephemerã febris Galenus collocauit. Quæ enim nō putris est, duo habet præcipua cum ephemeris communia, primum quidem id ipsum quòd sine putredine sit, deinde verò quòd unica accessione perinde atque ephemera concludatur, ut non immeritò diaria plurium dierum vocari possit. Sed & diariis febribus ferè semper succedit, quod ubi euenit, non alia febris species quàm diaria producta videtur. Siquidẽ propter causæ paruitatem febris unius diei efficitur, sicut propter magnitudinem, multorũ interim dierum. Est igitur eiusmodi synochus, quantum ex ipsa est, earum quæ plures dies infestant, & quæ diaria sunt media & quodammodo communis, quãdiu scilicet putredinis nullas notas habet. Vbi verò succedit putredo, non iam diariarũ generis est, sed putrida biliosa ex sanguine putrente dicitur. De ea celebris illa quæstio instituta est crebrisque concertationibus in scholis agitata de sanguinis putredine, eiusque in bilem conuersione, illis Galeni autoritate, illis Auicennæ calumnia fretis, quam tamen licebit ex iis quæ subiiciam explicare & diiudicare. Sanguis syncerus à calido innato, cuius subiectum est & pabulum, regitur atque conseruatur, & quia ab eo non deseritur, ideo ægerrimè tardissimèque putret. Quia tamen omnia præter ignem putrere possunt, non est dubium quin sanguis etiam ipse interdum cõputrescat, cum nec spiritus, nec aër à putredine immunia sunt. Inducitur autem in eo putredo à calore externo, siue is sit in aère ambiente calidiore aut aliter vitiatò, siue in nobis ipsis ab aliqua intēperie aut cacochymia genitus. In causa est obstructio, quæ prohibet tũm ne foras excrementa fuliginosa expellãtur, tũm ne intrò subeat attractus aër qui sanguinem alicubi impactum ventilet. Causa etiam quandoque est in
aère

aëre calidiore, qui calore nostro potentior eum foras euocat, dissipat, redditque tam imbecillum ut sanguinem suum, praesertim si magna eius copia fuerit, amplius regere & continere non possit. Putredo etiam illa accidit cum calor natiuus mitis & benignus, alterius caloris commercio & contactu acrior euadit, ut iam non cōcoquat & conseruet sanguinem, sed eum urat, corrumpat, putrefaciat. Caterum ea putrefactio non inducitur temporis momento, sed interdum biduo, triduoue toto aut longiori etiam spatio sanguis tantum incallescit & feruet, non etiam putret, sicut Galenus methodi med. lib. 8. & 9. docuit. Eo quidem tempore synochus dicitur non putris. Verum nisi quis obstructionem summouerit, perseverante malo quicquid in sanguine tenuissimum pinguisimumque est in bilem flauam trāsit, quæ ob substantia tenuitatem alteratu facilis, unaque cum sanguine putrens synochum putrem biliosum creat. Nam si cum ualeamus, labore, inedia, ira interdum adeo incallescimus ut sanguinis portio in bilem uertatur, multo magis dum synochus non putris aestuat in corpore, flauæ bilis prouetus sit ex portione sanguinis tenuiore & pinguiore. Cum igitur tantum bilis genitum sit quantum biliosam febrem facere potest putrendo, tum pro synocho non putri synochus putris biliosa appellatur, quamuis nodum multus sanguis putruerit, nec putrendo in bilem flauā transferit, sed procedere tempore transiturus sit, si putredinis causæ perseverarint. In quo locum non habet Auicenna calumnia lib. 4. fen. 1. tract. 2. cap. 45. ubi scribit: Error est maximus in hoc Gal. sermone, quādo sanguis putret, eum in bilem trāsire. Transit enim in bilem aut quādo putrescit, aut quando putrefactus est, quorū utrumque est falsum, quod tenue abeat in bilem, crassum in humorem melancholicū. non ergo totus abit in bilē. Quod enim dicit Auicenna, locum quidem habere potest consummata iam & perfecta putrefactio, non etiam per eius initia cum ex synocho non putri incipit fieri synochus putris, quo tempore parum adhuc bilis computruit, nec quantum satis est ad gignendam febrem continuam biliosam quæ tertio quoque die exacerbetur, multoque minus cōtinuam melancholicam, quod humor melancholicus frigidus, crassus, terreus, non statim gigni possit ex synocho non putri, eamque protinus & immediatē sequi, sed longo post tempore, multum exusto sanguine & synocho putri iam inueterato. Ut enim ex ephemera synochus non putris, & ab hoc putris nascitur, ita ex putri synocho gigni potest continua febris melancholica mutationes quarto quoque die habens. Verum tantisper dum synochus putris erit, non fiet ea quam putauit Auicenna sanguinis in melancholicum humorem conuersio, neque ullæ eius notæ apparebunt. Quare recte uidetur dixisse Galenus per synochos putres bilem accendi, & notas quasdam putredinis inchoatæ in iis uideri, eumque malè Auicenna reprehendit, existimans unā cum biliosa sanguinis parte etiam crassiorem cōuersum in humorem melancholicum accendi. Neque enim ex uno recte concludit alterum, quia bilis repentinam habet generationem, succus autem melancholicus multo tardiores. Præterea flaua bilis ob caliditatem, siccitatem, tenuitatem, leuitatem igni proxima, aestuante feruentēque sanguine promptissimè calorem illum externum concipit: humor autem melancholicus frigidus, terreus, crassus, grauis non facile incendio cōflagrat, etiamsi in loco putredinis, ut & flaua bilis, maneat, sed id potius calore suo mitiori aut frigore quodammodo temperat, eique diu reluctatur.

Σωτηρις. est ossium inter se cōpositio qualiscunque ea sit, est enim summi generis nomen.

Hh

DEFINIT. MEDIC.

Diuiditur in duas species ἀφθου καὶ σίμφουσι, ut author est Galenus libro de ossibus, ubi etiam σωτήσις aliis nominibus σάθεισι καὶ ὀμιλίαι tradit vocari.

σωτήσις. colliquatio. Morbus est in quo venter excernit humorem biliosum à toto corpore confluentem, fuluum, graueolentem, crassitudine strigmentorum aut olei aut adipis. Philagrius morbum appellauit. Symptoma potius videtur esse febris maligna & ardentissima, qua tum pinguedinem, tum mollem etiam carnem tabefacit & colliquat, ac si diutius perseueret, ipsam etiam partium solidarum substantiam. Nec tamen pinguis tantum deiectionis signum est, nisi alia quoque prius dicta qualitates simul adsint. Nam ab exiguo etiam calore pinguedo intestinorum fundi potest qua in excrementis apparebit, sed eum qui carnes colliquet, feruentissimum esse prorsus necesse est. Itaque, ut scribit Galenus comment. 3. in lib. 3. τῆν ἐπιδουμῶν, colliquationes quae per ventrem excernuntur à pinguibus deiectionibus differre medici existimant. Ab hoc symptomate febris ipsa σωτηρικὸς ἢ σωτικῶν πυρετὸς appellatur, de qua mox dicetur. Caterum non in deiectionibus modò, sed in urinis etiam signa colliquationis apparent. Nam, ut scripsit Hippocr. pinguitudines telis araneorum similes urinae innatantes colliquationis signa sunt: fit enim, ut ait Galenus, ἀναπειχίωσις, ἢ σωτήσις, ἢ ἀνάλωσις, seu quomodocunque nominare libet, aliquando totius corporis, aliquando succorū duntaxat qui venis continentur. Quod autem ex ea colliquatione provenit, alias ad ventrem confluit, alias ad urinas. Si tenue quidem est & renes valent, ad urinas: sin crassum est & quale renes trahere non possunt, totum in ventrem necessariò fertur. Verum ex urinis certum colliquationis inditium sumi non potest, quod saepè pingues & oleosae urinae nullo agri detrimento reddantur, imò verò interim planè è contrario, in morbi concoctione, ut à se visum Galenus eo commentario testatus est.

σωτηρικὸς ἢ

σωτικῶν πυρετὸς. febris colliquatiua siue colliquans. Est febris ardentissima, pinguedinem, carnes, ipsamq; solidarum partium substantiam fusam & liquatam calore, per ventrem effundens. Ea omnino grauisissima periculosissimaque est, animal ipsum aliquando interimens, priusquam solida fibrosa q; corpora liquetur. Inducit summam maciem, quemadmodum & febris marasmodes. Sed in eo differunt, quòd quae portio carnis per febres marasmodes colliquatur, ea semper vaporis vice digeritur per insensilem transpiratum, per febres autem colliquantes humoris biliosi, fului, graueolentis crassique specie defluit in ventrem. Harum autem febrium exemplū manifestum ex carnibus petitur, dum in craticulis torrentur. Siquidè ab aliquibus plurima liquatio defluit, deciditque in prunas largiter: ab aliquibus nihil omnino, quod utique sentias, defluere videtur, etiam si par sit prunarum subdita copia. Quippe feris suis aut nihil omnino, aut planè minimum est quod defluat: cicuribus verò plurimum, eoque magis quò plus adipe vel carne abundant. Ad eundem modum in calidissimis febribus, si carnes humidae ac molles cum adipis copia fuerint, eas sensu liquari deprehendas: sin sine adipe & siccae sunt, in marasmodes febres transeunt. Clarissimo huius rei argumento sunt infirmi, qui per aliu quod liquatur excernunt, qui nisi prius moriantur, in marasmodes febres incidunt. Siquidè quoad materiam uberem habent, hanc colliquant: ubi illis tum adeps tum caro mollis defecit, duras & agrè liquabiles carnes siccant, à quibus propter siccitatem nihil defluit. Itaque
praecedit

præcedit ferè semper colliquans febris, deinde marasmus exhaustis iam prorsus humoribus consequitur.

συνήροφον. ἰδίη τῆς δειοῦ, idoneum apud Hippocratem.

συνελακός λίθος. lapis qui etiam ἰουδαϊκός appellatur ἔτι τινός λίθος.

συνεγγλας. genus est τῶν καλαμῶν, id est, arundinis eius quæ fistulis est accommodatissima. vide καλαμῶν.

σύνεγγξ. fistula. Est sinus angustus, oblongus, callosus, interdum etiam obliquus, os habēs cui cicatrix obduci nequit, per quod humor certis temporibus tenuis excernitur. Nascitur quemadmodum ἔτι sinus ex abscessu. Præcipua eius substantia callus est, materia autem humor melancholicus, qui discussis ἔτι per halitum digestis tenuioribus humoribus remanet. Itaque in genere tumorum præter naturā continetur, quāvis ob manifestam continui solutionem inter ulcera potius quàm inter tumores numeretur à præstantissimis etiam medicis. Duæ eius produntur differentiæ, cæca, quæ osculum in profundo, sinum ad superficiem habet: occulta, quæ ἔτι os ἔτι sinum obtinet in profundo.

συνεκόρ. idem est quod Γαίδυξ, si credimus Aëtio sic scribenti lib. 2. καὶ ὁμοίον τὸ καὶ θάρσον ἡμιμόριον, ἔτι δὲ καὶ λυμύρον συνεκόρ μεταβάλλεται, ὅπου οἱ ἰατροὶ Γαίδυκα ὀναμάζουσι. hoc est, vsta pura cerussa transit in Syricum, quod medici sandyca appellant. verum Plinius Syricum ex sandyce ἔτι sinopide fieri scribit pari pondere permistis. videtur ἔτι Paulus Aegineta Γαίδυκα καὶ συνεκόρ idem existimasse, scribens lib. 7. adhuc modum: Γαίδυξ ἢ συνεκόρ λεπτομερὲς μὲν ἔστι καὶ ξηροπρακτικῆς διατάξεως, οὐ μὲν δὲ θερμῆς. id est, sandyx siue Syricum tenuium partium est ἔτι siccatur, nec tamen calefacit.

συνεκόρ. est collyrium ἀδνητόν ἔτι ἀπαλόν quod ἔτι Γαίδυκα. Aëtius scribit appellari lib. 7. quo loco ab eo describitur, non est dubium inditum esse collyrio nomen à metallico medicamento quod in eius compositionem ingreditur, quod Γαίδυξ siue συνεκόρ appellatur, quod aliud non est quàm cerussa vsta, ut supra annotauimus.

συνεμαίω. sic dicta est à quibusdam raphanus, quod concitando vomitu esset idonea. Similiter ἔτι cibi quoddam genus quod veteres ex adipe ἔτι melle concinnabant. Est ἔτι potio è sale ἔτι aqua mistis apta ventri purgando.

συνεμαίωτος. dicta est à veteribus modica vacuatio, siue per vomitum, siue per alui deiectionem fieret, sicut annotat Galenus comment. 2. ἔτι ἔτι πρὸς ἀφροδισίαν. Paulus cap. ult. lib. 1. interpretatur vomitum qui fit ieiunis ante cibum.

συναστρέφωσις. est durorum siccorumque ossium σύμφυσις carnis interuentu. Hoc modo caro gingiuarum dura ἔτι firma ἔτι dentibus firmiter appressa ipsos suis ossibus veluti colligat, adeò ut dentes ob gingiuarum laxitatem mobiles, gingiuis adstrictis stabiles atque immoti reddantur. Similiter ἔτι omnes ossiῶν κομισσῶν, quas muscoli circumdant.

συναστρέφωσις etiam dicitur ratio quædam vulnere labra quæ nimis hiant, nec hamulis aut acu adduci possunt, componendi. Id quod adhibitis medicamentis perficitur, quæ gignenda carnis facultatem habent.

συναστρέφωσις etiam dicitur ἐν τῇ σκελετικῇ καὶ πνευματικῇ, cum scroti tunica, vasa, testes cum carne enata superfluaque concreverint, ut unum omnium corpus esse videatur, ut scribit Paulus Aegineta lib. 6. cap. 63.

συνσηματικὸς σφυγμὸς. est pulsus inæqualis in pluribus pulsationibus magnitudinem non parem retinens. Hic plurium pulsuum quasi acervo constat, atque inde nomen ha-

DEFINIT. MEDIC.

buit: σύσπυμα enim aceruum significat & cumulum . Huius tres habentur differentiæ, ὁμοειπώρ, παρμηπίπώρ, μύουρ & siue μουεΐωρ. Est autem inæqualitas illa σύσπυμα καὶ cognitiu omnium facillima.

συσπείφωρα. coire, cogi, densari, & usurpatur à medicis in iis quæ liquidiora sunt, & coctione spissantur atque coagmentantur. Indè ἑωσσομυρὶν ἀμώρη amurca dicitur per cocturam inspissata, & σύσπυμα ὄρου hapsus lana, & σπυροφαὶ tubercula & durities ab humoris concretionem, quas φύματα καὶ σκληρίας Galenus exponit ἐν ταῖς ἁλωσαῖς. ut & σπυροπύωρ interpretatur ἑωσπύωρ, hoc est, quod cogendi & cōiungendi vim habet. In qua significatione etiam Hippocrates de frigore loquens lib. 6. τῶν ἰδιόδημων usurpauit, sicut Galenus eo loco exposuit.

σφαγὰ. iugulum. proprie cauum illud quo disparatur κλάδεις, pars colli & pectoris communis, ut inquit Arist. Nomen habet quod hic locus ad cadē maxime obnoxius sit.

σφαγίτης φλέψ. iugularis vena. Est ramus venæ cauæ clauiculas supergressæ, sursum secundum iugulum conscendens. Est autem is ramus geminus, unus internus, qui iugularis interna, alter externus, qui iugularis externa dicitur. Illa gracilior secundum latus asperæ arteriæ ascendit ad fauces, & indè in cranium, venulis exilibus obiter missis in asperam arteriam & membranas vicinas & neruos sexti quidem paris in collo, septimi verò in faucibus. Vbi autem craniū attingit, bipertita maiore ramo per craniū basim reflexo, ubi surculū dedit musculo colli interno longo, per foramen paris sexti cum minore carotide arteria sibi coniuge cranium ingressa, coit in vas commune. Minore autem ramo, ubi ramulū auditus organo dimisit per foramen transversum sibi commune, & portioni nerui quintæ coniugationis trochiten petenti, cranium intrat per foramen sæpè geminum, sed exiguum, propè latus externum foraminis terciæ & quartæ coniugationis in crassam meningē ramosè absimitur. Externa verò iugularis, sæpè simplex, interdum etiam diuisa multipliciter, idque nunc initio sui, nunc in collo medio ascendit sub colli latus sub cute & musculo lato, surculis obiter in vicinos musculos, cutim, membranas dimissis. Vbi fauces attingit, portionem sui in oris partes, glandulas, musculos tum hyoidis, tum laryngis, tum linguæ linguam infernam, tunicam nariū internam absimit, nisi quòd ramuli aliquot indè etiā in crassam meningem emicant per foramen tum pone mastoide apophysim, tum secundi neruorum paris, tum maximum inter ethmoidea, surculis obiter in oculos & frōtis cutim distributis. Portionem alteram semper subcutaneam dimittit ramo insigni super genam infernam ascendente, in labra utraque, pinnas nasi, nasum, frontem, faciem reliquam, maiorem oculi angulum, & indè in venam frontis vel propriam vel sibi oppositæ communem, dextra scilicet ac sinistra ibi in unam coeunte, altero in glandulis ad aures variè diuiso, in cutē tum capitis tum faciei & frōtis absimitur. Est autem notandum externas iugulares nullas habere adiunctas arterias, etiam si quandoque motu aliquo pulsui cuidam non dissimili agitari videantur, ut à se obseruatum esse Galenus prodidit comment. 4. ἐν τῷ περὶ ἰκτικῶν.

σφαγύωρ. dicitur à quibusdam ὁ ἀσφάλαιος, ut habetur apud Dioscoridem . Significat etiam panos arentes, muscoso villo, canos, non in cortice modò, verum & in ramis cerri arboris glandiferæ dependentes, cubitali magnitudine, odoratos: quos aliter ἀλάχουρ, φάσκορ, βρύωρ, Latini penem appellant.

σφαγύωρ etiā à quibusdam dici ἢ ἐλελίσφακωρ, hoc est, saluiā Dioscor. author est.

σφαγύωρ





σφαῖρα θαλάσσια. est recrementum quoddam maris globosum è spuma maris in littoribus & scopulis concrefcens, simile τῆ ἀλῆς ἄχμῃ. Gaza apud Aristot. histor. animal. lib. 9. cap. 14. pilam marinam interpretatur, quo loco ille scribit alcedones nidū marinæ similem pilæ, & iis quæ à flore maris halofachnæ dicuntur. Meminit & Galenus πῆσ σφαίρας θαλάσσιας lib. 1. τῆ κῆ τόπος, cap. 2. describens Critonis pharmaca conseruādis augendisquæ pilis idonea, ubi malè Cornarius pro sphaera sine pila, spogiam substituit.

σφαιεῖον. collyrij nomen, sed multiplicis. Aliud Tryphonis, quod apud Galenum lib. 4. τῆ κῆ τόπος habetur. Aliud Euelpidis apud Celsum lib. 6. cap. 6. Est & emplastri nomen apud Aëtium lib. 15. & Paulum lib. 7. quo Paulus lib. 4. cap. 11. utitur ad ambusta pustulis, ut inquit, iam excitatis. Non est dubiū à globosa figura inditum nomen esse qua sit efformatum.

Dicitur & simpliciter σφαιεῖον orbiculus, globulus, pilula, ut σφαιεῖα τῆ κερύμωρον, acini corymborum & σφαιεῖα τῆ κυπαείωρον, globuli siue pilulæ cupressi.

σφαιεῖος. sic dicta fuit à quibusdam ἡ κυπαείωρος, cuius globuli siue pilulæ σφαιεῖα simpliciter Dioscoridi dicuntur. Hermolaus putauit herbam esse quæ σφαιεῖος dicatur ab Aëtio, & cyclaminum posse intelligi, adductus opinor τῆ κύκλου καὶ πῆσ σφαίρας affinitate. Ruellius hæsitare se dicit, sed Soranus apud Galenum lib. 1. τῆ κῆ τόπος citatus ad alopecie curationem cupressum interpretatur his verbis, σφαιεῖος φύλλα πεφρυγμένα λειοτέβει μετ' ὄξους ἢ ἰωδιζέου. καὶ λέγεται δὲ σφαιεῖος ἢ τὰ σφαιεῖα φέρουσα κυπαείωρος.

σφαιρώματα. dicuntur à quibusdam natium partes gibbæ & globorū instar prominentes, sicut author quidam Græcus ἀκύνωρος declarat his verbis; λίγα δὲ ἢ ὄσφυς ἔς τὴν ἰερόμῶστω, παρ' ἐκείπερα δὲ ἴουτου τὰ ἰχία ὄσιρ' εἰς οἱ γλοῦτοι, ἀπὸ τῶν ὄσων εἶναι ἑσποκίμωτα μέγιστα, εἰ δὲ μὴ ὑπερῶσα αὐτοῖς σώματα σαρκώδη, ὧν τὰ κερτώματα ἐκ τῶν ποδιφερῶν εἶναι, σφαιρώματα περὶ σφαιεῖου. hoc est, desinūt autem lumbi in os sacrum, cuius utraque parte coxæ sunt: his nates subiacent, eò quòd ossa subiecta sint maxima: hinc carnosæ corpora ipsis substrata sunt, quorum gibba indè quòd rotunda sint Græcis σφαιρώματα appellantur.

σφάκλος. syderatio. Est partis inflammationē perpeffæ mortificatio. Præcedit quidem omnino phlegmone, quæ si nec digeri, nec in pus mutari propter magnitudinē suam vel caloris natium roborisque infirmitatem potest, primūm ἐς γάγγραιαν, deindè verò ἐς σφάκλον degenerat. Appellant quidem medici γάγγραιαν mortificationem non quidem perfectam, sed quæ adhuc fiat: cum enim perfecta est, σφάκλος dicitur, cuius nō aliud remedium est quàm emortuum membrum quàm proximè sana parti præcidere. Est igitur inter magnam phlegmonem & sphacelum media gangrana, tantò grauior eiusmodi inflammatione, quantò leuior est sphacelo. Sub hoc enim natura membri uniuersa corrumpitur, idemque ubi iam hæret, curationem nō admittit. Notæ eius sunt sensus partis agræ prorsus abolitus & color niger, sicut gangrana color liuidus, sensusquæ doloris hebes. Hippocrates, sicut annotat Gal. comment. 2. ἐς τὸ ποδὶ ἀγρωῦ, vocat σφάκλον, ubi os ex toto corrumpitur, id quod accidit cum à superiecta carne sanies perniciofa in ipsum defluit, quod ubi carnosæ partibus accidit, aliis atque aliis nominibus appellat, putrescentem hoc modo carnem aliàs μυδῶσα, aliàs σαρκῶν vel σπρωγίω vocans. vide γάγγραια.

Hb ij

DEFINIT. MEDIC.

- Σφάκλος. dicta sic est à quibusdā salvia agrestis, breuiori scilicet & leuiori folio. Vulgus saluiam francam appellat. vide ἐλελίσφανος.
- Σφέκλι. fex vini usta. Sic quidem scribitur apud Paulum locis pluribus, ut lib. 3. cap. 29. & lib. 4. cap. 34. & lib. 7. cap. 13. Attamen apud Galenum lib. 1. cap. 8. τῆν κῆ τὸ πῶτος legitur σφέκλι, ut ex uerbis Critonis apparet quæ illic à Galeno recitantur hūc in modum, τῆν τὸς οἶνον κκαυμένης, ἢ ἑομοῖοι σφέκλι καλῶσι. Ex quibus apparet uocem eam latinam esse, factam à facula, quasi paruam facem dicas.
- Σφένδαμος. Gaza acerem uertit apud Theophrastum. Est autem arbor tiliæ non dissimilis forma & magnitudine. radicibus paucis, sublimibus, crispis, materie uenis longioribus fluctuante, molli & gracili. à Gallis erable dicitur.
- Σφειδύνη. sic à quibusdam dicitur ὁ λυγρὸν τῶ ὀφθαλμοῦ.
- Σφώισι &. linamentum in cunei formam conuolutum. Id autē maius ferè est quo potissimum utuntur chirurgi in separandis ab inuicē durioribus corporibus. uide μσπὸς.
- Σφλωδῆς ὀσσοῦ. cuneiforme os. Ad quam partem pertineat, Galenus scribit fuisse apud ueteres controuersum, quod à nonnullis inter cranij, ab aliis inter genæ superioris ossa numeretur, quia inter utrumque est medium: uicit tamen eorum opinio qui id cranio tribuūt. Est igitur unum ex ossibus cranij, quod in capitis basi collocatum inter capitis & genæ superioris ossa, uelut σφῶ, id est, cuneus adigitur atq; immittitur. sic dicitur à cunei forma, uel potius usu, quod omnibus suis partibus cunei modo se insinuet inter ossa capitis omnia, & propè omnia genæ superna. Nam os occipitis λαμβδδῆς tangit atque ab eo distinguitur sutura communi, deinde longo tractu attingit ossa temporalia, & supra hæc angulum bregmatis. Deinde os frontis tangit in cavitare temporum & oculorum: utriusque enim cavitatis partem efficit sphenoides, illius maximam, huius circiter sextam. Tangit præterea genæ superioris os maximum caput tangentium, & medium situ ac magnitudine, qua parte sui cavitatem oculi adiuuat, os uerò omnium in genæ hac maximum tangit, quæ tendit ad palatum, & per suas apophyses pterygoideis ossa palati parua attingit: ossa autem nasi & quæ duos dentes incisorios continent, non tangit. Huius ossis circumscripcio tam pulchrè à Galeno absoluitur, ut nihil addendum putem, nisi quod id os habet apophyses extra cranium quidem duas, quas ab alarum similitudine πτερυγῶδεις siue πτερυγοειδῆς appellat, intra uerò, τρεῖς κλινοειδῆς uocatas, unam posticam, quæ superiorem, duas anticam ad neruorum opticorum exortum, quæ inferiorem lecti partem representant. Inter has apophyses qua parte os profundius est & omnium tenuissimum, uel unum est foramen medium, capiti aciculæ par, uel multa exigua visu tamen & tactu perceptibilia, ceu in coronam sita, per quæ pituita ex cerebri uentribus in choanam recepta, transmittitur in duos sinus seu specus maximos, his foraminibus subiectos, & indè in nares & palatum. Idem os etiam à Galeno ἀρῶξ appellatur, hoc est, inconiugatum, quia unicum est non geminum, cū tamen non reliqua modò ossa, sed & cartilagines & muscoli & partes omnes geminae existant.
- Σφίγοντα φάρμακα. uide σφνωπιῶ.
- Σφικτιρ. sphincter. Musculus est ani rotundus ultimam recti intestini oram ambiens. Hic adstringit rectum intestinum, ne intempestiue excrementa effluat. Substantiam habet inter cutem & musculum mediam, cuiusmodi est labiorum pars ultima. uide ἑσφα.

σφοδρὸς σφυγμὸς. *vehemens pulsus. Qui diastole sua medici tactum evertit: seu, qui violenter impellit & cum renixu quodam pulsat. Huic oppositus ἀμυδρὸς, hoc est, languidus dicitur. Sumpta autem est hac tota differentia à diastole, siue à qualitate occursus & ictus arteriæ, siue à tono & vigore arteriæ in feriendo & distendendo. Est autem vehemens pulsus unus & simplex, non compositus, tamen si vulgò τῆς σφοδρῆτος nomē actioni validæ simul & citatæ tribuatur, ut scribit Galenus, cui si liceret nomina rebus propria instituere, ingenuè profiteretur se pulsum hunc non σφοδρὸν, sed δὲ τοιοῦτον, aut δὲ ῥωστον, aut ἰσχυρὸν aut βίαιον, aut ἀντιβλητικὸν, siue ἀναρρηκτικὸν τῆς ἀφῆς vocaturum, σφοδρὸν autem eum qui ex hac ipsa differentia & celeritate constaret. Quia tamē maxima pars medicorum vehemētia nomen usurpat pro una hac simplici differentia, non existimavit sibi mutādum esse nomen, sed pariter cum illis vehementem pulsum appellat qui tanta contentione, tantoque cum renixu pulsat, ut tangentis digitum subuertat, & loco quodammodo moueat. Ac quamuis inter vehementem & languidum medius quidam pulsus & mediocris, ut & in aliis pulsum differentis, intercedat, ipsumq; vehementis nomen excessum quendam significare videatur, vehemens tamen pulsus, si modò non facillè ab externis causis mutetur, naturalis & moderatus à Galeno perhibetur, sicut præter naturam ab eodem languidus statuitur, qui à tactu evertitur, atque etiam amborum medius, qui nec tactum evertit, nec ab eo etiam evertitur. Neque enim ita se habet in hac pulsum differentia, uti & in reliquis, in quibus quod mediocre est, secundum naturam est. Cum enim pulsus vehemētis causa sit facultatis pulsificæ robur, eamque expediat homini quàm robustissimam esse, damnari non potest pulsus vehemētia, maximè si cōgenita est & naturalis, atque non facillè ab externis causis mutetur. Quæ enim facillè mutatur, congenita non est, sed non aliter quàm magnitudo & celeritas usu urgente inducitur, ut irâ, exercitatione, vini potu, eodemque deficiente elanguescit. Sed de hoc præstat legere Galeni scripta lib. 1. de causis pulsum.*

σφραγίς. nomen est trochisci authore Polyida, cuius descriptio est apud Paulum lib. 7. cap. 12. & apud Aetium lib. 9. cap. 49.

Est & σφραγίς apud Celsum nomen pastilli quem Polybus confecit ad glutinanda vulnera, cuius descriptionem habet lib. 5. cap. 20.

Est & σφραγίς Neapolitæ & Pacciæ apud Galenum lib. 4. τῆς κῆ τὸ πρῶτον. Ex quibus apparet commune hoc nomen multorum medicamentorum fuisse.

σφραγίς λιμνία. idem quod ἡ λιμνία γῆ, de qua suo loco.

σφυγμῖ. sic veteres vocarunt σφυγμὸν ἀτακτοῦ, hoc est, pulsum inordinatum & incompositum, ut annotat Galenus in lib. de pulsibus.

σφυγμὸς. pulsus. Est motus cordis & arteriarum dilatatione contractionēque factus. Hic vitam moderatur, ut qui vel nõ aliud sit quàm vita, aut causa certè rationem obtineat per quam vita est, aut sine qua esse non potest. Neque enim aliud vita videtur esse quàm actio quædam siue motus actiuus. Cum autem motus plures sint in omnibus vita præditis, is meritò præstantissimus est, & in eo maximè vitam positam esse censendum qui perpetuus sit, & à quo ceteri omnes dependent. Eiusmodi cordis motus est, cum reliquæ partes interdū feriētur, eo perseverante, nec unquam, stante quidem vita, muneris sui vacationem habente. Nec verò cor sibi tantum motum illum ciet, sed corpori etiam uniuerso, quòd ita singulis partibus, quàm quæq;

Hh iij

DEFINIT. MEDIC.

meretur, calorem nativum, cuius opifex est, impertiat. Constat autem motus is duobus motibus inter se contrariis, quorum unus cor & eius arteriam à medio quoquo-
 versum distēdit, & loco mouet, alter distentū rursus contrahit, & in locum priorem
 reducit. Illum $\sigma\gamma\sigma\alpha\lambda\omega$, hunc $\sigma\upsilon\sigma\alpha\lambda\omega$ Græci veteres dixerunt. Hi quia cōtrarij sunt,
 necesse est inter eos media quies intercedat, eaque gemina, una quæ diastolen, alte-
 ra quæ systolen excipiat. Ab his differentia plurimæ pulsuum oriuntur. Cū enim
 certis quibusdam numeris ea in edendo pulsu sibi inuicem succedere oporteat, si in
 aliquo peccetur, pulsum protinus variū fieri necesse est. Numeros appello nō rhyth-
 mum modò, sed etiam velocitatem, magnitudinem, frequentiam, vehementiam, a-
 liaque eiusmodi ex quibus pulsum differentia sumuntur, quas proxima tabula de-
 scripsimus, quarum aliæ ab ipsa diastole, aliæ verò à systole, nonnullæ à media quie-
 te, quædam ab ipsa arteria, plurimæ ab ipsa facultate aut vsu sumuntur. Cū enim
 variæ mutandorum pulsuum causæ sint, aliæ externæ, ut hyems, æstas, calor, frigus
 animique passiones: aliæ internæ, ut humorum copia, crassities, acrimonia, & alia
 id genus, præcipuæ tamen sunt quas continentes appellant, ipsa scilicet facultas vi-
 talis & pulsifica in corde posita, deinde vsus propter quem pulsus fiunt, qui nihil a-
 liud est nisi caloris nativi conseruatio, eum per diastolas refrigerando & per systolas
 purgando, postremò instrumentum quo pulsus fiunt, quas etiam altera tabula ante
 oculos proposuimus.

PULSVVM DIFFERENTIÆ

P V L S V V

ex Galen

- 1 ταχύς. velox. qui pauco tempore multum spatij conficit, multum distendit.
- 1 { χύμητρος. mediocris. qui in motu medio modo se habet
βραδύς. tardus. qui longo tempore parum spatij metitur
- 2 { μέγας. magnus. qui longus, latus, & profundus simul est, arteria in eas tres dimēssiones distenditur.
- 2 { χύμητρος. mediocris. amborum medius, qui & naturali
μικρός. paruus. qui breuis, strictus, humilisque simul est.
- 3 { τφορός. vehemens. qui diastole sua medici tactum euertit
violenter impellit, & valenter ferit. Hic si non facile
turalis est & moderatus.
- 3 { χύμητρος. mediocris. qui nec tactum euertit, nec ab e
titur. Non est secundum naturam, vt quidam putar
naturam, vt languidus, authore Galeno.
- 4 { ἀμνδρός. lāgvidus. qui à tactu euertitur, aut qui tactu la
μαλακός. mollis. cum arteria in occurfu, siue in diastole
- 4 { χύμητρος. mediocris, inter mollem durumque medius.
- 5 { χυλρός. durus, cum veluti sicciior & in modum corij rig
πλήρης. plenus. qui arteriam in sua diastole pleniorē v
- 5 { χύμητρος. mediocris, inter plenum & vacuum medius,
- 6 { κούος. vacuus. qui digitorum impressione confidet, seu c
pressionē loci inanitas occurrat.
- 6 { θερμός. calidus. quando arteria calidior apparet quā
χύμητρος. mediocris, seu temperatus, qui calidi frigid
ψυχρός. frigidus. in quo arteria frigidior sentitur.
- 7 { πυκνός. frequens. quando breue tempus est inter diastoi
χύμητρος. mediocris. inter frequentem & raram me
αραιός. rarus. quādo quietis tempus inter diastolen &
- 8 { εὐρυθμός. qui rhythmum seruat proprium ætati, natu
παράρρυθμος. qui rhythmum vicinæ æta
temporis anni, &c. proprium seruat.
- 8 { ἀρρυθμός ἢ ἐπιρρυθμός. qui rhythmum remotior
naturæ, sexus, partis anni, &c. mutuz
κεκρυνός. qui nullius ætatis, naturæ, se
reliquoꝝ rhythmum seruat.
- ομαλός. id est, ἀqua-
lis. { Absolutè. Sic dicitur in quo omnes pull
Secundum quid: vt velocitatem, magnit
pulsuum par est celeritas, magnitudo,
- In pluribus pulsationibus magni { ἀλειψών. deficie
καρμωπίων. coid
μύονος ἢ μμμοίον

LSVVM
erentiz
em,

DE CAUSIS PULSVM.

1. Externæ: vt hyems, æstas, frigus, calor, & quæcunque extra corpus positæ ipsum alterat calore & frigore, vt aër, cibus, potus, motus, quies, balneû, affectus animi.

CAVSÆ pulsus mutantæ.

3. Cõninentes seu cõiũctæ & propinquæ & cohærentes.

Facultas vitalis, cuius essentia est in cõmodo corporis cordis temperamento posita, à qua pulsus fit

Vfus, propter quem pulsus fiunt, primus & maximus est caloris natiui in toto corpore tutela per diastolas refrigerati, per systolas purgati à fuliginosis excrementis.

Instrumentum per quod fiit pulsus, vt arteria.

Robustus, cuius causæ sunt temperiem corporis cordis propriam seruantes, aut corrigentes malam.

Mediocris, cuius causæ sunt alterutæ remissæ, vel ambæ, sed æquipollentes, vel primæ, quibus mox succedunt vltimæ.

Imbecillus, cuius causæ sunt.

Internæ
Externæ

Facultatè dissoluta. Ga. in fine libr. 1. præfag. ex pulsibus, & Paulus.

Siue facultatè Galen. in Iagoge de pulsibus.

1. Humoris semicrudi, qui iam coquatur, excretio. Paulus seu cum Galeno lib. 1. præfagiorum pulsus.
2. Naturæ ad crism impetus, nisi id sit in eodem genere, scilicet humorum coctione. Crism enim perfecta non fit, nisi concoctis humoribus à natura.
3. Ira.
Vinum.
Cibus.
Exercitatio.
Cætera cordis & arteriarum intemperiem corrigentia, vt potus, cibus, medicamenta, balneum.

Inedia, quæ per accidens vacuat.
Vacuationes immodicæ per aluum, vrinas, vterum, hæmorrhoidas, sudorem, vomitum, fluxorem sanguinis è naribus, aut sectam venam, aut alia vacuantia remedia.
Tristitia, curæ, dolores maximè syncoptici.

Quæcunque cordis & arteriarum intemperiem faciunt, siue in corpore sint, vt in humoribus vel partibus solidis, siue foris adueniant.
Quæ facultatem vitalem deprimunt, calcificando, refrigerando, humectando, siccando, digerendo. 1. præfag.

Inedia & alimenti penuria.
Omnis immodica vacuatio.
Affectus animi vehementes.

Dissoluentia & dissipantia
Dolor vehemens aut diuturnus, aut partis principis.
Morbi maligni, acuti, magni, & vehementes & diuturni.

Deprimentia & degrauiantia
Per se, vt materiæ affluentia & copia humorum supra vires & facultatè.
Per aliud, scilicet arteriæ affectus, vt obstructes eã vel prementes
Inflamationes.
Scirrhus.
Tumores alios.
Abscessus.
Corruptiones alias.



Naturalibus, vt
Temperamento calidiore.
Ætate, vt puerili, florida.
Aëris statu calidiore, vt ætate, sub zona torrida, flante Austro.

Non naturalibus, vt
Aëre nos ambiente
Balneo
Cibo, potu, medicamento
Exercitatione
Intemperie calida.
Calidiore.

Præternaturam, vt
Humorum putredine.
Ira & similibus. Paulus.
Motu corporis aut animi.
Putredine.

Siue à
Suppressione calidi effluuii.
Contactu alterius caloris, vt ignei solaris.
Mixture calidæ substantiæ, vt vini, cibi, medicamenti.
Gal. lib. 1. de febr. cap. 4. & libro de causis morborum.

A causis
Naturalibus, vt temperamento frigidiore, &c.
Non naturalibus, vt aëre nos ambiente frigidiore.

Siue ab
Præternaturam, vt intemperie frigida, succis frigidis, metu.
Tot enim genere sunt causæ refrigerantes calorem, quot calefacientes, sed contrariæ.
Aëre externo corpori occurrente vel inspirato, vel frigidiore.
Aqua affusa vel pota immodicè,
Cibo pituitoso.

Siue ab
Balneo, medicamento corpori inuncto vel denorato.
Metu, quiete & otio diuturnis.
Humoribus frigidis in corpore contentis prius quietis, nunc cõmotis. Gal. lib. 1. præf. & pulsuum lib. de caus. morb.

Cibo humido.
Balneis frequentioribus.
Secundum naturam, vt
Somnis multis.
Vita molli & delicata, & voluptatibus & otis, &c.

Præternaturam, vt
Cõmate, scilicet somnolento.
Lethargo & omni immodica humiditate, qualis est in hydropse seu leucophlegmasia, seu anasarca & hypofarca. Gal. lib. 1. præfag. pulsuum. & 4. de causis pulsuum hydropic. & 2. præfag. pulsuum.

Mediocris.
Siccitate, à febris ardentibus malè productis à torrido marcere, & à certis quartanæ & melancholiz generibus.
Constructione à frigore, vt ex pomorum esu, aquæ potu, balneis frigidis, & breuiter omnibus quæ pituitam frigidam aut succum vitreum gignunt.
Affectibus conuellentibus.

Dura.
Tensione
Magnis inflamationibus præsertim viscerum, vt hepatis & lienis.
Constrictione & tensione simul, vt in scirrhis præsertim hepatis & lienis. Gal. 1. præfag. pulsuum, & 2. vbi inter causas pulsus duri validam conuulsionem recenset, vt Paulus. Et lib. de causis morborum.

DEFINIT. MEDIC.

σφυρα. malleoli. Sunt duae ossium epiphyses in extrema tibia prominentes & gibbosae. non sunt autem haec unius ossis epiphyses, sed duorum quibus tota tibia conflata est, scilicet τῆς κνήμης καὶ τῆς πρῶτης. Siquidem ἡ κνήμη inferiore in parte interiori protuberat, ἡ πρῶτη vero exteriori. Itaque non sunt aliud malleoli quàm fines κνήμης καὶ πρῶτης, hoc est, tibiae & surae inferni, quae utrinque excarnes sunt & gibbi extraque prominent. Proinde errant, ut ait Galenus, qui eos ἀσφαλάους, id est, talos nominant, qui error ante Galeni tempora exortus, ad nos usque dimanavit, multis etiam doctis viris σφυρα talos vertentibus, cum malleolos dicere debuerint. Neque enim haec apophyses astragalum constituunt, sed sub his astragalus latet, tactui & oculis ob ligamenta & tendones nequaquam conspicuus.

σφυρῆς φλέψ. malleoli vena. Haec ad inguinis glandulas nata, per internum cruris, genu, tibiae, inter cutim & membranam carnosam descendit ad malleolum externum, & in pedis superni cutim variè assumitur. vulgus saphenam vocat.

σχίζεμ ἢ

σχῆρ. scarificare. vide ἐγχαίρει.

σχῆτοι. significat apud Hippocratem ἀθρόως ἐκ τῆς κτ' φύσει θέσεως εἰς ἕτερα μέρη μεταβαίνειν, hoc est, repente ex naturali situ in alium transferri; ut explicat Galenus comment. 2. ἐς τὸ πᾶσι ἀρθρῶν.

σχῆδια. sic quibusdam locis Hippocrates appellavit organum suum ad luxata omnia restituenda idoneum, quod tamen multis locis idem ξύλον vocat, recentiores βάθρον, hoc est, scamnum dixerunt, de quo vide suo loco.

σχῆλις. sic dicitur ab Hippocrate ἢ ἀγχούσι, ut annotat Galenus.

σχῆσις. est affectio dubia, hoc est, quae facile & inducitur & depellitur. Hanc Aristoteles διαδαισιον appellavit, τῆς ἐξ ὀπισθίας. Ab ea febres quae facile discutuntur χαλκῆσις & ἢ ἡσῆσι: quae agrè, ἐκ πικρῆς & ἢ ἔξ ἄλλων appellant.

Significat & ἡσῆσις apud Hippocratem ἐν τῷ πᾶσι ἀρθρῶν, αὐτῶν τῆς σωματικῆς τῆς κατὰ σκευῶν, hoc est, ipsius corporis habitudinem, secundum quam aliquis carnosus vel gracilis, duro vel molli, raro vel denso corpore dicitur, ut Galenus comment. 1. annotavit, quae tamen corporis constitutionem idem etiam Hippoc. ἐν τῷ πᾶσι διαίτης ὁρίων etiam ἔξ ἄλλων appellavit, ut Galenus in comment. explicavit.

σχῆσκα κινδύρ κατὰ γμα. est fracturae ossis differentia, in qua non omnino separantur à se partes fracti ossis, sed veluti per rectitudinem finduntur. vide κατὰ γμα.

σχῆσον. aliquando absolute dicitur, & alumen intelligitur, quod privatim eo nomine appellatur, de quo vide συνήθεια.

σχῆσον γάλα. scissile lac. est serosa lactis portio, certo quodam modo exempta segregatâque à caseo. Dioscorides ex omni lacte fieri scribit hunc in modum: Lac, inquit, fictili nouo feruet, ramoque ficulneo recenti mouetur. Insuper postquam bis aut ter efferverit totidem aceti mulsi cyathis, quot sunt heminae lactis. Ita enim ferescens liquidum ab eo diuiditur quod in caseum concreuit. Paulus autem lib. 1. cap. 88. videtur lac scissile appellare serosam lactis portionem à caseo separatam, cui mellis momentum aut oximelitis, aliorumque, subducendi ventris gratia admistum sit. Dicitur σχῆσον ἄρ' τῆς ἡσῆσις quod scindere & diuidere significat. Ac cum proprie lac scissile id significet, fuere tamen, ut refert Galenus lib. 10. de simpl. med. qui ita vocarunt lac quod calculis marinis ignitis aut ferro candenti immisso incrassatur, alii profuuius & dysen-

Et dysenteris utile. vide χαλα.

Σχιστός λίθος. lapis est affinis hematite, et ex eadem materia concretus. probatur maxime croceus, friabilis, suapte natura fissilis, concremento et alterno coherentium venarum discursu pectinum modo, ammoniaco sali similitis. Sic dicitur vel quod findi facile possit, vel quod quodammodo fissus esse videatur.

Σχοιόστροφος. dicitur à quibusdam ἡ κείνη τις ἡμαρτος, sicut habetur apud Dioscoridem, à texendis ex ea funibus.

Σόλοσα. sic dicta fuit à quibusdam ἡ ἀρπημοσία, ut author est Dioscorides, nec dubium est quin à presenti remedio quod mulieribus in partu exhibet, hoc nomine donata sit.

Σόβαρα. nomen antidoti, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 11.

Σωλή. canalis. Est instrumentum chirurgicum rotundum, oblongum, cauum, in quod crus aut femur fractum coniicitur et continetur. Simile quidem est glossocomo, sed figura differt, ut scribit Galenus comment. 2. ἐν τῷ πρῶτῳ ἀρχαίῳ, quo loco Hippocrates de eius usu multa differit. Exterius rotundus est, interius cauus, perinde atque canalis fictilis per quem aqua confluit in viis lapide stratis, quò fit ut totum membrum cui aptatur, circulo comprehendat. Is autem canalis chirurgicus et inferiori parte foramina habet, per quæ, si quis humor excefferit, descendat, et à planta moram, quæ simul et sustineat eam et delabi non patiatur, et à lateribus caua, per quæ loris datis mora quidem crus femurque, ut collocatum est, detineat, sicut Corn. Celsus lib. 8. cap. 10. descripsit.

Quinetiam ad canalis fictilis similitudinē σωλή ab anatomicis dicitur medium foramen quo omnes cervicis vertebrae peruiæ sunt, et spina medulla à cerebro descendit: id quod alio quoque nomine ἡ ἐκὰ σπινῆς vocatur.

Σωεί. est medicamentum metallicum odore tetro, colore nigro, in iisdem metallis, in quibus misy et chalcitis, proueniens. Scripto prodidit Galenus se in Cypri metallis instratas sibi mutuo foreos, chalcitidis et misyos laminas vidisse, sed insimum quidem sory, summum misy, in medio chalcitidem fuisse. Simul enim hæc tria reperiuntur, quod magna sit inter ea substantiarum cognatio, adeò ut certis temporum spatiis sory in chalcitidem, chalcitis in misy transeat, à natura perfectius excoctum. Sunt enim hæc tria eiusdem generis, solaque partium tenuitate et crassitie differunt. Crassissimarum enim partium est sory, tenuissimarum misy, medium locum chalcitis obtinet. Sed præterea in odore et colore inter ea annotata differentia est, quod sory ferè nigrum sit, misy aureo colore, chalcitis æreo, quòdque sory tam tetrum vibret odorem, ut mox olfacienti moueat nauseam. Habetur ἀπὸ σόειος emplastrum apud Aëtium lib. 14. cap. 44. admirandum in curatione malignorum ulcerum.

Σόβραδεον. dictum fuisse à quibusdam τὸ δολοίον Dioscorides author est.

Σοφοισῆς. genuini dentes qui omnium nouissimi nascuntur, sed ut plurimum quidem ab anno decimo octauo ad vigesimum sextum. Vixi aliquando sunt etiam octogesimo nasci. Hi utrobique singulares penitissima oris parte nasci solent, ideòque ita nominantur, ut scribit Rufus, quod nascantur cum homo σοφοισῆν, hoc est, sapere incipit. Sant autem è genere dentium molarium. vide ὀδόντις.

I O. GORRAEI PARISIENSIS

DEFINITIONVM MEDICARVM

T O. T.



Αγγὸν ἔλαιον. oleum rancidum, ex vetustis & rancidis nucibus. expressum, quae κεία ταπία & ἔλαινα dicuntur. Quod quomodo pareretur Constantinus Casar docet lib. 9. cap. 22.

τανία. tania. lumbricorum species qui etiam ταπία & κεία dicuntur. malè apud Plinium tinea pro tania scriptum est, quem errorem non animaduertens Gaza apud Aristot. lib. 5. de histor.

animal. cap. 5. ἔλμινδας tineas reddidit. vide ἔλμινδας.

τάρραξις. oculi perturbatio. Morbus est oculi quem Paulus lib. 3. cap. 22. definit esse humiditatem & caliditatem oculi cum rubore praeter naturam, non à corpore, sed ab aliqua causa externa inductam, ut sole, fumo, pulvere, oleo, ideóque facillimè sanari, depulsa scilicet causa. Galenus commēt. 5. in lib. 6. τῶν ἰδιόδημων, scribit πῶς τάρραξις in oculis phlegmones quoddam initiū esse. Paulus verò eo solo ἀπὸ τῆς ὀφθαλμίας differre prodidit, quod ἡ τάρραξις à manifesta tantum causa fiat, illa verò non à manifesta modo, verum etiam ab interna, adeò ut ad quintum usque diem nonnumquam perseueret.

τάρραχος. salsamētum. propriè quidem dicitur caro pisciū sale cōdita & exiccata, ac praesertim eorum ceruices & ventres, ceteraque partes pinguiore, ut scribit Oribasius lib. 2. Reliquae enim partes minùs pingues μελάσθηρα vocantur, non autem τάρραχος. Ut autem differentes sunt pisces, ita sunt salsamentorum varia differentia & facultates. Qui enim sunt natura minimum excrementitij, siue molli carne praediti sint, ut omnes saxatiles, siue dura, ut nulli, inepti sunt ad salsamēta. Qui verò excrementosi sunt, hoc est, qui succum in se continent pituitosum, si sale adseruentur, τάρραχος sient praestantissimum, atque eò quidem magis quò ille fuerit crassior & copiosior. Sardica salsamenta (Sardas hodie vocant) maximè commendat Galenus, deinde coracinos, pelamidas, & quae sexitana vocabantur. Alij ὠραία, quae & κύβια dicuntur, laudarunt. Ea fiebant ex pelamide minore, & ab his δύνια quae ex pelamide maiore erant. Quanquam verò τάρραχον nomen de piscibus sale conditis intelligatur, attamen ad alia etiam accommodatur, quae alia quauis conditura asseruari possunt. Nam & apud Galenum legitur lib. 5. τῶν κῶ πόρων, πύρεθρον ὄξα δειμυτάτω ἐφ' ἡμέρας μ. τάρραχος τεύφορ. Dicitur & τάρραχος cuiuscunque animalis inueterata caro, etiam citra salis condituram, ut apud Dioscoridem videre licet capite de adipe anserino & gallinaceo δίχα ἀλώρ τεταεχμηλίφ. Item apud Plinium libro 28. de adipe suillo quem inueterari scribit duobus modis, aut cū sale, aut syncerum. Transtulit & ad homines Galenus lib. 9. meth. med. & cōment. 2. ἐς τὴν πῶδι διαίτης ὀξείων. loquēs de medicis diatritariis, qui, ut ait, triduo fame πεπταεχμηλίφ τὴν ἀθροισμῶν, quarto die nutrire incipiunt, quo nomine non aliud ibi designat quàm immodicam siccitatem inedia inductam.

τάρραος. est pars pedis quatuor ossiū serie constans. Ex his tria carent nomine, quartum κυβοφθίς

ἡν ἑοῦδὲς dicitur. illa cum osse scaphoide coniunguntur, hoc cū calce articulatur. Differunt inter se figura, magnitudine & situ. Verūm omnia intus caua sunt ad ambulationis & apprehensionis firmitatem, foris gibba ad dyspathiam. Videtur in pede ταρσὸς esse quod est καρπὸς in manu, nisi quod τῆ καρποῦ ossa sint octo, τῆ ταρσοῦ vero quatuor: ex minoribus namque particulis apprehensionis organū constare debuit, ex grandioribus verò id quod ad ambulandum comparatum est.

ταρσὸς. dicitur chartilago in ambitu palpebrarum sita cui sunt inserta cilia, hoc est palpebrarum sibi semper æquales neque unquam excrescentes pili quod propter chartilaginis siccitatem paucum illis suppedietur alimentum. Rufus autem non illam chartilaginem sed pilos ex ea nascentes ταρσοῦς καὶ βλεφαρίδας scribit nuncupari.

ταρσοῦς. dicitur à quibusdam ἰ ἰσῖλλα, ut scribit Dioscorides.

ταχὺ. frequenter usurpatur ἀντὶ τῆ πυκνοῦ, eorumque nominum usus apud veteres saepe cōfunditur, ut apud Hippocr. ἐν τῷ πρῶτῳ διαίτης ὀξέων, sicut Gal. cōment. 3. annotauit.

ταχὺς σφυγμὸς. celer pulsus seu velox. Est qui breui tempore multum spatij conficit, seu qui arteriam breui tempore multum distendit. Vna est generalis pulsuum differentia, sumpta ex tempore motus, seu ex qualitate motus, seu ex quantitate temporis, motus, & spatij simul. Huic contrarius βραδὺς, hoc est, tardus dicitur. vide βραδὺς.

πυκτὰ. dicuntur ea quæ humore perfusa eum intra se admittunt, indeque humidiora fiunt & molliora, ut lana & terra. Contrà verò ἀπυκτὰ sunt, æs, sal, nitrum: illud quidem quod ab igne concreuerit, hæc verò quod humore liquecant, nec perfusa maneat & euadant molliora, quod tamen τῆ πυκτῶν proprium est. Scripsit Aristoteles in uniuersum ea πυκτὰ dici, quæcunque terrea poros habent maiores aquæ mole & duriores: maiores quidem ut aquam admittere possint, duriores verò ut non promptè ab ea resoluantur. Itaque quoniam in lateribus & are minores sunt, in sale verò nitroque molliores, ἀπυκτὰ censentur. Caterum πυκτὰ καὶ μαλακτὰ de genere eorum sunt quæ concreuerunt, & quæ πυκτὰ appellantur: differunt autem quod μαλακτὰ igne, πυκτὰ humore fiant, manente in utrisque ipsa rerum forma, sed humidior molliorque, aliter quàm ἐν τοῖς πυκτοῖς, quorum forma colliquatione profusus soluitur & perit. Sal enim & nitrum humore diluta speciem suam amittunt.

τεθαλασσωμένον οἶνος. vinum marinum. vide θαλασσίτης οἶνος.

τενεσμός. tensesmus. Est continua & implacabilis desidendi cupiditas, qua nihil præter cruenta pauca & mucosa egeritur. In causa est vel genita in longanone inflammatio œdematosa, hærentium illic excrementorum opinionem & ea deiciendi desiderium mouens, vel acris quidam humor in extremo intestino collectus assidue ad excretionem irritans, vel obstructio à stercore in tenui intestino coacta, vel vlcus intestini recti, à quo excitatum tensesmum quidam proprie tensesmum vocari volunt. Malum hoc saepe dysenteriam præcedit, interdum tam vehemens est, ut symptomatis omnibus dysenteriae simile videatur, vel eã etiã summo desidendi conatu superare.

σημείον. dicitur id quod perpetuò unum aliquid significat: quod non est aliud quàm argumentum ab indicatione sumptum, siue ipsa indicatio: est autem argumentum necessarium. Eo distinguitur ἀπὸ τῆ σημείου, quod nō est perpetuū neque necessarium, ut quod nō desumatur à propria cuiusq; rei indicatione quam natura suggerit, sed ab obseruatione empirica quam τῆ φύσις appellat. Est enim σημεῖον propriū τῆς φύσεως ἐμπειρικῆς, sicut δὲ σημεῖον τῆς ἀπολυθείας λογικῆς, quod nō aliud est quàm indicatio.

DEFINIT. MEDIC.

- τελαμῶνες. dicuntur lintea cōcerpta quæ vulneribus accommodantur, vel fasciola potius quibus oblasa membra deligari solent.
- τίλαα. dicitur pars ea pedis qua terram contingimus & calcamus.
- τένωρ. tendo. Est ἀκτινῶσις seu finis musculi quo in partem mouendam inserto fit motus omnis voluntarius. Constat fibris neruorum & ligamentorum in unum coëuntibus, & interdum carne adhuc eas fibras ambiente. Itaque & mixtam habet ex neruis & ligamentis naturam. Hippocrates, sicut annotat Galenus, consuevit appellare τένοντας eas musculorum extremitates quæ ab anatomicis ἀκτινῶσις nuncupantur, eas præsertim quæ minùs carnosæ sunt. Dicitur τένωρ ἀπὸ τῆς τένειναι, id est, à tendendo, quòd eius actio præcipua in tensione seu cōtractione est: horum enim unusquisq; fibris suis versus musculi caput retractis partē cui inseritur eodē cōtrahit atq; euellit.
- τρυιδῶρ. caries. Est solutio continuitatis in osse ab erosione facta. Causa est humor acutus & acris in osse putrescens ipsumque exulcerans. Sed initio quidem hoc malum reducitur ad aliud egritudinis genus, & ossis asperitas potius quàm caries nominatur. Maiori autem facto foramine & quodam veluti sinu uno vel vario apparente τρυιδῶρ dicitur: dicitur enim τρυιδῶρ quasi τρυιδῶρ ἀπὸ τῆς τρυίματος, inquit Gal. quòd in eo affectu os pertusum sit, nisi ἀπὸ τῆς τρυιδῶν ἔλθῃ ueniat quod uermem significat, qui ligna erodit: namque & os quasi à uermibus corrosus uidetur. Sūt autem in osse τρυιδῶρ & σφάκωλις idem, quorū utrumq; eodē nomine cariē latinè dicere possumus.
- τρίφυλλος. species est phymatis, inquit Oribasius, supra quam pustula nigra eminent, quæ rupta infernè similis desquamato apparet, eo autem dissecto pus inuenitur. Dioscorides Alexandreus scriptis prodidit terminthum esse cutis excrescentiam, rotundam, ex nigro uiridem, terebinthi fructu similem. Galenus autem comment. 4. in lib. 6. τῆς ὑπὸ δακτύλου, literis mandauit, terminthorum nomen nigras quasdam pustulas in cruribus maximè orientes significare, à figuræ, coloris, magnitudinisque similitudine quam cum terminthorum, hoc est, cicerum fructu habent, deriuatum.
- τῆτα γμῆν & σφυγμῶς. ordinatus pulsus. Est qui circuituum ordinem seruat, formamque eandem retinet. Huic contrarius est ἀτακτός. Ille per singula pulsuum genera inuenitur, duobusque modis dici potest: uno quidem modo absolutè, quando semper certus est ordo circuituum parium magnitudine, uelocitate, frequentia, ueremētia, aliisque differentiis: ut, si duo pulsus magni fiant, deinde duo parui, iterū duo magni, deinde duo parui, & sic deinceps, eiusmodi pulsus inæqualis est, ordinatus ex toto, seu absolutè secundum magnitudinem & paruitatem. Similiter autem & de aliis generibus statuendum. Altero uerò modo ordinatus dicitur secundum quid, hoc est, secundum periodos & circuitus, quia ordinem continuum non seruat, nec habet omnes periodos pares, sed per quendam numerum: ut, si duo magni pulsus fiant & duo parui, deinde tres magni & tres parui, postea quatuor magni & totidem parui, deinde uerò ceu rursus incipientes duo magni & duo parui, postea tres magni & tres parui, atque ita deinceps. Sic enim primo circuitui quartus est similis, & secundo quintus, & tertio sextus. Itaque pulsus hic ordine participat in omnibus similiter periodis, inordinatione in singulis, ut iccirco Paulus hunc pulsuum inordinati speciem fecisse uideatur. Idem uerò ordinatum pulsuum cum inordinato decimam pulsuum differentiam constituit, de quo tamen dubitare quis merito possit, quòd omnis quantumlibet ordinatus pulsus inæqualis esse uideatur, & proinde tota hæc differentia

sub

sub inaequalitate comprehēdi. Itaque si omnes pulsus ordinati inaequales sint, patet inaequalis pulsus causam quae firma fixaque sit, causam etiam esse ordinati, ut non firmam fixamque inordinati. Attamen ex multis Galeni locis constare potest non omnes ordinatos pulsus inaequales esse. Qui enim perpetuò magnus pulsus est aut velox, ille in ea differentia ordinatus aequalisque est, ut in quo omnium insequentium pulsuum par sit magnitudo aut celeritas, aut alia pulsus differentia.

τέτανος. rigor. distentio neruorum. Est conuulsio perpetua totius corporis rigidi & in neutram partem inclinati. Species est τὸ σπασμὸν: fit enim contractis ad suum principium neruis & musculis. Nec tamen in eo affectu conuulsa partes manifestò apparēt, propterea quòd equaliter antè & retrò rēdantur. Conuulsio autem ipsa perpetua est, & nō distincta accessionibus, veluti comitialis morbus, qui per temporū accidit interualla, pertinētq; vel ad omnes corporis musculos, ut scribit Paulus, vel ad illos qui sunt in ceruice, quibus caput annuit, renuit, & circūagitur, ut scripsit Pelops & Galenus lib. de musculorum dissectione, vel ad musculos & neruos qui habentur in maxillis, ut scripsit rudi adhuc seculo Aretæus. Quia enim per tetanum maxilla conuelli manifestò videntur, ad eos affectionem ipsam pertinere existimauit. Sed cūm tetanus totius corporis conuulsio sit, etiam Galeni sententia, non autem solius ceruicis, patet non modò ceruicis musculos, sed omnes qui corpus maximèque spinam dorsu mouent, conuelli: atque ita & totam spinam & manus pedesque contendit, ut in nullam partem flecti possint, sed rigida & velut congelata maneant, ex quo morbum hunc τὸν Ἰβηρῶν τετανόν, τὸν Corn. Celsus lib. 2. cap. 1. rigorem latinè appellauit. Ex emprosthotono & opisthotono compositus esse dicitur à Galeno, quasi amborum medius, & equali utriusque contentione factus, & ab eodem numeratur inter peracutos morbos, ut qui teste Hippocrate citò iudicetur & in quatuor diebus hominem perimat. Neque enim tantum dolorem natura diu ferre potest. Rarus hic prorsus affectus est. Sunt autem, ut scribit Aretæus, causa huius propè infinita: omnes tamen ad duas summas, ut & σπασμὸς, referuntur, inanitionem & repletionem. vide Aretæum.

τετανώδρα ἢ

τετανώματα. medicamenta erugatoria, siue quae rugas emendant. Significat enim τετανώ extendere, cōplanare, laeuigare, & rugas omnino tollere, ut apud Dioscoridem de radice vitis alba, χρῶτα, inquit, ἐν πῆλ καὶ τετανοῖ. Eius generis medicamentum id est quod ex Critone ad varos scripsit Galen. ut enim ait, τετανοῦ καὶ καθαροῦ ὄξυς λάησι ἢ πῶσων.

τεταρτῆς πυρετός. quartana febris. Est febris quarto quoque die repetens. Sic quidem in uniuersum febris omnis quartana desiniri potest. Cuius duae habentur differentiae. Vna enim vera exquisitāque est, altera notha. Quae vera quartana est, ea ab humore melancholico gignitur, frigido atque sicco qui μέλαινα χολὴ proprio nomine appellatur. Ea in liene sedem habet in eoque putrescit. Eius signa sunt lienis tumor, rigor initio paruus, qui tamen progressu temporis augetur, lassitudo ὀστέων, pulsus parui, obscuri, tardi, rari per initia accessionum, & eorum in una pulsatione inaequalitas, quòdque soluta febre ager ad consueta munia facile redeat, cibumque appetat. Inuadit autem hac febris autumnò & etate iam declinante. Quae verò notha quartana est, ea non ab eiusmodi humore gignitur iam vsto, frigidòque & sicco

li ἢ

DEFINIT. MEDIC.

redito, sed ab eo potius qui oritur quidem, & ex flava bile transit in atram, nondum verò ustus est & ater factus. Ideoque particeps adhuc est caloris, ut qui bilis flava naturam nondum penitus exuerit. Propterea quæ ab eo quartana nascitur, multa aliquando habet cum tertiana febre communia. Oritur ferè media æstate, iuvenes & ætate consistentes corripit, cum rigore inuadit, pulsus habet maiores, frequentiores & celeriores quàm exquisita quartana, summamque inducit inappetentiam. A iecinore initium ducit, inque eo sedem habet, quod iccirco & inflammatur, & tumet, & dolorem contactu sentit, ut ex Rufo Aëtius refert.

τεταρτημόριον. quadrās. hoc est, quarta pars cuiusque rei. Quare cum duodecim uncia in libra, totidemque cyathi in sextario habeantur, tres in illa uncia, ut & tres in hoc cyathi, τεταρτημόριον, hoc est, quadrans iure dicentur.

τέταρτον. quartarius. Est mensura liquidorum apud Atticos, alio nomine ἡμιστύλιον dicta, continens ὀξύβαφα, id est, acetabula duo, siue quatuor uncias & dimidiam. Sic dicitur quod sit quarta pars sextarii.

τετραδίδε secundum Plinium, vel

τετραλίξ secundum Theophrastum vocatur ἡ δίκη apud Athenienses.

τετραφάρμακον. emplastri nomen est quod & βασιλικόν appellatur. Constat ex quatuor simplicibus medicamentis, unde & nomen habet, cera, pice, resina, seu taurini, si id non est, vitulini pari portione inter se mistis. Puri mouendo non est aliud melius vel expeditius.

Est & τετραφάρμακον antidoti nomen, quæ alio nomine μουσιέριον vocarunt. Constat quatuor medicamentis, gentiana, aristolochia, baccis lauri & myrrha, æquali pondere commistis. Valet ad podagræ præcautionem.

τετραόβολον. pondus quatuor obolorum, siue γράμματα δύο, hoc est, duo scripula: γράμμα enim in duos obolos diuiditur.

τέτραρον. dicitur ab Oribasio & Rufo pars astragali seu tali superior & sursum vergens. Attamen totus etiã ipse astragalus τέτραρον (quidam quattrionem vertunt) dici potest à quatuor ipsius lateribus, dextro, sinistro, anteriore & posteriore. vide in dictione ἀστράγαλος.

τῆτιον. beta. est olus radice unica in longum protensa, carnosæ, & nonnullis grata cibo vel cruda, caule striato, bicubitali, folio atriplicis, semine copioso. vulgò nomen retinet Latinum, tamen & porrea à multis nostrorum dicitur. Græci duo eius genera faciunt: unam nigram, alteram candidam vocant. hanc autem præferunt, appellantque Siculam, quæ nunc extrita litera ferè omnibus nostri seculi medicis sicla nuncupatur. Beta nutrit quidem sed parum, multaque indiget alteratione, stomachum mordicat, multamque bilem continet. Est & nitrosæ facultatis particeps, quæ digerit, exterget & per nares purgat, præsertim alba: nam nigra habet quidpiam adstrictionis, ob quam coquitur, inquit Dioscorides, cum lenticula, ut ventrem sistat.

τῆτιον φακί. est cibi genus constans beta & lente mistis. Componitur ex pugnantibus alimentis, itaque & facultatem illi amborum mediam inesse existimandum est. Siquidem in eo beta quidem minùs subsidet, lens autem magis subducitur. Sistèdi tamen ventris vim habere Dioscorides author est cap. de beta. scribès betam nigram coqui cum lenticula, ut ventrem sistat, idque magis radice eius præstari. Oribasius lib. 2. collectorum, scribit in eius apparatu multas betas imponendas esse, & paulò plus

plus satis ac gari dulcis, quòd ita faciliùs subducatur. Id edulij genus Heraclides Tarentinus non sanis modò verùm etiam ægrotantibus exhibebat; ut scribit Gal. lib. 1. de aliment. facult.

τιφρα. cinis. Sic appellatur vstorum lignorum reliquia, nec lignorum modò, sed omnium aliarum rerum. Nam & lapidum etiam vstorum cinis est, ut ait Galenus, quem Græci κίλια, Latini calcem appellat, tenuioris tamen quàm qui ex lignis fit substantia. habet autem cinis in se contrarias tum qualitates tum substantias. Eius enim pars quedam terrena est, quedam velut fuliginosa, tenuiù valde partium, ut quæ macerato aqua cinere & percolato unà abeat. Verùm non omnis cinis eadem temperatura præditus est, sed varius pro combusta materia diuersitate, ut non temerè Galenus Dioscoridem reprehendisse videatur, scribentem omnes cineres adstringendi vim habere, cum ficulneus expers sit omnis eiusmodi qualitatis, sed contra multum acrimonia habeat, obtineatque plurimum adurētis facultatis cum absterfione. Verùm Dioscorides cineris potius naturam quàm materia respexit. Quantò enim unumquodque magis terrenum est, tantò etiam videtur esse adstringentiùs.

τιφρα καὶ κολυβία. sic dicuntur certi generis collyria, quæ & σποδίακὰ appellantur. valēt ad dolores demulcendos, refrigerant & morsu carent.

τιφρα. collyrij nomen sic dicti à cinereo colore quod quidam κίθρον appellant, ut scribit Celsus lib. 6. cap. 6. ubi eius descriptio habetur. Meminit & Aëtius lib. 7. habetq; eius compositionem, sed multum à Celso diuersam.

τιφρα λίθος. lapis qui & ιουδαίος dicitur apud Dioscoridem, sic vocatus quia lapidem comminuat & veluti liquefaciat.

τιφρα. liquabile. Est passiva qualitas secundi generis, de numero earum quæ secundum naturalem potentiam vel impotentiam dicuntur. Significat autem id quod in liquorem solui potest. Id autem prius concreuerit necesse est. Cum autem concretio duobus modis contingat, humidis scilicet vel calidi absentia, liquationis duo similiter erunt modi, humor atque calor. Quæ igitur humoris absentia concreuerunt, liquantur humore ut aqua, aceto, vino, veluti ammoniacum, sagapenum, sal & nitrum, nisi fortè concretio densatioque tanta sit, ut in angustiorem poros aquæ moles subire non possit, sicut in lateribus accidit. Nam quia paulatim resiccati sunt calore qui omnem eorum humorem in aërem conuersum vacuauit, ita sunt adstricti in iis pori, ut per quos aër exiit, per eos non possit aqua immitti. Quæ verò caloris priuatione concretionem adeptæ sunt, calore liquantur, ut glacies, plumbum, æs, & reliqua metallica, adhæc propolis, cera, resina, ladanum, seuum, galbanum. vide τιφρα.

τιφρα. sic dicitur à quibusdam κίθρον.

τιφρα ἕλκος. Telephium ulcus. Sic dicitur malignum, inueteratum, & quod vix cicatricem recipit. Sic dictum est à Telepho, qui in tali ulcere consenuisse fertur. Idem verò etiam χειρῶνιον appellatur.

τιφρα. observatio. Vocabulum est Empiricæ sectæ proprium. Quicquid enim Empirici aliquandò obseruassent fieri in morbis, τιφρα vocabant: quorum cum magnam haberent copiam, eam omnem ἀπορία nuncupabant: & ab obseruatione quidem memoriam, à memoria verò experientiam manare dicebant, & ab ea proximè artem constitui, dum meminimus quid cum quo, quid ante quod, quid post quod obseruauimus, atque id quidē vel semper, vel plerunque, vel utrouis modo: semper, ut vul-

DEFINIT. MEDIC.

nerato corde mortem sequi:plerunq̄,ut scammonia ventrem purgari:utrouis modo,ut percussa superiori membrana cerebri mortem sequi: raro,ut vulnerata cerebri substantia salutem contingere.

τιθύμαλις. planta est cuius septem produntur genera, quorum masculus χαρῆκας & ἀμυγδαλοειδής appellatur. Huic caules supra cubiti altitudinem sunt, rubri, lacteo succo atque acri madētes. folia oleæ circum ramos, angustiora & longiora, radix crassa, lignosa, pendet in cacuminibus caulium coma iunci, sub qua caucolæ foliolis balnearum similes, in quibus semen continetur.

Secundus fœmina est, quem μυελίτις & καρυίτις vocarunt, similis suapte natura daphnoidi, foliis myrti, sed maioribus, firmis, in cacumine acutis & pungentibus. ramulos ab radice mittit dodrantaes. fructum fert alternis ramis nuci similem, mordaci gustu.

Tertius est παράλις & ἰθύμαλις dictus atque etiam μίσηρ, ramis subrubentibus, palmum altis, quinque senisue ab radice exeuntibus, foliis lini, angustis, parvis, oblongis, in versus quosdā digestis, capite in cacumine orbiculato, in quo semē, ut eruum, vario colore emicat. flos albus, frutex totus cum radice lacteo succo turget.

Quartus ἰλιοσκοπίς nuncupatur, foliis portulacæ, tenuioribus rotundioribusq̄, ramulis prodeuntibus à radice quatuor aut quinque, rubentibus, dodrantedi altitudine, tenuibus, lactis copiosi plenis, capite anethi, semine velut in capitulis incluso. Comas cum sole circumagit.

Quintus κνπαιωσις est, exiens in caulem dodrantalem vel maiorem, subrubrū, ex quo folia piceæ similitudine exoriuntur, molliora tamē & tenuiora. In totum nascentem piceam æmulatur. Candido succo madet.

Sextus δειδοειδής frondosam in cacumine comam spargit succo lacteo prægnans, cauliculis rubentibus, folijs myrti tenuioris, fructu characiæ.

Septimus πλατόφυλλος vocatur, verbasco similis. Omnes acrimoniæ & magnæ amaritudinis participes sunt.

τίλματα. dicta sunt à recentioribus medicis τὰ πάσιματα, hoc est, uulsiones factæ in fibris musculorum, dum nimis distentæ interdum rumpuntur, ut annotauit Galenus comment. 4. ἐς τὸ κγ. τ. ἰη. γ. ε. ο. ρ.

τίλπη. genus linamenti concepti, de quo vide μετρη.

τομῆς sive

τομῶν. incisores dentes. sic appellantur octo primi dētes, in utraque scilicet gena quatuor lati, acie prætenui in modum gladiatorum, qua cibos molles mordendo abscindunt diuiduntque. Alij plures, alij pauciores habent. Omnes autem una radice in suam genam infixi sunt. Valent non modò ad incidendos cibos, verum etiam ad pronunciationem. vide in dictione ὀδόντες.

τόν. apud Hippocratem significat neruū, siue is à cerebro, siue à spinali medulla oriatur, ut annotat Galenus. Aretæus πρὸς πέναντον, ἐν τῷ, inquit, ἰθίρωρ καὶ ἐν τῷ αἰσίοσ εὐνομα, quasi non neruum modò, sed etiam ipsam neruorum contentionem designet.

τοξίμων. apud antiquos certa quædam species veneni fuit teterrimi, nec tamen quid esset constare adhuc arbitror. Plinius lib. 16. cap. 10. scribit authores esse qui à taxo arbore, quam venenatam esse certum est, taxica appellata dicunt venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tingantur. Quod tamen ut ipse non affirmat, sic ipse dubito

dubito an verum sit. Sūt enim hæc duo venenorum genera manifestò distincta apud Nicandrum & Dioscoridem, suntq; tam sibi aduersa utriusque symptomata, ut iure dubitare liceat. Taxus uniuerso corpori frigus infert, cui eadem quæ cicutæ cōueniunt medicamenta, videlicet calefacientia: toxicum verò inflammationes & furorem. Calidum enim & siccum fuit, ut planè præter symptomata indicat ipsa curatio quam Nicander adhibet. Dioscorides in præfatione lib. 6. toxicum recenset inter herbas & olera, quæ exitiosam vim habent, & Galen. lib. 2. Antidoton Asclepiadem sequutus, inter simplicia venena ipsum annumerat. Certū est sic dictum esse, quòd barbari sagittas suas olim eo tingerent. Nam ut cecinit Nicander in alexipharmacis,

Isto Gerræi Nomades, populúque ferocem
 Qui colit Euphraten armant sua tela veneno.
 Quæ postquam hæserunt & non sanabile vulnus
 Infixère, caro liuet, virúsque putrescit
 Vipereum, atque cutis se tabo fœta resoluit.

Ῥεξικόν etiam dicitur à quibusdam ladani species in Syria & Aphrica nascentis, quia incole ad detergendum ladanum foliis cisthi adhærescens, nervos in arcu lana circumdatos trahunt per syluas. Sed hoc grauissimum odore est & durissimum tactu, plurimum enim terræ colligit.

τοξόνος. à quibusdam dicitur ἰ ἀρτιμοσία, ut habetur apud Dioscoridem.

τόπος. pars corporis à veteribus medicis, unde & τοπικὰ φάρμακα dicta sunt, quæ locis affectis adhibentur.

τραχάκαιθα. frutex est cuius radix lata & lignosa summo cespite nititur, unde surculos humiles, robustos latissimè fundit, in quibus minuta folia, multa, nonnunquam tenuia exoriuntur, quæ sub se spinas albas, rectas & firmas occulunt. Ab eius radice vulnerata manat lacryma pellucens, gracilis, læuis, syncera, subdulcis, quæ etiam τραχάκαιθα dicitur, arteriacis medicamentis accommodatissima.

τραχίγιον. frutex est in Creta insula tātum nascens, lentisco semine, folio & ramis similis, singulis tamen minoribus: succus ei lacteus, gummi non dissimilis. Calfacit tertio ordine, attrahit, discutit: est enim tenui substantia. Est & alterum τραχίγιον, quod τραχάκωρος aliqui vocant, cui folia scolopendriæ, radix syluestris raphani tenuis, candida, cui vis magna est adstringendi.

τραχάκωρος. sic à quibusdam dicitur δ' τραχίγιον, ab aliis autem ἰ ἀλόν, ut habetur apud Dioscoridem, fortè quòd eius folia quātitate, longitudine, figuræque hircorum cornibus non ineptè respondeant.

τραχός. inter fruges numeratur, alicæ figura. multum autem aceris habet, ideóque parum nutrit & agrè concoquitur. dicitur σιτόδος ad differentiam plantæ quæ etiam τραχός dicitur, quæ prouenit in maritimis (ob id herbarij iuncum marinum vocat) palmum alta aut amplior, fruticosa, humilis, oblonga, sine foliis, pusillis circa ramos acinis, rufis, multo gustu multum adstringente. Eam aliqui σιτόπον vocant.

τρατόνατον. sic dicta est à quibusdam ἰ λυχίς ἀγρία, ut habetur apud Dioscoridem.

τραμύς. dicitur à quibusdam ea linea quæ medium scrotum diuidit in duas partes.

τραυλός. blasus.

τραυλώτης. blasitas. Est vitiosa literarum τ & ρ pronuntiatio. Symptoma est affectionis

DEFINIT. MEDIC.

linguae aut eius musculorum, aliis quidem natura, aliis vero externam aliquando ob causam comparatum. Affectio autem varia esse potest. Primum quidem breuitas linguae, quae tamen rarissima est. Deinde eius intemperies humida & mollities. Haec naque sunt naturalis balbutiei causa, à quibus fit ut lingua prioribus dentibus male innitatur, breuior quidem propter breuitatem, humidior vero propter imbecillitatem. Humidiores enim linguae musculi non possunt firmiter stabiliri, quod est tamen necessarium ad harum duarum literarum pronunciationem. Itaque eas tanquam t & l pronunciant, pro τρωλὸς dicentes τλωλὸς. Plurimi quoque balbutiunt ab externa causa, ut qui plurimum dicendo aut tibia canendo, & ex febre vehementem linguae siccitatem contraxerunt. Lingua enim his euadit imbecilla, nec propter siccitatem dilatari potest. Balbutiunt etiam aliquando ebrj, lingua & cerebro humore nimio perfusis & prae-grauatis. Itaque patet praecipuam ferè balbutiei causam sitam esse in superflua humiditate: propterea scripsit Hippocrates, Balbos alui profluvio maxime corripit. In cuius Aphorismi comment. quoniam τὸ ἄλλοῖσθαι mentionem Galenus facit, hoc unum monendum, quod illic male Latini interpretes ἄλλοῖσθαι & τρωλίζω eiusdem significationis verba esse scripserunt. Id enim neque in Graeco habetur, neque verum est. Sunt enim ambo quidem vitia pronunciationis, non vocis, non tamen idem in voce vitium significant. Siquidem differentiam eorum Aristoteles in problematis explicat, scribens τρωλὸς ἵπτα esse, quum litera quaedam certa exprimi non potest: ἄλλοῖσθαι vero eum inter pronunciantum aut litera, aut syllaba auferitur & eliditur. Scio quidem Latinos interpretes τοὺς τρωλὸς balbos, τοὺς ἄλλοῖσθαι blesos vertere, ego contra vertendum puto: blesi enim proprie illi sunt qui à Gallis vulgo dicuntur habere linguam pinguem, balbi vero quos iidem appellant begues. Caterum Gal. comment. 2. in lib. 1. τὸ ἰδιόμοτον annotauit ἰσχυρόν ab Hippocrate eo loco intelligi qui alio nomine τρωλὸς appellantur, non ita tamè ut idem sint, sed ut τρωλὸς inter ἰσχυρόν contineantur. vide ἰσχυρόν.

τρωμα. est solutio continuitatis in carne, non ex distentione, sed ruptura proueniens. Sic definiuit Galenus lib. de constit. artis medicae.

τρωματικὰ φάρμακα. dicuntur à quibusdam, inquit Galenus, τὰ κολλητικὰ, hoc est, glutinatoria medicamenta, quae & ἰώμα appellatur, de quibus vide κολλητικὰ φάρμακα.

τράχηλος. collum. ceruix. Idem prorsus quod ὤχλω, ut annotauit Galenus. Est autem pars τῆς ἐλάχως capiti proximè subdita & annexa, spondylis septem constans. Eiusdem quidem illi naturae sunt cum spondylis dorsi & lumborum: siquidem forati sunt. Spinam, quam ἀκρωτήρ vocant, omnes (excepto primo cui nulla est, sed soli anteriore parte apophysis exigua) habent: tum apophyses transversas, apophyses obliquas ascendentes, & descendentes vinculum membranosum intus (exceptis duobus primis spondylis) duas τῆς ἐλάχως meningas ambiens, & foris alterum spondylos undiq; colligans: articulationes praeterea sex, duas suo corpore, duas apophysibus descendens & duas ascendens, habent tamen quaedam sibi peculiaris, quibus à reliquis discernuntur. Nam omnibus colli spondylis apophyses transversae in rectum perforatae sunt. Propria quoque sex inferioribus spondylis colli spina aperte bifida. Propriae etiam quinque inferioribus apophyses transversae, leuiter velut bipartitae, & decliniter excavatae in modum canaliculi, per quod nervi ad brachium & diaphragma descendunt. Propria vero primo spondylo est corporis latitudo & tenuitas & foraminis amplitudo, rachi-

rachitidi & denti destinata, cavitates quoque apophyscon tam ascendentium quàm descendentium, quibus cum condylis articulantur per diarthrosim, illis quidem occipitis, his verò secundi spondyli. Siquidem primus duas occipitis apophysces coronoides cavitatibus duabus excipit, & secundi dentem transmittit: secundus verò condylo duplici, sed minùs extante primi cavitates duas ἀλωοδδῦς excipit, & suo dente occipiti inter apophysces κωρωοδδῦς antèrìus valido ligamento affirmatur. Proprius autem secundo spondylo dens est (à quo totum etiam ipsum secundum spondylum Hippocrates ὀδόντα appellavit) per quem cum primo spondylo & cum occipitis cavitare inter suas coronoides apophysces diarthrosi iungitur. Sūt autem hi septem colli spondyli magnitudine inæquales. Primus enim & secundus longè maiores sunt tertio, quarto & quinto: sed quintus tertio & quarto maior est. Sextus non modò his tribus maior est, sed etiam septimo, qui quoniam sex alios superiores sustinet, ἄτλας καὶ ἀτλάριον à Grecis vocatus est. Sunt autem numero æqualia cum ipsis spondylis neruorum paria quæ à cernice proficiuntur, primum per foramina primo spondylo & occipiti communia egressum, in huius spondyli musculos, omoplatam & musculum æsophago substratum caput & collum flectentem absimitur. Secundum in totam cutim capitis. Tertium in musculos ceruicem extendentes, genam mouentes & collum totum caputque retrò erigentes, cutim capitis unà cum secundo. Quartum in ceruicis musculos & musculum longum & in diaphragma cum portione quinti & sexti paris. Quintum in diaphragma cum aliis, & in musculos brachium tollentes & omoplatam. Sextum in diaphragma cum aliis prædictis, & in brachia cum septimo & octauo pari & ad musculos leuantes omoplatam. Septimum in musculum latum reflectitur, & in thoracem, brachium manumque absimitur, & interdum cum prædictis in diaphragma. Sic quidem se habet nodorum seu vertebrarum colli constructio, à qua quamuis propriè collum dicatur, attamē colli nomine communiter vocatur quod inter caput & humeros interiacet, unaque cum ipsis nobis, tum gula, tum arteriæ portio continetur, per quam cibus & spiritui via est. Translata inde τὸ πρᾶξιλον vox est etiam ad vesicam, cuius osculum ita appellatur.

τῶν ἀσπερίτων. asperitas. Est vitiosa cōformatio parti cui accidit, inæqualitatem absumpto humore inducens. Huic contraria affectio λεύκωσις, id est, leuitas dicitur, suntq; primi generis morbi qui in formatione consistunt, & à causis contrariis proficiuntur. Exasperantur enim quæ priùs erant leuia, & leuigantur quæ priùs erant aspera. illa quidem ab humorum acrimonia, aut medicamentis adstringentibus resiccata (sunt enim & acria & adstringētia potestate sicca) hæc verò à pingui & lento humore madentia. Præcipuè verò in ossibus hoc malum apparet, cum non rectè à medicis curantur, sed aliquando ex humorum natura qui in animalium corporibus inueniuntur habet originem, sed maximè per morbum Gallicum ex Venere contractum. Oculorum autem (quod malum τῶν ἀσπερίτων appellāt) & gutturis asperitates non ex his tantum, sed ex acris vaporibus, aut puluere, aut fumo contingunt, sicuti & stomacho & vetriculo & intestinis à materia inutili quæ in ipso corpore gignitur, atque ex eorum quæ eduntur vel bibuntur qualitate. Inter quæ etiam venena enumerantur. Perspicuum autem est quòd asperitas aliquando, si eius causæ inualuerint, aut in exulcerationem, aut corrosionem in partibus carnosis, aut in ossibus vertitur in cariem, sicut sæpè videmus accidere in morbo Gallico.

DEFINIT. MEDIC.

τράχημα. est asperitudo palpebræ interna parte. Prouenit sæpe ex mala curatione, affi-
 sis nimirum diu collyriis. Nam sicut in vulneribus aliarum partium illita pinguis
 carnis excrescentiam inducunt, sic etiam in palpebra. Potest etiam ob diurnam de-
 fluxionem excitari, sed non mordacem: humor enim mordax non palpebræ sed ocu-
 lum potius ipsum infestat. Hoc vitium sunt qui δάσυμα, siue δασύτητα appellent. At-
 tamen ea distinguit Aëtius scribens, δασύτητα esse inæqualitatem quandam palpe-
 bræ interioris superficiariam & cum rubore: τράχημα verò siue τράχημα esse palpe-
 bræ internæ inæqualitatem & asperitatem multò maiorem, adeo ut intra eã emi-
 neant veluti milij grana, aut erui semina cum dolore & grauitate. Malum autem
 utrumque oculos habet humidiores. Idem verò si intendatur magisque promineat
 σύμφσις vocatur, tandem ubi ad extremum peruenit τύλσις.

τράχημα πικρὸν καλλυριῶν. est collyriorū certa species, tollendis oculorum asperitatibus ef-
 ficax. Eius plures differentiæ describuntur ab Aëtio lib. 7. quæ & peculiarια no-
 mina habent, ut φοῖνιξ, διοχίλιον, ξυσίριον, &c.

τελόλιον, ἢ τελεπόδιον. dicitur à quibusdam λωτὸς ἡμερος, ut habetur apud Dioscor.

τεῖβθ. significat apud Hippocratem partē eam corporis cui insistimus siue stantes siue
 ambulantes, siue sedentes, siue alio quouis modo iacentes: ut planta pedum stanti-
 bus atque ambulantis, nates sedentibus, spina tota supinis, cubito innitentibus
 ipse cubitus τεῖβθ appellatur, sicut Galenus annotauit commēt. 2. εἰς τὸ κατ' ἰκβῆρον.
 Sic etiam, ut idem author est, dicitur apud Hippocr. locus tricus & callosus.

τελεψιον. Dioscorides scribit sic vocatum à quibusdam fuisse τὸν παρὰ τὴν εὐνὴν.

τεῖρονθ. pastillus in medicina olim celebris ad sistendos dolores. Est enim stupefacto-
 rius. Sic dictus fuit à figura qua fingebatur, non à numero medicamentorum. Con-
 stat enim quatuor medicamentis, semine apij, semine hyoscyami, aniso & opio, sed
 quorum pondera non sint eadem Galeno, Paulo & Aëtio.

τεῖκκον. sic dictum est à quibusdam alterum mespili genus quod ἰδιμυλλία vocant,
 quoniam tria intus grana siue ligna seminis loco fructus eius contineat. Est & tri-
 coccon Plinio genus heliotropij, ubique nascens.

τεῖοςθ. sic quidam πλὴ μύλλων, hoc est, fraxinum dixerunt, quasi trinodem, quòd ramos
 habeat prægrandes, ordinatos, parèsq; numero.

τεῖορχος. sic dicitur à Plinio tertia species Centaurij: quoniam qui ipsum erunt, iubetur
 buteonem, quem τεῖορχον appellant, accipitru generis auem cauere, quando non raro
 vulnerantur ab alite qui legunt: ea enim defendit & impugnat legētes. Verum nõ
 fuit propterea necesse Plinio cõstitueret tertiã Cētaurij speciem, quoniam id Theo-
 phrastus de Cētaurio maiore recēset, quòd propterea τεῖορχον posse dici perspicuū est.

τεῖωπεριον. cataplasmatidis nomen est, sic dictum à tribus seminibus quibus componitur,
 cumino, baccis lauri, apij semine. Valet contra colicum dolorem.

τεῖφυλλον. sic à quibusdam dicitur ἢ λωτὸς ἄγριον atque etiã ὁ κύπρος, ut habetur apud
 Dioscoridem.

τεῖχος. pili. capilli. omne quidem pilorum genus τῶν τεῖχων nomine designatur, sed κατ'
 ἰσοχίον qui in capite oriuntur, quos peculiari vocabulo Latini capillos vocant. Sunt
 autē τεῖχος partes corporis terreæ, sicca, longa, exiles è summa cute prodeuntes. Hæ,
 inquit Galenus, in eo partium genere sunt quæ, quemadmodum & ungues, nullam
 gubernationem habent, sed ortum tantummodò. Neque enim corporis substantiam
 consti-

constituunt, neque principia sunt virtutum neque principiis subseruiunt, neque ex se ingenitas vires possident, neque ab aliis vires accipiunt. Siquidem motum & sensum non habent, non vitam, non naturales facultates attrahendi, continendi, concoquendi & expellendi, quare neque hæc aliis possunt suggerere. Generantur autem duntaxat, hoc est, coagmentantur & concrescunt non in omnem dimensionem, quemadmodum reliquæ corporis partes, sed in longitudinem solum. Neque enim natriuntur, sed noua fuligine subinde ad cutem expulsa, & priori adhaerente, eamque, ut clauus clauum, trudente producuntur. Ortum namque habent ex fuliginosis, crassis & terrenis vaporibus qui in corpore à calore suscitantur, qui dum exitum molliuntur, totam cutim perforant. Verum foramina hæc in humidioribus & mollioribus non perseverant, quod partes quæ prius abscesserant, rursus facile coalescunt. Siccescente verò corpore & duriore effecta cute manent aperta, non ita tamen ut fuliginosus ille vapor totus per ea abeat, sed prodeat tantum & exeratur: hæret enim & stipatur in illis meatibus & subinde alio atque alio vapore accedente eiq; per humorem quem secum ducit agglutinato, truditur, atque sic prodit pilus crassus aut exilis pro materiae quantitate & viarum amplitudine, passus aut crispus, prout via sicca aut humida, recta aut obliqua sunt, niger, ruber, flauus aut albus pro fuliginis adustione & humoris quem secum è profundo adfert colore. vide scholium 34. quod nos in lib. Hippocratis de natura pueri scripsimus.

τεχνίασις. est oculorum à pilis offensio. Ea autem dupliciter contingit. Siquidem sæpe in palpebris sub pilis naturalibus alij exoriuntur, qui intro spectantes tunicas pungunt & oculorum fluxiones concitant: qui affectus διστεχνίασις nominatur. Aliquando verò ipsæ palpebræ relaxantur eaq; laxata aut ipsarum extremitas intro vergit, nec pili facile apparent nisi quis distēdat ac disparet palpebras: idque mali genus φαλάγγωσις vocatur. Introductorij seu medici author tres differentias τῆς τεχνίασις constituit, quemadmodum & Aëtius. Prouenit malum hoc ex superflua humiditate ex qua pili, tanquam herbae in humida terra, luxuriant, vel palpebræ ipsæ resolvuntur, nimio humore redundantes.

τεχνίασις ἡ

τεχνίασις. est species fractura tenuissima & sensum latens, quæ quia non facile se prodat, mortis sæpe causa est, ut ait Paulus lib. 6. cap. 90.

τεχνίασις. etiam dicitur auctore Galeno symptoma renum, ex quo per urinam prodeit veluti capilli albi. Siquidem talia quædam corpora in renibus possunt concrescere ab humore crasso & viscoso, vsto à calore, ut docet Galenus comment. in aphorif. 76. lib. 4.

τεχνίασις etiam, hoc est, pilare malum, vocatur māmaram dolor, quem pilus aliquando mouet in poculo fortè haustus, is autem non sedatur donec pilus vel pressus sponte exeat, vel cum lacte exugatur. Id mali genus etiam τεχνίασις vocant.

τεχνίασις. vocatur pars ea capitis auctore Aristotele, quæ capillis tegitur.

τεχνίασις. frictio. Motus est extrinsecus, qui à Galeno in faciendorum genere comprehenditur lib. 1. sanitatis tuendæ. Duobus modis usurpatur: uno quidem pro omni motu qui extrinsecus tam sanis quàm ægris corporibus adhibetur ad cutem, quouis tempore: altero verò vel pars est exercitationis, vel potius, ut ait Galenus, exercitationi subseruit: hanc gymnastæ, ut refert Galenus, duplicem fecerunt, παρασηθιάσιον &

DEFINIT. MEDIC.

ἄρδερα πυνυλῶ, hoc est, preparatoriam & recuratoriam. Preparatoria dicitur quæ corpus ad exercitationem preparat, ne quid in ipsa exercitatione vel rumpatur vel obstruatur: id quod præcauetur corpus sensim prius calefaciendo, & solidas partes præmolliendo, & humores tenuando, & exiguos meatus laxando: hoc autem præstatur primùm frictione per linteolum, mox per oleum: sunt enim hæ duæ partes preparatoriae frictionis. Præcedit autem per linteolū frictio paucis omnino per manum circumactibus, qui nullo compressu sint graues & modicè celeres, quibus citra compressionem corpus cutisque calefiant, meatus laxentur & præparentur aptumque corpus sit ad oleum capiendum: tunc enim oleum inducendum, & nudis manibus, quæ medium inter molle durumque modum seruent, infricandum, quatenus neque coactum constrictumque corpus sit, neque ultra quàm par est laxum resolutumque fiat, sed legitimū naturæ modum seruet. Tota ipsa frictio preparatoria huc spectat, ut corpus molliat: quod tamen non omnes præstant frictiones. Nam cum sex omnino sint frictionum differentiæ, mollis, dura, & inter eas media, multa, pauca & in eo genere mediocris, dura ligandi, mollis soluendi, multa minuendi, mediocris carnē augendi vim habet, ut scripsit Hippocrates ἐν τῷ κ. τ. ἰκσῆσιον. Sunt autem hæ propriæ frictionum differentiæ, non item aliæ quæ ab externis rerum circumstantiis sumuntur, ut à loco vel anni tempore in quo quis fricatur, quòdque aliæ cum oleo vel sine oleo fiant, idque vel manibus tantum, vel etiam cum puluere, vel per linteum. Harum tamen ratio etiam habēda est. Siquidem ab his varia corpus afficitur. Altera frictionis species, quæ & ipsa exercitationibus subseruit, ἄρδερα πυνυλῶ dicitur, latinè recuratoriam ad verbum appelles. Recentiores gymnastæ, ut ait Galenus, eam etiam ἄρδερα πυνυλῶ vocauerunt, quòd totius apothepiæ præcipua portio sint frictiones quæ post exercitationem adhibentur. Earum usus est ut quæcunque excrementa per exercitationem calefacta extenuatæque in corpore adhuc manent foras euocentur, ipsæq; partes solidæ per exercitationem tensæ & induratæ emolliantur, & lassitudo præterea tollatur. Id quòd fit tum frictionibus cuique corpori conuenientibus, unà cum partium ipsarū quæ fricantur tensione, & spiritus cohibitione, tum plusculo etiā oleo, sicut à nobis suo loco dictū est cum de ἄρδερα πυνυλῶ egimus.

τρίψις ἄργύρου. attritio instrumentorum. dicitur ab Hippocrate lib. 6. τῷ ἰδιδιμῶν exolutio, infirmitas & imbecillitas instrumentorum, per translationem à vestibus & vasis attritis. Nam & hæc post diuturnos usus seipsis aridiora euasisse cernuntur, ut annotat Galenus comment. 3. in eum librum.

τρίωβολον. pòdus trium obolorum. ἡμίδραχμον, hoc est, dimidia drachma: drachma enim in sex obolos diuiditur.

τρίμας. tremor. Est motus deprauatus facultatis animalis partim à volūtate partim ab onere partis editus. Neque enim motus simplex est, sed geminus, unus qui deorsum alter qui sursum tendit. Hic secundum naturam est & à voluntate perficitur, ille verò præter naturam, & à partis quæ tremore agitur, onere atque gravitate. Facultas enim animalis cui mouendi munus natura demandauit, membrum ita tremulum sursum attollere nititur, quod tamen ea inuita infernè labitur & concidit propter grauitatem: fitq; concertatio quædam naturæ atque morbi, quādo non permittis facultas membrum laborans deorsum ferri, nec tamen patitur eius grauitas ut natura ipsum sublime diutius teneat, sicuti per sanitatem consueuerat. Itaque
viciſſim

viciſſim facultas nunc vincit, nunc vincitur, ſitq; contrariorum motuum perpetua quaedam ſucceſſio. Huius ſymptomatis cauſa duplex eſt: una obſtructio neruorum a ſuccis multis, craſſis, lētis, ita ut exigua facultas motrix in partem affluat, niſi confertim irruens illos excuſſerit: altera verò facultatis motricis imbecillitas contracta ex frigida intemperie, vel corporis vniuerſi, vel principij neruorū, vel aliarum partium natura imbecilliorum & ad morbum propenſarum quam vel ſenectus frigida & ſicca, vel Venus immodica & intempetiua, vel timor, vel dolor, uterq; magnus longuſque, vel frigidus aër, vel balnea, vel potus largior vini meracioris aut aqua frigida, vel ignauia, diuque omiſſa poſt multos cibos exercitatio inuexerit.

τροπος. modus. Duobus modis, inquit Galenus, eo verbo veteres vtuntur. vno pro animi moribus, altero pro differentiis aut formis eius de quo ſermo habetur. Exempli cauſa ſi ſermo fiat de victus ratione & τῆς διαίτης, τῶς τροπῶς dici audias, tunc differentias aut ſpecies intellige: τροπος enim ſignificare ἔδει, εἰς φεράς, οὐσίας & ἡδὴ Galenus annotauit comment. 3. in lib. 1. τῶν ἰατρικῶν.

τροφή. alimentum. nutrimentum. Eſt quicquid ſubſtantiam corporis augere poteſt. Nam cum plurima quotidie è corporibus diffluāt, niſi in eorū quæ effluxere locum alia ſubinde reſtituantur, breui corpus concidat neceſſe eſt. Itaque tale tantumque reponi oportet quale & quantum deperit, ſi eodem in ſtatu corpus ſeruare volumus. Ergo ſubſtantia noſtra, quia illa eſt quæ contabescit, proſus ſimile eſſe nutrimentum debet, & in eius quæ perit locum ſuccedere. Quare ſi triplex in nobis ſubſtantia quotidie diſſipatur, ſolida, ſpiritualis & carnoſa, conuenit etiam alimenti triplicem eſſe differentiam, quod non niſi ſimilitudine totius ſubſtantia nutriet. Itaque ut caro carnis nutrimentum eſt, ſic ſpiritus ſpiritum alit, eiūſque τροφή dici debet. Eſt autem nomen alimenti τροφή, quod Hippocrates in opusculo de alimento diſtinxit his verbis, alimentum aliud eſt quod nutrit, aliud quod quaſi eſt nutriens, aliud quod nutriturū eſt. In prima quidem ſignificatione, iam ſubſtantia corporis noſtri factum eſt: in ſecunda verò, ſanguinem ſub ſe comprehendit, & qui propius ad ſubſtantiam noſtram accedit, rorem per carnem diſperſum: in tertia verò cibus intelligitur recenter deuoratus, vel integer etiam, & chylus ex eo genitus in ventriculo. Ceterum cum multæ ſint & differentes alimentorū facultates, illæ quidē in tertia ſignificatione euidenter & infracta manent, calefaciendi, refrigerandi, humectandi & ſiccandi: in media paulò obtuſiores ſunt: in prima verò, præter caliditatem & humiditatem, vix ſunt ſuperſtites. Siquidem quod proxime alimentum eſt, quatenus tale eſt, omne calidū humidūque eſt, ut quod caloris noſtri ſubſtantiam augeat, & corpora ſiccari vetet.

τροπος. nomen eſt τῆς ἐπιμότου φαρμάκου, quo Paulus lib. 4. cap. 40. implet caua vlcera quæ pura ſunt.

τροχαιτίδες. ſunt apophyſes duæ in ceruice ſuperiori femoris, una externa, & omnium corporis proceſſuum, nulli alteri oſſi commiſſorū facile maxima, altera interna, multoque inferior, ſed magnitudine nequaquam externa comparanda. Sic dictæ ſunt ἀπὸ τῆς τροχίλλου, quod ſignificat εἰς εἶχευ, propterea quod cruris motus curſusque per muſculos his apophyſibus inſertos perſciantur. In hoc enim à natura cōparatæ ſunt, ut collis ritu muſculorum inſertionem probè admittant. Anatomici vulgò rotatores appellant, ego potiùs cursorias apophyſes nuncuparem. verum externam, quod am-

Kk

DEFINIT. MEDIC.

pla sit multúmque gibbosa quidam peculiari vocabulo γλοντόν, id est, natē vocarunt, siue à similitudine, siue quòd muscoli nates ipsas cōstituentes inde maximè prodeāt. τρέχσκος. pastillus. medicamenti nomen ab efformationis figura: fingitur enim in orbiculos, ex quibus etiam κύκλισκος à quibusdam vocatur. Est autem triplex eorum genus, sicut ex Antyllo Oribasius & Paulus tradiderunt. Alij sunt potabiles, alij in aluum iniiciuntur, alij illinuntur. Eorum qui bibuntur, alij comprimunt aluum, aut sanguinem, aut aliam fluxionem refrigerando, adstringendo, opplendo vel desiccando: alij dolorem sopiunt obstupesciendo, vel humores diffundendo: alij renes, lienem, aut iecur obstructione liberant. Eorum autem qui in aluum immittuntur, alij acrimoniam obtundunt, alij adstringunt, alij sistunt sanguinis profluuium, alij adurunt. Similiter verò & qui oblinuntur ad usum ex iis aliquem adhibentur. Compositionis eorū ratio nota esse potest ex Galeno lib. 5. τῆν κῆ ρεῖν, ex omni genere medicamentorum quæ trita humore aliquo excipi possunt & in umbra desiccari. Sic autem facillè asseruantur, cūmq; iis utendum est, humore aliquo conuenienti diluuntur ad usus prædictos.

τρυβλίον. idem quod κοτύλιον in medicis authore Cleopatra his verbis, ὁ τρυβλίον τὸ αὐτὸ μέτρον χωρεῖ τῆ κοτύλι, ἔχει γὰρ μέτρον κινάδου s. vide in dictione κοτύλι. In georgicis verò eiusdem capacitatis est cuius ὀξύβαφορ, sesquicyathum continens, siue κοτύλις partem quartam. Eius nota fuit τρυ.

τρυζῶδες. est species collyriorum τῆν μισοιμίμερον, magna ex parte acacia constat, ut author est Galenus lib. 4. τῆν κῆ τόπος, agens de ophthalmia, mista namque plurima acacia cum reliquis quæ τὰ μισοιμίμερα collyria constituunt, efficit totum collyrium quodammodo faculentum. Idem alio nomine πλάειον appellatur, quasi cœnosum siue lutosum, ἀπὸ τῆ πλάου. Cuius aliquot differentias exponit Aëtius: unam describit Celsus lib. 6. quod ad Euelpidem medicum authorem refert. In quibus omnibus plurimum succi acaciæ inest.

τρυφερά. est genus medicamēti caustici cuius formulæ duæ habentur apud Scribonium Largum, ubi docet curare hæmorrhoidas. Si quando (inquit) exulceratas eminētias tollere sine ferro uoluerimus, ut verrucas, næuos, aliæque eiusdem generis, hoc medicamento, quod τρυφερά dicitur, utimur: facit enim ad omnia quæ ferro debent tolli sine magno dolore. Ex quo apparet τρυφερὸν esse medicamentum causticum & acre, & sic appellari quod non nisi delicatis hominibus conueniat, quòdque molliter & sine dolore urat & exedat.

τρυφερόν. est collyriū ἀπαλόν καὶ ἄδηνόν, ad multa utile, maximè in delicatis qui nullam mordacitatem ferre possunt. describitur à Galeno lib. 4. τῆν κῆ τόπος, & ab Aëtio lib. 7. eodem prorsus modo.

τρυφερόν. est pastillus ad hæmoptoicos utilis, descriptus ab Asclepiade, & à Galeno expositus lib. 7. τῆν κῆ τόπος.

τρυφῶνι & ἔμπλαστῶ. Tryphonis emplastrum. Tria huius authoris describuntur à Scribonio Largo, subuiride, nigrum, quod βασιλικόν dicitur, & viride, quod aliter ὀξύρορ dicit nuncupari.

τρεῶμα. nomen est Ionicum, inquit Galenus, significans quālibet corporis offensam, unde Hippocrates πῆρωδιον vocat eum qui quouis modo offensus sit.

τυλοφθῆς. callosum. Est corpus durum ex cerebri anterioris substantia durata coactum,

Etum, cerebrique ventres duos anteriores separans. Longum est, sed arctum: extremis partibus crassum est, in medio tam tenue ut pelluceat. Ex eo anteriorum cerebri ventriculorum sextum producit: quod calli instar durum sit, ita vocatum est.

τύλι dicuntur à quibusdam pili ipsi superciliarum.

τύλωμα ἦ

τύλωσις. est magna & inueterata interna palpebrarum faciei asperitas, quæ callum iam contraxit. Species est τῷ σαχμάτος, ut habetur apud Paulum lib. 3. cap. 22. Aëtius lib. 7. ex Seneto scribit esse asperitatē quæ inaequale quid habeat, durum & callosum.

τύλωμα etiam dicitur à quibusdā pars pedis inferior & carnosā quæ solum attingit, quam alij πέλωμα vocant.

τυμπανίας ἦ

τυμπανίσις. species hydropis, de quo vide ὕδρωψ.

τύειον. emplastrum sic dictum à colore purpuræ Tyriæ quem post cocturam adipiscitur.

Descriptionem eius habet Aëtius lib. 15. cap. 12.

τυρός. caseus. non aliud est quàm lac coagulatum, à quo serum omne expressum est. Non est autem omnis casei eadem natura, quod non paruum discrimen sit tum ex lacte ex quo fit, tum ab animalium ex quibus colligitur natura, tum verò à pabuli varietate, nonnihil item à præparationis modo: præterea quod alius mollior, alius durior, aut dēsior laxiorue, glutinosior aut friabilior sentitur. Sapor deinde alius salsus, alius acidus, alius acrior, alius dulcis. Inter hos qui in omnibus differētis mediocritatem seruat, præferendus est. Numerantur à Plinio varia caseorum genera, sed præstantissimus habitus fuit ὄξυγαλάκινος, qui etiam ὄξυγαλα dicebatur.

τυρέλιονον. nomen emplastri cuius sunt immēsa apud Aëtium laudes lib. 15. cap. 14. Dicitur alio nomine παμπανίας.

τυφλόν ἄπερον. cæcum intestinum. Est intestinum à ventriculo ordine quartum, primum autem crassorum, desinens quæ τῷ κώλον incipit. Principium est crassi intestini. Vbi enim tenue intestinum desinit, illinc ad dextram quidem cæcum, ad sinistram autem colon emergit dextra prius ilia præteruictum. Est autem cæcum profusū velut venter quidam crassus excrementis recipiendis appositus, cui ad portionem colon respondet. Ac cum aibus ferè omnibus cæcum intestinum duplex sit, homini tamen unicum est. Situm autem est in dextris ilibus, quod locum ibi idoneū haberet vacuum, tene scilicet dextro altius appenso. Hac quidem de cæco Galenus lib. 4. usus part. Itaque si cæcum velut venter quidam est, patet ipsum figura à reliquis differre, nec ut reliqua oblongum esse, sed planè, in modum ventriculi, rotundius. Ex qua figura efficitur, ut una tantum parte pertusum videatur, & uno foramine tanquam oculo præditum esse, ut inde veteres τυφλόν appellarint. Peruium tamen est, quodq; ad ipsum ex tenui intestino descēdit, facile in colon delabatur. Gibbosum enim cum sit, unū foramen habet à latere, cui iunguntur duo foramina duorum proximorum intestinorum, quorum uni infra, alteri supra continuum est. Id propter magnitudinem aliquando absolutè ἄπερον appellatur, ut scribit Galenus comment. 4. in lib. 6. τῷ ἐπισημῶν. quamuis alij eo nomine absolutè posito τῷ κώλον intelligi velint. Cum autem reliqua omnia intestina lactibus alligētur, solum cæcum omni vinculo solutum est, ideoque descendit in scrotum per enterocœlem.

τυφλόν ῥήμα. cæcum foramen. Est in osse lapidoso foramen per quod neruus à quinta

Kk ἦ

DEFINIT. MEDIC.

cōiugatione foras post aures excidit in musculum latum præcipuè, tùm in crotaphitas masseterasque omnes. Non tamen reuera cæcum est, ut dicitur, sed veteres anatomici sic videntur appellasse, quòd iniecto funiculo aut seta porcina exitum nõ reperirèt. Anfractuosum enim est, nec recta perforatum. Meatus autem eos & flexus natura eo in foramine molita est, quòd nervus ipse, qui per illud foramen excidit, longiore via exiccaretur atque obduresceret.

τυφομανία. sic à quibusdam medicis vocata est phreniticorum affectio, quum in somnulosum coma inciderunt, ita ut oculos tollere non possint, sed lethargicorum more semper eodem in loco permaneant, ut scribit Gal. lib. de comate.

τυφώδης πυρετός. nomen est febris continua & ardentis, non per se quidè nata & essentialis, ut vocant, sed symptomatica & à iecinoris erysipelate excitata. Vbi enim viscus id erysipelate afficitur, febrem indè ortam τυφώδη veteres appellarunt, sicut à ventriculi erysipelate λαπιελαί, & ab eo qui pulmonem infestat κρυμώδη. Sic quidem Galenus comment. in aphor. 42. lib. 7. & Aëtius lib. 5. cap. 89. Eam præterea Galenus lib. aduersus Lycum dicit esse de genere humidarum febrium, quòd à primo statim die aegroti sudent, sudorèque ipso aut parum aut nullo modo leuentur.

I O. GORRAEI PARISIENSIS

DEFINITIONVM MEDICARVM

T O. γ.



ἡκινδός. hyacinthus. folia habet bulbi, caulem dodrātalem, minimo digito tenuiorem, herbacei coloris, comam procumbentē, florum purpureorū plenam, incuruam, radicem bulbeam. Radix siccat primo ordine, refrigerat secundo.

ὑάκινθος, dictū est à quibusdā τὸ δελφίνιον, ut Dios. anthor est.

ἰάκινθος. gemma purpurea, nitore diluto, qui primo quoque aspectu gratus euanesceat, ut scribit Plinius, antequam satiet, adeoque non implet oculos, ut penè non attingat, marcescens celerius nominis sui flore. Est autem duplex, nigrior qui mas est, candidior qui fæmina.

ἰαλαδὴς ὑγρὸν. vitreus humor. Est humor oculi à tergo crystallini humoris situs, vitro fuso similis. Hic non ambit uniuersum crystallinum, sed dimidium tātum posteriore parte, ut qui eius diametrum non excedat, qui à dextra eius parte in sinistram ducitur. In eum usum à natura comparatus est, ut crystallino humori alimento esset, eamque ob causam inter eum & sanguinem propè medius factus, ut qui quantò crassior & candidior sanguine est, tantò à crystallino humore humiditate & candore relinquatur. Hic enim perfectè albus est & mediocriter durus. Vitreus verò humidus quidem est, instar vitri cuiusdam, à quo nomen habet, igne liquefacti, & tam albus quàm cum minimum nigri multo albo permistum est. Sed cum neutri horum humorum vena insit, per diadosim crystallinus à vitreo, & vitreus à tunica ipsum ambiente quam ἀμυδελυσσοῦσθι vocant nutritur, quæ nõ est aliud quàm nerui optici

optici substantia in mucum cerebro similem soluta.

ἰαλός. dicitur à quibusdam succini species fulvi & vitri instar pellucidi. vide ἰλεκζορ. ἰβωρα. ciruamen. Vox generalis est apud Hippocrat. significans omnem vertebratum euerfionem præter naturam, ut annotat Galenus comment. 3. ἐς τὸ πᾶσι ἄρθρω.

ἰγείδιον. nomen est collyrii quod ad Ammonii authorem quidam referunt. Eius descriptio habetur & apud Paulum lib. 6. & apud Aëtiū lib. 7. Paulus lib. 3. ca. 22. eo utitur πῶς ἑωπίους, vimq; illi tribuit rumpendi vomica & vehementius expurgadi.

ἰγυῖα. pars est medicinae, cui tuenda sanitatis cura incumbit. Ea ceteras dignitate antecellit, duobusque summis præceptis continetur. Optimè valentia corpora similibus conservanda esse: quæ parum ab optima constitutione desciscunt, aut quodammodo ad neutrum statum accedunt, modico contrariorum usu esse reuocanda ad mediocritatem. Itaque ad eam pertinent aëris, cibi, potus, exercitationum, somni, vigiliariū, excretionum atque affectuum animi discrimina, de quibus Galenus cum in libris de sanitate tuenda, tum in libris de alimentorum facultatibus, & boni malique succi cibis copiosissime differuit.

ἰγυῖα. liquida, siue

ἰγυῖα ἢ ἐκ τῆν κεραιῶν. dicta est veteribus resina pinea quæ liquida esset. Eius enim duas differentias, unam fricæ tostæque, alteram liquidæ siue humidæ, φρυκτῆς & ἰγυῖας nominibus, citra resinæ adiectionem designabant κατ' ἰσοχίην, quod pinea resina, ut ait Dioscorides, omnium præstantissima haberetur, vel quod esset omnium maximè parabilis, ut ait Galenus. Ceterum humidæ in Græciam apportabatur fistilibus & dolis (unde ἢ τῆν κεραιῶν ἰγυῖα dicta est) ex Colophone, & Gallia, & Tyrrhenia, viresque habuit non valdè à terebinthina differentes, Galeno illam pro hac substituente lib. meth. med. sexto his verbis, καὶ μάλιστα ὁ μὴ παρούσης τερμινθίνης, ἢ τ' ἐκ τῆν κεραιῶν ἰγυῖα καὶ ἢ φρυκτῆ καλῶς αἰ μελοῖσι. item lib. 4. sanit. tuenda, ἀρῶν δὲ ἑνὶ τῶν, ἢ τοὶ πᾶσι ἐκ τῆν κεραιῶν μεγνώων πιτυίνῳ, ἢ ὁ πᾶσι φρυκτῆρ ὀνομαζομένην.

ἰγροκαλλυεῖον. est collyriū ex humidis medicamentis magna ex parte constans, cuiusmodi sunt mel, opobalsamum, oleum, succi herbarum, fel animalium, liquor Cyrenæicus, & alia eiusdem generis. Inter quæ tamen etiam pleraque sicca medicamenta amixta reperias apud medicos veteres, ob quæ tamen ἰγροκαλλυεῖον nomen nō amittit, propterea quod à præpollente materia denominationem sortitur. Sed quæ tamen sicca miscentur, non multum diuersas à prædicta materia vires habent: sunt enim moderatiora, veluti myrrha, thus, crocum, galbanum & alia huiusmodi quæ cutem rarefacere, crassitiem humorum & spiritus tenuare, humorem noxium discutere, & partibus robur addere possunt. Eorum plures sunt compositiones à veteribus celebratæ, quæ ab Aëtio describuntur lib. 7. vide καλλυεῖον.

ἰγρόμυρον. compositio est unguenti humidum odorati. Habetur apud Aëtium lib. 16. cap. 114.

ἰγρός πυρετός. humidæ febris, in qua ægri à primo statim die sudant, sed sudore aut parum aut nullo modo leuantur. Huic opposita est febris sicca, cui sitis vehemens, lingua arida, cutis dura in modum corii, & squalor plurimus toto corpore, ut scribit Galenus lib. aduersus Lycum.

ἰδαῖς. aquila. Est pinguedinis superiori palpebræ substratæ extrema parte incrementum. Nam cum palpebra superior duabus membranis constet, quas ἢ πᾶσι & reuertens creat, earum medium viscosa quædam atque unctiosa occupant, quæ palpebras alio-

DEFINIT. MEDIC.

qui siccas sua pinguedine emolliant. Pinguis autem ea substantia palpebrae cuti naturaliter substrata in aliquibus, & praesertim pueris, ceu natura humidioribus, au-
 gescent supra modum ὑδατῶδες parit, quae oculum pondere suo grauans, fluxionem in
 eo excitat, facitque ut ab oculis humor praeter naturam stiller. Palpebrae igitur hoc
 vitio detentis infra supercilia aquam intercutem representant, nec sursum attolli
 possunt: si vero digitis ipsas deprimamus, inde digitos, quod medium intercedit, in-
 flatur. Horis autem antelucanis potissimum defluxione tentantur, neque contra solis
 splendores cernere sustinent, sed illacrymāt, continuisq; lippitudinibus infestantur.
 Si magna ὑδατῶδες est, nō nisi manu curatur: quae parua est, siccantibus remediis inuatur.
 ἰδατῶδες. aqueum. Id dicitur quod aquae modo insipidum est. Est autem saporis diffe-
 rentia quem aquosus humor admixtus rebus inducit. Est autem is valde obscurus,
 & velut aqua ipsa in medio saporum omnium. Itaque eum qui calamis viridibus
 inest & gramini, non recte aqueum velut ex antiquis nonnulli, sed dulcem apellan-
 dum esse Galenus cēset lib. 4. simpl. med. Qui enim verē aqueus est, perinde atque
 aqua ferē ἀπὸ τοῦ ὕδατος est. Ob id quaecunque acria, acida, austera, vel salsa sunt, aqueis
 comode admiscuntur, si modo in cibos admitti debent & suauia sunt futura. Siqui-
 dem aquei admixtio qualitates omnes exoluit. Sunt autem haec ferē aquei vires: om-
 nia aequaliter penetrat & peruadit, pauci alimenti est, stomachum offendit.

Dicitur & alia significatione aqueum id quod à mediocritate sui generis
 deficiens ad aquam proximè accedit, ut in vinis id quod imbecillimum est &
 minimam sustinet aquae mistionem, quod Hippocrates ὀλιγοφόρον nominauit: &
 in urinis alba & valde tenuis: & in humoribus qui plurimum feri habent. Est
 enim certum non ab aquae sapore, sed ab aliis aquae qualitatibus eiusmodi omnia
 aquea nuncupari.

ἰδατῶδες ἢ

ἰδατῶδες ὑγρόν. aqueus humor. Vnus est ex oculi humoribus, crystallinum anteriore par-
 te circundans & medium complectēs. Hic totum illud spatium, quod inter crystal-
 linum humorem & pupillam intercedit, replet, sectaeque cornea tunica primus ef-
 fluit. Cēsetur autem verus humor, ut qui aquae modo effluat & pellucidus sit. Inde
 ὑδατῶδες siue ἰδατῶδες dictus est. Alij verò ipsum ὀλοφῶδες, hoc est, ouo similem siue al-
 bugineum nuncuparūt, ut scripsit Aëtius lib. 7. cap. 1. quod magnam gerat cum oui
 humore albo & tenui similitudinem. Caterum cum eo humore permultum etiam
 spiritus inest, qui oculi tunicas ita distendit, ut nulla vsquam parte laxa aut corru-
 gata videantur. Magno vsui est, non modò replens spatium inter corneam & cry-
 stallinum medium, sed vetans etiam ne ab externo aëre & ipse crystallinus humor
 & vuae tunica exiccentur, simulq; colorum discrimina primus excipiens, ne primo
 statim eorum obiectu crystallinus percussus laederetur.

ἰδατῶδες. idem prorsus quod ὑδατῶδες.

ἰδατῶδες ἐν ἀμύδα. hydrops ad matellam. sic dicitur à quibusdam renū morbus quem ὀσ-
 τῆρω appellant, de quo vide suo loco.

ἰδατῶδες. sic dicitur à quibusdam ἢ χαμαιδαφῆν, ut habetur apud Dioscoridem.

ἰδατῶδες. argentum viuum. metallum est in argenti fodinis nascens, album, aquae
 instar liquidum, & valde mobile. Duo sunt eius genera, unum naturale, alterum
 factitium est. Naturale, ut ait Dioscorides, in argenti fodinis, cameratis earum te-

ctis

Etis pendens & in stillas concretum reperitur. De eo scripsit Plinius, in argenti venis lapidem esse, cuius vomica liquoris aeterni argentum viuum appellatur: factitium autem ex minio paratur hūc in modum, In patinam fictilem minium inditur, atque ubi diligenter luto circūlita est, accensis carbonibus superponitur: postea quae operculo adhæserit fuligo deradenda: hæc enim postquam refrigerata coierit, argentum viuum est. Natura utriusque eadem: ideò & ὑδαργυρος & utrumque à Grecis dictum, & à Latinis argentum viuum: quorum hi quidem in indendo nomine mobilitatem eius contemplati sunt, hi vero eam quam habet cum aqua similitudinem. Nomen enim ex aqua & argento ductum est, quòd argenti quidem colorem refert, nec tamen ut argentum uno loco consistat, sed aqua modo diffuat, ob id ab Aristotele ἀργός & χυτός dicitur, quod nomen Alexander Aphrodisiensis ὑδαργυροῦ interpretatur. Verum Plinius purum illud & nativum nominat argentum viuum, factitium autem illud ex minio, hydrargyrum, diuersis verbis diuersas res significari putans. Certè Dioscorides eodem nomine utrumque appellat, quòd non natura modò, sed etiam facultas utriusque par esse videatur. utrumque album, liquidum, in plano diffuens, nec per se concrescēs, quoniam plus aërea, ut ait Aristoteles, quàm aquea substantia continet. Ignem in tantum refugit, ut vase conclusum superiora petat & operculo adhæreat. Dioscorides potū vim perniciosam habere dixit, quòd suo pondere interna excedat, cuius sententiam sequutus Galenus, ipsum recenset in eorum numero quæ erodendo interimunt, nec tamen ullum se periculum virium eius fecisse prodidit. Nūc ipsum Venerea illa lues quam plerique morbū Gallicum appellant, in cuius curatione vsum aliquem præbet, notissimum reddidit. Siquidem unguentis exceptum & corpori illitum, caput & nervos petit, & pituitosas distillationes in os & gingiuas cōcitat, quas manifestò & tumefacit & exulcerat. Ceterum ex argento viuo ignis calore in altum sublato, chymistæ argentum viuum machinantur quod sublimatum appellant, argenti viui puri & atramenti sutorij æqualibus portionibus cum aceto tritis donec argentum viuum penitus disparuerit. Ex quibus conflata massa resiccatur, deinde in fictilibus patinis luto diligenter obturatis trium ferè horarū spatio coquitur, mox aufertur, & cum patinæ refrixerint, quicquid liquidi solidique in iis est eximitur, rursusque teritur, aceto subindè aspersum, & coquitur. Id quod tam sæpe fieri debet, donec omne argentū viuum in operculum sublatū ignis calore concreuerit. Id insignem erodendi vim habet, & potum non aliter quàm calx viua interficit.

ἵδρα σίμη. dicitur à quibusdam ἰκταίνης ἀγλα, sicut habetur apud Dioscoridem.

ἵδρα λαιον. aqua oleo mista: incerta autem & multiplex misturæ ratio est. Refrigerat, ideòque à Galeno ad dolores capitis ex febre, & ciendis vomitionibus conuenit si tepida detur.

ἵδρα περικίλη. hernia species composita, quando videlicet unà cum intestino aquosus humor in scrotum descenderit.

ἵδρα γουρον. garum aquosum, hoc est, garum aqua dilutū. minùs calefacit & siccatur quàm garum simplex. vide γάρου. Aëtius lib. 3. cap. 84. habet descriptionem ἵδρα γουρον καθαρκισῶ.

ἵδρα κίφαλον. est tumor capitis aquosus. Colligitur enim aliquando in capite tanta humoris copia, ut eo caput supra modum intumescat. Is ut plurimum quidem aquosus

DEFINIT. MEDIC.

est, aliquando tamen fœculentus aut sanguine dilutus. Est autem omnis piger & deses, tribusque in locis colligitur, ex quibus totidem ὑδρωματων differentia existit. Aut enim inter cutem & pericranium, aut inter cranium & pericranium, aut inter cranium & cerebri membranas coaceruatur. Addidit & veteres, inquit Aëtius, quartam differentiam, inter cerebrum & eius membranas, sed quæ nullam recipiat curationem. Multis autem de causis aqueus ille humor colligitur, quarum aliae evidentes, aliae interna sunt. Interna quidem est cum spote sua vasa capitis rarefcent, & aquosam illam substantiam, quæ sanguini mista est, in locum aliquem effundunt, unde totum caput intumescat. Externa verò evidensque causa est plaga aut contusio, non omnis quidem sed quæ infantibus præsertim ab obstetrice inferitur in puerperio, rudiùs cōtractato, appressioque eorum capite. Ob id puerulis maxime morbus hic innascitur, estque eorum proprius. Singularum eius specierum discrimina à Paulo & Aëtio explicantur.

ἰδρωματι. ramex aquosus. Est tumor aquosus corporum scrotum implicantium. Galenus in lib. de tumoribus præter naturam, scribit aquosum eum humorem in tunicis quæ testes ambiunt coaceruari: Paulus verò generalius ἐν ὅσῳ πλεονοσι τὸ ὄραρον σώμασι. Ceterum humor hic colligitur, ut Celsus ait, integris testium eiusmodi membranis, quavis iis quoque ruptis vel laxatis interdum colligi possit. Sunt autem duæ species τῆς ὑδρωματις, authore Celso. Nam vel inter tunicas is humor increfcit, vel in membranis quæ ibi circa venas & arterias sunt, ubi hæc grauatæ occalluerunt. Ac ne ei quidem humori qui inter tunicas est una sedes est. Nam modò inter summam & mediam, modò inter mediam & imam consistit. Verum Paulus hæc secundam differentiam non expressit, dixitque colligi magna ex parte in tunica erythroide circa anteriorem testiculi regionem, qua potissimum membrana illa à testiculo separatur, alibi autem rarissimè. Aliquando verò, ut idem Paulus docet, peculiari quadam tunica humor ille comprehenditur, vocantque hoc malum chirurgi ἐν ὑδρωματι, quòd in membrana supernascente, & quæ prius non erat, ille continetur, veluti atheroma quoddam aut steatoma, speciemque aliquam tertij testiculi præ se fert. Sciendum autem est non semper aquam colligi in eo morbo, sed humorem sanguineum interdum vel fœculentum. Meminit & Aëtius τῆς ὑδρωματις inter morbos mulierum. Aspasiamque authorem sequutus scribit circa pudendi alas consistere, inflationi similem, debili ac molli tumore, & aliquando alteram tantum, quandoque utramque partem occupare, & ad contactum exhibere speciem quandam fluctuantis humoris.

ἰδρωματι. aqua mulsa. aqua melle mista, sed misticionis & conditurae varia reperiuntur differentia. Alij duabus pluuiæ aquæ veteris ad unam mellis partem additis ita insolant. Alij fontanam aquam adijciunt & ad tertias partes decoquunt, & ita recondunt, aquam ad tertias decoctam pluuiali equiparantes. Alij ex aqua niuali conficiunt, ad maiorem refrigerationem: & χροιομελι appellat. Columella lib. 12. cap. 12. paranda aqua mulsa rationem apertissimè explicat his verbis, Per se facienda erit optimo melle aqua mulsa. Hæc autem non uno modo componitur. Nam quidam multos ante annos caelestem aquam vasis includunt, & sub dio in sole habent: deinde cum sæpius eam in alia vasa transfuderint & eliquauerint (nam quoties etiam per longum tempus diffunditur, aliquot crassamentum in imo simile fieri reperitur) veteris aquæ sextarium cum libra mellis miscent. Nonnulli tamen cum austriorem volunt

volunt efficere gustum, sextarium aquae cum dodrante pondo mellis diluunt, & ea portione repletam lagenam, gypsatamq; patitur per Caniculæ ortum in sole quadraginta diebus esse, tum demum in tabulatum, quod fumum accipit, reponunt: nonnulli quibus curæ non fuit cœlestem inueterare aquam, recetem sumunt, eamq; usque ad quartam partem decoquunt: deinde cum refrixerit, si dulciorem mulsam facere volunt, duobus aquae sextariis sextarium mellis permiscet, si verò austriorem, sextario aquae dodrantem mellis adiiciunt, & his portionibus factam in lagenam diffundunt, eamque, ut supra dixi, quadraginta diebus insolatam, postea in tabulatum quod suffumigatur reponunt. Hæc quidem Columella, cui non dissimilia Palladius tradidit. Sed animaduertendum est id ἰδὲ μέλι esse conditiuum & inueteratum, quodque ad usum familiæ confici & seruari consueuerat. Easdem enim quas mulsam vires possidet, & vetustate saporem vini assequitur, usumq; præstat, ætate media adynamo vino aut loræ in recreandis viribus respondens. Id propriè ἰδὲ μέλι vocari Dioscorides scripsit, itémque Plinius, qui vinum etiam appellat, propter saporis & virium similitudinem. Sola vetustate differt ἀπὸ τῆς μελιωράτου, quod aqua mulsa est subita & recens, cum utriusque eadem mistionis ratio fuisse videatur, impares autem vires & usus diuersus, id quod ex Dioscoride perspicuum est. Nec desunt, inquit Dioscorides & Columella, qui ἰδὲ μέλι appellent quod à melle elutis aqua fauis confici seruarique solet. Verum id ἀπὸ μέλι est, de quo supra suo loco. ἰδὲ μάλου. hydromalum. Genus potionis est sic dicta à malis cotoneis quæ Græci μήλα vocant. Sed non una conficiendi ratio traditur. Dioscorides fieri dicit duabus mensuris aquae coctæ & sub Caniculæ sydus insolatæ, additis ad unam melomelitis facti ex cotoneis. Oribasius parari scribit succi cydoniorum sextariis quatuor, mellis octo, aquae duodecim simul mistis & insolatis sub Canicula. Paulus duas habet compositiones, unam quæ recipit succi cotoneorum exemptis nucleis contusorum sextarios duos, mellis tres, aquae quatuor: incoquantur despumando ad tertias. Alteram verò quæ fit hoc modo: malorum cotoneorum frustulatim incisorum nucleis ablatis pondo quinque, in aquae fontanæ sextariis decem coquuntur dum intabescant, deinde refrigerata eximuntur, expressoque succo proiiciuntur, aqua modo dimidia mellis mensura temperatur, iterumque incoquitur despumando, quoad octaua portio absumpta fuerit. Aëtius cydonia contudit, & colati succi sextario adiicit mellis sextarios duos, aquae pluuie ad tertias coctæ sextarios tres, sed eo ordine, ut primùm aquam decoquat, deinde mel adiiciat, cumque simul efferbuerint spumaque omnis adempta fuerit, & ab igne semota refrigerari cœperint, malorum succum adiiciat. Postea fictilibus excipit, oblinat, & in cella vinaria reponit, eoque utitur post dies quadraginta. Paulus monet etiam ex malis dulcibus à quibusdam parari, Aëtius verò ex crustuminis quoque & aliis pyrorum generibus, & quandoque etiam rosas ammisceri resectis unguibus, inque eo per noctem & diem macerari, deinde excolatum asseruari, nec accessere. Cæterum propriè dictum ἰδὲ μάλου refrigerat, adstringit, prodest stomacho, dysenteria, hepaticis, renū vitiis & urinae difficultatibus. ἰδὲ μάλου. est superuacui humoris circa umbilicum collectio. Continentur interdum humor hic sub umbilico, indeque in tumorem attollitur.

ἰδὲ ρόδινου. aqua rosaceo oleo mista. Sumpta refrigerat ciētq; vomitionem. Datur à Galeno iis qui pharmaca deleteria hauserunt, si post vomitus ventriculus videatur vri.

DEFINIT. MEDIC.

ἰδ' Ἐρῶσαι τῶν. potio est ex rosis facta. Conficitur autem apud Paulum ex libris IIII. rosarū à quibus ungues fuerint exempti, aquæ sextariis V. mellis sextariis II. Aliter Oribasius, miscens mellis optimi libras XXX. foliorum rosarum libras X. aquæ fontanae libras LX. Coquit aquā donec ferueat, & exempto ab igni vase rosas iniicit, tum vas occludit donec perfectè cocta sint, postea defacatis rosis mel seorsum coctū despumatumque earum decocto infundit. Aëcius in eo cōficiendo aquæ pluuia sextarios IX. coquit donec tres supersint, in quos rosarum per diem noctemque præsiccatarum libram unam coniicit, & vas pluribus operimentis probè contactum asseruat. Sequenti die aquam excolat, & rosas non expressas abiicit, & mel in mortario contritum aquæ immiscet, totūque fictilibus vasis recētibus crudis que exceptum, paucorum dierum spatio insolat, & in cella vinaria reponit. Hoc multo efficacius quàm mel rosaceum frigefacere scribit. Sed omnium delicatissimè Actuarius ἰδ' Ἐρῶσαι τῶν cōponit, aquæ libris X. Sacchari libris V. Coquit donec spissa euadāt, deinde addit succi rosarum libram unam. Sic febribus apprimè utile esse scribit.

ἰδ' Ἐφοβία ἡ

ἰδ' Ἐφοβία. aqua metus. Symptoma est morsus rabiosi canis. Aliis statim, aliis quadragesimo die, aliis etiam seriùs superuenit. sed nemo eorum qui à rabioso cane demorsi fuerint immunis ab ea affectione est, qui neglexerit aut malè subierit curationem, idque maximè si corpore fuerit cacochymo & melancholico. Instantium autè aquam (nec eam modò ut fertur, sed omne etiam liquoris genus) metuunt, ut ea visa animo vehementissimè perturbentur. Res quidem admiratione digna, cum ita affecti canibus ferè similes euadant non modò rabie, latratibus & morsibus æquè pestiferis, quibus obuiam factos petunt, sed calida etiam siccaque intemperie & siti. Huius causas qui inuestigarunt existimant eos aquam tantoperè auersari, quòd in ea, tanquam in speculo, intueantur se rubenti facie, toruis oculis, & supra humanū morem efferatis. Vnde non aquam modò, sed quicquid etiam pellucidum est abhorret. Alij dicunt fieri in iis hydrophobiam quòd canis à quo demorsi sunt, imaginem in aqua cernere sibi videantur. Nam, ut fertur, cum philosophus quidam eo affectu laboraret, & falsò sicut ceteris, canis species ante oculos obuersaretur, & propterea à bibendo deterreretur, animū fortiter recolligens, secumque reputans quàm absurdum sit canem in balneo versari, aquam intrepidè bibisset, sitimque expleisset, curationè est consequutus. Alij metum aquæ gigni docèt ex immodica siccitate, quasi in contrarium habitum mutata penitus humida eorum substantia. Sunt qui vanam esse huius rei causæ inquisitionem dicant, ipsamque ἰδ' Ἐφοβία nihil aliud esse quàm insaniam ex atra bile genus. Est enim magna huius veneni cum eo humore similitudo, notumque est valdè differentes esse melancholiam differentias, cumque omnium melancholicorum communis sit metus, alios tamen alia timere.

ἰδ' Ἐρῶσαι τῶν. morbus est in tumorum genere præter naturam. Verùm tumor aliàs totius corporis est, interdum autem ventris. Ille perpetuò ab humore, hic etiam aliquando à flatu excitatur. Quòd sit ut triplex sit omnis hydrops. Alius enim fit humore per totū corpus effuso, qui ἀνασάρκω, & ὑποσάρκωδι, & σαρκίτις, & λυσιφλεγματίας dicitur: alius solo ventre aqua distento, qui ἀσπίτις: alius verò solo ventre flatu pleno & tumente, qui τυμπανίτις siue τυμπανίτις appellatur. Sed omnium quidem communia ferè sunt ista, quòd iecinore vehementer refrigerato oriantur, sintq; deprauata sanguificatio

guificationis symptomata siue primario propter phlegmonem, aut schirru, aut aliud vitium iecur male affectum sit, siue lege consortij quod illi cum aliis partibus intercedit, quodque omnis à cachexia initium sumat. Fieri quidem non potest ut hydrops ullus citra hepatis refrigerationem gignatur, id quod illi contingit tum per se, tum etiam liene aut ventriculo refrigerato. Compatitur praeterea aluo & intestinis, maxime ieiuno, pulmone, renibus, & septo transverso. Sed & immodica per haemorrhoidas, aut uterum, aut dysenteriam sanguinis vacuatio hydropem gignit, sicut & consueta vacuationis suppressio. His enim de causis refrigeratur hepar, post vero aliquando & durum fit. Quamuis autem frigida intemperies hydropem pariat, omnes tamen hydropici & febricitant & sitiunt, quod humor circum viscera deses nec per flatum falsedinem putredinemque colligat. Sed febris quamuis assidua, lenta tamen est, cum pulsu paruo. Ad haec omnes spirandi difficultatem, tumorem, gravitatem, colorem vitiosum, cibi que fastidium incurrunt. Ceterum tres illae hydropis species manifestis ab inuicem distinguuntur differentiis. *ἰνασάρκω* toto corpore ex aequo tumet, redditque corpus laxum, pallidum & emortuo simile, & si digitum in carnem paulo altius adegeris, cavitatem ibi impressam diutissime retinet. Causam habet proximam aquosum humorem, partim à iecinore manantem, partim à tota carne corporis veluti in aquam resoluta. *ἀσκήτος* est abdominis ab aquoso humore distentio. Colligitur ille inter peritonaeum & intestina veluti in utre quodam, unde morbo nomen. Habet autem non nihil spiritus secum admistum, in eo cum venter supra modum intumescat, reliquum corpus alimentum non sentit & consumitur. Aliquando tamen inualecente morbo tumor ad femora usque procedit, & pedes scrotumque inuadit. Occupat nonnunquam & thoracem, id quod fit non tam ex propria ascitis ratione, quam ex complicatione hydropis anasarca cum eo. Haec enim iam sunt illius rudimenta. Sed qua ratione humor eo loco colligatur, video dubitari. Mihi quidem videtur is & à iecinore & ab intestinis & ab omento reliquisque partibus non nisi aquam loco sanguinis habentibus in eam capacitatem exudare & sensim colligi, quod non debet magis mirum videri quam eius humoris portionem nonnunquam in femora & in pedes, maxime post inambulationem, interdum in scrotum, veluti cuniculis sibi inuisitatum viam parare, & nonnunquam in thoracis spatium atque in uterum irrepere. *τυμπανικός* abdomen multo flatu distendit, non tamen sine ullo prorsus humore, cuius etiam aliquid omnino remissum est. Initio inflationis cuiusdam species tantum apparet, postea vero flatu inspissatur & veluti nubilus euadit, unaque cum flatu humor etiam quodammodo nubilosus coaceruatur. Totus venter circumquaque tensus est, & percussus tympani modo sonat. Hic hydrops ab Hippocrate siccus nominatur. Omnium autem periculosissimus perhibetur à Graecis medicis, quod, ut arbitror, maior iecinoris siccitas eum pariat, quae imbecillima omnino qualitate tollenda curandaque venit. Auicenna vero nescio quam rationem sequutus ascitem ceteris periculosiorem esse pronunciauit.

ῥόδω. aqua. Est corpus simplex omnium humidissimum & frigidissimum: (nec tamen aqua, uti nec aliud ullum elementum, ita simplex est ut adamusim sincera sit, sed ad sensum duntaxat comparata) tam enim pura est, ut nemo alterius cuiusvis rei misturam in ea deprehendat. Ac cum aqua quidem simpliciter dicitur, eam intelligere oportet quae reuera dulcis est, & quam *ἄκμιον* Graeci appellant, hoc est, quae nec gu-

DEFINIT. MEDIC.

*Stu nec olfactu alienā ullam qualitatem præ se fert, scilicet quæ nec dulcis, nec sal-
 sa, nec acida, nec acris, nec malè olens, nec putris, nec alio quouis modo insuavis est,
 sed omnis penitus qualitatis est expers, & omnis alterius rei mixtione caret, quæ gu-
 stu aut olfactu deprehēdi possit. Est autem etiam pellucida, minimèque cœnosa, sed
 veluti diligentissimè colata, & ab omnibus quæ innatare solēt ramētis libera. Hu-
 iusmodi igitur aqua secundum naturam suam humida frigidàque est, & potui iu-
 cundissima, atque omnium gustabilium qualitatum media & veluti regula: facile
 coquitur, non obstruit viscera, sed per ea celeriter trāsīt atque in uniuersum corpus
 distribuitur, & quia dulcis est, nullàque qualitate maligna prædita, non potest esse
 insalubris. Eius documentum nobis dedit Hippocrates, scribens aquam quæ citò
 calefit & rursus citò refrigeratur leuissimam esse, leuitatem quidem non pondere
 æstimans, sed partiū potiùs tenuitate, quòdque in seipsam contrarias qualitates fa-
 cile recipiat. Siquidem aqua quemadmodum & cibus, quantò facilius alterari po-
 test, tantò habetur præstantior. Talis autem aqua sicut citò alteratur, ita si quid in
 ea calefiat citò calefit, si quid incoquitur, citò coquitur: in qua enim tardiùs aliquid
 coquitur, crassa, frigida crudàque est, & in præcordiis diutissimè moratur, & flu-
 ctuationes excitat, & in flatum mutatur & corrumpitur, & ita ventriculi robur
 dissoluit, ut deterius proinde concoquat, sed nec digerendo per corpus alimento ali-
 quid magnoperè conducit, diciturque à veteribus ἀπεραινωρ sive ἀπεραινωρ ὕδωρ, hoc
 est, indomita atque incoctilis aqua, perinde atque ipsa legumina quæ difficulter eli-
 xantur. Aqua igitur quæ ἀποίος & tenuis est aqua propriè & simpliciter nuncupa-
 tur, omni vitio carens à quo aliæ non sunt immunes. Sūt autem aquarum duæ sum-
 mæ differentiæ, una potabilium, altera earum quæ bibi non possunt. Earum quæ bi-
 buntur quinque sunt in uniuersum species, ὄμβρος, πηγαῖον, φρεάτιον, ποταμῖον, λιμναῖον,
 hoc est, pluuia, fontana, putealis, fluuialis, palustris. Est autem aqua pluuia auctore
 Hippocrate lib. de aère, locis & aquis, leuissima, dulcissima, clarissima & tenuissi-
 ma, quòd quicquid leuissimum tenuissimumque est à sole sursum trahitur. Attrahit
 autem sol non ex aquis modò, sed ex aliis etiam corporibus. Quo fit ut ea aqua om-
 nium facillimè putrescat, ut quæ differentibus admodum qualitibus prædita sit:
 nec tamen propterea damnanda venit. Siquidem promptè alterabile esse plus habet
 laudis quàm vitij, si modò non desint alia bonæ aquæ indicia quæ paulò antè expli-
 caui. Est autem statim ut decidit excipienda colandàque. Galenus tamen lib. 4. sa-
 nitatis tuendæ apertè scripsit se aquam pluuiam non probare, sed fontanā præferre,
 nisi quis velit id Galeni dictum non ad quemlibet aquæ pluuiæ vsum, sed ad solius
 apomelitis confectionem referendum esse, quod præter cæteras dotes extergendi,
 urinas mouendi, & biliosa per aluum deiiciendi facultatem habere debet. At verò
 aqua pluuia neque extergit, neque cōcoquit: modicè autem adstringit atque excre-
 tiones cohibet: eadem etiam facile in bilem vertitur. Sunt autem aquæ pluuiæ tres
 differentiæ, ut habetur apud Hippocr. lib. 4. τὴν ὑπὸ δριμύτη, διεύωρ, βρογλικῶν, λαλα-
 πῶδες, id est, æstiuæ, tonitrualis & procellosa. Harum æstiuam cæteris præfert, quòd,
 ut annotat Galenus, humor per æstatem calore attenuatus, & in halitus inuisibiles
 dissipatus, atque iccirco clam nobis in aërem subuolans, ac deinde propter mediæ re-
 gionis frigiditatem, ventòsque resistentes & densatum aërem iterum crasse scēs eam
 pariat. Id quoniam æstate contingit, cuius mediam partem ὄρεω καὶ ἰσορῆμ veteres
 nuncupa-*

nuncupabant, ὡρεῖται ὕδατος, aqua eo tempore delapsa, ab Hippocrate appellatur, quo nomine idem quod Δεινὸν significat. Secundum eam τρυφῶν, id est, tonitru excussa aqua habetur, quia per tonitru nubes impelluntur, colliduntur inter se, ignis & fulmina emicant, unde tenuior & leuior aqua redditur. Quorum nullum quia in nimbofa aqua inest, ideo eam malam esse Hippocrates asseueravit: siquidem eo cœli statu una continua atraque nubes totum aërem occupat, quæ nec concurrit & decertat cum aliis nubibus, nec aërem calidum intra se inclusum continet.

πηγαῖον, hoc est, fontana, optima est iis qualitatibus quas initio exposui prædita, præsertim cuius fons ad orientem solem erumpit, quæq; per meatum aliquem mundum aut purâ colatur terram: sicut è contrario mala est, agrè concoquitur tardiq; transitus est, cuius fons è petra scaturiens contra septentrionem fluit, solémq; auersum habet.

Φεράιον, hoc est, putealis, frigida, crassa, terreaque est, difficulter excernitur, & agrè digeritur.

ποταμίον, siue ποταμιαῖον, id est, fluuiatilis, omnis perhibetur mala, excepta Nili aqua, quam omnibus bonæ aquæ dotibus insignitâ esse veteres commemorât, cum aliorum fluuiorum aquæ agrè concoquantur, siccent & siticulosa sint, nisi fluuij ipsi per fontes perpetuos fluant, & aliis fluuiis non misceantur.

λίμνιαῖον autem, hoc est, palustris aqua, quoniam cœnoso in alueo continetur, limosa & grauis est, & quia non agitur, velut mortua & semiputris. Possunt tamen in melioris aquæ inopia vitia hæc coctione emendari, sicut Galenus docuit comment. 4. in lib. 6. τῆν ὑδατιμῶν.

His addi possunt τὰ ἀπὸ κρυσεῖλλου καὶ χιονῶ, id est, aquæ à glacie & niue manâtes, quas deterrimas esse Hippocrates eodem libro scriptum reliquit. Cum enim, inquit ille, semel concreta fuerint, non amplius in pristinam naturam redeunt: sed quod in iis clarum, leue, dulcèque est excernitur & dissipatur, quod verò graue & turbidum est, relinquitur. Cuius rei hoc argumentum est, quòd si aquâ certo pondere frigore exposueris & postridie congelatam calido in loco reposueris quo liquefcat, eam ubi liquata fuerit multo pauciorẽ reperies. Quæ verò bibi non possunt aquæ multorũ generum sunt: θαλάσσιον, συγγειωδὲς, ἀσφαλτῶδες, χαλκαῖον, θωδὲς, κρῶδες, θειωδὲς, hoc est, marina, aluminosa, bituminosa, atramentosa, nitrosa, sulphurea. Harum marina propter salsedinem bibi non potest, atque si bibatur non concoquitur, hæret præcordis, incendit viscera, sitim ingentem excitat. Neque enim veluti aqua dulcis frigida humidaque est & partium tenuium, sed tantum ab ea distat, quanto plus salis habuerit, eam enim ob causam aqua maris mortui longius recedit à facultatibus aquæ dulcis quàm aqua marina, quòd multo plus salis contineat.

Similiter de reliquis aquarum differentiis iudicandũ est, quæ pro mistionis qualitate & modo plus minusue à facultatibus aquæ dulcis & potabilis recedunt, nouasque comparant. Siquidem aqua per loca aluminis, bituminis, atramenti sutorij, nitri sulphurisque plena permeas, huiusmodi substantiæ aliquid abstergit secumq; trahit, à quo ipsa inficitur, & natiuis qualitatibus exuta alienas acquirit. Quamuis autem hæc omnes aquæ bibi non possint, sunt tamen magni in medicina vsus, siue siccandum, siue calefaciendum, siue etiam adstringendum est, ut in singularum rerum explicatione videre licet.

ἰμῶν. membrana. Est pars corporis simplex, alba, neruosa, lata, plana, valida, tenuis fa-

DEFINIT. MEDIC.

ciléque dilatabilis. Hanc Græci nunc ὑμῖα, nunc χιτῶνα, nunc μῶνιγγα indifferentes appellāt. Res enim eadem est, sed rationes diuersæ. Nam cū partem aliquam vestit χιτῶν, cū cerebrum foris integit, μῶνιγγα, alias ὑμῶν dicitur. Est autem omnium corporis membranarum amplissima cutis, partium subiectarum tegumentum, munitum, ornamentum, quanquam composita sit ex neruo, carne, venulis, & alicubi arterioliis, sed ante cutim ἰδιόθεν sensu destituta, ex cutis excremento producta & tota cuti supertensa. Præter hanc autem singuli etiā muscoli suas habent membranas siue tunicas, ex neruorum tunica exortas, aut etiam ex periostiiis ligamenta in musculos deducuntibus. habet & cranium membranam suam dictam μενιγγίτιον, quæ ex meninge crassa conflata totum craniū ambit. Insunt & oculis suæ membrana, ἰδιόθεν περιουῖα, κερὰ τοῦ ὀφθαλμοῦ καὶ χοροειδοῦς siue ἔαροειδοῦς, ex cerebri meningibus efformata: ad hæc ἀμυγδαλοειδοῦς, & quinta cædidissima, humorem crystallinum vndique ambiens. Habet & palatum & os suam à neruo quartæ coniugationis contextam. Habent & fauces & epiglottis & larynx & aspera arteria suam, cum interna œsophagi & ventriculi tunica continuam, tenuem, densam modicéque siccā, villis rectis constantem. Habet & tota rhachitis productam ab utraque meninge. Spondyli verò ex seipsis membranam tertiam habent crassissimam, ex ipsorum ligamentis natam, qua aduersus omnes iniurias communiuntur. Similiter & ossa reliqua membranā suam vel ex suis ligamentis producant, vel ex pericranio huc vsq; continuato, à quo etiam ὑπερωσθῆς & ὀδοντοῦς proficisci possunt videri. Habent verò & proprias membranas singula viscera, quas & tunicas appellare licet. Sunt autem & in membranarum numero ὑμῶν, quæ pudēdo muliebri inest, & χροῖον & ἀμνίον & ἀλλοιωσθῆς, & præterea in toto corpore quàm plurimæ. Ex mēbranis autem quedam villos habent, ut venarum, arteriarum, œsophagi, ventriculi, intestinorum, uteri, ambarum vesicarum tunica propria, cutis, membrana carnosæ, tunica interna asperæ arteriæ, epiphyses membranarum in orificiis vasorum cordis, tunica tertia & extrema rhachitidis: & harum quidem villorum genus unum longum, transversum, obliquum, vel solum habent vel præcipuum, quedam duo, alia etiam tria. Aliæ verò villis carent suntque in omnem partem papyri modo diuiduæ & simplices & vndequaq; araneis figura similes ut meninges, pericranios, periostios, subcostalis, peritonæos, & quæ ab his duabus plurimæ nascuntur, & quæ tres fœtui sunt destinatæ, licet harum non pauca colligentur tum sibi tum vicinis partibus per villos: quedam aut membranosa ligamenta tum cuti tum intercedēti passim adipi, tum musculis, tum partibus aliis subiectis. Quin & ipsa membrana alicubi carnosæ magis effecta sit musculus, ut in musculo colli totius & faciei lato.

ἰοφθῆς. est os bicornè pluribus ossiculis contextum, in similitudinem literæ v, ad radicem linguæ situm. Nomen habet ab hac similitudine, à qua etiam quibusdam dicitur ὑψιλαθῆς. Sunt etiam qui λαμβδῶδες appellant, communi cum capitis sutura nomine, à litera λ, quæ inuersa non est valde dissimilis ab υ psilo. firmamētum est musculorum linguæ & laryngis. Os namque eius maximum, quod totius ossis velut basis est, anteriore parte ad securitatem gibbum est, posteriore linguam spectante cauum, ad continendum. Huic autem alia duo utrinque ossicula, velut duo cornua, ununtur, vnum breuius & inferius, osse unico constans, in thyreoidis (est autem laryngis chartilago) apophysim prælongam inserto: alterum gracilius, longius, rotundius, ossiculis

ficulis tribus vel quatuor colligatis inuicem, ad styloidis radicem ascendentibus cōflatum. Quo loco quibusdam præsertim mulieribus ligamenta sunt tantum sine ossiculis, ab osse hyoide ad styloides ascendentia. Est autem os hyoides quadrupedibus multum diuersum ab humano.

ἰοσκύαμος. Apollinaris herba & altercum, ut ait Scribonius Largus. frutex est caulibus crassis, foliis latis, oblongis, cōcis, nigris. flores emittit è latere caulis, ordine prodeūtes, tanquam puniceorum cytinis, scutulis septos, seminum plenis ut papaueris. Tria huius genera: unum floribus penè purpureis, folio smilacis, nigro semine, cytinis duriusculis & spinosis: alterum floribus effigie mali, semine subflauo, ut irionis, floribus luteis, foliis & folliculis simplicioribus. Ambo insaniam, capitis vertigines & soporem gignunt, ideò in communi usu damnantur. Tertium genus, ut quod mitissimum esset, medici recepere, pingue, lanuginosum, molle, candidi floris seminisque, in maritimis rudibusque nascens. Cuius occasio si non adsit, rufum & surpari oportet: nigrum, ut deterrimum, improbat. ἰοσκύαμος Græci vocant, quasi fabam suillam, quod pastu huius herbae resoluantur & conuellantur aprè, ut prodit Ælianus. Illi vis est refrigerandi ad tertium usque gradum.

ἰπλάκων. est instrumentum chirurgicum quo significatur id omne quo ad illinendum utimur, qualia sunt specillum, spathe, & quod ἰπλάκων dicitur, quæ omnia in summo capitulum habent rotundum. Annotauit Galenus comment. 2. ἐς τὸ πρῶτον ἀρθερον.

ἰπλάκων ἢ ἰπλάκων. succingens membrana seu tunica: utranque enim sortitur appellationem, sed membrana quidem ab essentia, tunica uerò ab usu nūcupatur. Siquidem aranea modo prætennis, ac ex toto sibi similis, costas succingit: indumentum uerò est, ceu tunica quædam omnium spirationis instrumentorum. Siquidem costas omnes, musculos intercostales internos, phrenas, sternum subungit & subtegit, & tunicam largitur pulmone, aspera arteria, uti & œsophago, externam pericardio, arteria magna ascendenti & descendenti, & uena cava ascendenti, quoadiu scilicet uasa hæc per thoracem feruntur. similiter quoque neruis tum à collo in phrenas, tum à cerebro in ventrem infernum descendentibus. Est autem ea tunica gemina, dextra ac sinistra, & utraque dum sibi in medio thorace cōtigua est, coherens & unita à mediis thoracis spōdyliis ad medium sternum fertur, thoracemque in duas partes æquales, dextram ac sinistram, diuidit, ceu diaphragma quoddam & paries medianus. Quæ autem costas succingit simplex non est, sed connata periosstio costas ambienti, ut alia ossa vestire solet. Oritur autem utraque succingens tunica à ligamentis spondylo-rum thoracis, & mox parte sui altera inuicem connectuntur, & per thoracem medium, quem, ut dixi, in duo æqua diuidunt, feruntur ad sterni medium: inde uerò utraque ad suas costas & suam originem recuruat, & utris speciem refert. Verum eam aliqui à pericranio huc usque continuato exoriri uolunt, inter quos fuit Herodotus in lib. qui dicitur medicus, ut annotauit Galenus comment. in lib. 6. τὸ ἰπλάκων. Venas & arterias ab azygo, arteria magna, mammalibus & phrenicis uasis parte sui his propinqua recipit: neruos autem à partibus dorsalibus quidem quæ costas tegunt, phrenicis uerò quæ phrenas, septis è cerebro ortis cætera. Dicitur alio nomine à quibusdam ἰπλάκων.

ἰπλάκων. Hippocrates sc̄c appellauit τὸν ἰπλάκων Aphor. 14. lib. 1. suū sequens dogma, & omnium ferè nobilissimorum Philisophorum, qui eorum, quæ animalia consti-

DEFINIT. MEDIC.

tuunt, elementorum ignem maximè vitæ esse causam existimarunt, sicut Galenus in comment. annotavit.

ἰπὸ δινύρ. frutex ferulaceus, dodrantalis, rubens, folio ruta, flore albæ violæ, luteo, qui digitis tritus sanguineum succum remittit, ex quo ἀνδρῶσπις cognominatur. subhirsuta illi siliqua & tereti hordei magnitudine, semine intus nigro, resinosi odoris. vulgò herbam sancti Ioannis appellant.

ἰπὸ πικρῶσπις. est purgatio immodica ex medicamento. In causa est vis nimia medicamenti, quod vasa ad ventrem attinentia mordens & aperiens, & continenter irritans atque cœnellens corpora, vasorū vires dissolvit. Sed cū initio vasa modicè pateat, nec multū imbecilla sint, non nisi quod tenuissimū est minimèque naturæ familiare excernitur. Tandē verò vasis tūm multū dehiscētibz, tūm imbecillioribus redditis succedit eorū vacuatio quæ sunt naturæ charissima. Quamobrē flava bilis primò, deinde pituita, demū atra bilis, postremò sanguis, quem natura habet familiarissimū excernitur, primū quidem tenuissimus, deinde verò crassissimus. Itaque medicamento dato pituitam ducente, si immodica fiat purgatio, primū flava bilis, mox atra, ultimo loco sanguis excernitur. Si verò quod flavam bilem ducat exhibitum sit, pituita sequetur, tertia atra bilis, quartus tandem sanguis. Quòd si medicamentum datum sit atram bilem purgans, eam quidem primū vacuabit, deinde flavam, postea pituitam, postremo sanguinem, tāquam ex inanimis iam vasculis effluentem. Cū enim ea non ampliùs in se continere alios succos præ imbecillitate possunt, eorum verò ora aperta fuerint, nec irritare medicamentum desinat, nec familiarem præterea succū possit attrahere, necesse est reliquos eo ordine quem diximus, excerni.

ἰπὸ σαρκοῦσις. carnis excrementa. Est carnis inutile incrementum in quacunque corporis parte. Neque enim in ulceribus solum, verū etiam in oculis, auribus, gingivis, naso, testiculis, & aliis plerisque partibus caro supercrevit: est igitur morbus in inco-moderatione magnitudinis, siue ex eo genere quod in quantitate magnitudinē partium spectatur. Itaque vel excindi debet, vel medicamētis cathareticis absumi. Huiusmodi incrementi præcipua causa est boni sanguinis in carnem uberior affluxus. Quare curatio eius perficitur iis quæ contrariam sarcoticis habent facultatem: vocantur autem ea ὑπερπικρῶσις, de quibus suo loco dictum est.

ἰπὸ ρῶα. est pars oris superior, modicè concava, foraminibus pertusa, quibus à cerebro pituita in os descendit. Extenditur à faucibus ad dentes vsque, & in fornicis aut camerae modum concava est, sed leniter nec supra modum, ut iis accidit qui sunt acuto capite, quemadmodum initio lib. 6. ἰπὸ δινύρ Hippocrates annotavit. Est autem palatum veluti cerebri basis, firmata osse sphenoidē, quòd propterea Galenus δὲ τὸ ὑπερπικρῶσις ὀστέον aliquādo appellat. Per id multa cerebri excrementa in os descendunt. Est enim multis pertusum foraminibus, sed crassa mēbrana intrinsecus obductis, quæ & vētriculo & gulæ & uniuerso ori cōmunem esse anatomici perhibent.

ἰπὸ γαστροῦ. pubes. Dicitur, ut ait Pollux, pars ea ventris quæ ab umbilico ad pilosas vsq; genitaliū partes pertingit. Alio nomine ἰπὸ γαστροῦ vocari idē author est. A Latinis

imus

imus venter rectius forte dicitur quam pubes, quam peculiari nomine ἕλω appellat. ἰπὸ γαστροῦ. dicitur à quibusdā ἢ ἀέζωορ siue sedum maius, quoniam in sug grundiis ferè nascitur quæ γάστρα Græci vocant.

ἰπὸ γαστρῆς. dicitur ab anatomicis carnosæ ea pars quæ sub natibus deorsum versus ad femur pertendit.

ἰπὸ γαστροῦ. sic à quibusdam dicta est δὲ φησὶ ἰ ἀλεξάνδρεια, ut habetur apud Dioscor.

ἰπὸ γαστρῆς. genus arteriaci medicamenti, constans ferè iisdem ex quibus ἔῃ arteriaca medicamenta inflammationes arcetia. Facultatem autem habet leniendi, leuigandi simulque remittendi asperitates, ἔῃ si quid reliquum est inflammationis id concoquit ἔῃ persanat. Eiusmodi pharmaca parantur ex passo, gummi, tragacantha, glycyrrhiza, quibus si libet addere detergentia, cōuenient mel despumatum, amygdala, resina terebinthina, ficus, yua passa, semen iridis ἔῃ alia eiusmodi. Ex his paratur pharmacum quod lingua subditur. Sic enim eo paulatim liquecente, asperæ arteriæ summum madescit ἔῃ irrigatur. Oportet autem reniti tussi ἔῃ ne excitetur cauere. Obluctâtes autem ut ne tussiant, quod ex pharmaco defluit, in asperam arteriam excipient. Multa huius generis pharmaca describuntur à Galeno lib. 7. τῷ κῆ τὸ πῶς.

ἰπὸ γαστρῆς etiam dicitur à quibusdam inferior linguæ pars, quæ subiectam attingit maxillam.

ἰπὸ δειῆς. vltima colli anterioris pars cui proximè subest iugulum.

ἰπὸ δεισίδης. appellantur ab Hippocrate binæ fasciæ quæ priores fracturis adhibentur, ἔῃ obuoluuntur antequam panni iniiciantur, ut annotat Galenus: quæ verò iniectis pannis fasciæ superdantur, eas Hippocrates ἰπὸ δεισίδης vocat.

ἰπὸ δειτροῦ. trochiscus, sic dictus quòd ano subiiciatur ad intestinorum tormina ἔῃ ani dolores. Compositio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 12.

ἰπὸ κιδίς. dicitur quod sub cistho ad radices nascitur, malo granato immaturo simile, unde ἔῃ à quibusdam κῆπινθῶ vocatum fuit. Eius tria genera Dioscorides facit, rufum, herbaceum, candidum, cui succus exprimitur ut acaciæ. Plinius rufa ἔῃ candida hypocistide contentus est. Nascitur sub cistho, unde ἔῃ nomen habet, sub quo profilit sicuti sub arboribus fungus. E radice ferè medio velut infixæ pullulat. Sunt autem qui ἰπὸ κιδίδα ἔῃ κῆπινθῶ differre velint, dicentes κῆπινθῶ id vocari quod ad radices cisthi subnascitur. succum verò ab eo expressum ἰπὸ κιδίδα appellari, quod ἔῃ videtur Paulus Aegineta existimasse. Vim habet ἰπὸ κιδίς valdè adstringentem, ἔῃ est efficax remedium ad omnes fluxionum affectus, ut reiectionem sanguinis, profluuiâ muliebria, cæliacos dysentericósque affectus. Quin ἔῃ si quam partem roborare consilium est, quæ plusculo humore exoluta fuerit, robur ac firmitatem non paruam addit.

ἰπὸ κιλῶρ. sic dicitur pars τῶδ κίλω τῆν ὀφθαλμῶν subiecta. vide κίλωρ.

ἰπὸ μιλῆς. mespili genus quod ἰπὸ μιλῆς dicitur. vel, ut aliis placet, pomum sorbo simile.

ἰπὸ νόμου ἕλω. cuniculosum, seu cuniculatim depascens vlcus, quod scilicet pluribus transuersisque itineribus sub cutem serpit: ἰπὸ νόμου enim, à quibus ἰπὸ νόμα ἕλω dicuntur, Græci subterraneos canales, ἔῃ opertas fossas siue cloacas appellant.

ἰπέριος μεία. appellantur ab Hippocrate partes corporis quæ in extremitate tenuantur. Cuiusmodi brachium est iuxta primam palmæ partem ἔῃ crus iuxta pedem, sicut

DEFINIT. MEDIC.

Galenus annotavit comment. 3. ἐς τὸ κγ. τ' ἐν τῷ αἰομ.

ἰ ποσπάλεια θ' ὑμῶν, ἢ χιτῶν. *subcostalis membrana seu tunica. vide ὑπεζωφῆς.*

ἰ π' πυορ. *est collectio puris copiosi sub cornea oculi tunica. Aëtius speciem esse πῶσως statuit ὑπὲρ ὄψεως, sed hunc quidem in circulo iridis similem videri ungui resecto, ὑπεζωφῆς autem abundare multo pure, & dimidium nigri occupare aut per totam corneam tunicam pellucere. Docet autem fieri citra exulcerationem post dolorem capitis aut lippitudinem, & aliquando post phlegmonem accidere, effuso sub corneam sanguine & in pus verso. Sunt autem τῶν ὑπεζωφῆς symptomata dolor pulsatorius vehemens, rubor totius oculi & temporum dolor.*

ἰ π' σαρκίδια θ'. *hydropis species qui & σαρκίτης & ἀνασάρκω, & λθικοφλεγματίας dicitur. vide ὑπεζωφῆς.*

ἰ π' σακιδίαι θ' ἢ

ἰ π' σακιδίας. *dicitur cui glans non recta sed sub cane perforata est. κύνια autem siue κνωδίσαιον, hoc est, canem vel caninum vinculum vocant id quo cutis membri genitalis cum glande colligatur. Vitium id à prima origine contrahitur. Quia autem glans non recta forata est, sed sub eo vinculo, qui sic affecti sunt urinam antequam facere non possunt, nisi pudendum ad pubem reflectant, neque liberos generare, quòd semen ipsorum non possit recta ferri in uterum. Differunt ἀπὸ τῆς ἀσπίδος, quòd hi neque in glāde ipsa neque in eius vinculo foramen habeant.*

ἰ π' σακιδισμός. *est incisio tribus divisionibus supra frontem facta ad pericranium usque. Nec tamen tribus illis lineis frontem incidisse satis est, sed subiicienda etiam est spatula, unde sectioni huic inditum nomen fuit & per subditas partes transmittenda, totumque id spatium ad membranam usque calvariae excoriandum, eo modo quem docet Paulus lib. 6. cap. 6. Sic enim & caro & vasa quae illic habentur omnia cicatricem callumque contrahent, minusque per ea patebit via humori in oculos & subiectas fronti partes stillanti. Adhibetur enim id sectionis genus fluxioni multae & calidae ruenti in oculos, ex qua tum rubet facies, tum in fronte sensus quidam & veluti motus vermium aut formicarum oboritur. Aëtius tamen id curationis genus inefficacius esse τῷ πῶσως ὑπεζωφῆς existimat, & ab iis tantum usurpari qui alterius deformitatem refugiunt.*

ἰ π' σάσις. *est crassior urinae portio secreta & subsidens. Partem quidem esse urinae patet quòd & à renibus per emulgentes venas trahitur simulque cum reliqua urina excernitur, quòdque omnis urina eam, licet aliquando tam tenuem & obscuram, ut nulla ferè appareat, confusam vel secretam contineat. Sicut autem serosa urinae portio, ita id etiam quòd post in ea subsidet mutationem concoctionemque aliquam tum in renibus tum in vesica adipiscitur caloris natiui beneficio qui iis in partibus ipsaque etiam urina continetur. Siquidem pro eius modo perfecta vel imperfecta concoctionis signa in urina cernuntur. Est autem urina eius caloris particeps non modo quamdiu in nobis ea continetur, sed postquam etiam excreta est, donec putre- re & foetere incipiat. Hic igitur calor, cuius vis est separare ea quae sunt diuersorum generum, si optimus est & robustus, crassiorem illam partem undique secernit, & in medium propellit. Cum enim aequabiliter per totam urinam sit diffusus, nulla ratio est cur ea magis in dextram partem aut sinistram inclinet. Descendit autem infra propter crassitatem & gravitatem, quòdque flatulento spiritu careat, quia optimè concocta*

concocta sit. Quoniã verò nõ omnibus sui partibus æquè grauis est, quod est grauissimũ matulæ fundũ petit, deinde quod paulò minùs habet grauitatis: deinde sensim quod minimum graue est, ita ut gradibus quibusdam pyramidis speciem representet. Cuius quidem figuræ causa, uti dixi, duplex est, tum insiti caloris vis eam undique & veluti circulo (sic enim eiusmodi motus peragi solent) depellẽtis, tum inæqualis partium eius grauitas. Talis quidem est hypostasis figura situsq; . Iam quod pertinet ad eius substantiam, eam & consistentia & copia mediocrem esse oportet, præterea quæ omnium maxima laus est, albam, læuem, & æqualem. Horum enim trium signorum in hypostasi tanta vis est, ut iis tantum tribus optimam urinam medici definierint. Si enim hæc adsint, reliquorum nullum omnino defuturum videtur. Sunt namque perfectæ concoctionis inditia, ex qua reliquæ omnes notæ dependent. Nec tamen ulla hypostasis perfectè cocta est, sed cum sit ex genere excrementorum, aliquid præter naturam in se contineat necesse est. Quicquid enim alimenti in sanguinem conuerti non potest, subsidet in urina. Itaque prout concocta apparet, sanguinem etiam, unde manauit, tantum concoctum esse declarat. Crassa enim crassum, sublimis flatulentum, flaua biliosum, liuida vel nigra melancholicum aut corruptum significat. Ex consequenti verò caloris natiui, à quo cõcoctio perficitur, vim aut imbecillitatem denotat. Caterum albedo, quæ ex bonis notis prima est, in ea contrahitur, quòd solidæ partes, cuiusmodi sunt vasorum tunica, primum quidem conatae sint eam, ut & reliquum sanguinem, sibi assimilare: deinde verò renum interiores membranae, ureteresque, & postremò atque etiam præcipuè, vesica, cui maxime facultas inest urinam concoquendi, sicut & renibus attrahendi. Ex quo fit ut optima urina vesicæ quoque optime se habentis inditium primò sit, secundò renum, tertio sanguinis & vasorum quibus ipse continetur, quartò iecinoris, deinde verò ventriculi. Sic enim urinae concoctio procedit, nec potest subsequens præcedentis vitium omnino corrigere & abolere. Quamobrem si optima est hypostasis è vesicæ prodiens, omnibus iis in partibus optime factam esse concoctionem testatur, & proinde partium solidarum robur, vimque caloris natiui ostendit, sicut è contrario mala; partium solidarum & caloris imbecillitatem, à quo certum est omnia naturæ opera perfici. Ad hunc modum in mammis lac, in testibus semen, in abscessibus pus album euadit, ex cõtinaua vasorum, neruorum, ligamentorum, membranarum, chartilaginum, ossium & reliquarum solidarum partium quæ sunt in sede affecta, alteratione. Quo fit ut aptissime hypostasis puri comparatur, non quòd illa puris modo computruerit in venis, aut aliquid omnino purulenti habeat, sed quòd perinde atque pus alteretur, quòdque iisdem notetur qualitatibus. Malè enim ij mihi videntur sentire, qui partem eam sanguinis quæ per febres putredine tentata est iam coctam secretamque & à natura cum urinis depulsam, definiunt hypostasim esse. Quod si verum esset, oporteret profectò hypostasim eiusmodi non modò putredinis participem esse sed reuera pus esse, cum tamen sola maxime putredine pus ab hypostasi differre Galenus extremo primo comment. in prognost. annotauerit. Quod si in febribus verum sit, quid iam dicetur de sanorum hypostasi, in quorum corpore nulla omnino putredo est? Sic fiet, ut aliam necessario rationem materiamque hypostasis in sanis & in agris statuere oporteat, cum tamen nullo alio quàm perfectæ, debili vel deprauata concoctione differant. Itaque bona hypostasis nec pus est, nec aliquid purulentum, etiam si

DEFINIT. MEDIC.

candore, æqualitate leuitatēque, perinde atque pus, optima iudicetur. Ac de candore quidem dictū est. æqualis autem ea dicitur quæ sibi omni ex parte similis existit, nec dissimilibus ullis partibus constat, hoc est, cuius partes omnes æquē tenues sunt & albæ. Sicut è contrà inæqualis quæ tota similis non est, sed variis constat partibus, & consistentia colorēque dissidentibus. Læuis verò intelligitur quæ continua est nullaque ex parte diuisa, sed sibi undique coheret, æquabili superficie. Sūt autem hæc omnia intelligenda de perfecta hypostasi, quæ talis euadit à robusto calore natiuo. Ab his verò notis quantum quæque recedit, tantò plus minúsue calorem validum esse, & humorem vitiosum concoquere demonstrat. Est autem immensa ea latitudo, inq; ea innumera particulares differentia pro probitate concoctæ materiæ vitioque non concoctæ existunt. In colore quidem hæc ferè sunt, rubra, nigra, liuida, flaua: in consistentia, crassa, tenuis, maioribus vel minoribus portionibus inæqualis, adhæc κριμώδης, πεταλωδης, πιτωδης. Quas quidem tres postremas differentias hypostasis malæ Hippocrates recenset. κριμώδης autem dicitur quæ crassiori farine parti, quam Græci κριμιά appellant, similis est. Talis fit vel vehementer vsto sanguine crassiore, vel carnibus inæqualiter contabescentibus, hoc est, parte sui tenera & molli in aquam liquata à calore febrili: parte verò duriore resiccata eorū in morem quæ in sartagine friguntur, atque per urinas excreta. πεταλωδης autem efficitur ab eadem quidem causa, sed vehementiore. Nam si febris tanta est ut non modò carnes, sed partes etiam solidæ inæqualiter colliquētur, tunc πετάλωις, hoc est, foliis vel laminis similia subsidēt. Verùm aliam etiam causam habere potest, nempe vesicæ erosionem & resolutionem, ut Gal. comment. aphor. 76. lib. 4. annotauit. Quòd si etiam magis intendatur calor, partesque solidas intantum vrat & desiccet, ut iam non πετάλωις, sed πιτώρωις, hoc est, furfurum, qui multò sunt propter maiorem resiccationem minores, speciem acquirāt, πιτωδης appellatur. His autem tribus differentiis, ut Galenus scribit, tertiam Hippocrates adiecit λεπίωις & λουλιωις, quam Galenus πῶ ἀφρηῶις, hoc est, spumæ comparat: non enim ullam habet crassitiem. Fit à spiritu flatuoso tenaciùs remisto humori excrementitio & semicocto.

Ἐπίσπασις. significat aliquando apud Hippocratem humorum statum & consistentiam siue concretionem, hoc est, cùm humores intus manent quos vacuari oportebat, ut annotauit Galenus comment. 2. εἰς δ' ὁ πῶδὲ ἀρθρωις.

ἰπέσμα. dicitur ab Anatomicis, ut ait Rufus, τῆς αἰδοῦς & μὴ ἐκκρεμῆς. hoc est, pudendi virilis pars ea quæ minimè pendula est, quam alio nomine πῶδιναιον vocari scribit: ἰπέσμα autem idem dici testatur partem eam pudendi quæ propendet, indè quod ei subest Ἐπίσπασις nuncupatur.

ἰπόσφαγμα. est suffusio sanguinis in oculo ex ictu. species est τῆς ἐκχυμώσεως. Fit autem cùm ruptis aut contusis ex plaga vasis quæ in oculorum tunicis habētur, sed iis maximè quæ sunt in adnata membrana, sanguis sub eam subit. Ac primùm quidem is rubet, postea verò liuescit. Eorum qui sic affecti sunt hoc unum symptoma esse dicitur, quod quæcunque videant rubra esse putent, ut Galenus lib. de sympto. causis annotauit, sed præsertim recente malo: ob id etiam ab Archigene αἰμάλωις dictum esse putant. Sed tamen αἰμάλωις generalius dicitur quàm ἰπόσφαγμα.

ἰπύλα ἐλκν. dicuntur ulcera quæ sub cicatrice latent, nec extra vllum sui inditium præbent.

ἰπέφλωσις.

ἰπόφλαρον sic dictus est à quibusdam mandragoras albus qui & mas vocatur.

ἰποχονδριακὴ μελαγχολία vide μελαγχολία.

ἰποχονδριον appellatur tota illa corporis humani regio quæ à mucronata chartilagine utrinque ad ilia usque protenditur. Nominis ratio est quòd ἰποχονδριον ἔστι, hoc est, chartilagini subiacet, postque eam sit. Nec verò musculi tantum, sed & interna subiectaque illis viscera eo pariter nomine appellantur, quod sub notharum costatum chartilagibus condita sint: itaque ἰποχονδριον ab hypochondrio nō distinguitur. Galenus lib. 3. τῆς ἰποχονδριακῆς comment. 1. ubi Hippocrates hypochondrium simpliciter nominat, dextrum interpretatur propter excellentiā qua præstat alteri.

ἰποχυμα. suffusio. Est crassi humoris in cornea membrana iuxta pupillam concretio: vel, est affusio humorum concrecentium inter corneam tunicam & crystallinum humorem. Ea quidem sedes est humoris suffusionem committentis: ibi enim situs impedit ne crystallinus humor, qui solus à coloribus alteratur, res oculis obiectas præterquam seipsum admittat, simulque pupillam obscurat. Qua in re τὸ ἰποχυματος καὶ τὸ γλαυκώματος differentiam iuniores posuere, dicentes τὸ ἰποχυμα non aliud esse quàm humorem concretum illic, ubi diximus, situm: γλαυκώμα autem alterationem esse humoris crystallini in glaucum colorem ab humiditate quadam intra ipsum contenta, cum tamen veteribus medicis idem esset uterque affectus: quanquam non eo tantum discrimine separentur, sed etiam quòd omnes suffusione laborantes lucem videant aut multam aut paucam: qui verò γλαυκώμα, qui que ἀμαύρωσις patiuntur, lucem omnino nullam cernant. Est autem suffusio duplex, una proprie dicta, quæ est oculorum per se suffusorum morbus ab humore crasso pupillam obscurante: altera verò improprie, in qua oculi non primò & per se patiuntur, sed visa quadam visis proprie suffusorum similia representant. Verum facilis distinctio est. Siquidem in proprie dicto hypochymate visa alteri tantum oculo non utrique simul per initia apparent, eaque in oculo perpetua sunt, etiamsi cibos pauciores & euchymos ager sumpserit & probe coxerit, vel humorem aliquem ex stomacho vomitu aut deiectione reiecerit: prætereà pupilla paucis admodum post initium visorum diebus euadit tenebrosa & impura, vel sub rhagoide, si pupilla figurata retinetur, vel supra rhagoidem, si vitata est. Quod verò improprie dicitur hypochyma in oculis quidem accidit, sed per consensum aliarum partium, à quibus tres eius differentia produntur. Prima ab ore ventriculi est in quo biliosus humor redundat, à quo in oculos per sextæ coniugationis nervos sublatus vapor falsas quasdam visorum species producit. Verum visa ea utrique oculo simul & eodem modo tunc apparent, propterea quòd vapor ille biliosus à stomacho in cerebri ventriculos ascendit, & per nervum opticum intra oculum subit, visaque illa mentitur, præsertim quibus humor aqueus est exactè purus, aut visifica facultas facillimè sentit. nō tamen perpetuò visa illa oculis apparent, sed solum quando ventriculus malè concoxerit, aut natura crisim per biliosum vomitum molitur. Pupilla autem per eiusmodi suffusiones nihil habet initio tenebrosam, sed multis etiam mensibus pura cernitur. Secunda suffusionis per cōsensum genitæ differentia est à cerebro, lesa depravatæque imaginatione, ut cum quis floccos vellit aut festucas carpit, vel cogitatione vel utraque simul. Id quod euenit per febrium ardentium vigorem & phrenitidem fumis ab usito humore elatis, & per venas arteriasque in oculum cum spiritu

DEFINIT. MEDIC.

visorio deductis, pupillamque opplentibus atque obtenebratibus. Tertia est ex consensu cum toto corpore ut in febribus, crisi instante, per sanguinis fluorem è naribus. Quo quidem tempore obscura visa non apparent, ut in futura per vomitum crisi, sed splendida quaedam, & caligant oculi, aliaque permulta sunt annotata ab Hippocrate lib. 3. prognost. & à Galeno explicata lib. 3. criseon. Sciendum autem est alias præterea duas esse summam suffusionis propriè dictæ differentias. Alia namque recens est & quæ nondum radices egit, alia verò confirmata est & ex toto concrevit: quas quomodo ab inuicem distinguere oporteat, Paulus lib. 6. hunc in modum explicauit, Oculus suffusione tentatus concluditur, & palpebra magno digito ad oculum premitur, eique adducitur, simulque hæc illac exprimitur, deinde oculo aperto perattentè suffusionem contemplamur: in iis enim quibus humor nondum coaluit, fusio quaedam ex digiti impressione oboritur, ac primùm latior apparet, tursus in suam & figuram & magnitudinem recurrit. At in confirmatis suffusionibus, nulla immutatio nec latitudinis nec figuræ ex impressura obuenit. Quoniam verò commune, hoc est, signum & eorum in quibus modicè & illorum in quibus supra modum humor concrevit, colore ipsas discernemus. Nam si ferri aut marinae aquæ aut plumbi colorem suffusio habeat, moderatè coaluit, & ad educationem idonea redditur: si verò gypso aut grandini similis color suffusionis est, supra quàm par est concrevit.

ἰπιασμός. significat apud Hippocratem lib. de fract. ἡσόντων ποσειδωνίου ἐπικλήσις, hoc est, cum pars diu veluti supina iacuit, ut annotat Galenus comment. 2.

ἰπώπιον. sugillatio sub oculo. Species est ecchymomatis. Fit ex plaga sanguine sub oculum effuso. Contusis enim venulis sub cute tenuibus sanguis per fissuras sub cutem effunditur & in grumos primùm coit, deinde liuet, tādémque nigrescit. Hic non oculi, sed potius faciei morbus est, & à Paulo lib. 3. inter faciei vitia relatus, quamuis nomen illi ab oculis inditum sit, quos Græci ὄπας vocant: perinde enim valet ἰπώπιον ac si dicas ἰσφάγμα. Iulius Pollux definit ἰπώπιον esse τὰ ὑπὸ τοῦ ὄπας τῆν ὀφθαλμῶν ἰχμῶν, hoc est, quæ sub oculis apparent percussionum vestigia. Differt ἄρ' ἔτι ἰσφάγματος, quòd hoc oculi sit vitium, illud verò palpebræ inferioris: in reliquis nihil ferè discriminis.

ἰπώπιον. dicta fuit à quibusdam eo nomine ἰσφάγμα, ut habetur apud Dioscor. fortè quòd sugillationibus & contusionibus medeatur.

ἰσώπιον ὑγρόν. medicamenti nomen est quod ex sordida lana præparatur, ut habetur apud Paulum lib. 7. cap. 17. quo loco omnes ἰσώπιον habent, cum tamen ἰσούπιον legendum videatur. Qui tamen error non illic tantum admissus est, sed multis aliis locis apud authores tam Græcos quàm Latinos.

ἰσῆρα. uterus. vide μήτρα.

ἰσῆρα. secunda. vide χοῖον.

ἰσθμὸς πλῆξ. suffocatio uteri. vuluæ strangulatus. Est vuluæ ad superiora recursus, principalissimas partes in doloris consortium perducens. Cum enim uterus secundum omnes positionum differentias loco moueri possit, attamen nisi sursum feratur suffocationem non inducit. Non enim aliud suffocatio est quàm respirationis defectus. Itaque supernas partes respirationi inferuientes affici necesse est, sursumque ferri ab utero suffocationis causam. Sunt autem inter omnes præcipuæ, cor, diaphragma & cerebrum ad quas affectionis noxa peruenit: ad cor quidem per arterias, ad cerebrum

rebrum verò & diaphragma, per spinæ membranas & nervos. Causa mali uterus humore aliquo aut semine vitioso aut putri refertus, tetro, maligno, acri, mordaci aut frigido aliquo vapore nobiles partes offendens. Consequitur sic affectas, accessione quidem iam propinqua, torpor mentis, pigritia, crurum imbecillitas, pallor faciei, aspectus oleosus. Cùm instat strangulatio, sopor grauis premit quem cataphoram vocant, mens desipit, sensus intercipiuntur, vox perit, crura contrahuntur, mala rubent, facies intumescit. Pulsus paruus & debilis euadit, vel penitus etiam aboletur. Aliquæ verò sine respiratione iacent. Sunt autem quæ aliis actionibus integris manentibus magnam respirationem habeant, id quod accidit cùm illæ so corde & stomacho causa morbi partes respirationi dicatas pulmonemque inuasit. Cùm autem inclinatur strangulatio, humiditas quædam è locis muliebribus prodit, ventris strepitus cientur, & ipse uterus paulatim laxatur, atque sic mens & sensus redit. Morbus hic per circuitus mouetur, sicut comitialis, hyemæque & autumno magis infestat iuuenulas ad Venerem procliuēs, steriles & infæcundas præsertim ex medicamento, vel quibus uterus aliqua de causa refrigeratus est.

ἰσπερ πῶς τῷ πῶς. retardatio accessionis. Est motus accessionis tardiùs, quàm præcedēs accessio inuaserat, recurrens: vel, ut diffinit Galen. ἰδι λαμβάνω πὶ τῷ μέλλοντος χρόνου, id est, aliquid futuri temporis assumens. Hic vel morbi proprietatem, quam ἰδος appellant, consequitur, maximè quidem si proportionem per singulas accessiones seruauerit, vel declinationem (mitiori factò humoris febrem committentis feruore, cuius proprium est promptè & celeriter moueri) significat, si tardior multò fiat quàm proportio priùs seruata videatur exigere: vel si accessiones quæ tardare antea non solebant, tardari & subsequi cœperint. Hoc enim modo facta retardatio, declinationem morbi ostendit, sicut & accessionum anticipatio, quæ πελαπῆδος τῷ πῶς dicitur, incrementum: cum quo rectè consentit Aphor. Hippocratis, quo docet longam fore febrem quæ eadem semper hora inuadit.

ἰώφθαλμος. dicitur authore Dioscoride ὁ ἄσπὲ ἀπῆδος, quasi suis oculis, quòd totus eius flos animalis huius oculum referre videatur.

ἰώφθαλμος etiam gemma est ex specie τῆν ἀχάτωρ, sic dicta quòd intus suillum oculum exprimat.

IO. GORRAEI PARISIENSIS

DEFINITIONVM MEDICARVM

T O. Φ.



Ἀχάτωρ. quandoque generis nomen est, & designat omnia ulcera quæ semper maiora & deteriora fiunt, cuiusmodi sunt Telephia & Chironia, simulque subiectam carnem cum cute corrumpunt, ut ab herpetibus phagedæna distinguantur, qui summam tantum cutem infestant. Ea omnia ulcera φαχάτωρ appellatur ab antiquis. Iuniores tamen (inquit Galenus comment. aphor. 45. lib. 6.) quædam ulcera speciatim φαχάτωρ vocarunt, eamque ab aliis distin-

DEFINIT. MEDIC.

xerunt. Est autem ulcus tumidum, profundum, vicinas partes erodens. Est enim in phagedæna ulceri tumor coniunctus, qui ulceris labra circumstat, eoque differt inter cætera ἀπὸ τῆς νομῆς, quæ sine tumore exedit. Profundū autem est, hoc est, cum cute subiectam etiam carnem attingit, eoque ab herpete distinguitur, qui solius cutis exulceratio est. Id quia pergere pascendo ab agris particulis ad eas quæ integræ sunt soleat, atque harum semper aliquid agris adicere, φαγδαίνυς nomen sortitum est. Nascitur à bilioso humore vsto & ad melancholicum iam vergente, non tamen valde crasso, qualis cancrorum est, nec tam tenui quàm est erysipelatum atque herpetum. hic copia sua ulceris ora replet & in tumorem attollit, malignitate autem & acrimonia partes vicinas erodit. Nec verò oportet eum humorem putrescere, sicut ἐν τῇ νομῇ, quæ erosionem habet cum putredine cōiunctam. Siquidem in phagedæna erosio cōtingit à maligna qualitate, non etiā à corruptione totius substantiæ.

Ab ulcere ut arbitror, τράσλατα τῆς φαγδαίνυς vox est ad stomachi affectum. Eo enim nomine τὸ κωώδι ὄρεξις quidam appellarunt, cum stomachus vehementer appetens cibum immodicè sumit, nec satiari vorando potest. De eo Plinius lib. 26. cap. 11. Phagedænis, inquit (quod nomen sine modo edentium est, & aliàs ulcerum) tithimalli medentur cum sesamis. Itaque aliquādo distinctionis gratia ulcerum phagedænas dicit. De hoc stomachi vitio legitur & apud Cælium Aurelianum lib. 3. de morbis diuturnis: similiter apud Galenum cōment. 3. in lib. 6. τῆν ἰδιότητα aphor. 37. his verbis: ἰσὺς γὰρ τῶν ἰκονῶν φαγδαίνυς τὰς τῆν πολλῶν βρωμάτων ἐδαδῆς, ἃς ὁ αὐτὰς ἔσθ' ἡ κοχυμῆς γίνεσθαι ἀμέσας ὄρεξας σίλων ὁμοιογῆται καὶ πρὸς ἡμῶν. Atque etiam in libello medicarum definitionum ubi scribit, φαγδαίνυς ὅστις καὶ ταπεινὰ καὶ ἰσὺς ὄρεγόμενοι πρὸς τὸ φῶς καὶ λαμβάνοντες ἀμετροῦ οὐ κρατούσιν αὐτῆς, ἀλλ' ἰσχυροῦσιν πρὸς αὐτὴν ὄρεγονται. De quo stomachi vitio vide κωώδης ὄρεξις.

φαῖνομενον. apparens. duobus modis dictum est apud veteres Philosophos: unum, quod sensu aliquo noscitur, ut album, nigrum, durum, molle, calidum, frigidū: alterum indemonstrabile, ex eorum videlicet numero quæ intelligentiæ primo occursum patent: veluti quæ eidem sunt equalia, ea etiam inter se esse equalia: & si equalibus equalia adduntur, tota etiam equalia fieri: & quod nihil citra causam fiat: & quod ex eo quod omnino non sit nihil fiat: aliæque id genus non pauca. Non sic autem Empirici, qui φαῖνομενα ea tantum dicunt, quæ sub sensum cadunt, γινώσκόμενα verò quæ memoria tenentur. φαῖνομενα verò simul & γινώσκόμενα quæ & antè aliquando sub sensum venerunt, & nunc simili modo veniunt. Methodici verò, ut scripsit Galenus lib. de optima secta, φαῖνομενον appellat, non ut sensu perceptibile, sed quod ex seipso percipitur, etiam si sub sensum non veniat.

φαῖον. fuscum. dicitur quod colore inter rubrum & nigrum medio est, quem, cum in corporis partibus sæpe incidat, plurimi medicorum περιδόνον, hoc est, liuidum vocant, ut scribit Galenus lib. 14. meth. med. Idem verò lib. 1. de sympt. causis fuscum fieri dicit ex albo & nigro simul mistis, quemadmodum & mediū omnes colores sunt. Vtraque quidem sententia vera est, sed illa fusci coloris generationem magis propriè designat. Is visum languidum & dissipatum mirè reficit, ideoque pictores subinde eum intuentur, quo oculos recreent & confirment. In hominū corporibus aliquādo à contusione, interdū à caloris natiui extinctione, sæpius ab humore melancholico provenit.

φαῖον. id est fuscum. Appellatur collyrium cuius cōpositio varia est apud medicos.

Ipsum

Ipsū enim aliter Galenus ex Asclepiade, ex Oribasio Aëtius, Paulus, & Scribonius Largus describunt.

φακιδίς ὑγρόν. sic dicitur crystallinus oculi humor, ut scribit Aëtius lib. 7. à figura. Est enim lenti similis, rotundus quidem sed oblongus. Idem author est etiam διακιδίς à quibusdam vocari. vide κρυσταλλοιδίς. Significat & φακιδίς idem quod φακωτόν, hoc est, lenticulatum, de quo infra.

φακωπίσιον. edulium est ex lente & ptisana concinnatū, ita tamen ut plus lentis quàm ptisana habeat, quòd hæc valdè intumescat, illa autè minimum. Coquitur eodem quo ptisana modo, nisi quòd satireia & pulegiū induntur, quò & suavior & concoctū facilius reddatur: ptisana enim anetho porròque solo contenta est. Sapæ misionem respuit, quòd sic magis incrasset atque obstruat. Amat autem suillam recens sale conditam, siue suavitatem siue concoctionis facilitatem spectes. Verumtamen nulla arte fieri potest, quin & obstruat & melancholicum succum gignat.

φακωτόν. lenticulatum, siue in lentis modum conformatum, ut apud Hippocratem φακωτόν πνευματικόν, vas in lenticula similitudinem factum, quo ad ignem calente, vel aqua aut oleo calidis pleno foveus sunt. Latine vaporarium lenticulatum dicere possis. quanquam non solum φακωτόν fomenta fuisse dicta, sed etiam φακωτός substantiue, id est, ut Celsus dixit, lenticulas, Galenus ostēdat in glossis Hippocraticis, his verbis, ἀσκούς, κεράμους, οὐς καὶ πνευματὸς ἢ φακίς ὀνομαζόμενοι. id est, utres appellat regulas, quas etiam lateres & lenticulas vocant, nisi apud Galenum eo loco legendum sit πνεύμας φακωτός, id est, fomenta lenticulata.

Dicitur & φακωτόν de scalpri quodam genere, quod & φακιδίς Galenus appellat lib. 6. meth. medendi. Habet enim in imo lenticula speciem, atque hæc hebetem, in longitudinem verò aciem acutam, eoque chirurgus vititur, cum vel cauo scalpri os excidens, vel forcipe quòd valdè comminutum est attollens, aut conuertens, aditum facit per quem lenticula immittatur. Hanc enim super cerebri membranam collocat, sic ut lata sui parte ipsam attingat, deinde malleolo scalprium ferit. quo fit ut membrana inuiolata seruetur, cum protegatur à lenticula, quæ in excidendo præit, & membranam, sicubi adheret, ab osse innocenter resoluit: acies verò scalpri, quam esse in longitudinem diximus, ipsam insequitur.

φάλαγγες. internodia digitorum. Sic dicuntur digitorum ossa terna, mutuo colligata & ordine sibi succedentia, & velut in acie disposita. Ac quamuis φάλαγγξ agmen militum significet & non singulos milites, digitorum tamen singula ossa à medicis φάλαγγες appellantur, ut cum Galenus primam pollicis phalangem nominat, scribitque priorem semper phalangem subire in cavitatem sitam in principio sequentis phalangis. Ratione eadem etiam συνταλίδες vocantur. Sunt etiam qui phalangis nomine metacarpi ossa comprehendant, ordine etiam eodem velut in acie constituta, quo ossa digitorum.

φαλακίσιον. Oculi affectio est, inquit Paulus, cum cilium intrò spectat, pilorum acie simul cum eo inuersa. Sic enim pili oculum compungunt. Aëtius verò ex Senero scribit φαλακίσιον dici palpebrarum χείλασιν, cum videlicet illæ relaxatæ aut earum extremitas intrò vergit, ut pili inde non facile appareant, nisi quis distendat ac disparet palpebras, scribitque eam affectionem πλώσιν etiam vocari, & differre ἀπὸ τῆς διαχάσιον, quòd in hac noui & non naturales pili succrescant, in illa soli naturales

M m

DEFINIT. MEDIC.

pili sint, qui inuersi negotium oculo faceffunt. Paulus uerò lib. 6. uidetur palpebrarum relaxationem alium à phalangosi affectum statuere. Tamen Galenus ἐν τῇ εἰσαγωγῇ definiens phalangosim esse, cum pilorum subnascantium duplex tripléxue acies in inferiore aut superiore palpebra prouenit, eandem prorsus facit cum distichiasi, manifesto errore. Species enim τῆς τευχάσις ἢ φαλάσις, ut ἔσσι διτχίσις. Dicitur enim τευχάσις noxa oculi à pilis proueniens: ea autem contingit duobus modis, uel nouis pilis exorientibus, uel naturalibus pilis in bulbum (sic enim eo loco Paulus uocat ipsum oculi globum bulbi modo tunicatum ἔσσι capillatum) conuersis: utroque enim modo contingit oculum pungi ἔσσι malè habere. Dicitur hic affectus ἀπὸ τῆς τῆς τευχῶν φαλάγιος, hoc est, à pilorum acie.

φαλακρόν. uocatur ab Hippocrate ferramentum quod est in extremo rotundum, cuiusmodi sunt capitulata illa quibus ad alas chirurgi utuntur, quæ πύλων ἔσσι δὲ πύλων nuncupant, atque item spatula capitulata. Quæ uerò his contraria sunt ἔσσι oblonga, περιμήκη ab eo appellantur, quorum extremitas non est rotunda sed acuta, illis quodammodo similis quæ ad perforandum accommodantur. Annotat. Gal. comment. 1. εἰς δὲ πῶς ἀρθρω.

φαλάκρωσις. caluitium, seu caluities. Est defluuium pilorum capitis propter humoris penuriam. Nam cum duabus de causis pili decidere soleant, scilicet uitio humoris pilos corrumpentis, ἔσσι alimenti defectu, à priori quidem causa ἐφιάσις καὶ ἀλωπτικία, ab altera φαλάκρωσις prouenit. Deficit autem pilis alimentum propter siccitatem cerebri, quæ uel à senio est, uel maturius etiam accidit propter calidum ἔσσι siccum hominis temperamentum. Eam ob causam Hippocrates scripsit mulieres ἔσσι eunuchos non fieri caluos, quia natura humidiores sint. Fiunt autem calui homines àincipite magis, cum senescunt, quoniam illud omnium capitis partium est siccissimum. hæret enim cutis illic ossi nudo, uerum Hippocrates caluitiem oriri dicit à cerebri consumptione lib. 6. τῆς ὑπὸ δὲ μῶν, id quod Galenus comment. in eum librum tertio explicans scribit atatis cursu cerebrum siccati ἔσσι seipso minus euadere, potissimè parte capitis anteriore quam βεῖγμα appellant, ἔσσι sic ab ea parte recedere, atq; indè fieri ut ea destituta cerebri humiditate siccior euadat, neq; ut antè, pilis alimentum subministrat. Cæterum quamuis propriè φαλάκρωσις de capite intelligatur, sunt tamen qui ad mentum etiam pertinere dicant, inter quos est introductorij seu medici author. At si rem diligentius consideremus, de mento impropiè φαλάκρωσις dici uidebitur, ex quo non nisi uitio humoris defluere pili solent, cum illa propter solam, ut Galenus ait, alimenti penuriam eueniat. uide scholium 39. quod nos in librum Hippocratis de natura pueri scripsimus.

φαρικόν, ut legitur apud Athenæum, uel

φαρικόν, ut scriptum inuenitur apud Nicandrum, Dioscoridem, ἔσσι Plinium, est ueneni deleterij genus, uerum quid sit non certò constat. Nulli enim eorum qui de uenenis scripsere de eo quicquam præter ueneni sumpti notas ἔσσι curationes tradiderunt. De hoc modo constat ex præmio Dioscoridis in librum sextum, arborem, fruticem, aut herbam esse, in horum enim censu ab eo reponitur. Nec Galenus ipse quid sit docet, sed ipsum inter simplicia uenena lib. 2. τῆς ἀπὸ πῶν enumerat. Quidam existimauère nardi speciè esse aut aliquid in nardo nascès, prætereà quòδ δὲ φαρικόν nardum respere dicatur, quòdque nonnihil ueneni uicem gerens in nardo gigni scriptum legerint,

legerint, ex quo pison illud vulgò nuncupatum, tamque celebre ut iam omnia venenorum genera uno eius nomine apud Gallos designentur, Indi conficiant, exitiale non potu modò sed & in sudore corporibus admotum. Quorum quidem opinioni non reclamatur quòd φάρμακον nardum aut nardi spicas aduersari Nicander prodiderit. Multa namque & venenum & suas secum Antidotos ferunt.

φάρμακον δὲ κὺ. pars est τῆς διπραπέυκῆς quæ medicamentis intrò sumptis forisq̄ue admotis medetur.

φάρμακίτις γὰρ. eadem est quæ & ἀμπελίτις γὰρ, de qua vide suo loco.

φάρυγγος. sic dictum est os hyoides, ut scribit Galenus, quòd sit portio maxima pharyngis. vide ὑοειδῆς. Reperitur tamen apud Galenum in Isagoge pro pharynge dici. & Hippocr. initio fragmenti πρὸ ἀνατομῆς usurpat.

φάρυγξ. duo significat, fauces & asperam arteriam. Fauces dico regionem intra os, ubi tùm gula tùm aspera arteria extrema concurrunt. Grammatici genere distinguunt, ut ἡ φάρυγξ propriè dictam pharyngē, id est, fauces significet (hæc autem est ἡ τῆς λάρυγγος περικυμῶν διευχραία, hoc est, amplum illud spatium, inter laryngem gulamque medium) sed ὁ φάρυγξ genere masculino laryngem, quod est aspera arteria summum vel ipsa arteria. πρὸ τῆς φάρυγγος, fauces significante, Hippocrates dixit in Prognost. φάρυγξ ἐλευμῶν (ὡς πρὸ τῶν δεινῶν. quem locum exponens Galenus, ait, ὅτι φάρυγγα πλὴν περικυμῶν χωρὶς σωμαχουτὶ & λάρυγγος ὀνομάζει διὰ τὸ ὄσι. Et rursus, καλεῖ δὲ φάρυγγα πλὴν τῶν διαστοῶν τὸ σῶμα καὶ πλῆθει πλὴν γλῶτται καὶ τῶ φαινομῶν διευχραία, ἐν τῇ τὰ δύο σωματὰ ὄσι, τὸ τῆς σωμαχουτὶ & τῆς λάρυγγος. Verumtamen pro summo arteria capite aut ipsa etiam arteria indifferenter utroque genere usurpato reperies, ut apud Galenum lib. 2. de placitis Hippocr. & Platonis, δὲ μὲν γὰρ τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ὡς πρὸ δὴ ἢ φάρυγγα περὶ σπασμοῦ. Et lib. 8. de usu partium, καὶ τὸ γὰρ πρὸ τῶν τῆς κλειώτατον ὄργανον τῆς φωνῆς, ὃ λάρυγγος ὀνομα, ὃ ἀνω πρὸ τῆς τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ὡς δὴ καὶ φάρυγγα καλεῖσθαι ὁμωνύμως τῇ πρὸ τῆς λάρυγγος. Praxagoras etiam ἐν τῇ ἀνατομῇ, ut restatur Homericus interpretes, sic scriptum reliquit, ὄσι δὲ μὲν ὁ φάρυγγος ἐκ τῆς ἐμπροσθίης ὁ δὲ σῆμαχος ἐκ τῆς ὀπίσθης, ἢ ὁ μὲν φάρυγγος ἐμφύεται ἐς τὸν πινθίονα ὃ ἢ σῆμαχος ἐς τὴν καίλιον. Ex quibus liquidò apparet φάρυγγα pro larynge & aspera arteria sumi. Quòd autem sic appelletur, partium, ut opinor, vicinitas effecit. Aristoteles verò lib. 3. ethicorum φάρυγγα collum vel potius œsophagum appellavit his verbis, διὸ & ἡνέαθ' οὐκ ἐστὶν ὄσι & ὄσι & ὄσι φάρυγγα ὡς τὸ φάρυγγα αὐτῶν μακρότερον γδράνου γενέσθαι. item Athenæus ἐκ τῆς ἡνέαθ' ὡς τῆς γδράνου πλὴν φάρυγγα γλῶτται. quo loco aduerte fæminino genere dici quòd Aristoteles masculino dixerat. Præterea Orbasius docet φάρυγγα apud Hippocratem aphor. 15. sect. 2. labia, palatum & unam significare, alij verò glandulosa omnia circa fauces corpora.

φάσγανον. dicitur à nonnullis ὁ ἀσπάλαντος, ut habetur apud Dioscoridem. dicitur & à quibusdam τὸ ξίφος.

φάτνια. dicitur ossa dentes continentia, ut scribit Galenus lib. de ossibus. Rufus autem in partium hominis onomasia definit esse cavitates in quas dentes infixi sunt. atq; alio nomine ὀλμίσκουσ dicit vocari. Verùm Galenus loco citato dicit dentes contineri ἐν τῶν τῆς φάτνιων βοθροῖς, scribitque φάτνια ossa esse dentes continentia, βοθροὺς verò cavitates in quas dentes inserti sunt, ex quo patet vel easdem vel valde affines esse istas voces.

DEFINIT. MEDIC.

- φωλωρ. apud veteres Græcos non solum significat vitiatum, sed etiam simplex. unde & Hippocrates lib. de fractur. dixit κατὰ τὰ σιμ φωλωρῆσαι, id est, extensionem simpliciorum & quæ non magno negotio perficitur, ut Galenus annotavit. Vocat & multis in locis Hippocrates φωλλῶ δῖαιται eodem authore, vicius rationem quæ exquisitæ contraria est.
- φασιακοὶ τρώχοιοι. sunt pastilli admodum arces & exedentes, qui vel maximas carniū excrescentias ad vsque penitiora adurunt, crustisque obducunt. Descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 12. & apud Aëtium lib. 9. cap. 49.
- φέρμερον. sic dicitur à quibusdam ὀσίους ἄριθ, ut habetur apud Dioscoridem.
- φήρα. τὰ. habetur ea vox apud Hippocratem lib 6. τῆν ὑπὸ δαμῶν, significat autem, ut ait Gal. comment. 3. neruorum tumores & tensiones oblongiores. sic autem nominavit à Satyris, quos Iones φήρας vocant, & pingunt finguntq; habere oblongas quasdam eminentias in auribus. Sunt autem qui ἀπὸ τῆν φηρῶν deriuent, quòd ἐν ταῖς φηρῶν, est autem ciuitas in Peloponneso, tumores ἢ frequentes sint. Sunt etiā quæ φήρα scribant ἀπὸ τῆν φηρῶν, quæ ciuitas est Thessalia.
- φαρμακῶν φάρμακον. vide διληπτικῶν.
- φειλασις. pedicularis morbus. Est in quo pediculi acruatim per cutem erumpunt. Is & toti corpori & singulis partibus accidere potest. Pediculi autem, ut scripto prodidit Galenus lib. 1. τῆν κῆ τὸ πους, prodeunt ex multis humoribus, calidis quidem, sed non vsque adeò ut acres ichores. Gignuntur verò non in superficie cutis, ut furfures, sed in eius profundo, ideòque medicamentis indigent valdè exiccantibus, & quæ ex alto trahere possunt.
- φθινόπωρον. autumnus. Est tempus anni inclinātis maximè inaequale Arcturo oriēte incipiens, & Vergiliarum occasu desinens. Nam cum annus, ut & reliqua ferè omnia, quatuor temporum differentiis quasi ætatibus constet, qualis in hominum vita est ætas παρακμαστικὴ, hoc est, inclinans, talis in anno autumnus est, æstati, quæ anni verè vigor est, succedens. Est enim inter æstatem atque hyemem medius, non ordine quidem tantum, sed etiā temperie. Etenim ut quàm æstas minùs calidus, sic utique quàm hyems minùs frigidus est. Quare hac ratione nec calidus absoluto sermone est, nec frigidus, quippe cum ambo sit, ac neutrum ad summum. Similiter de reliquis duabus qualitatibus, humiditate & siccitate statuendum. Itaque non rectè frigidus siccusque dicitur. Non enim frigidus est, si ipse per se spectetur, ut hyems est, sed ubi cum æstate confertur, utique illa frigidior. Sed nec æquabiliter temperatus est sicut ver, imò in hoc maximè à vere dissidet, quòd mediā temperiem & æqualitatem quam ver habet, perpetuò parem non seruat. Quippe meridie multò est calidior quàm manè aut vesperi. Nec verò in humido & sicco medium omnino statum obtinet, quemadmodum & ver, sed ad siccius deurgit. Ab æstate verò etiam in hoc vincitur, non tamen tanto interuallo quanto in calore. Itaque nec autumnus absoluto sermone citràquæ exceptionem frigidus & siccus est, cum neutrum ad summum sit, sed vincat in eo siccitas humiditatem. Qua quidem ratione meritò siccus appelleretur. In calore verò & frigore mistus quodammodò ex ambobus est & inæqualis. Ceterum ea inæqualitas non modò toto eius curriculo spectatur, sed vno etiā die, quo eodem nunt calor nos afficit, nunc frigus urget. Atque ea inæqualis temperies & inconstantia in causa est cur maximè autumnus morbiferus sit, & morbos similiter

similiter inconstantes & δυσκλειτους gignat. Siquidem ut ipse inaequalis est, sic humores inaequaliter temperatos producit, nulli certae legi addictos. Bilis atrae in eo maximus prouentus est, non illius quidem quae simpliciter inter humores frigida siccaque est, sed quae perinde ut ille inaequalis est in frigore & calore, & in qua siccitas superat humiditatem. Est autem veri maximè contrarius non tantum temperamenti inaequalitate, verum etiam insalubritate, & reliquis effectis, sic ut quos morbos eorum alterum excitarit, alterum dissoluat. Totum autumnii tempus duorum mēsium esse multis in locis Galenus prodidit. Arcturi enim ortus secūdo ferè Septembris die paulò antè æquinoctium contingit, Vergiliae autem occidunt quinto vel sexto Nouembris die, cū sol suo cursu ad vigesimam secundam vel tertiam Scorpii partem deuenierit: tunc enim sol directè Vergiliis opponitur, quinquagesimo circiter die, ut scribit Galenus post æquinoctium. Sed licet, uti & reliqua tempora, in duas trēsue portiones secare, differentes etiam nonnihil temperamento, prout magis vel minùs ab æstate recedunt & ad hyemem accedunt. Videtur autem autumnus à Græcis dictus φθινόπωρον, quòd desinente τὴν ὀπώρην, sic autem appellatur postrema pars æstatis, incipiat: φθίνας enim desinere significat. qua ratione etiam quidam μετὸ πώρου εὖ vocant, quasi τὸ μετὰ τὴν ὀπώρην.

φθινόπις. qui iam phthisi correptus est: vel qui ad phthisim natura procliuus est, ut qui tam angusto adstrictoque thorace est, ut à tergo operta scoptula instar alarum prominent, unde πτερυγίσις, hoc est, alati, nominantur. Præterea cui caput facile impletur, quòdque respiratoriis organis multas destillationes demittit. Nam si hæc duo simul coeant, thoracis figura & capitis imbecillitas, eiusmodi natura tibi valdè obnoxia est.

φθίσις. tabes. Est extenuatio totius corporis cū febre parua propter pulmonis ulcera insanabilia. Vel, est pulmonis exulceratio febrem parua & totius corporis extenuationem inducens. utroque modo apud Galenum desiniri comperio. Si nominis rationem spectemus extenuatio est, quod φθίσις ἀπὸ τῆς φθίνας dicatur. Sed cū plerique morbi à symptomate nomina sortiti sint, ea dici potest pulmonis exulceratio esse. Et reuera φθίσις pulmonis affectio est, quæ si non sit exulceratio, certè eam omnino comitem habet, & tantam ut qui ea laborat, σκέλετος potiùs quàm homo videatur, colliquatis absumptisque non modò carnibus, sed solidis etiam partibus supra modum resiccatis. Crebra enim desudationes, aliusque persæpe liquidior humorem omnem exhauriunt, ipsaque lenta febris qua nulli phthisici vacat, corpus paulatim absumit. Est autè ea omnino putris, & symptomatica, ut quæ nascatur ab ulcere pulmonum purulento & putri, cordi admodum vicino, èstque de genere, ut scribit Galenus in Aphor. 12. lib. 1. febris quotidiana, noctūque magis quàm interdiu affligit. Hæc quidem propriè dicta φθίσις est, quàmque proprio vocabulo Græci & præsertim Athenienses φθίσις appellant. Impropriè autem dicta φθίσις est cū corpus sine pulmonis ulcere extenuatur, à calida & sicca pulmonū intemperie aut febre eiusdè hectica, quæ se aliquando vidisse Gal. memoriæ prodidit, nos autem sæpè vidimus.

φθίσις. dicitur etiam pupillæ affectus, cū ea angustior, hebetior, obscurior rugosiorque euasit. Tunc autè maiora quàm sint apparent ea quæ videtur, propter pupillæ angustiam. Causa huius mali densatio est, quam siccitas potiùs quàm quiduis aliud parit. Differt ἀπὸ τῆς ἀπώφθισις, quòd hæc oculi totius, φθίσις autem pupillæ tantum sit.

Mm ij

DEFINIT. MEDIC.

- Φόσι. proprie dicitur à Græcis & præsertim Atheniensibus quam omnes medici Φόσιον appellunt, ut scribit Galenus.
- Φόσια. dicuntur medicamenta quæ valent ad abigendos ex utero fetus seu viuos seu mortuos. alio nomine ἐμβόλια appellantur.
- Φοροποιόν φάρμακον. corrumpens medicamentum, vide δαλκτιειον.
- Φιλαγριαόν. nomen est malagmatis, cuius descriptio habetur apud Paulū lib. 7. cap. 18.
- Φιλαδέλφον. fruticis genus est quod in Parthis nasci tradit Apollodorus, sic dictū quod rami eius ex interuallo sponte coëant ceu animantes, post digrediantur, concipiant & pariant. Ex cuius tenuissimis virgis reticulatim compositis atque ita cōsitis hortorum septa impenetrabili compage fieri scribit.
- Φιλάνθεωπος. dicitur ἡ ἀπεινὴ, quia velut amici solent, sua tenaci asperitate commeantium laciniis obhæreat. Eam ob rem officinis & herbariis vocatur aspergula, licet rectiùs asperulam dicerent.
- Φιλταίειον. dicitur ἡ ἀπεινὴ ab Hippocrate ut Galenus putat, eandem ob causam qua & Φιλάνθεωπος nuncupata fuit quasi Φιλῶσα ἕως ἑταιῶνος.
- Φιλώπου τρώχισκος. est pastillus aduersus dysenteriam valens, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 12.
- Φιλῆσιον. dicitur ab Hippocrate ἡ ἀπεινὴ, ut Galenus putat ἐν τῇ τῆν γλωττῶν βιβλίῳ. derivato ἀπὸ τῆς ἰσῆας vocabulo. Namque sua tenaci asperitate commeantium vestibibus & laciniis adherere solet. ἰσῆα namque apud Ionas idem quod ἰσῆα est.
- Φιλοσόφουλον. dicitur à quibusdam ἡ κῆπιαις, ut habetur apud Dioscoridem.
- Φιλοπότης. dictus est à quibusdam ὁ ποδιστερεῶν, ut author est Dioscor.
- Φίλων. dicitur à nonnullis eo nomine cavititas quæ superiori labro inest, vallecula similis, quæ non illepidè à quibusdam Latinis lacuna nominatur.
- Φιλόνηιον. medicamentum est anodynum, omnium eius generis celeberrimum, si quis eo cōmodè utatur. Eo autem uti oportet in maximis doloribus, in calidis fluxionibus, & robustis ægri viribus, non recenti quidem, sed post tempus compositionis annum, aut saltem semestre. Quod si duorum triumve aut quatuor annorum sit, multo sanè est melius, sed nec inutile tamen sequētibz annis ad decimum usque, ut docet Galenus lib. 12. meth. med. Sic dictum est à Philone Tarsensi philosopho ac medico veteri eius authore. Constat autem, Croci drachmis v. Pyrethri drachma i. Euphorbii drachma i. Piperis & Hyoscyami singulorū drachmis xx. Spicæ nardi drachma i. Orī drachmis x. Hæc tenuissimè trita melle Attico excipiuntur. Mandavit autem Philo eam compositionem versibus eiusmodi,

ταρσίον ἰησοῖο μέγα θνητοῖσι φιλῶν

εὐρεμα πρὸς πολλὰς εἰμὶ παθῶν ὀδυῖας.

εἴτε κόλον πάχαις ἄπαξ δοδερ, εἴτε ἕως ἡπαρ,

εἴτε δυσουεῖ ἴσεται, εἴτε λίθω.

ἰῶμαι καὶ σωλῶα, ὁρδοῖνοιαι ἀπὸ γῶ,

καὶ φόσιον, ἰῶμαι σπασμὸν ἐπιστάμνον,

καὶ σφαλορῶν πολυρίπιν, ἀρπῆων δὲ ἕως αἵμα

ἡ ἐμῶν, ἕξει μὲ ἀπὸ πάλον θανάτου.

πάντα δ' ὅσα σωλάγχιον ἐπίσεται ἄλλα παύω,

βῆχαι τε καὶ πηχῶν, λυθῆα τε & κατάρωα.

εἴρεται

Γέγραμμαι δὲ σοφοῖσι, μαθῶν δὲ πρὸς οὐ βράχυν μ' ἔξε
 Δάδρον, ἐς ἀξιώτους δ' οὐκ ἐπ' ἤδησα πύραμ.
 Ζαυθὴν μὲν τείχεα βάλλει μνηστρομῖσοις, ἰσοδέοιο,
 οὐ λίσσῃ δ' ἄρμείοις λάμπεται ὠ βοτάλαις.
 Κρόκον δὲ σαθρὸν φρένας ἀνέρεθ'. οὐ γὰρ ἄδωλον.
 Βάλλει δὲ καὶ στραχμῶν ναυπηλίου δὴ βόταλαις.
 καὶ τείτορ ὠ πρῶτασι μνηστρομῖσοις φονῆθ',
 Δραχμῶν πλὴν μύλων γαστέρι σαχμῶν.
 ὀλιγὰς δ' ἀργυροῖο πυράδεθ' ἄκοσι βάλλει,
 εἴησι καὶ κνάμων πρὸς ἀπ' ἀρκυδίης.
 Δραχμῶν καὶ ἔξῃς φουδωνύμου, ὡ ἀνέρεθ'
 κώρεθ' ὁ πρὸς πῖσιν ζῶα λοχυσίμωθ'.
 Πῖσιν δὲ γράφας ἀρθρον βάλλει πρῶτον ἐπ' αὐτῷ
 Ἄρρεθ' ὠ στραχμῶν πέντε δις ἐλκόμενον.
 Νᾶμα δὲ θυγατέρων ταύρων καὶ κερροπίδων
 συήταις, οἱ τείκκας ὡς ἐπ' ἄρυσιν ἐμῶ.

Quos Philonis versus ego hunc in modum Latinos feci,

En ego languores multos mortalibus ægris
 Nobile Tarsensis pello Philonis opus.
 Si colon aut hepar, lapis aut vrina retenta
 Infestat, satis est exhibuisse semel.
 Et splenem, & recta flatum ceruice trahentes,
 Spasnum, & quæ languent corpora tabe leuo.
 Pleuritim nocuam, vomitus & sputa cruoris
 Si quis habet, morti protinus hostis ero.
 Quæ mala visceribus latitât, tussim atq; catarrhum,
 Singultus, & quod strangulat omne fero.
 Me scripsit doctis, si quis me nouerit, ingens
 Donum habet, in stolidas nolo venire manus.
 Spirantem & rutilum pueri crinem accipe, cuius
 Mercurij in plantis sanguinis vnda micat.
 Pondus erunt sensus hominis, notissima res est.
 Nauplij & vna simul drachma sit Euboici.
 Quiq; Mæcetiadem lætho dedit, illius vnam
 Drachmam, quam clausam seruat ouinus vter.
 His albi igniti bis denas adiice drachmas,
 Atque fabæ totidem sint suis Arcadicæ.
 Drachmâque radicis falsò dictæ vnica, natæ
 In Pissa, Iouem vbi delituisse ferunt.
 Cumque pion scribis graium præpone virilem
 Articulum, drachmas quinque bis illud agat.
 Tum laticem tauri natarum, Cecropidarum
 Affinem, vt Triccæ clara propago docet.

Mm iiij

DEFINIT. MEDIC.

Talis quidem Philonij descriptio apud omnes in usu fuit, iisdem ex rebus constans, nisi quod apud Aëcium & Mesuem loco euphorbij Castoreum habetur. Sed & Aëcius Philonis successores florem iunci odorati, cassiam, amomum & costum, alios myrrham & castoreum, plurimos verò semina apij, cumini, anisi, dauci & petroselinii admiscuisse scribit, quibus vis opij hebetior redderetur. Alij verò variè permutarunt, atque adeò depravarunt, inter quos fuit Serapio tract. 7. cap. 8.

φλωσις ἰ

φλωσις. est meatuum naturalium præclusio. Duabus potissimum de causis accidit, cicatrice quæ in illis concreuerit, aut carnis incremento quæ una in parte redundans cum opposita coaluerit: fit & propter inflammationem, ut scripsit Galenus comment. 2. εἰς τὸ κῆρ' ἐν τῷ εἶορ. Nascitur in omnibus meatibus & locis quæ naturà diduci possunt, ut oculis, labiis, ano, præputio, utero. Quorum omnium eadem causa est, ut eo loco Galenus explicauit. Verùm de præputio frequētius dici cōsuevit sic glandem tegente, ut ea nudari non possit. Propriè nanque φλωσις significat nexum summi oris perarum & sacculorum, cum toto superiore eius ambitu in angustum collecto funiculo religantur. Nonnulli capistrationem conuerterunt. Quod si è contrario non præputium modò, sed quæcunque alia naturales meatus occludunt ita retrorsum deducta sint, ut reduci nequeant, παραφλωσις appellatur.

φλάσμα. dicitur ab Hippocrate Ionum lingua per φ, quod ab aliis per θ θλάσμα vocatur, hoc est, contusio, ut annotauit Galenus comment. 3. εἰς τὸ κῆρ' ἐν τῷ εἶορ.

φλεβοδιωδης. venas agitans & conturbans: nomen, inquit Galenus, nouum & peregrinum, quo usus est author prorrhethici. quo tamen loco quidam φλεβοπονιδης legunt, hoc est, venas distendens.

φλεβορραγία. ἢ ῥῆξις τῆς φλεβῶν, apud Hippocr. ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξείας sectione 4.

φλέγμα. pituita. Est omnis humor in nobis frigidus humidus. Dicitur ἀπὸ τῆς πεφλέου contrariio sensu, quasi minimè ustum. Eius differentie sunt tres, dulcis, acida, falsa. Dulcis sola, ut saporis dulcis natura ostendit, naturalis est, benigna, minimum frigida, salutaris animanti, & facillimè in sanguinem vertitur. Dicitur autem dulcis non quòd dulcedinem eam possideat, quam habent mel, saccharum & maturi fructus, sed altera dulcis significatione, qua dulce dicitur ἀπιου quidem & qualitatis expers, sed quòd tempore dulcem qualitatem facillè assumit. Sic enim aqua optima dulcis aliquandò dicitur, quam tamen saporis, odoris & coloris expertem esse oportet. Sic quidem pituita dulcis ἀπιου & insipida est, talémque esse oportere Galenus initio libri de atra bile prodidit. Gignitur pituita ab imbecilla coctione secunda, quæ in iecinore & venis peragitur, non autem à prima, quæ fit in ventriculo, nisi fortè per accidens, quòd primæ concoctionis errorem secunda emendare non potest, ut nec tertia secunda: verùm mora spatii que temporis aut calore mediocriter aucto in sanguinem tandem mutatur. Ob id natura nullum ei proprium receptaculum tribuit, ut reliquis humoribus & excrementis, sed in venis & habitu corporis eam reliquit, quia sit ex dimidio coctum alimentum, debeátque non secerni aut vacuari, sed in corpore manens alterari. Sunt autem huius pituitæ duæ differentie. Alia enim crassior lentaque est, alia verò in modum aquæ liquidior, & ob id ὕδωρ dicta veteribus, quòd aquæ similis sit colore, sapore, odore, consistentia & viribus. Pituita autem hæc naturalis, mutata benigna & naturali qualitate, tum acida,

cida, tùm salsa euadit: vtraque enim præter naturam est. Sed salsa quidem computruit ab externo calore, acida autem omnino cruda est in venis à vehementi frigiditate. Hæ quidem sunt pituitæ differentiæ, quas, si lubet, ista methodo potes distinguere. Pituita alia naturalis, alia non naturalis est. Naturalis est humor frigidus & humidus & sapore dulcis. Non naturalis verò quæ ab ea degenerat. Id quod bifariam fieri potest. Aut enim per se desciscit à sua natura, aut per alterius humoris admixtionem. Per se quidem, ut cùm in aquosam substantiam conuertitur, & vbiq; dicitur, aut in flatuosam, aut in tenuem, aut in crassam & viscosam, diciturque tunc non simpliciter pituita, sed aquosa, flatuosa, tenuis, crassa, mucilaginosæ, vitrea, gypsea, atque aliquandò etiam salsa, nitrosa, acida, cùm per putredinem alterata est, & externam qualitatem induit. Per admixtionem verò, cùm alius humor & coniunctus propriam eius temperiem immutat. Misceri autem potest sanguis, aut flaua bilis, aut melancholicus succus, vnde οἰδῖματα etiam φλεγματώδη, ὀρυσταλατώδη, σικερώδη compositis nominibus appellantur. Sub acida comprehenditur humor ille crudus, quem Praxagoras ἰαλῶδη, hoc est, vitreum appellauit, crassus & frigidissimus. Est & aliud pituitosi excrementi genus, quod à cerebro proficiscitur. Id enim quia refrigeratum non potest alimentum concoquere, ob id pituitam generat. Verùm fortè nec pituitam quis rectè appellet, sed mucum & coryzam. Quin & succos crudos à pituita vitrea, & utrunque à pituita vulgò vocata Galenus separat lib. 4. sanitatis tuendæ. Nam crudi succi quanquam de genere sunt pituitæ, tamen ea minùs sunt humidi & plerunque carent lentore, qui si adest, succus fit vitreus Praxagoræ dictus, insigniter frigidus, sed minùs crassus quàm crudus, per eminentiam dictus, qui colorem in cute nunc plumbeum, nunc liuidum, nunc ex albo & liuido mistum exhibet. Succus ergo crudus propriè dictus est frigidus & crassus: pituita autem quanquam succus est crudus & frigidus, non tamen crassa est, quia humiditatem multam habet & spiritum flatulentum. Potest autem & ad pituitam reduci ἰχῶς, id est, serosum & aquosum excrementum, quod per urinas sudorésque vacuari debet, & misso sanguini supernatat, pro humorum natura varium.

φλεγμοῖα. æstus, ardores, inflammationes. Usurpatur hoc nomen ab Hippocrate, siue eo nomine, inquit Galenus, intelligat τὰς ἰδίως ὀνομαζομένας φλεγμονάς, siue vnà cum iis comprehendat etiam febres pro veteri huius nominis significatione.

φλεγμονή. inflammatio. Duobus modis dicitur. vno quidem generaliter omnis ardor citra tumorem, vel etiam tumor cui dolor & ardor, qui propriè φλόγῃς dicitur, inest, siue is à sanguine, siue à bile, siue ab humore melancholico gignatur. Hæc fuit apud veteres τὰς φλεγμονῆς significatio. Altero verò specialius dicitur, & ab Erasistrati seculo cæpit usurpari ad illos tumores significandos quibus non modò calor accedit, sed renixus etiam & pulsus & rubor: ij enim quia frequentius contingunt, iccirco totius generis appellationem sibi vendicarunt. Est autem huius phlegmones specialiter dictæ continens causa sanguis, subiectum autem musculus. Quippe calidus & copiosus sanguis, vbi in musculum procubuit, feruorem inducit aliâque plurima symptomata, appellaturque morbus ipse φλεγμονή. Ac primùm quidem maiores arteriæ venæq; opplentur atque distenduntur, ut quæ abundantia non sufficiant, ab his deinceps minores, atque ita res procedit, donec ad minimas sit peruentum. Mox,

si fluxio non sistitur, sed in iis valenter impacta est, nec in iis satis continetur, partim eius per ipsarum ora, partim per tunicas veluti colatum foras in ea spatia quæ inter vasa sunt, transmittitur, sic ut etiam omnia loca spatiaque ipsa vacua, quæ inter prima sunt corpora, fluxione impleantur. Sic omnia ab humore omnique ex parte incallescunt ac perfunduntur. Ea sunt nerui, ligamenta, membrana, caro ipsa, antequæ hæc arteria & vena, quæ scilicet & prima & præter cetera vario dolore afficiuntur. Quippe interiùs à fluxione tum excalescunt, tum distenduntur ac diuelluntur: exteriùs non modò excalescunt, sed etiam premuntur ac degrauantur. Reliquæ particula aliæ comprimendo solùm vel incallescendo, aliæ utroque genere laborant. Sic fit ut omnem phlegmonem ardor, dolor, sensio, renixus, pulsus ruborque consequantur. Nec tamen eorum symptomatum perpetuò æqualis vehementia, sed pro qualitate & copia sanguinis influentis, quemadmodum nec omnes phlegmonæ pares existunt. Earum enim aliæ non modò maiores minoresve sunt, sed aliquæ magis minùsve exquisitæ. Sed exquisita quidem sinceraq; est, quæ fit ex optimo sanguine & mediocris consistentiæ: non exquisita verò quæ fit à sanguine cui aliquis alius humor admistus sit. Illa φλεγμασι simpliciter dicitur, hæc non absolutè, sed vel φλεγμασι ἄρυσιατῶσι, vel οἰδηματῶσι, vel σκιερώσι. Ceterum omnis phlegmone contrahitur à fluxione quam vel manifesta causa vel etiam occulta excitat. Manifesta quidem, ut quum offenso pede glandula inflammantur: occulta verò quando aliqua parte delegante, aut toto corpore transmittente, & affecta parte ob debilitatem recipiente, aut propter dolorem vel calorem attrahente sanguinis copia affluerit. Verum omnis phlegmone quæ sanescit aut digeritur, aut concoquitur: si digeritur, ex toto curatur: si verò concoquitur, in abscessum transit qui ἀπώσιμα dicitur.

φλεψ. vena. Est vas spermaticum, una constans tunica fibris triplicibus contexta, & sanguinem largiorem continens. Vena nomine etiam arteriam comprehenderunt veteres, quo sensu Plato in Timæo venas à corde producit, ut scribit Galenus lib. 6. de placitis Hippocr. & Plat. Prodit autem vena omnis ab hepate, quæ modò verè & simpliciter vena dicitur. Nam si quis contendat venam arteriosam à dextro cordis ventre nasci, ut certum id est, sic ea non simpliciter vena dicitur. In uniuersum autem duæ ab hepate oriuntur, una à sima eius parte, altera à gibba. Quæ ex sima oriuntur variis nominibus appellatur, μεγάλη, ἡ ἰδίη τῆς πύλας, μεγάλη ἰδίη πύλας & σελήνια, quòd sit aliarum velut quidam truncus. Vulgò vena porta dicitur. Hæc in sima parte hepatis quinque, interdum pluribus paucioribusve radicibus actis & postea in unum truncum coalescentibus iecinoris portis una amplaque egreditur: pauloque postea in duos maiores ramos diuiditur, quorū unus lienem petit, alter fertur in mesenterium, uterque in quamplurimos ramusculos diuisus. Antè autem quàm magnus ille truncus in duos ramos scindatur, venulas aliquot emittit, duas quidem κυστιὰς dictas in collum & corpus vesicæ bilem continentis: unam γαστρικὴν, quæ in pylorum & posteriorem ventriculi partem illi propinquam distribuitur: unam γαστροπυλωσιν, quæ in totum dextrum fundum ventriculi & totum dextrum epiploon inseritur variis surculis: unã similiter quam ἐπιδυλωσιν, hoc est, intestinalem potes vocare, quæ ecephysim, & ieiuni initium & glandulosum eius corpus petit. Ceterum rami illi duo maiores (quorū qui splenem adit splenicus, qui mesenterium, mesentericus

ricus doctrinae gratia appelletur) in quos magnum truncum secari diximus, varias habent propagines, splenicus quidem antequam in lienem intromittatur aliquot, quarum alia in gibbam ventriculi partem, alia in simam bipertita fertur, ramulq; suo maiore ceu corona stomachum totum cingit, ramulis sursum ad œsophagi finem & deorsum in ventriculum dispersis, minore autem ad pylorum descendit, ramulis communiter antè & post distributis: alia verò in epiploon & coli partem dorso commissam disseminatur. Mesentericus verò ramus in mesenterium & pancreas descendens, in venas multas, tres tamen præcipuas mox totus diuiditur, quæ postea multipliciter sectæ, & inter duas mesenterij tunicas vectæ, in simã partem reliquorum intestinorum ramulis quamplurimis absumentur, suis orificiis in illorum cavitatem undique incidentes, quibus & chylum sugunt, quem in iecur deferant. Sape etiam sanguinem & harum nõ modò partium, sed corporis etiam totius excrementa reuehunt. Huius quoque portio una colo sinistro & intestino recto inseritur, & in sedem ramulis aliquot descendit, qui venas αἰμορροϊδῆς constituunt. Talis quidem est venæ quam portam appellat distributio. Quæ autem à gibba parte iecinoris profiscitur, pluribus similiter nominibus vocata est ab ipso Galeno, μεγίστη, κοίλη, ἰπτάλις. Ea venarum omnium capacissima est, sparsisque aliquot radicibus intra iecoris partem gibbam, similes venæ portæ radices spectantibus & propemodum tangentibus, mox ceu truncus unus emergit, nec multò post in ramos duos scinditur, quorum unus in superiores, alter in inferiores partes fertur. Qui superiores petit, is unus & integer ad clauas usque peruenit, venulas tamen interea quasdam partibus nonnullis impertit, duas quidem φρενικῆς toti diaphragmati, unam cordi, στεφανιαία dictam, quæ basim cordis coronæ modo cingit, inque partem cordis externam distribuitur, unam prætereà ἀστυον vocatam inferioribus costis, ortam ex ipsius trunci latere dextro deorsumque descendente, & octo vel pluribus ramulis spatia septem inter costas inferiores, interdum verò etiam omnia utrinque nutriente. Ad hæc aliam μεσοπλευρίου dictam, hoc est, intercostalem, quæ tria superiorum quatuor costarum spatia nutrit. Ceterum magnus ille truncus sursum conscendens ubi clauiculas attingit, sub ipsis in duos ramos scinditur ἀκλαδίους dictos (à quorum utroque venulæ mammarie utrinque singula sub sterno descendunt in mammas & pectoris musculos, ferè usque ad umbilicum) sed breues admodum. Siquidem uterque ilico diuiditur in duas insignes venas ὑπεκλαδίους appellatas, quòd clauiculas supergressæ sint, quarum una μαχαλιῶα dicitur, hoc est, axillaris, altera caret quidem nomine, sed mox diuiditur in alias duas venas, quarum superior σφαγις, hoc est, iugularis, inferior ὀμωαία, hoc est, humeralis vocatur. Est autè iugularis duplex, interna & externa. Interna secundum latus asperæ arteriæ ascendit ad fauces & indè in craniũ: externa verò per colli latus ascendit & in musculos laringis, linguæ, oris, & in cutem faciei, frontis capitisque absumentur. Sic quidem habet venæ causæ sursum ascendentis series. Quæ verò deorsum descendit, ea una & indiuisa usque ad initium ferè ossis sacri descendit: nam paulò supra eius initium in duos ramos diuaticari incipit qui in crura deferuntur. Media tamen via & antequam separetur, quatuor utrinque propagines emittit, quarum una & ea quidem suprema in tunicam renum externam à peritonæo natam & partes conterminas spargitur, adipem multum eò loci gignens. Ab ea deinceps alia est propago venarum quas renales siue emulgentes appellant,

DEFINIT. MEDIC.

quarum dextra quidem superior, sinistra verò inferior ferè semper est. Earum autem utraq; multis venulis in tenum corpus distribuitur. Est & ab eodè trunco venarum propago quas *περματιαι* appellant, quarum dextra quidem ab ipso trunco, sinistra vero à media emulgente ut plurimum nascitur. Quarta propago est venarum lumbarium, quæ multiplex & unaquæque bipertita in lumborū medullam per nervorum foramina, & in eius loci musculos cū arteria similiter diuisa distribuitur. Porro ubi trūcus hic inferior venæ cauæ, initium, uti dixi, ossis sacri propè attingit, in duos ramos finditur in crura descendētes, quam quidem diuisionem Galenus lib de anat. ven. Græcorum elemēto cōparat, Actuarius autem à figura λ literæ λαμβδδδδδ re-ctiūs videtur appellare. Vtramque earū venarum cruralem vocāt. Vtraque autem simul atq; è peritoneo elapsa est, ramum insignem producit, qui super os ischij in inguina descendit, & in anteriorem internāmque femoris partem, ubi in multos ramos facit diuisionem, multis & magnis eius loci glandulis firmatam, quæ cum arteria & neruo simul descendētib; cavitatem illam inguinum opplet: peruenit autē is ramus usque ad pedem. Reliqua autem venæ cruralis portio etiam ad summum usque pedem descendit, propagines quoque nonnullas interim emittens ad coxendicem, ad poplitem, ad suram, & ad malleolos.

φλίαι. postes. vocantur ab Hippocrate quatuor ligna, quatuor angulis scammi sui sita, axes continentia & firmanctia, hoc est, ut ait Galenus, τὰ εἰς λαμβάνοντα εἰς ἄξονας σκεύηματα. Nec verò eos tantūm quatuor postes ita vocat, sed etiam alia duo ligna, in medio eorum sita, quæ aliud lignum transversum tanquam scala gradum continent. vide βάρβου.

φλόγιου. est linimentum oculorum quod recipit æris vsti ac loti drach. XII. croci drach. VI. pipetis drach. IIII. myrrhæ drach. III. opij drach. III. gummi drach. XII. Tertuntur cum vino veteri odorato adstringente. Galenus lib. 4. τῆς κ' τόπος ex Asclepiade, & Aëtius lib. 7.

φλόωσις. idem prorsus quod φλεγμονή fuit apud antiquos. Nunc autem video propriè φλεγμονῶ dici eum tumorem, cui non modò calor, sed etiam renixus, pulsus, tubor-que inest: φλόωσις verò omnem feruorem, inflammationique similem affectum significare. vide φλεγμονή.

φλοζάκιον. idē prorsus quod φλόκταινα, ut scripsit Gal. cōment. 4. ἐς δ' ὅδ' διαίτης ὄξιν. φλόκταινα ἢ

φλυκίdis. genus pustularum, inquit Celsus, cūm plures similes variis oriuntur, nonnunquam maiores, liuidæ, aut pallidæ, aut nigre, aut aliter naturali colore mutato: subestque iis humor, ubi hæ ruptæ sunt: infra quasi exulcerata caro apparet. sunt autem, ut scribit, vel ex frigore vel ex igni vel ex medicamentis. Quidam vesiculas interpretantur: oriuntur maximè à feruentibus & acerrimis humoribus, iis, quæ ab igne aut feruenti aqua gignuntur, similes. Toto corpore nascuntur, sed nullibi periculosius quàm in oculi membrana cornea, quæ primūm quidem vesiculæ in morem attollitur ab acri quodam humore, deinde verò excoriatur & oculum purulentum reddit. Quidam putant idem esse φλόκταινα atque φλοζάκιον: alij verò exigua quadam differētia distinguunt, scribentes φλοζάκιον affectum esse capitis proprium, & ab humore frigidiori quàm φλόκταινα excitari. Certum verò est φλόκταινα cum φλοζάκις eadē esse, & utrūque à verbis φλόω, φλόω seu φλόωω deductū esse.

φλυκταινάdis

Φλυκταινώδης ὄφτης. idem quod ὄφτης κληγῆς dictus, de quo vide suo loco.

Φοίνικος. rubrificatio. Est ruboris per medicamenta excitatio in aliqua parte. Quaedam enim medicamenta eam vim habent, ut cuti admota ruborem caloremque accendant, atque etiam, si diutius immorentur, vesiculas creent, tandemque exulcerent. Ex quo patet ea vehementer calida, sicca & acria esse oportere. Eiusmodi sunt sinapi, thapsia, simus caprarum, nasturtij semen, helenij radix, scilla, simus columbinus, staphis agria, cantharides, & reliqua id genus. Est autem praesidij genus à veteribus usurpatum maximè ad eas partiū imbecillitates, quae vel ex frigore vel plurimo humore citra manifestum calorem accidunt. Quippe eiusmodi medicamēta omnia calefaciūt, desiccant, & cucurbitulae ritu humorē altiūs insidentē attrahūt.

Φοινικίτης. lapis sic dictus à figura quam habet similem cum fructu palmae. Ιουδαίως dicitur apud Dioscoridem.

Φοινικωδάλας. fructus est palmae Aegyptiae quae peculiari nomine ἀδία dicta est, collectus post maturitatem. Tunc enim nigrescit, puniceoque colore tubet, ut plerumque maturi fructus, quod Graeci φοινικωῶ & φοινικασθου appellant.

Φοίνιξ. est collyrium ἡραχμαπικόν ab Hierace conscriptū, de cuius descriptione inter Galenum & Aëtium conuenit, exceptis admodum paucis iisque leuibus.

Φόνος. dicitur à quibusdam ἡ ἀφακτυλις, ut scriptum est lib. 6. apud Theophrastum, eadem ratione quae ἀνδροσομορ eadem dicta est, quod scilicet eius folium auulsum carnique confricatum sanguineum reddat succum.

Φοειμνυπηνεία ἡ

Φοειμνυ. aluminis genus est quod propriè liquidum dicitur, sicut à Galeno & Plinio proditum est. Hodie alumen rochae appellatur.

Φούρα. dicitur ab Aëtio potus in quo ebur aliquādiu maceratum cerae instar emollecat, flexilēque in opus quodcunque domito rigore tractetur. Quem tamen puto id nomē pro posca usurpasse, quam aliqui Romanum nomen imitantes φοῦρα appellant. Parabaturs diuersis modis, plerumque simplex, aliquādo purgatoria, ut apud Paulum lib. 7. cap. 5. & apud Aëtium lib. 3. cap. 80. & 81.

Φραγμός. sic dicitur ab anatomicis totus dentium ordo atque acies.

Φρέσις. propriè mentem significant quam νοῦς & διανοία etiam Graeci appellant, ad quam quoniam aliquid conducere videtur diaphragma, aut quia eo inflammatione affecto, mens quoque laedatur, & continuum propè delirium excitetur, à Platone & reliquis veteribus eodem nomine donatū est, ut nihil intersit φρέσις & διάφραγμα dicere. Praecordia à Latinis dicta sunt, quia cordi praetenduntur.

Φρεσικαὶ Φλέβες. dicuntur propagines duae venarum è trunco venae cauae superioris orientes, insertae in diaphragma, ipsūque totum nutriendes.

Φρενίτις. est inflammatiō mēbranarū cerebri, febrē acutā & mentis perturbationē inducēs. Sic quidē propriè dicta phrenitis definitur, eamq; omnes vel simplicē inflammatiōnē esse statuerunt à copia sanguinis, vel erysipelatosam à flaua bile, aut humore bilioso vsto & in atrū verso. Ex quo cōsequitur eiusmodi phrenitidē propriū & primariū cerebri affectū esse. Consistit autē ea inflammatiō in meningibus, & in ipsum etiā cerebrū aliquādo peruadit, adeo ut inflammatiōne simul laboret: aliquando verò feruet dūtaxat, & calorem praeter naturā concipit. Indē febris acuta propter affecta partis dignitatem, eximium sensum, & coniunctionem quae illi cum corde maxima est, in-

Nn

DEFINIT. MEDIC.

ducitur, & perpetua deliria succedunt. Sunt enim hæc duo pathognomonica phrenitidis signa, ut quæ nunquam ab ea abesse videantur, & eius, ut ita dicam, essentiam constituent. Consequuntur verò & alia quedam signa, quæ medici assidentia vocant, perpetua ferè vigilia aut somnus admodum turbulētus, ex quo surgunt, exiliunt, vociferantur, & (si à sanguine morbus est) rident, aut, si à bile flava est, ferociunt, vel si atra vitium fecerit, tam immaniter sæuiunt, ut coërceri nequeant. Oculos prætereà habent rubentes, aliij aridos, aliij lacrymis aut lemis perfusos. Aliis memoria, aliis ratio, aliis imaginatio deficit, unde varia insanix genera oriuntur. Est verò & alia non propriè dicta phrenitis, ut quæ tum à vetriculo, tum à diaphragmate per consensum gignitur, tum quæ per ardentissimæ febris vigorem provenit, quas plerique phrenitidis nomine non dignantur, sed παραφρονας modò vocant. item quæcunque sine febre est, quam μανία rectius quàm phrenitidem appelles. Sic Hippocrates communi quadam & non propria significatione phreniticos aliquando vocat omnes quibus mens, quam φρενας Græci nominant, oblæsa est, etiam si perpetua cataphora teneatur, quales ij sunt qui φρενιτικοὶ ἀσαφῆς in prorrh. appellantur. Sic enim eo libro dicuntur, qui ita desipiunt, ut tamen eos desipere nemo intelligat. Vulgus enim eos solos phrenitide teneri arbitratur qui vociferantur aut in alios insiliunt, cum tamen Hippocrates, ut eo loco scribit Galenus, omnes quibus mens non constet phreniticos appellet, etiam si perpetua cataphora laborent.

φεικία. horror. quid sit ex rigore discendū, de quo antè in dictione εἶσος. Fit enim eodem modo, & ab isdē causis à quibus rigor. Sed horroris causa mitiores, pauciores, quiescentes & minùs mota sunt quàm rigoris. Nam excrementū mordax, erodens, nitrosum, salsum, amarum in cute vel subdita illi carne motum ut intensione qualitatis & motus rigorem vel maximum vel medium vel minimum excitat, prout causa magis vel minùs erodunt, abundant, moventur, ita paucitate, tenuitate & motionis impetu inferius, horrorem tantum mouet. Ut autem horror minus quiddam est quàm rigor, sic maius quiddam est refrigeratione & inæqualitate. Qui enim refrigerationem committit humor frigidus est, crassus & immotus, qui verò inæqualitatem, minimum calidus, tenuis, motusque, ut in ea ferè non motus, sed sensus tantum, qualis in ulcerosa lassitudine vel pruritu, sentiatur. Ut autem medius est horror inter rigorem & refrigerationem, ita sit extremis eorum causis inter se contemperatis. Sunt autem eæ quas diximus causa, videlicet qualitas prava & mordax magis minùsue, quantitas multa vel pauca, motus velox, tardus, validus, lægidus per sentientes corporis partes non per vasa factus, quibus etiam accedit corporis robur facilisque sensus. Nam qui corpore sunt robusto & vix patiente, horrore vel rigore minùs tentantur quàm qui sunt corpore imbecillo & sensu facili præditi.

φεικία. significat apud Hippocratem τραχύ ἢ ἐπιπλοῦδες, hoc est, asperum & rugosum. Dicitur de cute, cuius asperitas & inæqualitas φεικία & φειξ appellatur. Ei contraria est ἰλιότης, hoc est, leuitas.

φεικία παροξυσμός. horrida accessio. Sic dicitur propriè accessio febris semitertiana, proptereà quòd cum horrore inuadat. Ut enim ipsa febris mediæ cuiusdam est naturæ inter exquisitam tertianam & quotidianam, ita horrorem inducit inter rigorem & refrigerationem medium, ut docet Galenus lib. 2. de crisi bus cap. 9. & lib. 2. de differentiis febrium cap. 7.

φεικία

φεικώδης πυρετός. horrida febris. Dicitur apud Hippocratem lib. 1. τῆν ἰδιαιμῶν, non simpliciter quæ cum horrore inuadit, id enim innumerabilibus accidit febribus, sed exquisitus hemitritæus, in quo videlicet magnam accessionis partem horrores occupant, eo maxime die in quo tertiana & quotidiana continua simul concurrunt, ut explicauit Galenus lib. 2. de differentiis febrium. Eam biliosus pituitosusque humor ex æquo misti committunt, itaque confusi horrorem mouent non per initia modo accessionis, sed etiam per totam propè accessionem. Tunc autem duobus modis horror iste commouetur, per reduplicationem & per inæqualem incrementi motum. Hoc breuioribus horrores interuallis, illud longioribus distinguitur. Vtrumque autem febrim semitertianæ proprium est, propter humoris à quo gignitur inæqualitatem, ut docet Galenus comment. 1. εἰς τὸ α τῆν ἰδιαιμῶν.

φρονίς cura. Est anxietas mentis ad rem aliquam valdè attentæ. Quod enim in ventriculo ἀλύκη, id in animo φρονίς est. Atque ut nulla in re conquiescunt quos ἀλύκη malè habet, nulloque possunt loco consistere, sed subinde decubitus mutant: ita per uehementes curas animus aestuat, non consistit, non quiescit. Ideò curæ uigilias inducunt, corpus siccant, fuliginosa excrementa gignunt, cutim densant, unde febres primùm ephemera, postea putrida accenduntur.

φύρι & λίθος. est gleba quædam pumicosa, pallida, modicè grauis, non solida, intercedentibus albis segmentis, ut in Cadmia. his quidem notis optimus distinguitur. Hunc aliqui hodie pro lyncurio vendunt, sicut alij pro eodem belemnitem. Exiccatur, adstringit, expurgat, ulceribus crustas quadantenus inducit. Eo infectores in Phrygia utuntur, à qua nomen accepit. Nascitur autem in Cappadocia.

φύκι. fricta, etsi adiectiuum nomen sit, absolute tamen & simpliciter citra τῆς ἐπιτιμῆς adiectionem positum, resinam pineam siue Colophoniam significat, quòd cæteras antecedit, sitque omnium maxime parabilis. Sic autem dicta est ad liquidam differentiam, quam Græci etiã simpliciter ὑγρόν, vel τὸ ἐκ τῆς κερμῶν ὑγρόν appellare solent. Huius urendæ torrendæq; differentiam Dioscorides lib. primo explicauit.

φύκλαρον. panus, seu panis: utroque enim modò latinè dici potest, ut Hermol. Barbarus annotauit. Dicitur & à quibusdam panicula. Quid sit Celsus aperte explicauit lib. 5. cap. 25. Est tumor non altus, latus, in quo quiddam pustulæ simile est. Dolor distentiòque uehemens est, & maior quàm pro magnitudine tumoris. interdum etiam febricula: idque tardè maturescit, neque magnopere in pus conuertitur. Fit maxime aut in uertice, aut in alis, aut inguinibus. Panem ad similitudinem figuræ nostri uocant. Ex quibus Celsi uerbis apparet manifestò φύκλαρον esse phlegmonem erysipelatodem, vel erysipelas phlegmonodes. Quòd enim hic tumor multa bilis sit particeps, ideò non altè assurgit, neque in profundum valdè subit, sed erysipelatis modo latior est. occupat tamen & subiecta carnis aliquid, quòd aliqua ex parte phlegmone sit. Propter eandem bilem etiam pustulæ quædam, ut & in herpete, excitantur, & dolor distentiòque maior est quàm pro magnitudine tumoris. tardè etiam maturescit eandem ob causam, neque magnopere in pus conuertitur. Addit uerò & Galenus id tumoris genus præditum esse summo calore, & citissimè generari, isque duobus quosdam ipsum ab alijs phymatibus & tuberculis distinxisse. fit maxime, ut scribit Celsus, in uertice, alis aut inguinibus, nec tamen in iis tantum, sed in omnibus etiam glandulosis partibus, ut Galenus author est. Figura illi pano

DEFINIT. MEDIC.

similis est, quo textores utuntur, atque etiam pani, quam figuram quamuis φύμα θλαῖ habeat cum phymate communem, multis tamen nominibus ab eo differre: φύμα enim verior phlegmone est, magisque exquisita, proindeque facilius in pus convertitur. præterea tantò minus doloris adfert, minúsque calidum (nisi dum suppurat) sentitur, quantò bilis flava sanguisve biliosus syncero sanguine plus doloris mouet, calidiórque est. Differt autem φύμα θλαῖ à bubone authore Galeno, ut scribit Paulus lib. 4. cap. 22. quòd bubo phlegmone sit: φύμα θλαῖ verò, ut dictum est, sit φλεγμονώδης ὄφουσιπλάης, ἢ ὄφουσιπλάτῳδης φλεγμονὴ τῷ ἀδινῶ.

φύμα. tuberculi genus est, sic dictum ἀπὸ τῆς φύμας, hoc est, ab iis quæ sponte ex terra nascuntur. Est autem eius significatio duplex, sicut Paulus lib. 4. cap. 22. scribit. Vna generalis & communis, qua, ut multorum sententia est, omnes æquè tumores ἀπὸ σπυματώδης, qui præter naturam oborti sunt, in quacunque corporis parte, φύματα ἀpellantur, quòd Hippocrates scripserit, Quibus phymata in urinario meatu excitata sunt, abscessu suppurato ruptóque liberantur. Addit verò Galenus comment. 1. in lib. 6. τῶν ἐπιδερμῶν sic vocari eos præter naturam tumores, qui prorsus sine causa aliqua externa proueniunt, maximè si extra corporis superficiem extuberent. Quæ quidem significatione ὀδιδιῶδες, ἀνροχρόδους, σατυριασμοί, χοιράδης, & id genus quamplurimi tumores, qui per se nullámque externam ob causam excitantur, in extremis corporis partibus φύματα vocantur, siue lati sint, nec multum alti, cuiusmodi sunt φύμα θλαῖ, siue etiam elatiores & paulò magis extuberantes. Altera verò specialis propriáque significatio est, secundum quam φύμα dicitur phlegmone, quæ in adensa carne sponte oborta statim augetur, atque ad suppurationem citò peruenit. Quo modo neque ὀδιδιῶδες phymata sunt, ut qui magis scirrhosi sint quàm phlegmones natura ferat, neque etiam χοιράδης, tùm eandem ob causam, tùm quòd non faciliè in pus vertuntur. Duri præterea hi tumores sunt, cùm φύμα mollius sit atque calidius, tanquam è sanguine genitum: quo autem differat ἀπὸ τῆς φύμας θλαῖ suo loco dictum est.

φύμα. flatu. Est spiritus crassior. Refertur ad spirituosam substantiam ut qui in spirituum genere sit, estque humorum veluti vapor quidam, sed ferè impurior, crassior, turbidior. Eius generatio in ventre fit, quemadmodum & nebula in aère, à cibis vel humoribus quibusdam pituitosis à debili calore in halitum solutis. Quippe syncera frigiditas prorsus halitum non facit, quòd nullo modo attenuet, conficiat, aut dissoluat alimentum: fortis autem calor cùm multò superior sit alimentis, tantum abest à generando flatu, ut genitum etiam attenuet atque dissipet, nisi alimentum ipsum natura flatuosum sit. Tunc enim gignitur quidem spiritus aliquis turbidus & quodammodo nebulosus, sed qui faciliè uno aut altero ructu vacuetur. Itaque calor qui in cibos quidem agit, sed diminutè, quòd eos aliqua ex parte dissoluat nec tamen prorsus conficiat, flatum siue spiritum flatuosum parit. Gignitur autem tùm à materia quavis calfacta, tùm ab externo flatu, tùm ab alimento flatulento, non in ventriculo modò & intestinis, sed in reliquis etiam cavitatibus tam sensui manifestis, ut cerebri, cordis, pulmonum, vesicæ, uteri, renum, scroti, venarum & articularum, quàm sensui occultis, ut quæ sunt in spatiis inanibus inter partes similes, & neruorum spiraculis atque omnibus illis in locis mouetur. A quo quidem motu sunt in ventriculo ructus, in inferno ventre sonori vel sine sono flatu, adhæc murmurilla, strepitus, crepitus, efflationes sedis, uteri, vesicæ, cordis & partium aliarum quarundam

DEFINIT. MEDIC.

ac veluti capita sunt, proindeque tres facultates primæ atque principes horum effectrices, quæ tamen tum ipsarum inter se tum aliarum ministerium desiderant, quas secundarias possumus appellare. Hæ numero sunt quatuor, una attractrix, altera retentrix, tertia concoctrix, quarta expultrix dicitur, quæ non in iecinore modo, sed in omnibus vel minimis etiam corporis partibus insunt, genere quidem planè eadem, sed numero valdè differentes. Et carnes & nerui & ossa pariter ad sese alimentum attrahunt, sed multum ab inuicem dissimile: & concoquunt quidem omnia, sed varia admodum concoctio est, pro cuiusque partis natura, & tamen omnes eas vires atque facultates quamuis tam differentes à iecinore sortiuntur, à quo tanquam à fonte in uniuersum corpus illæ deriuantur. Est enim principium vegetabilis facultatis, qua non animalia modo, verum stirpes etiam & quacunque alia viuunt, gubernantur. Ac quanquam natura per uniuersum corpus sit diffusa, & omnes actiones ab ea profiscantur, & nullum opus non possit natura tribui, adstringitur tamen à medicis facultatis naturalis nomen ad eas actiones, quarum principium & sedes iecur est. Nam sicut rationalis & irrationalis anima vim & quæ ad sensum motumque pertinent in cerebro statuerunt, & in corde irascibilem atque pulsificam, sic in iecinore concupiscibilem & quacunque nutriendo corpori conueniunt, tanquam in suo fonte collocarunt. Nec interest, ut scripsit Galenus, eamne appetitricem seu naturalem seu altricem voces, veluti nec si animam aut facultatem.

φυσιολογικὴ. pars est medicinæ quæ naturam hominis uniuersam à conceptu ad extremum usque senium disquirat. Ad eam pertinet omnis de semine deque menstruo sanguine, de partium conformatione & principatu, de fœtus perfectione, similitudine cum parentibus, de anatomia singularum partium, earumque differentiis, & temperamentis, de aetatibus, de calore natiuo & spiritibus, de tribus facultatibus nostrum corpus dispensantibus, de humoribus, aquis, aëre, locis, consuetudine & cæteris id genus disputatio. In qua communibus quidem naturalis scientiæ principiis atque theorematis utitur, sed quatenus hominis cognitioni inseruire atque accommodari possunt. Eam quidem medicinæ partem Empirici atque Methodici aspernati sunt, sed Dogmatici, quorum princeps fuit Hippocrates, plurimi fecere.

φυσώδης νόσος. flatuosus morbus, qui & hypochondriacus dicitur. Species est melancholia, de qua vide suo loco.

φύτα λία. postrema hyemis pars, sic dicta à veteribus quòd eo tempore insitiones optimè fierent. vide χειμῶν.

φωνατικοί. dicuntur qui vocis curam habent, eamque magno studio exercent, quales sunt tragædi, comædi, præcones, citharædi.

φῶς. dicitur circulus subniger qui papillam ambit. Sic etiam, ut scribit Oribasius, vocatur medium transversariorum quæ in Nilei machinamêto sunt, quod plinthium appellatur.

φωσφόρος. est collyrium διαύρονον, quod à Galeno lib. 4. τὴν κατὰ τὸ πνεῦμα & ab Aëtio lib. 7. describitur. Recipit glaucy drach. XXIII. sarcocolla drach. VIII. croci drach. VIII. opij drach. VIII. myrrhæ drach. VIII. misyos vsti drach. VIII. gummi drach. XII. Excipiuntur aqua pluuiæ. valet ad dolorem & omnem inflammationem & vehementes epiphoras. est autem aduertendum malè apud Galenum legi φῶς < .10. est enim scribendum φῶς < .16. error facilis est.

IO. GORRAEI PARISIENSIS

DEFINITIONVM MEDICARVM

T O X.



Alit̄. quanquam propriè iubam significet in quadrupedibus, qualis est leoni mari, dicuntur tamen & in homine χαλῆται, αἰ ὀπασερ κ̄ δ' ἰνὸν ἀφῆλῆαι τεῖχες, sicut scripsit Rufus, ut & ἰουλοι, αἰ παρὰ εὐν κροτάφους τῆν τελεχῶν ἐκφύσεις.

χαλῆται ἢ

χαλῆται. sunt tubercula quaedam pellucida grandini similia, per cutem sparsa. Author enim introductionis seu medici χαλῆται recenset inter eos affectus qui in quacunque parte corporis consistunt. Inuadit tamen præcipuè oculorum palpebras, si quando in iis lentius quidam humor concreuerit. Sunt autem, ut ait Celsus, tubercula parua in palpebris mobilia simul atque digito huc vel illuc impelluntur, condunturque aliquando sub cute, nonnunquam sub cartilagine, non dissimilia κριθαῖς, sed non figuræ eiusdem. Sunt autem rotunda & pellucida, ideóque grandini similia, usque dissectis humor manat candido oni similis. Dicitur & hic affectus χαλῆταισιν ἐν τῆν ἔσχατῶν.

χαλῆταισιν. grandinatio. Sunt eminentia quaedam intra palpebras grandini similes. vide supra χαλῆται.

χαλαρόν. laxum. dicitur apud Hippocratem pars recti intestini laxior, videlicet ad differentiam oræ eius infimæ quæ sphinctere musculo adstricta est, ut scribit Galenus in initio libelli de dissectione vuluæ.

χαλαστικὰ φάρμακα. relaxantia medicamenta. Dicuntur medicamenta quæ tensioni medentur. Itaque cum tensio multis modis contingat, non videtur una esse laxantium species, sed alia humectando laxant, alia calfaciendo, alia molliendo, alia vacuando, alia tumores præter naturam purgando, alia aliud quiddam faciendo. At tamen si uniuersalem quandam horum omnium substantiam constituere licet, ea certè erit ex genere modicè calfacientium: sic enim & conuientia corporis laxantur, & flatuosi spiritus tenuantur, & quod phlegmones iam conflatum est digeritur. Præcipuas in eorū ordine partes tenet oleum chamæmelinum, item adipēs, butyrum, æsopus, & reliqua quæ intra secundum gradum calfaciunt. Verum Methodici multo longius τῆν χαλαστικῶν nomen extendunt, ut docet Galenus, ad omnia remedia significanda quibus adstrictus affectus, quo unà cum fluente humore omne morborum genus comprehendebant, curaretur. Itaque & venæ sectionem χαλαστικῶν esse præsidium dicebant, & omnia similiter purgantia medicamenta.

χαλβάν. galbanum. Est succus è planta ferulacea. Nascitur in Syria Dioscoridi, & μετόπιον aliqui vocant. Maximè præbatur cartilaginofum, pingue, similitudinem thuris præferens: item paruum minimèque lignosum, sed in quo non nihil seminis ferulae sit admistum, præterea graui odore, neque humidum, neque retorridum. Vi emolliendi & digerendi præditum est. Excalfacit tertio ordine incipiente, aut secundo completo: desiccatur uerò secundo incipiente.

Nn iiij

DEFINIT. MEDIC.

χαλκωδός. atramentum sutorium. Est succus concretus, ex chalcitide genitus & efflorescens. Ac cum quinque species sint eiusmodi succorum concretorum sory, melanteria, chalcitis, misy, & de quo nunc agimus atramentum, in coloribus praesertim differētia est. Cum enim quatuor priores species coloris sint vel cinerei & nigri, ut sory & melanteria, vel rubri & aerei ut chalcitis, vel lutei & aurei, ut misy, atramentum sutorium alterius est coloris & varij. Nam & candidum est albaeque viola simile, quod λευκίον vocant: & pallidum, & viride, & caeruleum, & omne praeterea perspicuum & nitens, unde superior aetas vitriolum appellavit. Differunt quoque praedicti succi ea in re, quod priores illa quatuor species nativae semper sint, atramentum vero sutorium & nativum & factitium habeatur. Nativum quidem quod & fossile dicitur, ex chalcitide, ut dictum est, efflorescens & concretum, & naturā tam simile chalcitidi, ut in hanc tandem per se redeat annorum spatio, sicut se vidisse Galenus memoriae prodidit. Id aliquando quidem pendet ex metallorum cameris stiriarum instar, aliquando vero in terram deciduum est & iacet humi, quorum utrunque quoniam distillando concrevit χαλκωδός σαλευδός Graeci nominant. Id vel simile est capillis & plumis, vel habet stiriarum aut glebae figuram, quae etiam factitia est, cuius glebae ex cubicis quibusdam corpusculis coagmentantur, perinde atque vuae ex acinis. Factitium vero duplex etiam est. Alterum proprie πικτόν vocant Graeci, id est, concretum, quod è terrae cuniculis aqua atramentosa vel elata & in piscinas effusa, quemadmodum narrat Galenus, vel inde corruata frigore aut calore solis concrevit in chalcanthum: alterum vero εὐδόν, id est, coctum, quoniam aqua atramentosa in ahenis decoquatur: est autem ea aqua, ut ait Galenus, viridis, chalcitin & aruginem redolens, & gustus quoque eiusdem. In medicina usu praestat fossile, caeruleum, graue, spissum, pellucidum: secundas tenet quod πικτόν diximus vocari. Adstringit vehementissimè & valde calefacit & siccatur, quare sanguinem profluentem è vulneribus sistit, ulcera sordida purgat, & minuit excrescentia.

χαλκίς. est medicamentum metallicum, colore aris, intercurtantibus oblongis venis splendidibusque. Nascitur in iisdem metallis in quibus σάρον & μίον, mediumque inter ea non tantum loco, sed etiam viribus. Primum enim σάρον solet occurrere, deinde ἡ χαλκίς, postremum δὲ σάρον. Est enim μίον tenuissimum, σάρον crassissimum, mediā vero rationem ἡ χαλκίς habet. Sed & temporis spatio in se inuicem transeunt, quemadmodum narrat Galenus τὴν χαλκίαν per triginta fere annos domi sua asseruatam, in μίον versam se vidisse. Ex quo apparet haec tria specie eadem esse, solāque naturae concoctione & perfectione ab inuicem differre. Caeterum ἡ χαλκίς mistim adstringit & acris est: sed vincit acrimonia, quae tanta est ut carnem urat & crustam inducat. Itaque eam urere praestiterit, quo & ipsa mitius urat, desiccet, adstringat, minusque acris sit atque mordax. Inter venena numeratur quae rosione interimunt.

χαλκὸς λεπὸς. aris squama quae & λεπὸς simpliciter dicitur. Sunt tenues & squamosae aris particulae, quae vel de aereis panibus, vel de clavis malleolorum ictibus excutuntur. Hanc ἰλίαν appellant, id est, clauarem, cui & primas tribuit Dioscorides. Itaque in hoc squama differt à flore, quod illa vi excutitur, hic sponte ab aere refrigerato excidit. Probatum squama quae crassa est & aris modo rubens, & quae, cum aceto aspergitur, aruginem ducit. Vehementer siccatur, praesertim ἰλίς. Nam & subtilissima

tilissimæ omnium substantiæ est, ut quæ nonnihil aruginis assumpserit. Detrahit similiter & liquat carnem & acriter mordet, ex quo perspicuum est non admodum tenuis esse substantiæ sed potius crassæ.

χαλιῶν ἄνθος. aris flos. Sunt minuta aris particula à reliquo eius corpore resoluta, milij specie, breues, ponderosa, friabiles, in attritu fuluescentes, modicè splendentes atque constringentes. Fit autem duobus modis, uno cum æs è lapidis panibus in fornace excoctum fusumque in receptacula delabitur per colla fistulariū ad ea pertinentium: altero vero cum in singularis foci receptaculo æs, à quo plumbum & argentum fuerint separata, colliquatum fuerit: utroque enim modo recrementis iam detractis eandenti aris massæ aqua clarissima affunditur, tum ut refrigeretur, tum ut in panes diuidi possit. Illa igitur repente densata & concrescens florem illum veluti expuit, qui postea refrigeratus colligitur. Habet extergendi facultatem, estque tenuioris essentiæ quàm aut æs ustum aut aris squama. mordet, adstringit & excrescentia coërcet.

χαλιῶν. areolum. Nomen est ponderis & Attici & medici. Est autem sexta pars oboli. Siquidem obolus ἐξ χαλιῶν, hoc est, sex areola continet. Est igitur ὁ χαλιῶν duodecima pars scripuli. diuiditur autem ὁ χαλιῶν εἰς λεπτά, hoc est, in minuta septem. Pendet autem χαλιῶν grana duo Arabum, est autem granum apud Arabas minimum pondus.

χαμαιόβατος. rubus est humi sparsus, radices quæ tellurem tangit agens.

χαμαιόδενον. laurus Alexandrina. Romanis laureola siue laurago. Græci aliis nominibus etiam δένδρον & δένδρον, & ὄσβατον appellat. Frutex est unico ramulo cubitali, recto, tenui atque leni, folio lauri similitudine, multò leniore & magis herbaeo, semine rotundo, rubenti, admistoque foliis quibus supernascitur. Reprehenditur Plinius quod vincā peruincam esse putauerit. Eius fructus urinam mouet: similiter & tenera germina, (ἀσπαργος vocant) incibos admittuntur, attenuandi vi prædita.

χαμαιόφρον. est herba quæ statura tota digitorum quatuor altitudinem non excedit in petrosis & asperis nascens, foliis paruis, effigie & diuisura quercus amaris, flore penè purpureo, exili. Græcum nomen retinet in officinis. Græcis etiam τένυριον & χαμαιόφρον dicitur. Latini trissaginen & ferratam, vulgus querculam vel ferratulam nominat. Habet autem chamædrysin vincentem qualitatem amarā: est & quodammodò actis, quare lienes colliquat, urinas & menses prouocat, crassos humores incidit & obstructiones aperit. Tertio ordine excalfacit & desiccāt, plus tamen calefacit quàm desiccāt.

χαμαιόφρον. Idem quod ἡ χαμαιόφρον, ut habetur apud Dioscoridem. Sunt tamen qui hanc τένυριον appellant.

χαμαιόκεραος. cerasus pumila, radice parua. Nec arbor est nec arbusculis cerasorum impar, baccis cætera omnia consimilibus. In Bythinorum agro frequens nasci proditur, & ibi copiosè eam esitantibus caput non aliter quàm vinum grauare.

χαμαιόκιστος. hedera terrestris, Romanis hedera pluuiatica, Græcis etiam κίστος ἀκαρπός & κίστος ἐπιγῶς dicitur. Frutex est similis hedera, longioribus & tenuioribus foliis, dodrantalibus ramulis multis, foliosis, ab radice quinis senisue, flores albæ violæ existimari possent, nisi minores essent, admodumque amari gustus, radice candida,

DEFINIT. MEDIC.

tenui, superuacua. Nascitur in cultis. Eius flos cum sit admodum amarus iecur ob-
structione liberat, daturque ex coxendice laborantibus. Plinius tertiam cyclamini
speciem à quibusdam χαμαίκορον vocari scribit.

χαμαικωνοεισος. herba est sic dicta à foliorum cypressi similitudine: vulgò dicitur ab-
rotonum, & cypressus hortensis.

χαμαιδίκη. herba quæ creditur esse bechion siue tusilago. Plinius verò herbam quæ
Latinis farranum siue farfugium dicitur, Græcis χαμαιδίκη vocari existimat.
Sed & Dioscorides auctor est βήχρον à quibusdam χαμαιδίκη dici.

χαμαίλινον. sic dictum à quibusdam ἱερὸν ἀδιστεριώνα Dioscor. auctor est.

χαμαίλιον. chamaleo. herba est duorum generum, unum albi, alterum nigri nomine.
Albus folia sibi habet aut cardui asperiora & acutiora quam nigri robustiora-
que: caule vacat, verum è medio sinu spinas echini marini aut cinarae modo sub-
rigit, purpureis floribus & crinitis, qui in papporum lanugines euanescent: semen
habet cnici simile, radicem in latis & pinguibus crassam, in montosis verò graci-
liorem, in profundo albam, aliquatenus aromaticam, graui odore, dulcem. Verum
chamaleo niger foliis scolymo similis esset, nisi minora tenuioraque ac rubro distin-
cta viderentur. Caulem emittit dodrantalem, digitali crassitudine, subrubrum, &
in umbella flores spinosos, tenues, hyacinthi æmulos, versicolores. radice crassa, ni-
gra, densa, interdum exesa, quæ dissecta flauescit, & commanducata mordet. Pro-
uenit in campestribus siccis & cliuosis tractibus & maritimis: vulgus hodie cardo-
nettum vocat. semine cuius utitur ad cogendum lac. Dioscorides sic Græcis dictum
chamaleonta prodidit à varietate foliorum: hæc enim cum terra colorem mutant
ut hic nigra, illic viridia, aliubi cyanea, aliubi crocea atq; aliis coloribus appareant
chamaleonis animalis instar. Sunt autem duæ ille chamaleonis species valde inter
se differentes: albi enim radix potui datur utiliter oxybaphi mensura hydropicis,
& contra difficultatem urinæ & serpentium venena, ut ait Dioscorides: nigri ve-
rò radix lethale quiddam obtinet, & à Paulo Aegineta priuatim inter venena
numeratur, & proinde foris tantum, authoribus Dioscoride & Galeno, adhibetur
ad affectus externos, qui detergeri debet. Præter has autem duas Chamaleonis dif-
ferentias statuendus etiam est alius chamaleo quem ἰξίω siue ἑλόφορον nominant,
lethalis prorsus & venenatus, nisi eum aliquis putet albi speciem esse, quod de albo
scripserit Dioscorides, ipsum ἰξίω ideo aliquibus vocari, quod quibusdam in locis
viscum circa radicem eius inueniatur, quo pro mastiche utantur mulieres. Sed
vide num hæc appellatio ad nigrum magis pertinere debeat, cum Galenus ipseque
Dioscorides chamaleonem album propinantes, ut dictum est, non distinxerint an
viscum necne fundat, cum tamen ἰξίω deleterium esse constet si bibatur.

χαμαίλιον etiam dicitur à quibusdam ὀδύρακος, ut habetur apud Dioscoridem.

χαμαίμηλον. dicitur ἡ ἀνθεμὸς ab odore mali, vulgò camomilla.

χαμαίπιον. aiuga siue abiga, siue thus terra, ut ait Plinius. Nunc ab officinis & herba-
riis iua muschata dicitur. Est herba per humum serpens, incurua similis, foliis semper-
uiui minoris se d multò tenuioribus, hirsutis & pinguioribus, circum ramos desis, odo-
re pinus, flore tenui, luteo vel cædido, radicibus cichorij. Est & altera eius species eius-
dem nominis, cubitalibus ramis, anchora modo incuruis, minutis crinibus, coma su-
pradicta. flos candidus, nigricans. semen olet pinum ut superior. Tertia masculus
dicitur,

dicitur, paruula, leuior, foliis exilibus, candidis, pilosis, coliculo crasso & albo, flosculis melinis, semine pusillo secus alas eodē odore quo cetera item species. Habet autem ἰ χειμαπίτιος & amarorem & acrimoniam, vimque abstergendi expurgandique maiorem quā calfaciendi: itaque iecinoris obstructions percommode soluit, menses & urinas mouet. Siccat tertio ordine, calefacit secundo.

χαμαιράφ. dicitur à quibusdā ἰ χειμαίφους, ut habetur apud Dioscoridem: sunt tamen qui χαμαίφραπα malint appellare.

χαμαίσυκη. herba est ramos habens digitorum quaternūm, teretes, succosos, per terram sparsos, folia lentis effigie, peplo similia, paruua, tenuia, quae à terra non attolluntur. semine sub foliis rotundo, ut in peplo. neque caulem neque florem promit. radice tenui & superuacanea est. Est autem ἰ χειμαίσυκη acris & abstergens.

χαμελαία. oleago, vel oleastellum. Est frutex surculosus, foliis oleae similibus, tenuioribus, gustanti amaris & mordacibus ita ut linguam vellicent & arteriam exulcerent: officinae μεζερεον appellant. Detrahit pituitam bilemque, foliis praesertim in catapotio deuoratis: namque duae absynthij partes, ut scribit Dioscorides, adiecta chameleae una, hydromelite excipiuntur & in catapotia coguntur. Ea autem in ventre non liquefcunt. siquidem quotquot fuere deuorata regeruntur.

χαμελαία. dicitur à quibusdam ἰ θυμελαία, ut habetur apud Dioscoridem.

χαρμίας. dicitur primū genus tithymalli. Est autem tithymallus masculus, caules habens supra cubiti altitudinem, rubros, lacteo succo atque acri madentes, folia autem oleae circum ramos angustiora & longiora, radicem crassam & lignosam. Pendent in cacuminibus caulium comae iunci, sub quibus caueolae solioli balnearum similes, in quibus semen continetur. Nascitur in asperis & montibus. Dioscorides aliis nominibus à quibusdam κομήτιω & ἀμυγδαλαφῶν & καβίον tradit appellari. Gallis nūc magna ex parte expurgia nominatur. Eius enim succus aluum purgat, trahitque pituitam & bilem binis obolis in posca sumptis, & cū aqua mulsa vomitiones mouet.

χάσμα. oscitatio. Symptoma est facultatis seu actionis animalis motricis. Est enim deprauatus maxillae inferioris motus. Fit propter humiditatem flatuosam vel spiritū vaporosum contentum in musculis maxillam inferiorem aperientibus: frigida autem prorsus causa est, eoque fit ut & per initia accessionum & somno maximè appetēte crebrae fiant oscitationes, utque illae etiam tūm vino, tūm magna rataque spiratione discutiantur, ut docuit Hippocr. aphor. 56. lib. 7. & lib. 6. τῆν ἰδιόσυμψ, scribens Medicatorium oscitationum continuatum longum anhelitum esse. Eum autem humorem natura dum conatur expellere, maxillam mouet & agit, hiatūmque oris inducit: sic ut ab aliis partibus excrementa depellat, eadem motus alios exercet, ut pandiculationem, tussim, singultum, vomitum, horrorem & alios iis similes. Sed vomitio quidem & tussis & horror validi omnino motus sunt: pandiculatio verò & oscitatio, mediocres, inter quae aliud etiam discrimen est à Galeno proditum, quod cū eiusmodi omnium symptomatum alia natura sint opera, à morbosa tamen causa coactae, alia morbosos comitentur affectus, nil contra moliente natura, alia verò fiant natura & morbo ad actionem simul cōcurrentibus, oscitatio gignatur sola facultate naturaque agente, velut & tussis & pandiculatio & singultus. Hac enim solius facultatis opera sunt aduersus causam morbificam insurgentis.

χάσθη. dicitur speciatim id leguminis genus quod manu carpitur, ut scribit Gal. lib. de

DEFINIT. MEDIC.

attenuante victu, vide ἀραιότερα ἀσκήματα.

καλαμάγκη. nomen est emplastrī purgatorij quod sibi in usu fuisse Aëtius scribit. Impositum umbilico mouet inferiorem ventrem. Est & apud Paulum unguenti nomen, quo peruncta sedes aluum mouet & subducit. Sic dici potest quicquid affert candi necessitatem.


χῆλος. labrum. Sic dicuntur oris extremitates musculosæ, ipsum vicissim claudentes aperientesque. Labrorum quidem substantia carne quodammodo fungosa constat, & ipsa tota labrorum cute, & oris amplitudinem succingente tunica & quatuor musculis confusa. Est autem ea valdè mobilis in omnem partem: sursum quidem à binis utrinque musculis qui à malis descendunt, quorum duo supernum, totidem infernum sursum attollunt: deorsum verò à binis similiter, qui utrinque à menti lateribus in labrum tùm supernum tùm infernum ascendunt. Horum autem congeneres duo, dum simul agunt, labrum motu recto mouent: dū alteruter, tantum obliquo. Ad hæc fibræ eorum qui labrum supernum attollunt & infernum deprimunt, interna quidem intrò versus dentes, externa verò foras versus cutim labra euertunt. Sic quatuor habentur in labris musculi, à quibus octo motuum differentia perficiuntur, quemadmodum lib. 11. de usu partium Galenus demonstrauit. Sed hos propè omnes labri utriusque motus non parum iuuat musculus latus, ab aurium radice, occipite, spinis omnibus cervicis, spina omoplatæ, acromio, clauī, sterno exortus, totiusque tenuissimus in faciei partes penè omnes, fibris à tam diuersa origine variis insertus, easque ob id in omnem propè partem mouēs. Dicitur χῆλος πρὸς τὸ χεῖρ λόγους. Ceterum quod in labiis prominet πρὸς χεῖρας dicitur, ipsa autem labiorum sectio quæ πρὸς στόμα efficit, μύσας & λογιῶν vocatur auctore Polluce: πρὸς στόμα autē siue πρὸς στόμα labiorum mutuus congressus: εὐλκρον verò cavitās quæ superiori labro inest, ut alia quæ in inferiori est, τῦπε & ὑμφη.

χειμερῖ. dicitur à quibusdam δ' αἰετῶν siue sedum minus, quòd hyemes toleret neq; unquam moriatur.

χειμῶν. hyems. Est tempus anni frigidum & humidum, Vergiliarum occasu incipiens & æquinoctio desinens. Est enim per se ea temperie prædita hyems, nec ex comparatione cuiusquam talis dicitur, sed quòd in ea humiditas superet siccitatem, & frigiditas calorem. Initium sumit quinto vel sexto circiter Nouembris die, cùm scilicet Vergiliæ occidunt, duratque ad æquinoctium quod mense Martio cōtingit. Itaque tota hyems plusquam quatuor mensium est apud medicos. Quod quidem spatium plerique sequuti Hippocratem lib. πρὸς ἰσθμιάδων in tres partes diuidunt: ac mediam quidem eo tempore comprehendunt quod circa solstitiū est, nec alio, opinor, quàm χειμῶνος nomine designāt, primam autem ab initio hyemis ad hoc usque tempus, quam ἀπορῶν, hoc est, sementem vocant, postremam autem à medio illo tempore ad finem hyemis, quam φνταλίω, hoc est, inserendi tempus appellant.

χεῖρ. manus. brachium. Geminam habet significationem. Nam & totum brachium ab humero usque ad digitos, & extremam brachij partem significat, qua aliquid comprehendimus. Neque enim quæ latine manus dicitur, nomen habet proprium apud Græcos distinctum à toto brachio. Itaque si quando alterum designare Græci volunt, sæpè addunt quo distingui possit, ut Hippocrates ἐν τῷ πρὸς ἀγμάτων manum significare volens, non χεῖρα simpliciter, quod brachium etiam significat, sed χεῖρα ἀκρῶν

ἀνρῶν dixit, & Galenus lib. de Ossibus, ὅλῳ τῷ χεῖρῳ, designans totam partem brachio, cubito & manu constantem. Vfus tamen videtur obtinuisse ut simpliciter χεῖρ, manum Latinis dictam significet, si verò totum quod ab humero est designare velimus, ὅλῳ τῷ χεῖρῳ vel aliter dicamus. Sunt autem totius manus, siue brachij (quo nomine nanque voces parum interest, modò intelligas ita nũc appellari membri superioris & διφύς, ut ait Aristoteles, hoc est, bipartitam compactionem à thora-ce dependentem, quomodo sæpius Galenus usurpavit) partes sex, sed quas propriis nominibus non sit facillè distinguere, propter eorum confusionem tam apud Græcos quàm Latinos authores. Vt autem eorum facilis sit explicatio, libuit omnes eas partes hoc diagrammate designare, & singulis quæ quisque nomina dederit exponere. Primum quidem totum id membrum variis nominibus appellatum est. Nanque ab Aristotele βραχίον, à Galeno sæpiissime χεῖρ, & aliquãdo tamen βραχίον dicitur. A Latinis, Celsus quidem brachium, Gaza verò tùm brachium tùm ulna vocatum est. Partes verò ad hunc modum se habent:



- A. Articulns est, ὤμος ab Aristotele dictus, ὠμοπλάτη à reliquis. Celsus & Gaζa scapulas vocarunt. Celsus item scoptula, vel, ut alij legunt, scoptula aperta. Plinius humerum vocavit, humerum pro ipso articulo aperte intelligens. Celsus verò humeri nomine aliam, ut dicitur, partem designavit.
- B. Pars est totius brachij maxima, terminos habens supernè quidem A, infernè verò C. Hac ab Aristotele ἀγκῶν vocatur, à Galeno βραχίον; Celsus humerum, alij lacertum dicunt. Gaζa apud Aristotelem videtur lacertum agilem vertisse.
- C. Articulns est, duo magna totius membri ossa coniungens, estque ea pars qua totum membrum flectitur, cuique innitimur. vocatur ἀγκῶν ab Hippocrate, ὀλίωραον ab Arist. & Atticis, ut testatur Gal. A multis cubitus, à Gaζa gibber latinè dicitur.
- D. Altera pars totius membri non minima, imò secundùm lacertum iam explicatum maxima, sita inter duos articulos per C & E designatos. πῆχυς dicitur ab Aristotele, ab aliis ὀλίον. Celsus brachium vocat, eodem scilicet cum toto nomine, Gaζa verò cubitum vertit. Cuius pars superior ἐπίπχυ, inferior ἀγσὺς appellatur.
- E. Articulns est quo manus cum proximo osse iungitur. καρπὸς à Græcis, à Latinis brachiale nominatur.
- F. χεῖρ à Galeno interdum, sed ἀνρῶν χεῖρ sæpius dicitur. ab aliis composito nomine ἀνρὸ-χεῖρον siue ἀνρὸχειρὶς. Latini manum vocant. Sic quidem se habent totius manus siue brachij partes, earumque nomenclaturæ, quas non inconcinnè videtur Ovidius expressisse lib. 1. Metamorphoseon his versibus,

— laudat digitosque manusque,

Brachiaque & nudos media plus parte lacertos.

Sed quoniam χεῖρ etiam manum Latinis propriè dictam significat, eius quoque partes sunt explicandæ. Aristoteles quidem in duas summas particulas diuidit, ἄς & διίτη

DEFINIT. MEDIC.

καὶ τὸ δακτύλου, hoc est, in palmam & digitos. Palmæ duas partes facit, internam & externam. internam δέναν σαρκώδης appellat, hoc est, volam: externam autem quæ nervosa est, dicit nomine carere. iuniores μετακάρπου dixerunt. Digitorum etiam duas partes statuit, κνίδουλον & φάλασσα, hoc est, nodum & internodium. Alij verò aliter distinxere, primam quidem manus partem vocantes κάρπου, non nodum quidem illum quo cum brachio manus iungitur, sed eam palmæ particulam quæ ex multis minimisque ossibus constat, nodo illi proximam. Alteram verò carpo annexam latamque & ex rectis quinque ossibus constantem ad digitos tendentibus, & ex quibus ipsi digiti oriuntur, quam Aristoteles proprio nomine carere dixit, ex ipso situ μετακάρπου vel ὀμοδέναν vel πνοκάρπου nuncupantes. Quibus duabus partibus tertiam Pollux addit, πνοκάρπου vocatam. Quæ verò metacarpio opposita pars est, lata & concava, & scissuris, ut scribit Aristoteles, vitæ indicibus distincta, δέναν, vel, ut ait Aristoteles, δέναν σαρκώδης nuncupatur, à Latinis vola, cuius pars quæ digitis proximè subest, σῦδος χειρός, vel, ut alius placet, ὀμοδέναν nominatur. quanquam sunt qui σῦδος χειρός ipsum metacarpium interpretentur. Ab his digiti consequuntur, de quibus suo loco agitur.

χείρ. emplastri nomen est, quod quinque pharmacis, ut manus digitis, constat, inæqualibus etiam ponderibus. Recipit autem Colophonia libras V. cera lib. IIII. resinae pinus lib. III. adipis taurini lib. II. butyri lib. I.

χείρ etiam à quibusdam dictus est ὀδύνηος, ut habetur apud Dioscor.

χεῖρα ῥεῖα. dicitur arthritidis, quæ manuum articulos occupavit. nec verò morbus ipse tantum sic appellatur cum viget & dolorem facit, sed ipsa etiam articulorum contorsio & imbecillitas post morbum relicta. Tophis enim articuli manet intercepti. Id enim significat ἡ ῥεῖα τῆς χειρός, quamvis alij χεῖρα ῥεῖα quasi χεῖρα ἄρα ἀπὸ τῆς ἀλγῆματος derivati malint.

χεῖρα ἕξις. significat apud Hippocr. idem quod ἡ χεῖρα ὀδύνηος, vel uniuersa simpliciter rerum omnium admotio quæ manu perficitur, quam & χεῖρα ὀδύνηος appellant.

χεῖρα ὀδύνηος ἢ

χεῖρα ὀδύνηος. pars est τῆς δεξιᾶς πύλης, morbos, qui in solutione cōtinui aut in partium extenarum immoderatione consistunt, tollens sectione, vstione, restitutione in naturalem situm, & medicamentis foris apposis. Sectione enim & vstione tollit quod redundat, luxata & fracta ossa reponit in locum naturalem. Ulcera medicamentis deterget, carne implet, & cicatrice obducit. Quibus in rebus tria sibi maximè proponere debet chirurgus, tum ut breui curet, tum ut curet citra dolorem, tum ut maximè tuto. Ac rursus, ut tuto curet, tria potissimum considerabit. Vnum primūque ut absolutionem operis consequatur, alterum ut sicubi hanc nō consequatur, saltē cubantem non lædat, tertium ut vitium non facile reuertatur. Hæc enim qui præstiterit merito optimus chirurgus censebitur.

χεῖρα ὀδύνηος ἕξις. Chironium ulcus. Sic appellatur ulcus malignum inueteratum, quod & magnum est & oras habet duras, callosas, tumentes. Exit ab eo sanies non multa sed tenuis. Odor malus neque in ulcere, neque in eius humore est: nulla inflammatio: dolor modicus est. Nihil serpit, ideoque nullū periculum adfert, sed nō facile sanescit. Interdum tenuis cicatrix inducitur, deinde iterum rumpitur, ulcusque renouatur. fit maximè in pedibus & cruribus. Sic dictum est hoc ulcus à Chirone, ut ab eo, inquit

quit Galenus, qui primum id sanauit. Idem etiam πλῆθρον vocatur.

χερόνιον. dicitur à quibusdam Centaurium maius, vel quòd Chiron Centaurus id primum inuenerit, vel quòd ipse Centaurio, ut tradunt, curatus fuerit, cum illi Hercules sagitta excidisset in pedem. Ac quoniã Gētiana à quibusdam alio nomine Centaurium dicta est, factum est ut quidam eam etiam Chironiũ appellarint, ut habetur apud Dioscoridem.

χελιώες. τὰ χέλι, apud Comicos veteres.

χελιδώνιον. herba est cuius duæ dicuntur esse differētiæ: unum enim maius, alterum minus dicitur. Maius caule est gracili, cubitali aut altiore, agnatis foliosis, foliis ranunculi, multis, mollioribus tamen & colore cæsiis, flore viola albæ secundum singula folia prodeunte. In eo succus croci, mordax, acris, & aliquantulum subamarus, grauiter olens. Radix supernè singularis, infernè in multa crocea capillamēta fibratur. Siliqua ceu corniculati papaueris, tenuis, in metæ figuram longa, in qua semen papauere maius recluditur. Hæc officinis suum retinuit nomen, Gallis eclera dicitur. Minus verò pingitur à Dioscoride herbula sine caule, foliis hederæ rotundioribus minoribusque, pediculis quibusdam à radice dependentibus, item teneris & aliquatenus pinguibus. Radices habet pusillas, frequentes ex eodem callo prodeuntes, in tritici modum aceruatim congestas, quarum tres aut quatuor tantum in longitudinem progrediuntur. Iuxta aquas & lacus nascitur. Calfacit & siccatur quarto ordine etiã absoluto, præsertim minus, quod acrius est maiore. Magnã utriq; vim habet extergendi, maximè si quis humor crassus in pupilla collectus est, qui oculis officiat.

χελιδώνιον. dicitur à quibusdam ἡ ἀμπελαδώνιον, id est, vitis alba, ut habetur apud Dioscoridem.

χελιώιον ἡ

χερόνιον. pars gibba dorsi quæ collo proximè subiacet: sic dicta à testudinis figura.

χίμη. mensura est liquidorũ apud Atticos, sed ea duplex. Maior, quæ est vigesima pars τῆς κτύλης, pendens drachmas tres, minor quæ est tricesima, pēdens duas, sicut Cleopatra docet his verbis, χίμη μεγαλύτεν ἔχει δραχμαῖς γ. καὶ ἡ μικρὰ δραχμαῖς β. hoc est, cheme maior pendit drachmas tres, minor duas.

χηλαί. sic dicuntur, ut ait Rufus, ciliorum extrema per somnum sese contingentia, quæ alio etiam nomine τριφάσαι vocantur.

χίμωσις. affectus albi oculi. Dicitur autem cum albũ oculi ita supra nigrum intumuit, ut nigro subsidente & albo eminente hiatus cuiusdam similitudo oriatur. Siquidẽ album nigra supereminet, ipsũmque multis partibus longèque excedit. Id enim significat quod dixit Paulus Ægineta li. 3. Ὁ πολυμερὲς ἰδιλαμβάνει τὸ μέλαινον, hoc est, ἰδιδίδωσι ἢ ὑπερῶξεται, non autem occupat, ut vulgus interpretum conuertit. Ergo cum nigrum cauum sit & subsidat, albũ undique tumeat & attollatur, non ineptè veteres medici malum hoc τῆς χίμωσις nomine designarunt, siue illi eo animal intellexerint quod inter ostrea numeratur hiátque semper, siue simpliciter hiatus quod χίμη & χόσμα dicitur. Cæterum effectum hunc duo maximè symptomata consequuntur, unum rubor oculorum propter inflammationem, alterum verò palpebrarũ, ut ait Paulus, ἐκτροπή, hoc est, peruersio siue contorsio, ita ut oculos tegere clauderéq; non possint. Tumor enim oculi impedit quò minus palpebræ adduci committique possint. Itaque laborantes oculi perpetuò manent aperti. Est autem scribendum

Oo ij

DEFINIT. MEDIC.

χιμωσις per u non per v. deriuatur enim ut dixi ἀπὸ τῆς χίμης, quemadmodum scribit Galenus ἐν τῷ ἰκτῶ, seu quicūque alius author est. Notandum hoc loco censui, apud Galenum extremo secundo comment. ἐς τὸ κς. τὸ ἰκτῶ, ubi de contractis & hiantibus agitur, malè scribi χιμωσις ἀπὸ τῆς χιμῶσις & negligentius à Vidio interprete animaduersum fuisse hunc locum, idque duobus argumentis: primum quòd affectus hic de quo ibi Galenus agit, ad palpebras nò ad album oculi pertineat: deinde quòd scribat oculos per eum affectum aperiri non posse, quod ut τῆ χιμῶσις contrarium est, sic est τῆ χιμῶσις proprium.

χιραμοί. sic dicuntur duo linguae sinus caui.

χία γᾶ. Chia terra. est gleba terrae quae in Chio insula provenit albicans, & pollens vi adstringendi, purgandi, extenuandi. Pulcherrimum est ad ambusta remedium. vide Galenum lib. 9. simpl. medic.

χιαυῶ. sunt species collyriorum cuius differentes habentur modi apud Aërium lib. 7. Habet & unam τῆ χιαυῶν κολυβείου descriptionem Paulus Aegineta lib. 7. Idem utitur τῷ χιαυῶ lib. 3. cap. 22. τῷ φλεγμονῆς ὀφθαλμῶν, scribens vim habere fundendi atque humectandi. Sic autem appellantur quòd vino Chio materia eorum leuigatur aut alio consimilis facultatis, nimirum austero & aquae marinae experte.

χιαυῶς. laquei nomen apud Oribasium. sic dictus est quòd habenae capita ad similitudinem literae χ aduersa inter se sint.

χιλιοδύαμις ἡ

χιλιοδύαμις. dicitur à Cappadocibus τὸ πλαιμῶνον, ut habetur apud Dioscoridem.

χιλιόφυλλον. dicitur à quibusdam ἀχιλλῶ σιδεῖσις, ut habetur apud Dioscoridem.

χιμῆθρον. pernio. Est ulcus quod ex frigore hyberno in digitis manuum pedumque contrahitur. Oritur verò & in talo frequentissimè. Sic dicitur ἀπὸ τῆ χιμῆθρος, unde & χιμῆθρον quidam scribunt.

χιτῶν. tunica. Est pars corporis simplex, alba, nervosa, lata, plana, valida, tenuis facileq; dilatabilis. Hanc Graeci nunc ὑμῆια, nunc μλωῖσις indifferenter appellant. Res enim eadem est, sed rationes diuersae. Nam cùm partem aliquam vestit, χιτῶν: cùm cerebrum foris integit μλωῖξ, alias ὑμῶν dicitur. verum τῆ ὑμῶν & nomen à substantia, τῆ χιτῶν & verò ab usu inditur. Siquidem membrana costas succingēs utroque nomine vocatur: membrana quidē ab essentia, tunica verò ab usu, ut docet Galenus initio lib. 7. de anatomicis administrationibus.

χόινξ. est mensura aridorum Attica, continens κοτύλας treis siue sextarium unum & dimidium, siue duas libras mensurales & quadrantem. Eius nota fuit χ.

χοιρᾶς. struma. Est tumor durus glandularum quae in ceruice, alis, & inguinibus sunt. Oritur nò ex calida quidem materia, neque ad suppurationem tendente, sed pituitosiore & frigidiore, qui subinde affluens strumam non modò duram, sed mirae etiā magnitudinis aliquādo excitat. Omnis autem struma includitur membrana quemadmodum steatoma, atheroma, & meliceris, & nascitur plerumque in priori ceruicis parte aut in altera, aut utrinque una, aut duae, aut plures. Accidit verò aliquando, licet rarò, ut non ex humore pituitoso sed ex ipsa carne struma consistat. Tunc nò aliud est quàm caro superflua, materia accessione augecēs. Ceterum strumae differunt inter se magnitudine, naturā, loco, ortu, multitudine & vasorum complicatione. Magnitudine, quòd aliae paruae, aliae magnae, aliae mediocres. Natura, quòd aliae

alia mansuetæ, alia malignæ sunt. Mansuetæ quidem citra inflammationem, citra dolorem, moderatam duritiem habent, & tumorem circumscriptum rotundum & æqualem. Malignæ verò inflammationes habent & dolores pulsantes & tumorem inæqualem in quo vasa prominent, & contactu medicamenti que efferantur. Loco, quòd alia anteriori, alia ab altera, quædam ab utraque parte colli oriantur, quòdque alia sub cute sint, alia magnis vasibus penitus insideant. Ortu, quòd alia sublimes & quasi pendula sint, facile huc & illuc mobiles, alia insertæ fixæque. Multitudine, quòd una aut plures generantur. Vasorum complicatione, quòd alia venas & arterias implicatas habeant, alia omnino non habeant. Dicitur autem χοιράς vel ἀπὸ τῆς χοιράδων περὶ δρυ, vel à porcis in quorum gutture frequentes eiusmodi tumores reperiuntur. Alij verò à multiplici partu porcorum nomen desumptum putant.

χοιροσπέλαδον. vocatur species anchusæ quæ folio est spinoso; lato & nigro, ut scribit Paulus lib. 3. cap. 42.

χολατοζόν. dicitur medicamentum purgandæ bilis facultatem habens.

χολάς. apud Aristot. omne cauum hypochondriorum & ilium dicitur. Gazæ cholago. χολάδες autem ab Homero intestina dicuntur, παρὰ δὲ χολάδες τῆς ἵπατος δεχέσθαι: alij à cavitare quasi κοιλάδες dici putant. versus Homeri habentur Iliados δ.

— ἐκ δ' ἄρα πᾶσαι;

κωῖτο χερμαὶ χολάδες ἢ ὃ σκότος ὄσ' ἐκείλην.

χολερά. cholera. Est perturbatio ventris immodica bilem per vomitus & deiectiones excernentis ex continua ciborum cruditate. Morbus est peracutus, ut qui quarto ad summum die finiatur. Sunt autem eius symptomata præter vomitus & deiectiones bilis frequentissimas, defectus animi, sudores exigui, sitis, pulsus vermiculantes, musculotumque manuum ac pedum, maximè verò surarum contractio & tensio. Hic morbus quibusdam accidit certis intervallis, omnemque corporis redundantiam educit, unà cum vitiosis humoribus magnam quoque bonorum partem euacuans: tantus est impetus tantæque vis erumpentis humoris biliosi.

χολεικοὶ ἢ

χολειδῶτες. dicuntur à medicis qui cholera morbo laborant.

χοάη. est cavitatis in cerebro membranosa, ex portione meningis tenuis siue χοροδῶς facta. Hac incipit ubi meatus duo coeunt, unus ex fundo mediæ ventriculi, alter à meatu in ventriculum postremum. desinit autem in glandulam cerebro & crassæ meningi in clinoidè subditam, quæ pituitam ex medio ventre per hanc choanam, id est, ductum & canalem influentem transcolat in palatum & nares. A quibusdam πύλας dicitur.

χοῦς ἢ

χοῦς. est mensura liquidorum apud Atticos capiens ξίσας, id est, sextarios sex, siue libras nouem, siue κοτύλας Atticas duodecim. Plinius vertit congium, habetque ad stipulatorem Fannium his versibus,

Heminas recipit geminas sextarius vnus,

Adde duos Chus, fit vulgo, qui est congius idem.

Eius mensura apud Græcos fuit ista χ.

χολῆ. bilis. fel. Est omnis humor in nobis calidus siccus. Hic duplex est, vnus naturalis,

Oo ij

DEFINIT. MEDIC.

qui ἁπλῶς simpliciter dicitur, alius qui à naturæ mediocritate recedit. Naturalis ille dicitur qui sanguini mistus utilis est alendo corpori, colore flauus aut supallidus, sapore amarus, consistentia tenuis & flori vini similis, viribus calidus & siccus. Huius humoris substantia primum quidem in cibo potuque continetur, deinde iis concoctis quod benignum est unà cum sanguine fertur ad nutritionem corporis, quod excrementosum est à bilis folliculo attrahitur. Sicut enim ex vino recens expresso, sed adhuc feruente & alterascente, à suo calore duo excrementa per mutationem illam separantur, unum lenius & magis aëreum quod florē, alterum grauius & magis terreum quod facem appellant: ita ex cibis duo humorum genera prodeunt, bilis flaua, tenuis: & bilis atra, crassior. Nec tamen quicquid huius naturalis bilis in nobis est id ab alimentis proficiscitur, sed calor hepatis & venarum paulo supra mediocritatem auctus partem sinceri sanguinis tenuiorem aliquando in bilem flauam conuertit. Vt enim ab imbecillo calore pituita, à moderato sanguis, sic ab immodico bilis gignitur iis quas dixi qualitatibus prædita, naturæ tam familiaris, ut inter corporis nostri elementa habeatur. At quæ à naturæ modo bilis recessit, iam non simpliciter bilis dicitur, sed addito nomine vitium designante. Ea autem multiplex est, quod magna sit excessus caloris & aliarum qualitarum latitudo. Sunt autem huius istæ fere omnes differentia quarum medici meminerūt à colore aut consistentia nominata.

ῥυθρα. rutila. hæc vel sanguinis serum est acre & mordax, vel ad tenuem sanguinem consistētia proximè accedit: sed quoniam non concrefcit, ut sanguis, extra vasa effusa, iccirco bilis vocatur.

ισατώδης. glastæa, seu glastum colore castio referens, qui quidem magis est colore brassica fuscus. Acerrima calidissima & mordacissima est, iam atra bili consistentia, colore & viribus proxima. Extremā inter omnia bilis genera malignitatē obtinet, gignitur in ventriculo aut circa ipsum à vehemētissimo & ardētissimo calore.

ιδώδης. aruginosa, seu aruginis colore: is autem viridis est. Valdè acris, calida, & mordax est, & proxima ισατώδι, sed nondum tam maligna. Creatur in ventriculo aut iecinore phlegmone affecto.

κυανή, ἢ κυανί?ουσα. cærulea. hæc cum isatode videtur esse eadem. Est enim isatidis color huiusmodi.

λεκυθώδης. vitellina, hoc est, ouorum crudorū vitello colore & consistentia similis. Crassa est & summè flaua, fit ex flaua bile impensius digesta & discussa ab immodico calore, & proinde spissescente. Media ferè est inter naturalem bilem & eam quæ ad summam malignitatem peruenit. generatur intra vasa, ut scribit Galenus lib. de atra bile: sæpe tamen vomitu & deiectione reddi solet.

μίλαια. nigra. hæc genus bilis iam excessit & in alia humoris specie continetur, de qua separatim suo loco agetur.

ξυρῖν. flaua, hæc proximè ad naturalem bilem accedit, quam mediam esse oportet inter pallidam & flauam.

ὀρφιώδης. obscura. hoc bilis epitheton habetur apud Galenum comment. 4. in lib. 6. τῆν ἰδίαν δὲ μὲν ἰδίαν. videtur autem designare τὴν κυανίαν & τὴν ισατώδην.

πεσώδης ἢ πεσώδης. porracea. hæc in ventriculo sæpè gignitur ob ciborum quorūdam cruditatem, aut etiam his non sumptis provenit interdum à morbo seu calore

præter

præter naturã in venis, à quibus in ventriculum & intestina comseat. Nec tamen fit à vehemēti calore, ut iōdus. Nam virides quidem ambæ sunt, sed iōdus à vehemētiore calore acrior, mordacior, crassior: πρῶτος verò multò minùs acris, mordax crassaque est. Galenus lib. 3. de aliment. facult. scripsit biles quidem omnes in morbis grauibus præter porraceam excerni, flauã verò & pallidam & porraceam etiam sine morbis euomi sæpenumerò & deici, quod est argumentum porraceam ab eruginosa caloris excessu differre.

πυρρὰ. rufa. fit à calore quàm flaua minùs intenso. Vt enim color rufus inter pallidum & flauum medius est, sic & ipsa generandi causa. Itaque propter horum colorum vicinitatem sæpe nomina ipsa confunduntur, ut scribit Galenus lib. 1. de crilibus cap. 12.

ύγρὰ. liquida, hoc est, multo sero aut alio humore perfusa.

ύδατος. aquosa. Eadem cum τῆ ύγρῶ.

ύπερύθεθ. subrubra. quæ cum sanguinis sero aut tenuiore sanguine mistam habet substantiam alterius à sanguine coloris.

φαιὰ. fusca. eadem quæ & ὀφθαλμῶδης & κραινὴ dicitur.

χλωρὰ. viridis vel pallida. Vtrumque enim & χλωρὸν significat, ut multis in locis Galenus annotauit. Sed quæ propriè viridis est bile pallida & crocea tingitur.

ὠχρὰ. pallida. hæc omniũ moderatissima, & minimũ calida, amara mordaxque est. gignitur intra venas in corpore secundũ naturã se habente. Humidior minùsque flaua est, ut quæ permistum habeat pituitosum humorem tenuem vel aquosum aliquod excrementum. Hæc nomine bilis cum absolutè & sine alia adiectione dicitur frequētius quàm flaua intelligitur, quoniam minorem caloris excessum, qui omnis contra naturam est, significet.

χολὰ μίλαινα. bilis atra, dicitur quidem communi significatione omnis humor crassus & niger, siue sanguinis limus fuerit, siue sanguis vstus, siue bilis supra modum torrida, siue alio quouis modo genitus: verũm propriè appellatur humor præter naturam ex vstione redditus, mordax, acidus, acerbus, splendidus, exedens, malignus, qui effusus in terram ebullit, eamque fermenti & aceti modo attollit, & ulcera insanabilia excitat, tamque insuavis est ut eam nec musca, nec mus, nec aliud quoduis animal degustare velit. Huius generatio duplex est. Nascitur quidem præcipuè ex humore atro & faculento supra modum exusto & putrescente: sed longè malignior ex flaua bile vehementer vsta, quantò ipsa bilis flaua humore melancholico seu sanguinis face malignior est. Aliquando verò & ex vitellina bilis vstione provenit. Talis autem mutatio contingit à calore præter naturam & putredine, à quibus acrimoniam acquirit, & velut cinis quidam redditur, sicut vini fæx ante vstionem frigida & sicca, post vstionem tam calida est, ut carnem urat, liquet, corrumpat. Hanc nunquam nisi in perniciem excretam fuisse Galenus se obseruasse memoria prodidit. Talis quidem est ἡ μίλαινα χολὰ ἀκριβὴς, manifestò distincta ἀπὸ τῆ μίλαινα χολικῆς χυμοῦ ἡ μίλαινα. Hic enim inter elementa corporis censetur cum sanguine confusus ad generationem nutritionemque animalis, nihil habens acidi, nihil acris, nihil erodentis, sed veluti sanguinis limus, faci vinorum crassorum proportione respondet. Eum lien ad se trahit, iecur & sanguinem expurgans, eoque ad sui nutritionem alterato vitur, eiusque reliquias ad ventriculum expellit, unã cum aliis ex-

DEFINIT. MEDIC.

crementis vacuandas: huius nanque atri humoris excretio siue per vomitum, siue per aluum fiat, non raro salubris est, significans corpus nulla intemperie vexari, sed naturam robustam, sola copia grauata, eo se onere expedire. Verumtamen si diutius in corpore retinetur, nec vacuatur per meatum. aliquem sensibilem aut occultum, iecur grauat & debilitat, atque etiam transmutatur & putrescit, & à febre inflammante uritur, fitque bilis illa atra exquisita, de qua modò diximus.

χολοπιόν. dicitur à quibusdam ἡ ἀβροτονίον, ut habetur apud Dioscoridem.

χονδρίλλα. chondrilla. Sunt qui καχέρον, qui etiam αειδα appellant. Herba est, ut placet Dioscoridi, folium, caulem, flosculum cichorio similem edens, & è ramulis mastichem fundens tuberculo fabæ. Hanc αειδος speciem esse & αειρ à quibusdam nominari scribit Galenus, & eisdem præditam esse viribus, paulò tamen amariorem, & ideo maiore vi siccandi præditam. Describit & Dioscorides aliud chondrillæ genus, folia habens intubi, circumrosis similia, oblonga, humi substrata, scapum lacte madentem, radice tenui, in mucronem turbinata, flauescente, succosa, de hoc intelligenda sunt quæ Galenus scripsit lib. 2. de aliment. facult. Esse aliud olus lactuca syluestri simile quam χονδρίλλα appellant, quæ citius in caulem assurgit, amaritudinemque habet magis perspicuam, & lentum quendam succum albumque cuiusmodi est tithymallorum succus, non tamen perinde acrem. Est autem dicta χονδρίλλα ab rei euentu, quod callum quendam tuberculo fabæ, gummi mastiches, aut nucleo thuris, quem Græci χονδρον vocant, similem imis ramulis ostendat: ex quo patet per χ. scribendam esse.

χονδρος. communi significatione dicitur granum, & quod seorsum ex aliquo concreuit, ut salis frustum aut grumus, & thuris mica seu granum, quod χονδρος λεγεται à medicis appellatur.

χονδρος. quod à Latinis alica dictus sit, nemo doctorum ignorauit, tam consentiunt omnia inter se quæ Græci αειδα χονδρον, Latini de alica prodiderunt. Hoc unum tantum de utroque dubitatur, an certa quædam frugum species sit, quam his nominibus veteres designarint. ἢ καχέρον tritici specie esse Galenus videtur innuere lib. 1. de facult. aliment. scribens, ἢ χονδρος τῆν πυραυρὸν ἢ χονδρος. Plinius lib. 18. cap. 11. alicam palmam frugum appellat. Et eiusdem lib. cap. 7. alicam inter fruges nõ obscure enumerat, eamque similem facit milio, panico, lenti, ciceri, frugum hæc genera uerna, quòd vere serantur, appellans. & paulò post scribens: tunicas frumento plures esse, hordeum maximè nudum & alicam, sed præcipuè auenã. Quibus testimoniis plerique conuicti χονδρον siue alicam tritici genus esse, certæque frugis nomen arbitrantur. Verum quænam ea sit interrogati non possunt respondere, quòd nec Theophrastus, nec Diocles, nec Dioscorides vel nominis solius mentionem fecerint, nec Plinius & Galenus quid sit dixisse videantur. Est enim rarissimum nomen ἢ χονδρον apud medicos, ut memoriæ Galenus prodidit. Alij verò in media quodammodo sententia sunt, dicentes ἢ καχέρον & alicam fruges quidem esse & pro frugibus accipi, dicique apud authores non proprio quidem nomine, sed mutuato ab ea re in quam protinus transire debent, itaque alicam pro zea dici, ex qua alicam fieri notum est. Quibus non obest quod Galenus ait χονδρον genus esse tritici non zea, quoniam zea pista satæque dicatur tertio ferè anno in frumetum degenerare, ex quo, præsertim in Africa, alicam fieri Plinius auctor est. Cæterum αειδα ἢ χονδρον κατὰ οὐρανόν, id est, de alicæ

de alicæ confectione nemo ambigit in modum bromi, tragi aut ptisanæ preparari, inuentumque id esse non pridem excogitatum, ut Plinius refert. fieri τὸν ζῆον ex zea quam διουρον appellant Dioscorides scripsit. Est autem zea tritici species (Itali hodie speltam, Galli espeltram vocant) ex qua confectum ζῆον non zeas nomine sed potius τὸν πικρὸν, id est, tritici veteres designarunt, veluti Diocles & Philotimus qui eum τὸν πικρὸν πειρίων, id est, ptisanam triticeam appellauere. At eius parandi modum nemo Græcorum, quod sciam, prodidit, præter unum Cōstantinum Cæsarem, qui tamē Latinus à Latinis eam videtur accepisse. Is lib. 3. de agricultura his verbis eum aperit: zea decorticata in feruētē aquam immittitur atque exprimitur: deinde gypsum candidum contusum & arctiore cribro transmissum, arenæque candidissimæ & tenuissimæ quarta pars cum portione gypsi paulatim admiscetur, zea de nouo probè repurgata. Id agendum sub Canicula, ne acescat. Vbi tota repurgata fuerit, angustiore cribro cernatur. Idem quoque Plinius docet de alica, & præterea eam adulterinam fieri maximè ex zea quæ in Africa degeneret, vel ex granis etiā tritici quæ candidissimæ atque grandissimæ deliguntur, & semicocta in ollis, postea arefiunt sole ad initium, rursusque leniter aspersa molis franguntur: additque aliud mirum dictu, alica admisceri cretam quæ transit in corpus, colorémque & teneritatem adfert, negarèque Campanos, apud quos præstantissima conficitur, alicam confici sine eo metallo posse. Attamen Cōstantinus, uti supra retulimus, non cretam sed gypsum iniicit, quod etiam in alica adulterina inspergi postea declarat: de quo tamen mirandum Græcos medicos alimentorum facultatem studiosè perscrutantes tacuisse. Nam ut fortè creta ad deterfionē glutinosi lentique humoris, quem ζῆον habet, contulerit, at gypsum vehementer nocere videbitur, quòd obstruat & emplasticum sit, & ventriculo eiusque ori valdè aduersum. Propterea dubito plurimum num simplicior fuerit Græcorum ζῆον Romanorum alica, eoque inuicem discreparint, quòd hæc gypso constaret, ille nihil gypsi haberet. Siquidem nonnihil discriminis inter hæc fuisse Paulus Aegineta declarat, non ita tamen ut genere & materia doceat discrepare. Neque enim dixisset alicam chondro in aliis persimilem esse, si diuersa materia constare credidisset, sicut bromium, tragum & ptisanam. Dicit tātū ab alica aluum magis adstringi: cuius fortè causa ad gypsum admixtum, his facultatibus quas modò recensui præditum, vel etiam ad cretam, quæ magnam siccandi vim sine mordacitate possidet, referri potest. Quòd si ζῆον metalla eiusmodi in consortium admisisset, vix possum credere tam celebrem apud omnes futurum fuisse, ut alimentum nullum esset in arte medica tam multis abundante & luxuriante remediis quod in febribus tertianis & cōtinuis, in calidis & siccis naturis, atque etiam stomachicis frequentius exhiberetur. Nec tamen discrimen hoc tanti faciendum fuit, ut ζῆον alio nomine quàm alicæ apud Latinos diceretur, quòd alia propè infinita sint, quibus diuersissimæ parandi rationes manente semper primaria præcipuèque materia, nomina non immutauere. Itaque ζῆον siue alica nō aliud est quàm zea, eo modo quem declaravi cōcinnata. Cuius tamen differentias treis Plinius, & post eum Cōstantinus Cæsar annotauit: primam quidem, quæ minima ab eo vocatur & cribraria: alteram verò quæ secundaria: tertiã quæ grandissima est, & exceptitia atque ἀραιή quæ appellatur. Omnes autem eiusmodi farina aqua aspersæ postea exiccabantur, & in grumos granæque concredebant quæ ad

DEFINIT. MEDIC.

usum reponerentur, à quibus τὸ χῶδρον nomen inditū fuisse arbitror: χῶδρον enim
 granum significat & quod ex continuo aliquo seorsum concreuerit, ut salis frusta
 & thuris mica seu grana, quæ χῶδρος λέγεται à medicis nuncupantur, & de qua nūc
 agimus alica, quam & granum ob eam causam Plinius videtur appellasse. Scribit
 enim lib. 18. cap. 11. de alica differens: ex zea pulchrius quàm ex tritico fit granum,
 quamuis id alicæ vitium sit. Quod quidem non potest aliter quàm de chondro in-
 telligi: vitans enim verbum græcum, granum, Latinā vocem usurpauit. Ac quam-
 uis quicquid in granum coaluit χῶδρος vocari possit, velut τῆρας & βερίμας, ex zea
 tamen granum id sibi peculiariter nomen vendicauit, sicut hordei apparatus τὸ σπῆ-
 γκῆνος nomenclaturam, quamuis δὲ σπῆλαιον multis frugibus commune sit, quæ perinde
 atque hordeum, tundi & deglubi solebant. Ceterum duobus modis veteres τὸ χῶ-
 δρον utebātur, interdum integro, interdum loro. Illud χῶδρον simpliciter, vel χῶδρον
 σπῆλαιον, id est, chōdrum ptisanæ modo comparatum: vel, ut Diocles & Philotimus
 σπῆλαιον πειρίων, hoc vero χῶδρον πλυντῆρον appellabant. Coquebatur granum ipsum in
 aqua usque dum intabuisset adiecto etiam per initia oleo, deinde adiecto sale mo-
 dico percolabatur, atque ita ptisanæ similis euadebat. Aliquando verò & acetum
 admiscebatur, quo facilius per habitum digeretur. Et hæc quidem fuit simplex
 coquendi ratio. Valenter is cibus alit, adeò ut victus plenus dici mereatur, uti Ga-
 lenus scripsit in Aphor. 4. lib. 1. succum bonum quidem sed lentum & obstructioni-
 bus aptum gignit. Quod tamen vitium veteres ut emendarent, eum vario modo
 condiebant, mulsum frequenter admiscentes, interdum vinum dulce, ut esset arte-
 riacum medicamentum & tabidis utile, aut adstringens, ad compescendas alui flu-
 xiones, aut punici etiam grana, ut in lib. meth. mededi habetur. Interdum verò cum
 oleo & sale frigebatur. Ac quoniam χῶδρος nihil in se habet detergens & tenue,
 si ex eo sorbitionem attenuantem & detergentem conficere volebant, non anethi
 modò, sed & porri quidpiam vel pulegij vel calamenthi vel hyssopi intoquebant:
 de sorbitione autem ex alica vide apud Oribasium extremo lib. 5. At χῶδρον πλυν-
 τῆρον, id est, alica elota, est ipse succus alicæ cum aqua mistus. Plurimum autem is co-
 quendus erat, alioqui permultum lædebat concrevens & densatus in ventriculo.
 Itaque plurima illum aqua perfundebant, tum super prunas coquebāt, assidue agi-
 tando, donec coctus esse videretur, deinde salis aliquid addebatur & interdum
 oleum per initia. Non multum χῶδρος veterum dissidere videtur à nostra frumen-
 tacea, si ab illo ctetam aut gypsum exemeris. Fiebat autem & ex chondro panis χῶ-
 δροῦς dictus, plurimum nutriens nec facile per aluum descēdens. Porro quod apud
 Aetium aliquando legitur coniunctim χῶδρος ἄλιος, non aliud quàm χῶδρον sim-
 pliciter significat: ideo autem videtur utrumque nomen coniunxisse, ne quis de re
 ipsa ambigeret: vel quòd ita fortè Græcorum vulgo suis tēporibus diceretur: siqui-
 dem tūm is tūm Paulus multa nomina scriptis suis inseruerunt, veteribus prorsus
 inusitata, cōmoditati potius quàm vocabulorū proprietati & elegantia inseruientes.

χῶδρος. chartilago. Est pars corporis omnium; post os, maximè terrea & solida, sensus
 expers. Est igitur chartilago post os siccissima & durissima: siquidem osse minùs
 sicca duraque est. Quamuis autem diuersa sit ab osse chartilago, sæpe tamen ætatis
 spatio chartilago in os degenerat, imò verò nulla ferè sunt ossa, quæ antè chartilagi-
 nes non fuerint. Ossa namque omnia & dentes genis adhuc conclusi infantibus
chartilago

chartilago sunt, quæ tandem in ossa duratur, uti chartilagine quæ inter sterni ossa continentur: $\xi\iota\phi\omicron\delta\delta\epsilon\varsigma$, quod Galeno propterea nunc os nunc chartilago dicitur: costarum fines coccygis extremum: acromium, quod ob id Hippocrati os, Galeno chartilago nominatur, & quod in cordis basi media situm est, unde arteria magna & vena arteriosa emergit: id enim minoribus animalibus mollius, grandioribus durius, maximis vel os planè est vel ossea chartilago. Ob id videtur rectè scripsisse Aristoteles cap. 1. lib. 1. de hist. animal. Chartilaginis & ossis eandem materiam esse, sola siccitate differentem. Sunt autem multæ chartilaginum differentiæ, sicut & ossium, à substantiæ consistentia, magnitudine, numero, figura, situ, connexionem, actione. Cæterum omnis chartilago vel ossibus connascitur, vel partem per se constituit. Quæ ossibus connascitur, nunc ossa inuicem connectit, nunc ossibus tantum appenditur. Quæ ossa coniungit vel per se coniungit, ut in ossibus sterni, pubis, osse sacro, spondylis, hyoide & epiphysibus nondum inueteratis, vel communium articuli ligamentorum interuentu, ut in costis septem veris cum sterno, in finibus omnium ossium diarthrosi aut synarthrosi iunctorum ubi ossium articulus superlita est, & quæ articulis quibusdam velut innatat. Quæ verò ossibus appensa est, aduersus externas iniurias & ossa & subditas partes communis, & eas modicè cedendo euitat, ut quæ costas septem veras perficit, ut multò magis quæ costis quinque infernis accreuit, & quæ imo sterni, $\xi\iota\phi\omicron\delta\delta\epsilon\varsigma$ dicta, & quæ in imo naso utrinque & in medio multiplex, & aures ipsæ, & coccygis pars multa, & spondylorum spina, & apophyses transversæ, & hyoidis latera præcipuè in mulieribus, & quæ omoplate basi & coracoidi & acromio & aliis partibus nudis accreuit: chartilago autem per se partem constituit in utriusque cilij tarso in quo sunt palpebræ, & in epiglottide & in larynge, & in totius asperæ arteriæ bronchiis omnibus, & in cordis basi media, unde arteria magna & vena arteriosa emergit. Porro chartilagine & secum & cum ossibus ossium modo articulantur, ut quæ in imo sunt naso, quæ in coccyge imo, quæ in larynge tres, quæ in fine costarum septem verarum. Ex his chartilaginum usus duplex præcipuus apparet: unus ut partes quasdam leues ac politas ad motuum promptitudinem efficiant, in articulis scilicet: alter ut violentiæ foris occurrentium mediocriter cedant. Chartilaginis enim substantia maximè idonea est ad tegendum & defendendum partes subiectas. Non enim potest comminui & frangi, ut dura & friabilia, neque incidi & contundi, ut mollia & carnosæ. Usus alios chartilaginum cum ossibus communes, ut sustinendi, fingendi partis appositus, ex ipsarum natura & forma cogitandos relinquimus.

$\chi\omicron\epsilon\delta\alpha\lambda\omicron\upsilon$ & . Est tumor tenuis intestini, ut videatur intestinum ad chordæ similitudinem conuolutum, ut scribit Gal. lib. 6. de locis aff. Archigenes, ut refert Aëtius lib. 13. $\chi\omicron\epsilon\delta\alpha\lambda\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\epsilon\lambda\epsilon\omicron\upsilon$ speciem esse dicit, cum uno in loco circa tenuia intestina dolor consistit, ut admota manu durities & tumor tactui succumbat: ex eo subitum periculum creati scripsit, atque ut plurimum intra tertiam vel quartam horam: quod si ad suppurationem inflammatio vergit, aut in longius tempus trahitur, ne tunc quidem abesse periculum, quanquam ex iis aliqui euadant. Celsus scribit Dioclem Carystium tenuioris intestini morbum $\chi\omicron\epsilon\delta\alpha\lambda\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\epsilon\lambda\epsilon\omicron\upsilon$ nominasse, à plerisque verò suo tempore $\epsilon\lambda\epsilon\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\epsilon\lambda\epsilon\omicron\upsilon$ nominari. Dicitur autem $\chi\omicron\epsilon\delta\alpha\lambda\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\epsilon\lambda\epsilon\omicron\upsilon$, quod qui manum loco dolenti admouerit, is veluti tunc $\chi\omicron\epsilon\delta\alpha\lambda\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\epsilon\lambda\epsilon\omicron\upsilon$ id est, videtur sibi chordam tangere, propter

DEFINIT. MEDIC.

magnam ex intestini inflammatione tensionem.

χορδῶν. idem quod τένων, id est, tendo.

χορίον. est extima fœtus membrana, ipsum totum inuoluens. Est autem chorion duplex, hoc est, membranis constans duabus, interna tenuissima, externa aliquantò crassiore, sed molliore, & cruentata papyro bibula crassitie, mollitie & colore subsimili, inter quas feruntur ad fœtum nutriendum multæ tum venæ, tum arteriæ nascentes ex congenerum uteri vasorum oribus numero & magnitudine paribus, quæ κοτυληδῶνας Hippocrates vocauit. Nasцитur autem χορίον quâ quidem uteri superficiem subungit totam, ex virili semine: quâ verò tangit cornua, ex muliebri. Siquidem toti interna uteri & cornuum eius superficiei subtenditur, & omnibus uteri & cornuum eius cotyledonibus adhaeret, alicubi etiam ipsi utero inter cotyledonas, sed leuiter. Augetur unâ cum fœtu, cumque utero extenditur ac fœtum totum inuoluit, etiam quâ os est uteri, ut scribit Galenus lib. de anatome uteri, de fœtus formatione, de semine, & lib. 15. de usu partium. Dicitur ἀπὸ τῶν ἀγγείων, quòd in eo vasa veluti in choro disposita sunt. Sunt qui χορίον per α scribant, quòd fœtus veluti domicilium & sedes sit: vel quòd unâ cum fœtu χορῶν, id est, procedit: dicitur alio nomine δεύτερον, id est, secundæ, ut scribit Paulus lib. 6. cap. 75. quo tamen nomine non extima modò fœtus membrana, sed totum etiam fœtus inuolucrum tribus membranis compactum significatur.

χοροειδὴς ἢ

χοροειδῆς. De tribus dicitur apud anatomiae professores. Primum quidem significat implexum arteriarum in ventriculis cerebri anterioribus factum in modum τῶν χορίων, hoc est, membrana fœtum inuoluentis, quam secundas appellant. Hic geminus est, dexter & sinister, in utroque scilicet cerebri ventriculo anteriore unus: similis autem est τῷ χορίῳ, non modò varia atque implicata vasorum textura, sed substantia etiam quadam subrubra & glandulosa quæ per medios vasorum anfractus cernitur, non ei dissimilis quæ τῶν χορίων vasa amplectitur atque sustinet. Secunda significatione χοροειδῆς dicitur tenuis membrana quæ cerebrum inuoluit, eo quòd cerebri vasa non aliter sustineat quàm τὰ χορίων vasa ad fœtum pertinentia complectitur. Rufus verò non totam eam membranam, sed τὴν καλύπτουσαν τὰς κεφαλῆς ἐνδοδερμικὰν scripsit vocari χοροειδῆ. Id quòd ego esse suspicor quòd Galenus lib. 8. de usu part. dicit se mirari, cur aliqui non omnibus tenuis membranae partes χοροειδῆς velint appellari. Verum Herophilus, ut ait Rufus, etiam meningem χοροειδῆν vocabat. Tertia significatio est quæ χοροειδῆς membrana oculi dicitur, quæ alio nomine ἐπιτομῆς nuncupatur, vel quoniam nascitur à cerebri membrana tenui, quam ἐπιτομῆν diximus vocari, vel quòd pariter atque χορίον venis intertexta sit: quanquam videtur Rufus sentire nò totam eam tunicam χοροειδῆ dici, sed ea tantum parte, qua albo oculorum subiecta est, ut & ἐπιτομῆν ea parte qua subest κατωτομῆς tunica.

χοῦς. vide χοῦς.

χοῦν. usus seu utilitas. vide ἐνέργεια.

χοῦνδριμύρον. herba est tenera, fruticosa, laeues proferens caules & folia multifida: flores supra modum splendentes, luteos, orbem oculi imitantes, unde etiâ Βουφθαλαμῶν quidam appellauerunt. Galli margaritas albas vocant.

Dicitur & χοῦνδριμύρον à nonnullis τὸ αἶζωρον siue sedum maius ab aureo seminis colore

colore. Dicitur & χρυσάδιμαρ à quibusdam διελχουσι ut scribit Dioscorides, atq; etiam ἡ χρυσοκόμη ut idem refert.

χρυσίτης γᾶ. aurea terra. Terra est, ut ait Galenus, quæ ex metallis sumitur, auti plurima frusta habens, non quidem per totam ipsam terram immista, sed contigua coniunctaque paruis terræ particulis, quæ ab igne in fornacibus fusa secum cœunt.

χρυσίτης. species argenti spuma. vide in dictione λιθάριον.

χρυσίτης. vocatur à quibusdam ἡ χρυσοκόμη, ut author est Galenus.

χρυσίτης. sic dicitur à nonnullis αἰθέριον siue sedū maius, ut habetur apud Dioscoridem, ab aureo scilicet feminis colore.

χρυσόλαυον. quid sit non animaduerti fuisse explicatum. Galenus lib. 8. τῆν κ' τοῖπους, dicit ei vim esse discutiendi & roborandi, damnatque medicamenta σομαχικὰ ex eo composita. alij βάλαου μινε φικλῶ, alij nucem moschatam interpretantur.

χρυσότονον. frutex est quernis foliis, flore coronarij verbasci. Radix illi ut rapum extuberat, intus ruberrima, foris nigra.

χρυσόμαρπεξ. à quibusdam dicitur ὀκωῆς, ut habetur apud Dioscoridem.

χρυσόκόλλα. genus est medicamenti metallici. Est autem duplex, naturalis & factitia.

Naturalis gignitur in fibris & venis ærariis, ac si quando in aliis metallis reperitur, omnino & in illis æs est. Inuenitur autem aut sola, arena similis, aut metallica alicui materiae adherens, à qua ubi abrasa, aut affuso humore excussa secretaque fuerit, arena similiter aut pulueris speciem habet. Est autem omnis natiua viridi colore, sed eo quidem alia saturo, ut ad smaragdi viriditate accedat, quam longè optimam esse censent, alia verò valdè diluto, quam vilissimam, alia verò medio quæ medium locum tenet. Factitia autem duplex est, unam herbaceam, alteram santernam appellant. Fit autem herbacea ex dura natiua, tingiturque lutea herba, ob id herbacea dicta, atque ea laudatissima est, natiuaque preciosior. Eius consificiendi rationem exponit Plinius lib. 33. cap. 5. Natiuaque, inquit, chrysocollæ est quæ lino lanae ad succum bibendum. Tandem in pila, deinde tenui cribro secernitur, postea molitur, ac deinde tenuis sic cribratur. quicquid non transmeat repetitur in pila, deinde molitur, puluis semper in catinos digeritur & ex aceto maceratur, ut omnis duritia soluat. ac rursus tunditur, dein lauat in conchis siccaturque; tunc tingitur alumine schisto & herba lutea, pingiturque antequam pingat. Cum tinxere pictores, ὀρεσίτην vocant, quòd erui colore sit. Verum nunc herbacea caremus. Altera autem factitia chrysocollæ differentia, quam Plinius santernam scribit vocari, temperatur, ut ait, ex Cypria ærugine & pueri impubis urina addito nitro, teriturque Cyprio ære in Cypriis mortariis. Galenus Dioscoridem sequutus nitri non meminit: monuit tantum satius esse eam præparare tempore æstiuo aut certè aère prorsum calido; urinam in mortatio terentes, præstareque æs ex quo mortarium pistillumque cõficitur, rubrum esse. Nam quòd æs mollius fuerit, eò plus circumagendo pistillo deteri, idque pluribus deinceps diebus faciendum esse, donec urina mellis crassitiem adeptæ sit. Ea reponitur à Dioscoride in æruginum numero, & quia medicina inseruit à medicis ἀκίσις nominatur, ut ait Plinius: quanquam & aurifices, ut ait Galenus, eandem sibi vendicant agglutinando auro, ex qua re præcipuam sortita est appellationem. Siquidem nihil chrysocollæ vox aliud quàm auri glutinū indicat. Vires tùm huic tùm fossili chrysocollæ sunt digerendi, exiccandi, & carnes liquefaciendi sine

Pp

DEFINIT. MEDIC.

vehementi mordicatione. Iccirco utraque aptissima est ulceribus cōtumacibus. Verum factitia magis exiccat quàm metallica siue nativa, minúsque mordet, & partibus est tenuioribus.

χρυσόκμ. frutex est palmi altitudine, comantibus corymbis, figura hyssopi, radice vetratri nigri, pilosa, tenui, gustu non iniucundo, verum dulci ex austero, cyperi magnitudine, in opacis petrosisque nascens. Aliis nominibus χρύσις, χρυσαίδιον & ἀμύρατος dicitur. Plinio Latinam nō habet appellationem. Olim tamen Iouis barbam dictā fuisse Dioscorides prodidit. Proximè ad eam accedit quam herbarij nostri pulgium montanum vocitant. Radix eius acris est & adstringens, nec multi usus. decocta tamen in mulsa utilis est peripneumonicis & hepaticis, vīmque aliquam habet prouocandi menstrua.

χρυσόκμ. à quibusdam dicitur ἰαίδιον, ut habetur apud Dioscoridem.

χρυσολάχειον. à quibusdā dicitur ἰάτραφαξ, id est, atriplex authore Dioscoride: de quorum tamen utroque Plinius seorsum differit, tanquam ab inuicem dissideat. Ruellius χρυσολάχειον id esse dicit quod officinæ minorem crassulam appellant.

χρυσόμυλον. aureum malum. Genus unum est cydonij mali, incisuris distinctum, colore ad aurum inclinante.

χρυσόσπερον. sic dicitur à nonnullis ἰαίρων siue sedum maius, ab aureo seminis colore, ut author est Dioscorides.

χρυσού. est collyrium ad incipientes suffusiones efficac. describitur ab Aëtio lib. 7. inter collyria παραματινὰ. Est & huius nominis collyriū ὑγιανόν ad corrosos oculorū angulos & scabritiem, quod à Galeno & ab Aëtio eodem modo describitur. Appellatur etiā hoc nomine pessus valens ad inflāmationes uteri & inclinationes, & describitur ab Aëtio lib. 16. capite 83 quod est de uteri inflāmatione: atque alius etiam eiusdem nominis utero emolliendo cōueniens, & ab eodem descriptus ad scirrhos uteri.

χρῶς. vocatur apud Ionas quicquid in nostro corpore carnosum est, cuius generis precipuè sunt cutis & muscoli, tūm membrana ac viscera: ossa verò cartilaginem & ligamenta χρῶτος nomine non significant, ut annotat Galenus comment. 2. ἐς δ' ὁδὸν ἀγμῶν. Idem verò comment. 3. quamlibet (inquit) carnosam partem Hippocrates χρῶτα appellat.

χυλῶς. succus generaliter quidem significat idem quod χυμῶς, tūm apud Platonem & Hippocratem, tūm apud veteres omnes Comicos, ut Galenus prodidit. sic autem dicitur ἰσὺς ὑγροῦ ἢ ξηροῦ οὐσίας τῆν ὑποδερμάτιος περὶ διντωρ, hoc est, succus à calore ita concoctus, ut humidū ficcique mediū sit consistentia. hic autem non aliud est quàm humor quidam increffatus, tam in animantibus quàm in plantis. Sed tamen in animantibus specialiter magis eum succum designat quem ventriculus è cibis per concoctionem elicit, & qui sanguinis materia est. Hic enim propriè à medicis χυλῶς appellatur, quamuis generaliori quodam significato non is modò, verum etiam & pituita & sanguis & reliqua omnia humorum genera sub eo nomine comprehendi posse videantur. Eius generatio χυλῶσις dicitur, ventriculi propria actio, per quam cibus in chylum mutatur.

χυμῶς. succus. sapor. Communi quidem significato omnem humorem designat coctione quodammodo increffatum. tam in animantibus quàm in plantis. Inde τῶ δὲ χυμῶν καὶ καλοχύμου nomina deducta sunt, quibus ea designantur quæ humorem bonum malūve

lūm ve, hoc est, nutriendo corpori seruandōque aptum aut incommodum continent. In quo nihil differt χυλός ἀπὸ τῶ χυμοῦ, ut antè diximus. Verūm peculiari quadam significatione ab Aristotele, Theophrasto, & Mnesitheo, ut refert Galenus, χυμὸς appellatur ipsa gustandi facultas siue qualitas, quam Latini saporem vocant. Hic autem non aliud est quàm partis siccae terrenaēque in humore permistio, vel partis siccae per humorem vi caloris percolatio: efficitur enim sapor permistione quadam. Id quod eo argumento patet, quòd elementorum nullum, ut aër, ignis, aqua, sibi saporem adsciuerit. Siquidem insipida est aqua, & ut veteres testantur, talis aqua creditur qualis terra per quam influit. Sed nec terra etiam ipsa nisi aliquam mistionem nacta sit alicuius saporis existimari potest, sed eam omnino humore aliquo dilui necesse est. Quòd enim tam terreum durumque est, ut humore liquari nequeat, nullum gustu saporem inuehit: quòd verò ita concreuit ut dissolui possit, id non aliter quàm aliquo humore dilutum & liquefactum, gustandi sensum mouebit. Sic itaque χυμὸς non succum tantum, sed ipsam etiam succi propriam qualitatem & affectionem, qua sapor est, significat. Est enim sapor non cuiusuis humoris (aqua enim & aquea omnia insipida sunt, & media inter gustatorias facultates) sed eius proprius quem χυμὸς ἢ χυλὸς diximus indifferenter appellari. vide γῶσις.

χυμωσις. numeratur a plerisque inter oculi affectiones, quasi ἀπὸ τῶ χυμοῦ dicatur. verum ubi cunq; per scribitur, malè scribitur. debet enim scribi ἀπὸ τῶ χυμοῦ. vide supra χυμωσις.

χυτλοῦσαι. significat ex aqua & oleo simul raris mistisque diutius fricari. huic oppositum est ξηραλεφεῖν. Est autem egregium ad tollendam lassitudinem remedium.


χάλαμα. dicitur omnis distortio cuiuscunq; partis ea sit.

χάειον. vide χροῖον.

IO. GORRAEI PARISIENSIS

DEFINITIONVM MEDICARVM

TO Ψ.



βουρῶν, ἀπὸ τῶ β, ut Attici, vel
 βαβυρῶν ἀπὸ τῶ β, ut ceteri omnes Graeci scribunt. dicitur edulium
 vel aliud quiduis, quod tenerum & friabile sit, quod in se, ut
 scribit Galenus lib. 3. de aliment. nihil lentoris neque pinguedi-
 nis cōtinet. Id Galenus etiam βουρῶν lib. 11. Meth. med. appel-
 lat: Aristoteles autem βουρῶν lib. 4. meteor. A multis etiam σα-
 χῶν vocatur, ut ait Galenus comment. 3. in lib. 1. prorrhēt. Tale autem in ciborum
 genere maximè est, quod diem unum vel duos à iugulato animali repositum est. βου-
 λων id Graeci vocare consueuerunt, quasi biduanum vel triduanum: & βουλῶν ita
 antè putrefacere.

βαλιδοδῆς ἢ

βαλαδῆς. est corpus durum tribus cen arcibus conflatum, medium cerebri ventriculum

Pp ij

DEFINIT. MEDIC.

sustinens: factum est è cerebri substantia multum indurata. Incipit à fine corporis callosi quod πολλοῖς dicitur fornicis habet similitudinem, ne medius cerebri venter concidat. Dicitur ἀπὸ τῆς κάλιδος, quæ cameram & testudinem significat.

ταμισιός. genus curationis quod per arenam perficitur, cuius meminit Paulus in cura hydropis. Commodum enim est hydropicos anasarca laborantes in arena à sole ex-calfacta sepeliri, exerto tantum contactoque capite, quo superfluus humor elicia-tur & digeratur, caroque humore madida reficetur.

ταρόρ. est nomen compositi medicamenti sicci, acris & exedentis, quo Paulus lib. 4. cap. 43. utitur ad ulcera in quibus caro supercrefcit. Eius descriptio habetur apud Aëtium lib. 14. cap. 36.

τελλότης. balbuties. est vitium prononciationis quo litera vel etiam syllaba saepe elidi-tur. Sic quidem definiuit Aristoteles in problematis, scribens in eo differre ἀπὸ τῆς τραλώπιτος, in qua commutatio fit literæ in literam, non etiam elisio: τραλωῖ enim pro ρ, pronunciant λ, καὶ μοι uero inter pronūciandum literam vel syllabā perdunt. Ceterum Galenus multis locis annotauit τελλότης vitium esse prononciationis & διαρθρώσεως, sed non uocis, nullibi tamen τραλώπιτα & τελλότης idem esse dixit.

τεσσαρχούσα. herba est anchusa onoclea similis, sed languinosior & minus pinguis, te-nuioribus foliis & languidioribus, radice oleum non fundente, sed rubentem suc-cum, qui ab anchusa discernitur. hæc aliis nominibus & ἀρχούσα & δῶεις dicitur. Verum secundum Plinij descriptionem τεσσαρχούσα uidetur esse secunda anchusa species quæ ἐνόχεδος & ἀλικιὰ δα & nuncupatur.

τεσσαράδης. est frutex ubique ferè nascēs, folio crassiore, carnosio, angusto, colore langui-do in candidum uergente, frequentibus spicis in aristas sparsis, flosculis purpureis. duorum est generum: unum procerius, odoratius, vulgò Gallorum aspicum dictum: alterum minus odorum minusque altū, quod vulgò lauandula appellatur. Vtrum-que perpetua coma canescit. vis ei calfactoria & resiccans secundo abscessu, tenui-busque constat particulis, non multum à natura Celtica nardi disfidens.

τεσσαρορ. medicamentum depilatorium. Non est unguenti genus, aut certæ cuiusdam compositionis nomen, ut aliqui existimauerunt, sed quæcunque medicamenta aut illita aut affricta pilos demunt, τεσσαρορ dicuntur. Cum enim, ut ait Galenus, tri-plex sit eorum quæ pilos corrumpunt differentia, quòd eos alia attenuent, alia aufe-rant, alia penitus extirpent, τεσσαρορ propriè vocatur, quæ partem aliquam pilis ad tempus denudant, non etiam radicibus eos extirpant. Omnia in genere erodentem & vstoriā habent facultatem. sed erodentia quidem tutiora sunt minori que pe-riculo adhibentur. periculosiora autem quodammodo sunt vstoria, quòd, si paulò ne-gligentiùs admoueantur, bullas excitent, exulcerent, & cutem adurant. Eorum ma-teriam Galenus lib. 1. τῆς κῆ βῶντος abundè explicauit. Huius generis est ἡ ἀμπελο-λάκη, hoc est, vitis alba, quæ ideò à quibusdam peculiari nomine τεσσαρορ uocata fuit authore Dioscoride & Plinio. Oribasius ex Menemacho refert, psilothrū à dropace differre, quòd eius actio minor sit quàm dropacis, quòdque hoc carnem de-licatam relinquat, dropax uerò habitiozem, magis que musculosam, additque psilo-thrum carnem primò in superficie uellicare, ac tandem si diutius immoretur, cutem ulcerare, pustuláque excitare.

τιμιόδιον. cerussa. est medicamentum metallicum ex plumbo acris aceti uapore resolutum.

Fit hunc

fit hunc in modum, Primum in dolium fictile sarmenta imponuntur, deinde tantum aceti acerrimi infunditur, ut altitudine palmi sarmenta emineant: mox plures plumbi laminae, tenues, librae unius pondere super ipsa collocantur, ipsumque dolium operculo item fictili clauditur & obturatur. Ac aestate quidem dolium in sole, hyeme vero super furnum collocatur, donec ipsa plumbi bractea tota liquata sint & resoluta. Tunc liquor purus qui supernatat colatur, glutinosum vero quod in dolii fundo residet in aliud vas transfusum in sole siccatur, deinde mola trusatili teritur aut alio modo comminuitur, postea cribratur. Similiter & reliquiae solidae & dura iterum & saepius comminuantur, atque cribrantur. Quondam cerussa, ut scribit Dioscorides, primas tenebat quae Rhodi fiebat, aut Corinthi aut Lacedaemone, secundas quae Puteolis nostris temporibus in omnibus Europa regionibus conficitur. Ea quamvis ex plumbo acri aceto dissoluto paratur, attamen neque acris est neque mordax neque discussoria, sed & meatus obducit & refrigerat. Verum usta cerussa pura in id quod σκευή appellatur transit, medici ἄλδουα nominant. Est vero tenuiorum quam cerussa partium, nec tamen calefacit.

ἰψάκιον. emplastri nomen cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 17. Refertur & ab Aëtio lib. 15. inter emplastra emollientia & discussoria. Est & collyrii nomen quod describitur à Scribonio Largo, & quod Galenus lib. 4. τὸν κῆτονος ex eius libris adscripsit.

ῥόα. sic dicuntur duo maximi musculi in interna lumborum regione siti, ut scribit Hippocrates ἐν τῷ πρῶτῳ ἀρθρῶν. Hi supra septum transversum ad decimam, aliquando vero ad undecimam thoracis vertebrae inseruntur, eamque partem spinae quae secundum ipsos est, inflectunt. Idem vero & ὑδρομήλαι & ἀλφεικός etiam à quibusdam vocantur. Sunt vero & qui externos spinae musculos ῥόας vocent, ut scribit Pollux: nec eos modo, sed totam etiam eam partem quae lumborum nomine comprehenditur. Marcellus ῥόας libos proprie dici contendit, quod nomen à libidine merito deduci volunt. Nam illic libidinis pruritus excitatur maxime, quod iis renes subiacent. Suidas, ῥοαίμεις & τὸ ἄματος, ἐν ταύταις ἔγκεινται οἱ νεφροί, δὲ αἱ ἀίματις κινεῖται περὶ τὴν ῥοάν.

ῥοσάκιον. pustularum genus est, authore Celso, paulo durius, subalbidum, acutum, ex quo quod exprimitur, humidum est. Verum à Paulo ῥοσάκια inter proprios capitis affectus numerantur, eaque definit esse μικρὰς ὑπόροχας φλυκτίσιμ ὁμοίας, ὑπὲρ χροσῆς τῆς ἰδριφαιίας. Quae cum dicat phlyctenae esse similia, patet non eadem esse cum phlyctenae, ut aliqui putauerunt. Differunt enim non eò tantum quod phlyctenae toto corpore, ῥοσάκια capite solo (quanquam Introductorij author aliter videatur scripsisse) oriantur, sed etiam quod ille à calidiori acriorique, haec autem à minus calido minusque acri humore gignantur.

ῥύλιον. herba est foliis coronopo non dissimilibus, hirsutis, longioribus, sarmentosa fœni modo, ramis dodratalibus. Coma à medio caule exoritur, duobus tribusve conuolutis in cacumine capitulis, in iis semine duro, nigro, pulicum simili, unde & pulicaris herba Latinis dicitur. Eius semen refrigerat ordine secundo, medium siccando humectandoque.

ῥυχή. anima siue animus. Cuius substantiam se ignorare Galenus multis in locis ingenue confitetur, nec sanè quid ea sit scire magni refert, siue ad sanitatem tuendam,

DEFINIT. MEDIC.

sive ad morborum curationem. Satis est id unum nosse, animam in nobis id esse quo vivimus, & omnes in vita actiones edimus. Hæ autem cum sint propemodum infinita, in tres tamen summas & principes differentias à philosophis distincta sunt, ita ut quicquid in animantium vita agitur, ad unam earum referre oporteat. Sūt autem hæ concupiscere, irasci & ratiocinari. Quæ utrum ab una & eadem anima substantia, an à diuersis procedant, non est præsentis operis definire: hoc modò sciendum, quibus hæ aguntur, & partes animæ & species & facultates & principia interdum nuncupari, atque eam seu partē seu facultatem qua concupiscitur, dici animam vegetabilem ab Aristotele, concupiscibilem à Platone, naturalem à Stoicis: eam verò qua concipitur iracundia, animosam & irascibilem & vitalem: qua autem ratiocinamur, rationalem & ἡγεμονίαν principem atque etiam animæ nomine ψυχάν, hoc est, animale appellari. Est igitur anima in corpore primum agens, eiusque primaria actio vita est, ab hac aliæ ad vitam pertinentes, quas omnis spiritus beneficio perficit, tanquam primo instrumento, in secundaria organa, ut venas, arterias, nervos & musculos permeante sine quibus anima nihil agere potest. Scio quidem Aristotelem multò accuratiùs animam definiuisse, & paulò supra medici contemplationem, quam tamen, si cui curæ est, requirat in libris ab eo conscriptis de anima.

τὸ ζῷον δυνάμει. animalis facultas. Est vis seu pars animæ in cerebro sita, sensus, motus & rationis author. Potest & principium sensus, motus & rationis dici. Hæc enim tria ab animali facultate proficiuntur, & in cerebro, quo illa veluti in arce residet, perficiuntur, & actiones animales ἡγεμονίαν nominantur. Est autem ea facultas cerebro à propria & inexplicabili ipsius temperie, ex qua spiritus animalis procedit, quo tanquam primario instrumento anima triplices eas actiones exercet. Ac sensum quidem motumque spiritu per nervos transmissio edit. ratiocinatur autem & reliqua principis siue rectoris facultatis munia obit, eo ritè in cerebri corpore contemplato. Itaque facultatis animalis tres sunt actiones, quas etiam particulares eius facultates appellare possis, sensificam, motiuam & rectoricem, quarum prior quinque sensuum differentiis, altera motibus voluntariis, tertia imaginationi, memoriæ & rationi præest.

τὸ ζῷον πνεῦμα. animalis spiritus. Est substantia omnium tenuissima, per totum cerebri corpus diffusa, primum facultatis animalis instrumentum. Sic enim qui in cerebro spiritus est animalis dicitur, non quòd substantia animæ sit, sed quòd sit primum eius ibi habitantis instrumentum. Differt autem ille quidem permultum tenuitate à reliquis spiritibus, quòd & diuiniore sit, & ad sublimium rerum contemplationem destinatus. Itaque tantum abesse debet à corpore, quantum cælestia terrenis puriora sunt. Eam ob rem non ex re qualibet, sed ex tenuissima quaque substantia producitur, ut inspirati aëris parte serenissima, sanguinis probe defæcati vapore, & ipso vitali spiritu. Sanguis enim ille spiritalis purus & tenuis qui à corde profectus in arteriis continetur, illi admodum familiare est alimentum, nec tamen tam propinquum, quin antequam spiritus animalis euadat, multum repurgari elaborarique debeat. In hunc autem usum natura primum quidem nobilem illum plexum retiformem machinata est, eumque propterea tam multis arteriarum ambagibus implicauit, quòd mora longiore vitalis spiritus per eum quasi varium quendam labyrinthum

byrinthum permeans, tandem tenuissimus purissimúque euaderet. Quo adhuc non contenta, alios prætereà ex vario multarum venarum & arteriarum concursu implexúque sinus, quos ῥοροδῆς appellant, in duobus anterioribus ventriculis cerebri construxit, in quibus etiam perfectiùs & subtiliùs excoqueretur. Indè in medium postremúmque ventriculum peruenit. Quamuis autem tùm ventriculi omnes, tùm totum ipsum cerebrum eo plenum sit, maximè tamen in postremo ventriculo continetur, in quo non plurimus modò, verùm etiam ad animæ usum præstantissimus habetur. quamuis non contemnendus sit medius, qui etsi non est nobilissimus, multis tamen rationibus efficitur, ut eum duobus anterioribus præferendum esse existimemus. Eo autem anima, quæ in cerebri corpore sedem habere creditur, tanquàm primo instrumento utitur, tùm ad sensum & motum, tùm ad reliquas actiones quæ ratione & consilio administrantur: ad sensum quidem motúmque, per neruos tanquàm canales in organa sensus atque motus influente: ad principes autem actiones sic temperato, prout natura arcano quodam consilio expedire intelligit.

ῥυχοσοφορ. dicitur & κῆσσορ, id est, betonica, ut scribit Dioscorides: gaudet enim frigidis locis, inque iis lata provenit. vide κῆσσορ.

ῥώρα. scabies. Est asperitas summa cutis ex ea furfures eliciens, cū pruritu & colliquatione corporis. Asperitas quidem illi cum lepra communis est, ut & pruritus & colliquatio corporis, differentia verò in eo est, quòd in psora summã cutem potiùs occupet, in lepra verò altiùs descendat: quòdque per psoram cutis furfuracea quaedam corpora remittit, per leprã verò in squamas soluat. Huius autem asperitatis causa siccitas est humoris, qui paucior quidem & tenuior pruritus mouet,ustus verò factúsque crassior psoram inducit. Addit & Paulus alias psora lepræque differentias, psoram quidem variè figuratam videri, lepram verò circularibus magis erosionibus cutem depascere. Sed & furfures à siccitate proueniunt, iisque materia ex subiecta carnis colliquatione assidua quam calida parit intèperies suggeritur. Ex melancholico humore nascitur malum, atque inter melancholicos affectus numeratur. Hæc quidem Græci de psora prodiderunt, & omnes quotquot mihi videre licuit interpretes scabiem sunt interpretati, Plinium credo sequenti, qui lib. 20. cap. 1. scribit, radix cucumeris arida cum resina impetiginem & scabiem, quæ psoram & lichenas vocant, sanat. Idem tamen cap. 17. eiusdem libri scabiem & psoram videtur distinguere. Verùm si psora Latinis scabies sit, non videtur Græci de psora plènè tractasse, totámque de ea commætationem absoluisse. Siquidem Cor. Celsus rubicundum esse tumorem in scabie prodidit, ex quo facile intelligitur non semper à melancholico humore nasci. Celsoque consentanea scripsit Auicennas. Prætereà ex cute pustulas prodire per scabiem dicit quasdam humidiores, quasdam siccores, & exire in quibusdam saniem, fierique ex his continuatam exulcerationem & serpere in quibusdam citò, quas tamen in psora differentias pustularum nemo Græcorum annotauit: non neglexit autem Auicennas, scabiem suam in excorticatam & non excorticatam, in humidam & siccam, in fædam & non fædam distinguens. Sed puto equidem Græcos de psora loquutos non tam noua & recenti ut pruritus adhuc esse videatur, quem à sanguine bilioso excitari manifestũ est, sed nec tam multum à pruritu recedente, tamque longè progressa, ut proximè εἰς πλὴν λέπται accedat,

DEFINIT. MEDIC.

quo tempore non iam simplex est psora, sed ἀπλα, quàm feram scabiem Cor. Celsus vocat. Tunc enim in squamas resolvitur, exulceratur, serpit, pustulas & sanie emit-
tit, supraque psora modum exasperatur.

†ωελκὸρ. nulla per se materia est qua ita nominetur, nec nativum aliquid est, sed ex me-
tallis factitium: nec simplex, sed compositum est. Dioscorides fieri scripsit ex chalci-
tide, duabus eius partibus cū una cadmia additis, & ex aceto tritis, deinde in ficti-
li positis, obrutisque fimo diebus quadraginta per Caniculæ ardores. Alij verò, ait,
pares utriusque portiones in vino terunt, & eadem prosequuntur. At Galenus ad
eius confectionem non cadmia sed lithargyro utitur, eaque tantum in re à DioSCO-
ride discrepat. Celsus lib. 6. cap. 6. chalcitidis aliquid, & cadmiæ dimidio plus ex
aceto simul conteri prodidit, idque in vas fictile additum & cōtectum ficulneis fo-
liis sub terra reponi, sublatumque post dies viginti rursus teri, & sic †ωελκὸρ appel-
lati. Hoc autem ei nomen à propria facultate est inditum, quòd contra psoras proficit,
& cutis asperitates emendet. Attrahit enim, desiccatur, partiumque tenuitatem habet,
simulque minus quàm chalcitis mordet, cirra manifestum calorem, etiamsi ex putre-
dine natum sit. Sed quamvis id medicamenti genus †ωελκὸρ propriè dicatur, commu-
ni tamen significatione †ωελκὸρ dici potest non id modo, sed aliud etiam quidvis ea-
dem facultate præditum, à qua †ωελκὸρ διδάμας, uti & λεπεκὸρ, à Galeno appellan-
tur. Indè etiam Scribonius Largus psorici nomen collyrio cuidam indidit, non tam
fortè quòd psoricum recipiat, quàm quòd oculorum asperitudini medeatur.

†ωροφθαλμία. lippitudo scabra, asperitudo oculorum. Non aliud est quàm oculi phoria-
sis. Causa eius est salsus quidam & nitrosus humor. Indè succedunt angulorum ex-
ulcerationes, rubores, pruritus. Rubent etiam palpebrae, & lacryma salsa nitrosæque;
ex oculis stillant. Differt ἀπὸ τῆς †ωροφθαλμίας asperitate, & reliquorum ferè sym-
ptomatum magnitudine.

IO. GORRAEI PARISIENSIS

DEFINITIONVM MEDICARVM

T O Ω.



κύμασσορ. dicitur à quibusdam chameleo niger, ut habetur apud
Dioscoridem, quòd ocymum redoleat, ut testatur Dioscorides
& Nicander scribentes de ixia, quam chameleonem esse non
est dubium.

ἀλέκρωσορ. pars brachij est: gibber à Gaza dicitur apud Aristote-
lem. Est autem articulus quo cubitus lacerto iungitur. ἀγκώνια

Hippocrates appellavit, eo nomine acutam & verè gibberam partem designans
cui innitimur. Dores qui in Sicilia versabantur κέβησορ vocabant, ut scripsit Ru-
fus: estque apud Epicharmum κέβησορ, ἀπὸ τῆς πείρας τῆς ἀγκώνια. Sunt verò qui non
ipsum totum articulum sic vocari censeant, sed ex iis tuberculis & processibus
qui ea parte siti sunt, quos κέβησος vocant, eum propriè qui maior & posterior est.

vide

vide χεῖρ. Scribitur ἔσθ' ὀ.

ὀλίον. sic dicitur à quibusdam cubitus, siue os inter duos articulos, ἀγκύνα ἔσθ' καρπὸν
medium. alio nomine πῆχυς appellatur.

ὀμίλων, siue diuisis nominibus ὀμίλων. farina hordeacea, quasi cruda farina, ad dif-
ferentiam polentæ quæ torretur. Verùm Latini interpretes crudam omittunt, lecto-
ri id intelligendum relinquentes. Ac quanquam id nomen commune sit omnis fa-
rina, attamen κατ' ἰσοχρῆν de hordeacea intelligitur, cui aliquando etiam ex super-
abundanti additur κριθῖν, ut ὀμίλων κριθῖν. Quòd si aliis farinis id nomen apta-
tur, tunc apponitur frugis nomen, ut πικρὶν ὀμίλων ἢ λιποσπέρμον.

ὀμωῖα φλέψ. humeralis vena. Est ramus venæ cauæ claviculas supergressæ per omopla-
tam in brachium descendens. Hic ramulum statim ab origine dimittit in cervicis
tùm cutim, tùm musculos externos, deinde alium in partem gibbam omoplatæ, sub
qua postea in brachium fertur. Hoc quidem loco primùm humeralis propriè dici-
tur, antè enim adhuc est ἰπὸ κλάδι. Procedit autem inter musculum deltoide ἔσθ'
tendonem musculi pectoralis, ἔσθ' super membranam carnosam rectà ἔσθ' exterior
paulò descendit, ad cubiti flexum sub cute conspicuus, in macris præsertim, ἔσθ' cum
magnus est ἔσθ' tumidus, furculis obiter in musculos brachij vicinos ἔσθ' cutim dimif-
fis. Hic autem paulò supra brachij apophysim externam bipertitus, ramo interno,
cum pari ramo venæ axillaris coit in venam communem, quæ super radij sinem fo-
ras egressa, variè in manum externam absumitur: externo autem secundùm ra-
dium descendit ad ipsius dimidium: hic deinde obliquus foras exit, ἔσθ' ad carpum
axillaris ramo auctus, manum externam sæpe totam nutrit, præsertim è regione
paruorum digitorum. Ramus autem interdum tertius cum dictis duobus natus, in
flexum cubiti deflectens, in musculos eius loci absumitur, quibus etiam dicti duo
rami numerosè distribuuntur. Porro eandem venam Galenus sæpe πῶ ἐξω φλέβα
vocaui, hoc est, externam, ad differentiam axillaris quam πῶ ἔσω φλέβα nominant:
vulgus nunc cephalicam appellat, quòd ad capitis morbos magna utilitate so-
leat secari.

ὀμομηλῖς. arbor dicta à quibusdam ἄρμηλῖς atque ἀρμηλῖς atque etiam ἰδιμηλῖς. de
quibus vide suis locis. Sunt ut refert Athenæus qui pyri genus crediderint, alij
verò malum syluestrem ἔσθ' montanam intelligunt quòd Theocritus ὄρομηλί-
δα appellauerit.

ὀμὸν. crudum. Dicitur propriè in fructibus, quòd ad eos ἢ ὀμότης propriè pertineat, ut
scribit Aristoteles lib. 4. meteor: quemadmodum suo loco postea dicemus. per Me-
taphoram tamen non modò fructus, sed cibi, humores ἔσθ' morbi à medicis ὀμῶν appel-
lantur. Ac in ipsis etiam cibus ὀμὸν dicitur multipliciter, ἔσθ' primùm quidem cibus
ὀμὸς, id est, crudus dicitur, qui licet in suo genere perfectus sit, nullam tamen ab ex-
terno calore mutationem alterationemq; perpessus est, ut cum carnem vel perdicis
vel galli, vel aliam etiam optimam crudam vocamus quæ nondum assa sit vel eli-
xa. Aliter verò crudum cibum dicimus qui quamuis optimè ab externo calore al-
teratus coctusque sit, à nostro tamen calore difficillimè concoqui potest, sed humo-
res omnino crudos generat. In humoribus verò crudum tribus modis dici inuenio.
uno cum crudus humor appellatur, qui manat cibo perfectam cōcoctionem non ade-
pto, non quòd illi vitium aliquod insit, sed propter sui copiam vel propter caloris na-

DEFINIT. O MEDIC.

tiui imbecillitatem quomodò liquidam pituitam & bilem pallidam atque aliam qui intra bilis flauæ naturam restiterit, crudam appellamus: hæc enim faciliè possunt perfectam cõcoctionem assequi, si calor moderatus adsit. hic propriè ἀμῶν, ipsaq; eiusmodi cruditas ἀμῶν nuncupatur. Altero verò crudus humor vocatur. crassus & frigidus, qui à cibis eiusdem generis, crassis & viscosis gignitur. Atque is est, ut ait Galenus lib. 10. τῆς κρῆσος, & lib. 1. de aliment. facult. quem propriè ἀμῶν χυμῶν, hoc est, crudum succum siue humorem nominare consueuimus. Is differt crassitie à pituita succo crudo quidem & frigido, non tamèn crasso, ut qui humiditatem multam habeat & spiritum flatulentum. Crudus verò hic succus propriè nuncupatus, talis est quale id apparet quod in urinis subsidet puri quandoque assimilè. verùm pus & graueolens est & lentum, crudus verò succus crassitie & colore illiduntaxat est similis, ut qui neque graueolens est neque lentus. hunc humorem ἀλάδην, hoc est, vitreum Praxagoras vocauit: iuniores autem & inter eos Philippus simpliciter crudum, nullum aliud nomen adiicientes, ut exquisitiùs distinguerent. Coqui tamen & ipse tandem potest à robusto calore atque in alimentum conuerti, nisi aliã prætereà maligniorè qualitatem errore aliquo nanciscatur, ob quam morbificus euadit & febres præsertim epialas producit. Tertia verò significatione crudus humor dicitur, qui vitiosa qualitate & à natura aliena præditus morborũ causa est. Secundùm hanc pituita tum acida tum salsa, sanguis in locũ quendã præter naturam affluẽs, bilis utraque quam calor immodicus adusserit, atque omnis aded putris humor & natura molestus, crudus dicitur. Secundùm eam etiam Hippocrates lib. τῶν δυνάμεων ὀξέων, cruda tum à capite, tum à thorace attrahi biliosa dixit. In cuius loci explicatione Galenus, Biliosa, inquit, cruda ita appellauit, quoniam & excrementorum coctionem appellat, quanquam mutata nutrire non possint, ut bilis utraque, & qui ἰχθῆες dicuntur. Verumtamen quoniam & talia euincit natura, Hippocrates cocta eiusmodi excrementa dicere consuevit quæ à natura euicta sunt, cruda verò quæ non sunt euicta. Ob id & pus in phlegmonis quæ concoquuntur fieri ait, quanquã pars nulla pure nutriatur, sicuti ex crudis propriè vocatis humoribus & pituita, quæ reliquum perfectionis assequuta, & prorsus cocta corpus nutrire possunt. Sic igitur biliosi humores concoquuntur, velut sanguis qui phlegmonem committit, in pus vertitur. Tunc autem coctionis nomen in suo uniuersaliore significato accipimus. Est autem uniuersaliùs cùm natura causis fortior fuerit, permutaueritque eas suo robore. Hoc sanè aliquando contingit aquosis etiam illis humiditatibus quæ per urinas excernuntur, atque ob id crudas urinas concoqui dicimus, quanquã corpus ex coctis urinis ali non possit. Generali prætereà hoc concoctionis significato utimur, cùm vel catarrhum, vel coryzam, vel fluentes ex his ἰχθῆες, vel humiditates quæ ex oculis manant aut coctas aut crudas esse dicimus. Ad hunc modum & bilem vel crudam, vel incoctam, vel coctam esse pronunciamus. Cruda quidem flaua admodum est & acris & male olens, cocta autem & pallidior & minimum male olens. Hæc Galenus: ex quibus colligi potest postremum hoc crudi humoris significatum uniuersalius esse, quemadmodum & τῆς ἀμῶν, cui huiusmodi ἀμῶν οὐκ ἔστιν ὀππῶν, opponitur. Ab hoc autem & morbus ipse crudus nominatur, quamdiu uidelicet noxius humor resistit naturæ conanti ipsum mitigare & in meliorem statum reducere. vide τῆς ἀμῶν.

ὀμοπλάται. scapula. humeri. scoptula apud Celsum, vel ut alij legunt, scopula operata. Sunt ossa duo (utrinque videlicet singula) post thoracem in dorso sita, clauibus & brachio inarticulata. Sunt autem hæc ossa, ut scribit Galenus admodum inæqualia & omnibus suis partibus dissimilia. Foris enim gibba, intus sima existunt: item ima basi tenuia ac longa, superno sine crassa & parua. Vtraque autem omoplata duobus ossibus inarticulatur, summa quidem sua spina, seu acromiō clauis per synarthrosim, cavitatem autem suam ceruicis (de qua mox) ipsi brachio per diarthrosim. Habēt omoplata singula tres apophyses, una ῥάχης, hoc est, spina dicitur, ab eius basi incipiens, primum humilis & depressa, deinde sensim elatior facta & amplior donec desinat in acromion. Altera verò ὠχίρ, hoc est, ceruix à Galeno vocatur: est enim processus omoplatae in ceruicem admodum breuem, cui parum cauata inseritur brachium. Ac quamuis ceruix propriè sit os paulò angustius, caput rotundum sustinens, dicitur tamen hæc apophysis etiam ceruix, quæ velut execto capite in cavitatem abiit: tertia verò apophysis interiore in parte est, cornicis & corui rostro similis, unde κορώνη siue κορυκοφῆς vocatur, & à cavitatem & mucrone anchora ἀγκυροφῆς, & σιγμοειδῆς quòd C literā græcā curua figura representet. Sed hoc loco operæpretium est distinguere nomina multum sibi vicina, de quibus Rufus in partiū hominis nomēclatura sic scripsit, τὰ ἀπὸ τῆς πείνοτος ἰδὲ τῶν ὠμων καὶ θήκοιτα ἐπιωμαῖδες: ὠμοὶ δὲ αἱ κεφαλαὶ τῆν βραχίονα: ὠμοπλάται δὲ τὰ ἰδιωκίμνα τῶν ἰώτων πλατεῖα ὄσα. ὡτὶ ἢ ὅτ' ἐξ ἑαυτοῦ ὑπὸ ῥαχίς ῥάχης: ἀκρόμα δὲ οἱ ἑωθεμοὶ τῆν κλειδῶν & τῆν ὠμοπλάτων: ἐχρωδῆς δὲ αἱ κετακλειδῆς. Gal. comment. 1. ἐς δὲ τῶν ἀρθρῶν ὠμος, inquit, appellatur quicquid in articulo scapulae cū brachio apparet sensibus: ἐπιωμὶς autem pars est τῆς ὠμου superior, quæ ad collum vergit. Quod autem sensui nō est manifestum parte postica, os est ὠμοπλάται dictum. Theodorus apud Aristotelem scapulas vertit quas Græci ὠμοπλάτας dicunt. Ceterum ea qua parte in spinam deuexa latiores sunt & tenuiores, τράπεζα apud Pollucem appellantur: ubi autem crassiores factæ coarctantur & tandem acutiores prominent, πῆδύγια ab alarum similitudine vocantur: qua verò parte dorso insurgunt iuxta primas vertebrae κνώλοφα, Latini caninas prominentias appellant. χελώνιον autem pars gibberosa scapularum dicitur, tegmini τῆς χελώνος persimilis. In cuius medio humilis vallecule secundum spinam decurrit, quam Higinus interscapilium appellat, nam veteres scapilium pro tergo usurparunt. Pollux id spatium inter scapulas cauum quod secundum longitudinem ad lumbos porrigitur, κρῖον nuncupat, dicens, δὲ μίσην κῖ μῦκος ἄχης ὀσφύθ' ἐν τῶν ἰώτων κωλαινόματον, κρῖον καὶ λαῖται. forte quòd dextram partem à sinistra διακρίνει, hoc est, discernit & disternat.

ὠμος. humerus. Propriè dicitur id totum quod in articulatione brachij cum omoplata apparet sensibus. Rufus κεφαλῶν τῆς βραχίονος appellauit. apud Aristotelem ferè pro humeri articulo accipitur, quem Celsus scapulam vocat. Reuera autem ὠμος nō est aliud quàm articulus ipse brachij cum omoplata.

ἀμσάριχος. salsa, siue sale condita thynni caro, ut scribit Dioscorides. Nomen habet ex crudis thynnorum carnibus & salsamento compositum. De thynni autem carne dicitur κατ' ἄβραχιν. Reliquarum enim carniū salsamenta simplici nomine τάριχος dicebantur.

ἀμώπης. cruditas, authore Aristotele lib. 4. meteor. Est ἀπιψία τῆς ἐν τῶν πῶδικαρπίῳ τροφῆς. hoc est, alimenti in fructibus inconcoctio. Est enim eo authore species τῆς ἀπιψίας,

DEFINIT. MEDIC.

contraria τῆ πεπαισῆ. Inconcoctio verò illa non est aliud quàm humor fructuum indefinitus. Facit autem ὁμώπικτα duplicem, πῶμα πικλὸν ἔσ ἰσατόσθι, pro rerum videlicet quæ coquuntur differentiis: potest verò ἔσ ex utrisque mista esse. Prouenit ob defectum caloris natiui, aut huius quod in fructu coqui debet immēsam copiam. Et hæc quidem est propria authore Aristotele τῆς ὁμώπικτος significatio. Verùm, ut idem ait, quemadmodum ἰ πῆπικτοῖς, sic etiam ἰ ὁμώπικτος multipliciter dicitur. Nam ἔσ alui excrementa ἔσ urina ἔσ catarrhi ὁμοῖ dicuntur, quòd à proprio calore non vincantur neque consistant. Sed ἔσ testa ἔσ fictile etiam dicuntur cruda, quòd ab externo calore non sint euicta. vide ὁμῶρ.

ὁμοτοκίῃ. crudum fœtum parere. Non est autem idem profus crudum ἔσ abortiuum parere. Dicitur enim ὁμοτοκίῃ de iis tantum quibus per vim sollicitatur partus quo maiora pericula vitentur, nimirum quum mater sic habet ut conceptum perficere non possit, aut perfectum citra vitæ discrimen edere non valet. Tunc enim præstat fœtum immaturum corrumpere, ante legitimum pariendi tempus.

ὁμοθμείῃ. significat crudum abscessum ἔσ nondum maturum secare. Declarat id manifestè, simulque causas reddit Paulus lib. 6. cap. 34. his verbis: ἰστορ ὅπ πῶ τελείας εἰς πύορ μεταβολῆς εἰστέ ὁμοτομοῦμι τὰ ἀχρήματα, ἀλλ' ὅ πλῆσιάζει ἢ ἀρθροῖς, ἢ κνείοις μοείοις, ἵνα μὴ τῆ ὕδατόσθι σίψει σωδιαφθέρηται (ὠδῆσθι ἔσ, ἢ π τῆ ἀκαγαίωρ. Idémq; paulò postea tradit Hippocratem vicina digitis apostemata ante perfectam maturitatem cruda secare præcipere, quòd metuenda sit perforatio.

ὁμοτεβῆς ἔλαιωρ. crudum oleum, hoc est, ex crudis ἔσ nondum plenè maturis oliuis expressum. Idem etiam ὁμοφακίῶρ vocatur, hoc est, acerbum. Refrigerat ἔσ adstringit.

ὄορ. ouum. Id vocamus quod ubi in fœtura perfectū est, eius ex parte principio animal consistit, reliquum verò alimento ei quod gignitur est. Constat enim ouum duabus maximè partibus, lutea ἔσ alba, per membranam inter se discretis, ex quatum alba pullus initium suæ generationis accipit, perinde atque homo ex semine, ex lutea autem nutritur ἔσ incrementum sumit, non aliter quàm humanus fœtus ex sanguine menstruo, sicut pluribus verbis atque apertius Aristoteles lib. 6. de histor. animal. demonstrauit. Et habent quidem omnia oua duo ista partium discrimina, nisi vel incubatu vel aliter vitium traxerint. Sunt autem præter hæc ἔσ quæ χείλαρσι, id est, grandines dicuntur, vitelli initio adherentes, quæ nihil ad generationem plerisque videntur conducere, has duas esse certum est, alteram parti superiori iunctam, alteram inferiori. Umbilicus etiam ouis, inquit Plinius, à cacumine inest, ceu gutta eminent in putamine. Non est aliud, inquit Alexand. quod orbis uniuersi, quem mundum vocamus, speciem euidentius quàm ouum demonstrat. Nam ἔσ in sphaera faciem conglobatur, ἔσ vitalem potentiam obtinet, ἔσ ex quatuor constat elementis. Ouum quippe qualitates elementorum omnes complectitur, ἔσ quatuor illa rerum primordia planè in se sita ostendit. Tegmentum enim testaceum, terra proximum est, siccum namque ἔσ frigidum: albumen aquæ cognationem gerit, humidum enim ἔσ frigidum: spiritus in albumine contentus pro aëre est, calidus enim ἔσ humidus: vitellus ignè representat, plus enim calidus, minus siccus, neque colore igneo vacat. Ita ergo temperatum ouum alimentum corpori præstat temperatissimum ἔσ optimum, præsertim si coctione non deprauetur: facile conquisitur, citò digeritur, multum nutrit, ἔσ penè nihil excrementi relinquit, nec ullus est alius cibus, qui in
egritudine

agritudine alat, neque oneret, simulque vini usum & cibi habeat. Id quod de recenti intelligi debet, quod ut optimum est, ita vetus habetur deterrimum. Spectantur autem in ovis duae maxime differentiae, quarum una circa substantiam, altera penes cocturam rationem est. Propria quidem substantia gallinarum ac phasianarum ova praestantiora sunt, deteriora vero anserum & struthocamelorum. Quinetiam tum gallinae tum anseres tum reliqua volucres minime volaces, ut perdices, columbae, pavones, substantiis diuersa pariunt: alia quidem ex coitu, alia vero sine coitu, quae ὑπερμαα & ἰεφεία, Latinis subuentanea & irrita appellantur. Ea minus iucundi saporis esse & magis humida perhibentur, quam quae fecunda gignuntur. Sunt etiam sterilia, quod humor eorum crassescere incubatione non potest, sed tam candida, quam lutea eius pars similis sibi perseverat. Ad eam differentiam reduci possunt tum quae ἁστὰ, tum quae οὔρα vocantur. Ac ἁστὰ quidem vocant, quae cum triduo incubata fuerint, tota lutea euadunt. Cuius nominis ratio in obscuro adhuc est. Credo autem ita dici ea ova à quibus pullus excludi incipit, ut quae findantur atque rumpantur exeunte pullo. Alij autem non ἁστὰ sed οὐρα malunt appellare, forte quod intus ficibus similia sint. οὔρα vero quae & κωδόνια dicuntur, hoc est, canicularia, sunt ova deprauata, corrupto intus vitello, id quod aestate & alio quouis tempore calido solet contingere, vel, ut Plinius vult, incubatione derelicta. Multiplex quoque est quae ex coctionis modo sumitur ouorum differentia. Eorum alia τρομὰ, alia ἰοφίτα, alia πικρὰ, alia τρυγιστὰ dicta sunt. Vocantur autem ea τρομὰ, hoc est, tremula, quae exepro putamine in aqua coquuntur eatenus ut non durecant. Sic enim cocta ubi ab aqua exemeris, si dimoueas, manifestò tremere videbuntur: si facta sunt duriora ἰφίτα dicuntur. ἰοφίτα vero, hoc est, sorbilia sunt quae simul cum putamine ante ignem coquuntur, eatenus ut liquida adhuc & minime coacta densataque maneant, & facile soberi possint: eadem si duriora euaserint, ὀπῆα sunt. Sed praestat tremula sorbilibus. Multum enim tremula nutriunt, sorbilia minus quidem nutriunt, sed aluum magis mouent, & gutturis asperitates laeuigant. In utroque genere quae plus aequo cocta sunt quam ut tremere vel soberi facile queant, duriora sunt, crassorem procreant succum, difficilius concoquuntur & tardius permeant: quae tamen vitia magis insunt iis quae in calidis cineribus assantur: ὀπῆα vel ὀπῆα δεινὰ & αἰα dici possunt. Ceterum cum tremula sorbiliaque bona sint, mala vero elixa atque assa, medium locum inter ea obtinent quae πικρὰ, hoc est, suffocata veteribus dicta sunt, si modò mediocrem nata fuerint coctionem. Hoc autem modo parari solent, Oua ubi oleo, garo, ac vino modico conspersa erunt, in vase duplici coquuntur, prius obturato eo quo ipsa continentur, donec modicè crassescant. Tunc enim & melius quam dura concoquuntur, & alimentum corpori praestantiùs praebent. Quae vero supra modum induruerunt, elixis assisque similia fiunt. Meminit & Galenus alterius coctionis ouorum, quae supernè caldatis infunduntur. Sed ea vel sunt cum sorbilibus eadem, vel eo tantum differunt quod haec igne sicco, illa autem in calore humido coquantur. Sunt qui ea ἰεφεία nominent. Omnium vero pessima habentur τρυγιστὰ siue τρυγιστὰ, hoc est, frixa, sic dicta quod in sartagine quae Graecis tum τρυγιστὰ tum τρυγιστὸν vocatur, eorum coctio perficiatur. Ea dum coquuntur nidorem acquirunt & non modò crassum, sed prauum etiam atque excrementitium succum subministrant.

DEFINIT. MEDIC.

ἰσχυρὸς ὕψωρ. humor oculi albugineus, quem magis usitato nomine anatomici ἰσχυρὸς ὕψωρ appellant, de quo vide suo loco.

ἄρα. tempus anni. dicitur ἔρα. Est pars anni insigni quadam temperie prædita. Proinde cum annus multifariam diuidi possit, non dies, non mensis tempus anni dici potest, sed ut sunt quatuor summa temperamentorum differentia, ita annus in quatuor tempora genere siue specie differentia distinguitur, quæ veteres ver, æstatem, autumnum ἔρα hyemem nuncuparunt. Ac quanquam in circulo motus principium nullum esse videatur, sed à quolibet puncto incipere possit, quia tamen anni singuli humanæ vitæ cursum videntur imitari, quodammodo repuerascens, rursusque senescens, idè à vere totius anni exordium sumendum esse veteres rectè statuerunt. Est enim pueritiæ simile, sicut etiam æstas ætati florenti, autumnus declinanti, hyems autem senio. Sed ἔρα quam hæ temperiem habent, eandem ἔρα ipsa anni tempora sortiuntur. Horum autem author sol est, hunc maximè orbem exornans ἔρα concinnè disponens. Siquidem eius accessione decessusque aër eas quatuor generales mutationes experitur, ἔρα ordinatas quidem semper, si solis modò motum consideremus: inordinatas verò variâsque, si alia spectemus quæ necessariò cum solis motu concurrunt. Sunt enim rerum omnium duo principia, ordinatum quidem quod à cælo est, à quo omnia decus ἔρα ornamentum capiunt, inordinatum autem quod ex hac mundi materie proficitur. Hæc quia inconstans est, etiam inconstantem annum ἔρα inconstantia eius tempora plerunque facit, nec permittit eandè semper temperiè seruare. Quò fit ut æstate quæ calida ἔρα sicca esse debet pluuiæ aliquando ἔρα frigora sint, hyems sicca aliquando euadat, ἔρα veris temperies autumnò similior existat. Sunt autem hæ mutationes particulares, ἔρα ἰσχυρὸς ὕψωρ propriè appellantur. Quas tamen nonnulli non tam ad materiæ indefinitionem atque ἀπερίω, quàm ad varias astrorum motiones ἔρα coniunctiones referendas censent, inter quos est ἔρα Hippocrates, adè multa syderum ortui ἔρα occasui tribuit. Siquidem iis anni tempora distinguere videtur nõ minùs quàm solis motibus, Vergiliarum ortum statuens initium æstatis esse, non aditum solis ad cancrum, ἔρα similiter hyemis principium, non quando sol in capricorni signum ingreditur, sed cum Vergiliæ occidunt. Aliter enim medicos, aliter astrologos distinguere æquum est, hos quidem motum modò solis spectantes, illos verò temporum potiùs affectiones ἔρα temperiem considerantes, tanquam causas magis propinquas sanitatis atque aduersæ valetudinis. Fuerunt autem ex antiquis aliqui qui septem anni tempora statuerent, ut annotauit Galenus comment. in lib. de morb. vulgar. Verumtamen quatuor modò sunt authore Hippocrate, quæ ἄρα propriè appellantur. Inter quæ quoniam æstas donec declinare incipiat ἔρα in autumnum vergere, iucundissima placidissimaque est, ἄρα ἰσχυρὸς ὕψωρ aliquando dicitur, ut scripsit Galenus, duratque diebus quadraginta, quorum viginti ante Canis exortum sunt, reliqui post eius ortum, ita ut in eius temporis medio Canicula ortus contingat. Cuius etiam rei hoc argumentum est, quòd reliquum postremumque æstatis tempus ὀπίωρα, quasi ἔρα ἰσχυρὸς ὕψωρ, vocetur. vide in dictione ἐνωρὸς, ἔρα in dict. ἔρα.

ἰσχυρὸς ὕψωρ. tempestiuum. quod cuique anni tempori conuenit dicitur. aliter ab Hippocr. ἰσχυρὸς ὕψωρ Apho. 8. lib. 3. id est, constans ἔρα quod propriam seruat temperiem, quemadmodum in comment. Galenus explicauit. sicut autem ἰσχυρὸς ὕψωρ ἄρα æstatem significat,

gnificat, ita aliquando ὠραῖον dicitur quod peculiariter aestate accidit, eaque maxime parte quae ὠρα vocatur. In hac significatione ὠραῖον dixit Hippocrates lib. 6. τῆν ἰδιότητα, ut comment. in eum quarto Galenus annotavit, aquam quae eo aestatis tempore descenderit, non autem vernam ut quidam interpretati sunt, quod nemo veterum vernum tempus peculiari nomenclatura ὠραῖον appellavit. Ab eo quoque significatu fructus ὠραῖοι appellantur, quod eo ferè tempore omnes fructus existant, alij declinantes, alij incipientes, alij in suo vigore, aut ultra citràve consistentes. Quos tamen Galenus non ob id solum ὠραῖοις à veteribus nuncupatos fuisse credit, quod eo tantum tempore sint, sed quò ipsos ab iis qui reponi atque asseruari possunt, distinguerent. Nam & triticum & hordeum & pleraque legumina aestivam atque anniuniversariam habent generationem, sed non facile citòque corrumpuntur, veluti cucurbita, mora, pepones, melopepones, persica & id genus alia, quae ob id fugacia Latini appellant. Ac quamvis cucurbita caro, vacuato eius semine in hyemem reponatur & sicca asseruari possit, fieri tamen non potest quin eius naturam in contrarium immutetur, cum tritici, hordei atque aliorum eiusmodi cerealium seminum natura semper una & eadem perseveret, maneatque substantiis talia, qualia erant cum iam inde ab initio aestate fuerunt perfecta. Sunt autem omnes ὠραῖοι fructus humidi, pravi succi & corruptibilis, frigidi atque flatulenti, atque ubi corrupti sunt, similes venenis deleterius evadunt.

ὠραῖον. collyrium est διαρροδον, cuius descriptio habetur apud Galenum lib. 4. τῆν κρ. τὰ τὸ πους.

ὠραῖον τάρταρος. genus balsamenti inter macra praestantissimi. Fiebat autem ex pelamide minore sale condita.

ὠραῖον κολυβίου. collyrii nomen perutilis ad tenues fluxiones inueteratas, & myocephala. descriptio habetur apud Aëtium lib. 7. cap. 33.

ὠρα. aures. vide οὖς.

ὠραχύται. instrumenta sunt chirurgica, quibus aliquid in aures infunditur. Aurifusoria specilla dici possunt. Celsus alias strigiles, alias auriculares clysteres appellat.

ὠραλίον. apud Hippocratem significat recens vulnus, & aliquando cicatricem, ut annotat Galenus comment. 1. εἰς τὸ πρὸς ἀσθῆρα.

ὠρακόν. quod ad aures pertinet, ut ὠρακὸν κλυστήρ, auricularis clyster, cuius Galenus lib. 3. τῆν κρ. τὰ τὸ πους aliquoties facit mentionem. & ὠρακὸν φάρμακον, auriculare medicamentum.

ὠρακὸν δάκτυλος. auricularis digitus, minimo proximus.

ὠρα. terra species est colore lutea, à quo nomen habet. Duorum generum est, una nativa siue fossilis quae ex Attica olim deferebatur praestantissima, nunc autem ex Dacia atque Hungaria: altera factitia quae ex plumbo adusto fit, aceto extincto, & nominatur usta. pictoribus magis usurpata. Vri tamen potest & nativa, atque lauari cadmia modo, ut scribit Dioscorides, qui ochram commendat leuissimam & omnino luteam, saturatam, non lapidosam, friabilem. Tribuit ei vires adstringendi, erodendi, collectiones & tubercula dissipandi, excrescentias in carne reprimendi, caua cum cerato explendi, & articulorum tophos comminuendi. Paratur ex ea emplastrum quod δὲ ὠρας dicitur, valens ad vibices flagrorum, excoriationem & collisa, & describitur ab Aëtio lib. 15.

Q q ü

LECTORI S.



QONIAM fieri potest, ut plerique Græca lingua imperiti cupiant aliquid ex præcedentibus libris discere, quod tamen vocis locique in quo de eo agitur ignari inuenire non poterunt, ideo visum est nobis Lexicon hoc Latino Græcū contexere, ut ex eo discentes quomodo Græcè Latinum quodque nomen dicatur, protinus ex isto ad Græcum transfiliat, vosémque illic naçti, intelligant quid sit de quo dubitant. Verbi gratia si quis quid morbus sit aut causa intelligere ex nobis cupiat, indicem sequentem adeat, in quo postquam compererit morbum νόσος dici, causam autem αἰτία, eas voces in libris præcedentibus inuestiget, ubi eorum significationem interpretationemque assequetur.

A.



Bdomen. ἐπράσσιον. ἥσρον	acuta spina. ὀξύκαιθα
abies. ἐλάτη	acutus. ὀξύς
abiga. χαμαιπίτυς	Adamas. ἀδάμας
abomasum. ἡνυσρον	additamentum. ἀπόφους
abortus. ἄμβλωσις. ἐκφωσμός	adeps. πιμελή
abortire. ἀμωρκίη	adhærentia. πρόσφυσις
abrotonum. ἄδώνιον. ἄβρότονον	adiantum. ἀδίαντον
abscessus. ἀπόσσις. ἀπόστημα	adolescens. μεράκιον
absinthium. ἄψίνθιον	adstrictio. στυψίς
Acacia. ἀκακία	adstringens. στυφον
accessio. γαροξυσμός	adurentia medicamenta. καυστικά
accessionis retardatio. ἰσχυρὸς τύπος	καυπεία
accidens. συμβεβηκός. σύμπτωμα	Æquabilitas. ὁμοχρόν
accipiter. ἰέραξ.	æqualis pulsus. ὁμαλὸς σφυγμὸς
acer. σφένδαμνος	aër. αἶθρ
acerbæ vix succus. ὀμφάκιον	aër inspiratus. πνεῦμα
acerbum. στυφόν	æreolum. καλικῦς
acerbum oleum. ὀμφακινὸν ἔλαιον	æris squama. χαλικῦν λεπίς
acetabulum. ὀξύφασκος	æris flos. χαλικῦν ἄλθος
acetum. ὄξος	æruca. ἰός
acetum mulsum. ὀξύμελι	æruginosus. ἰώδης
aciditas. ὀξύτης	æruго. ἰός
acidum. ὄξύ	æstas. θερόσ
acre. δειμὸν	æstus. καῦμα
acrium esus. δειμουφαγία	ætas. ἡλικία
actio. ἐνέργεια	ætas declinans. παρακμαστικὴ ὑλικία
acus pastoris. γράσσον	ætas florens. ἀκμή

INDEX LAT. GRÆCVS.

- Affectio. διάσεις
 Agallochum. ἀγάλλοχον
 agaricum, ἄγαρικόν
 agglutinamenta. ἀνακολλημάτα
 agglutinamenta squamosa. προσκολλημάτα λεπιδιδή
 agglutinatio. πρόσφυσις
 agrimonia. εὐπατώσιον
 agripalma. γαλιόφις
 Aiuga. καμαιπίτυς
 Ala. μαχαλὶς. περύγιον
 alatus. περυγιδής.
 albaras album. λεύκη
 albaras nigra. λέπτα
 album. ἀνθίειος
 albugo oculi. κυκλώπιον. λευκώμα
 alcaquengi. ἀλικάκιον
 alga. βρύον
 alica. κόνις
 alimenta mali succi. καύχυμα
 alimenta stomacho aduersa. κακοσμάχα
 alimentum. τροφή
 alimentum boni succi. εὐχυμον
 allij capita. δαιπίδες
 allium. μάλυζα. σκέρσοδον
 allium vlpicum. ἀντισκέρσοδον
 alquequengi. σφυγιός
 alteratio. ἀλλοίωσις
 alteratrix facultas. ἀλλοιωτικὴ δυνάμις
 altercum. ὑοσκύαμος
 altrix facultas. θρεπτικὴ δυνάμις
 alueorum crusta. ριατόκρητον
 alui profluuium. διάρροια
 alumen. στυπήνεια
 aluyna. ἄψινθιον
 Amaracum. σάμφυρον
 amaritudo. πικρότης
 amarum. πικρόν
 ambidextra. ἀμφιδέξιον
 ambubeia. κηχέσιον
 ambarum. ἄμβαρ
 ambustus. πυρίκαυστος
 amentia. ἄνοια
 amphora. ἀμφορέϊς
 amuleta. ἀποροπαῖα
 amuletum. ἀλεξιπτεριον. ἀλεξιφάρμακον. πειάμμα
 amurca. ἄμωρα
 amygdum. ἄμυλον
 amygdalæ. ἀντιάδες
 amygdalus. ἄμυγδαλή
 Anchoræ similis processus. ἄγκυροσδῆς ἐπίφυσις
 anchusa. ἄγχουσα
 anetum. ἑλάτη
 anethum syluestre. μῆον
 angina. κωάγχη
 anguli oculorum maiores. φατῆρες
 anguli oculorum minores. παραπίαι
 angulus oculi. κωνιδῆς
 anhelosi. πνιμαπίαι. πνιματόμυλοι
 anima. ψυχή
 animalis facultas. ψυχικὴ δυνάμις
 animalis spiritus. ψυχικὸν πνεῦμα
 animosa facultas. θυμωδῆς δυνάμις
 animalis musculus. σολιμητῆρ.
 annus. ἐνιαυτός
 annum. ἐνικόσιον
 anticipatio accessionis. προληπτικὸς τύπος
 anus. ἔσθα. ἄρχος
 anxietas. ἀλύκη. ἄλυσμος
 Aperire. στομαῖον
 apiastrum. μελισσόφυλλον
 apium. σέλινον
 apollinaris herba. ὑοσκύαμος
 apparens. φαινόμενον
 appetentia. ὄρεξις
 appetentia canina. ὄρεξις κωνιδῆς. φαγδαίνα
 appetitrix facultas. ἐπιθυμητικὴ δυνάμις
 appetitus. βολτός
 appositio. πρόσθεσις
 Aqua. ἕδωρ
 aquæ metus. ἰδρωφοβία
 aqua mulsa. μελικράτον. ἰδρωμέλι
 aqua oleo mista. ἰσρέλαιον
 aqua rosaceo mista. ἰδρωρόδιον
 aqueum

- aqueum. ἰδατώδες
 aqueus humor. ἰδατώδες ὑγρὸν
 aquifolium. ἄγρια. κραταίγερον
 aquilæ lapis. λεπίτης
 aquilo. βορέας
 aquosus ramex. ἰδοκίλη
 aquula. ἰδαπίς
 Araneæ similis tunica. χιτὼν ἀρα-
 χνοειδής
 arbutus. κόμαρον
 arcturus. ἄρκτιον
 ardens febris. καῦσις
 ardores. ἐπιφλογισματα
 area. ἄλωπαικία. ὀφθαλμιαίσις
 argentea terra. ἀργυροπέτρα
 argentina. τάλικρον
 argenti spuma. λιθάργυρον
 argentum viuum. ἰσοάργυρον
 argumentum. τεκμήριον
 aridum medicamentum. ξηρόν
 armela. μώλυ
 arquatus morbus. ἰκπερον
 arsenicum. σανδαράχη
 arteria. ἀρτηρία
 arteria aspera. φάρυγξ
 arteriæ dissectio. ἀρτηριοτομία
 arteria magna. ἀόρτη
 articularis. κίναρα
 articularis morbus. ἀρθρίτις
 articuli cavitas seu sinus. γλῶν
 articulorum contractio. ἀγκύλη
 articulus. ἄρθρον
 arundo. κάλαμος
 Ascia. σκεπαρόν
 aselli. ὄνοι
 aspera arteria. βρόγχος
 aspergines medicamentorum. Δια-
 πύσματα
 aspergula. ἀπαείνη
 aspergula minor. ἀσηράκητις
 asperitas. τραχύτης
 asperitudo palpebre. τραχύμα. τύλσις
 aspersiones. προσκλύματα
 asperum. φεικώδες
 aspicum. ὑδιδύναρδος
 assatio. ὀπήσις
 astragalus. τίρωρον
 Ater succus. μελαγχολικός χυμός
 athletica habitudo. ἀθλητικὴ ἔξις
 atrabilis. μέλαινα χολή
 atramentum metallicum. μελασπέρα
 atramentum scriptorium. μέλας ᾧ
 χροφόμεν
 atramentum futorium. χάλκαιδος
 atriplex. ἀράφαξις. χρυσολάχανον
 atriplex sylvestris. κωία
 attenuantia. λεπτιώοντα
 attonitus morbus. ἀποπληξία
 attractrix facultas. ἐλκτικὴ δυνάμις
 attrahens medicamentū. ἐπασσαστικόν
 attrahentia medicamenta. ἐλκτικὰ
 Auctio. αὔξις
 auditus. ἀκοή
 auellana. καρύον ἡρακλαστικόν
 auena. βρόμος
 augmentum. αὔξις
 aurifusorium specillum. ἀπυγύτης
 auripigmentum. ἀρσενικόν
 auris. οὖς
 auron. βρόμος
 auster. νότος
 austerum. ἀνέμερον
 autumnus. φθινόπωρον
 Axilla. μαχαλῖς
 axillaris vena. μαχαλαία φλέβη
 axungia. ἄξουγγιον. ὄξύγγιον.
 B.
 Bacchar. ἄσαρον
 balauftium. βαλαύστιον
 balbuties. γελότης
 ballaria. λυγίς
 balneum. βαλαειόν
 balneum Mariæ. δίπλωμα
 barba. πάσων. ἰπίνη
 barba Dei. γδροτοπώων
 barbotina. ἀψίνδιον
 Bdellij lacryma. ἀδελβωλον
 Berberis. ὄξυάκανθα

INDEX LAT. GRÆCVS.

befafa. μάλυ	C.
beta. τβήτορ	Cabaret. ἄσπερον
betonica. βρετανικὴ. κίττρον	cadmia. καδμεία
Bicorne os. ἰσοθῆς ὄσσω	cadus. ἄμφορβός. κεράμιον. μεφίτης
biera. βωή	calamenthum. καλαμίνθη
biliosi. πικρόχολοι	calamintha. καλαμίνθη
bilis. χολή	calamus odoratus. κάλαμος ἀρωματικὸς
bilis amara. πικρόχολος χυμὸς	calamus vnguentarius. κάλαμος ἀρωματικὸς
bilis atra. χολὴ μέλαινα	calcatrepa. ἄκαιθ
bilis pallida. πικρόχολος χυμὸς	calculi morbus. λιθίασις
bismalua. ἄλκεία	calidum. θερμὸν
bistorta. βρετανικὴ. ἐπήφυλλον. κα- τανάγκη	caligo oculi. ἄχλις
bitumen. ἄσφαλτος. πιασιόσφαλτος	callositas palpebræ. τύλωσις.
Blæfitas. τραυλότης	callosum. τυλοθῆς
blæfus. βλαιστός. τραυλός	callus. πῶρθ
blitum. βλίτον. ὀνόλιτον	caluaria. κρείσιον
blitum sylvestre. κωία	caluariæ fractura. ἐγγίσωμα
Boaria herba. βούφθαλμος	caluitium. φαλακρότης
boletus. βωλίτης	calx. ἄσβεστος. κονία. γτέρνη
bonifacia. δάφνη ἀλεξάνθηρα	camomilla. ἄνθιμος
borago. βούρλαστον	camphora. κάφουρα
boreas. βορέας	canalis. σωλήν
bosci salvia. πολεμόνιον	cancer. καρκίνθ. καρκίνωμα
bouis oculus. βούφθαλμος	cania urtica. ἄκαλύφη
Brachiale. κάρπος	caniculæ sydus. κύων
brachium. βράχιον. χεῖρ	canina conuulsio. κωινὸς σπασμὸς
branca vrsina. ἄκαιθα	canina lingua. κωόρλαστον
brassica. κράμβη	canina malus. μαισθοτόρας
brassica canina. ἀπόκωρον	canini dentes. κωοδόντες
britannica. βρετανικὴ	caninus rubus. κωόσβατος
bruscus. ὄξυμυρσίνη	canis, siue caninum vinculum. κωο- δέσιον
bryaria. μυρίκη	canities. γολίωσις
bryonia. ἄμπελοθύκη. ἄμπελος μέλαινα	canna. κάλαμος
Bucca. γνάθος	cannabis. κάνναβις
buccella purgatoria. βουκίλαστον	cannabis rustica. ἄλωστον
buccinum. δελφίνιον	cantharides. κανθαρίδες
buglossum. βούρλαστον. νήπειδες	canthus oculi. ἐγκανθίς
bulbus. βολβός. ἐρμωδάκτυλος	capilli. τρίχες
bulbus agrestis. ἐφήμφορον	capillus. οείξ
bullæ. γομφόλυξ	capillus Veneris. ἄδίαστον. πολύτριστον
buprestis. βούπρησις	capitis dolor. κεφαλαία. κεφαλαλγία
burgaspina. ῥάμψθ	capitis fracturarum medicamenta. κεφαλικά
butyrum. βούτυρον	

- capitis fracturarum medicamenta. κεφαλῆ φάρμακα
 capparidis. κάππαρις
 caprificus. ἔειθε
 capriola. κορωνόπους
 caput. κεφαλή
 carbunculus. ἄνθραξ
 cardamina. σισύμβειον
 cardamomum. καρδάμων
 cardiaci. καρδιακοί
 cardo pectorius. δίφρακτος
 cardonetum. χαμαιλίον
 carduus. σκόλυμος
 carduus altissimus. κίναρα
 carduus benedictus. ἄβρακτυλὶς
 carica. ἰχθὺς
 caries. εὐρώς, τερηδόνη
 carnem producentis medicamentum. σαρκωτικὸν φάρμακον
 carnis excrecentia. ἰπιδόρμις
 caro. σὰρξ, κρέας
 caro conuoluta. ἄδην
 carota. δαῦρος
 carpesium. καρπίσιον
 carpinus. ζυγία
 carprobalsamum. καρποβάλαμον
 carpus. κάρπυς
 carthamus sylvestris. ἄβρακτυλὶς
 cartilago. χόνδρος
 carui. κάρυον
 caseus. τυρὸς
 casia. γίζι, κασία, κνέαρρον
 casia fistularis. κασία σιγγώδης, κασία μέλιται
 casia lignea. κασία
 castanea. διός, βάλασθρον, βάλασθρον σιρδιανή, κάστανον
 castoreum. κάστεον
 catalepsis. κατάληψις
 cataplasma. κατάπλασμα
 cataracta maior. κίρκη
 catarrhus. κατάρρεθρον
 catheter. καθετήρ
 caucalis. καυκαλίς
 cauda equina. ἰσσοειδής
 cauda muliebris. κέρας
 cauitas. κοτύλη
 cauitas oculi. γλήνη
 caulis. κράμβη
 causa. αἰτία
 causa euidens. προειτάρχουσα αἰτία, φρόφασις
 causa externa. προειτάρχουσα αἰτία
 causus. καῦσις
 cauterium. καυστικόν, καυτήριον
 Cedria. κεδρία
 cedri fructus. κεδρεῖς
 cedrinum oleum. κεδρίλαιον
 cedri oleum. κέδριον
 cedrium. κέδριον
 cedrula. κεδρεῖς
 cedrus. κέδρος
 cedrus maior. κεδριλάτι
 centaurea minor. κονταύριον
 centaureum. κονταύριον
 centaureum maius. χαρώνιον
 centinodia. πολύχνη
 centrum gallinae. ὄρμιον
 centumcapita. ἡρῦγγιον
 centunculum. γναφάλιον
 cera. κρόμμιον
 cera. κηρός
 cerasus. κέρασος
 ceratum. κηρωτὸν
 cerealia semina. ἀσμιάντικα σπέρματα
 cerebellum. παρεγκεφαλίς
 cerebrum. ἐγκέφαλος
 cerinthe. κέρινδρον
 ceruix. λυγὴν, Δερὴν, τράχηλος, Σάουξ, τιμυδιον
 ceterach. ἄσπλιον
 Chærefolium. γιγγιδιον
 chalcitis. χαλκίτις
 chamæleo. ἰξίς, χαμαιλίον
 chamæleo albus. ἐρυσίσκηπτηρον
 chamæleo niger. ἴσιον
 chamelæa. ἀνέαρρον
 chefna. Δρῶν
 chironium ulcus. χαρώνιον ἔλκος

INDEX LATINOGRÆCVS.

chirothecæ diuæ Mariæ. βακτηρίαι	coagulum. ρυτίαι
chirurgia. χειρουργία	coccus orientis. κληματίς
cholago. χολάγος	cochleare. κόχλις
cholera. χολέρα	cochlearium. κοχλιάριον
chondrilla. χονδρίλλιον	coctio. πέψις
christi palma. βασιλικόν	coctiois priuatio. ἀπεψία
chryfocolla. χρυσοκόλλα	cæcum foramen. τυφλόρρηγμα
Cicatricosum medicamentum. έπου- λοπικόν	cæcum intestinum. τυφλόρσίδιον
cicatrix. ούλη	cæliaci. κοιλιακοί
cicatrix oculi. παράλαμψος	cælum. οὐρανός
cicer. έρέβινθος	cæruleus. κύανος
cicera. ὄχρως	coindicantia. συνδακτύρλια
cicercula. λάδουρος	coles. πείλαιον
cicerculæ. δολιχολί	colica medicamenta. κοιλιακά φάρμακα
cicer rusticum. ἄσπράλαθος	colliquatio. ζωήπις
cichorea lutea. ιεράκιον	colliquatiua febris. ζωτήκωμ πυρετός
cichorium. κηχώριον	collisio. θλάσμα
cicuta. κώνιον	collum. λυχνίον. Δαρήν. τράχηλος
cicutaria. μυρρίδιον	collyrium. κολλύριον
cilia. βλεφαρίδες	colon intestinum. κόλον
cimicaria. κόμυζα	colostra. γάλα
cimolia terra. κιμωλία γῆ	colubrina. ἄμπελουδίον
cinamomum. κιννάμωμον	columella. κιοτίς. κίον
cinara. κίναρα	comageum vnguentum. κομμαχαιόν
cinnamalis. ἰσροβοτάνη	comitialis morbus. έπιληψία
cinereum collyrium. σπιδαικόν	communitates. κοινότητες
cinerula. σπόδιον. σφάδιον	comprehensiuua facultas. περιελαπτική δύναμις
cinis. κόνια. τέφρα	comptoria ars. κομμοθηκική. κοσμητική
cinnabaris. κιννάβαρι	conarium. κονάριον
circæa. κερκασία	conceptus. κύημα
circinus. ζώνη	concilium. ἰασίον
circuitus. περιόδος	concoctio. πέψις. πεπαισμός
cirri. πλακταίαι	concoctio deprauata. δυσπεψία
citrago. μελισσόφυλλον	concoctio tarda. βραδυπεψία
Clangosum. κλαγγώδες	concoctrix facultas. πεπτική δύναμις
clauicula. κλαῖς	concoquentia medicamenta. πεπτι- κά φάρμακα
clauis. κλαῖς	concretile. ρικτήρ
clauus. ἕλος	concretio πύξις
clematis. κληματίς	concupiscibilis facultas. έπιθυμητική δύναμις
clunes. γλουπία. γλουπός	concurfus. συνδουμή
clyster. κλύστις	condensatio. πύκνωσις
Cnicus. κνίκος	
Coagulatio. πύξις	

CON-

- condimenta. ἐμβάμματα
conditum. κοιδίτην
conditum rosaceum. ῥοδίτης οἴνου
conditura superflua. καρυκία
confusio oculi. σύγχυσις
congius. χοῦς. χοῦς
coniunctiua. ἐπιπεφυκῶς χιτῶν
consensus. συμπάθεια
constans. καθεστὸς
constitutio. κατάστασις
consuetudo. ἔθος
contemperatio. ἐπίκρασις
contēplabilis dies. ἐπίδηλος ἡμέρα. θεώρητος ἡμέρα.
contenta. ἰσόμενα
continentia. ἰσχυρὰ
continua febris. συνεχὴς πυρετὸς
continui solutio. ἀπόσπασμα
contractio pulsus. διαστολή
contrarium. ἐναντίον
contusio. θλάσμα
conuoluulus. ἐξέλιξις
conuulsio. σπασμα. σπασμὸς
cōuulsio in partem anteriorem. ἐμπροσθέντι
conuulsiuus affectus. σπασμῶδες πάθος
conuulsiuus pulsus. σπασμῶδες σφυγμὸς
conyza. κόνυζα
copia. πλῆθος
coqueretum. σφυγμὸς
coquus. κόστος
cor. καρδία.
coralium. κόραλλο
cordis morsus. καρδιωγμὸς
coriandrum. κορίον
corigiola. γολύτιον
cormelia. κεραία
cornea tunica. κέρατοειδὴς χιτῶν
corona. στέφανο
coronalis futura. στεφανιαία ῥαφή
coronalis vena. στεφανιαία φλέψ
corona pars capitis. στεφάνη
cornua. κέρατα
cornua vteri. κεραιά. γλεκτάται
cornus. κεραία
corruda. ἄσπαραγος. ὄρμινον
costæ. γλυβραὶ
costæ latae. πλατῆαι
costus. κόστος
coticula. ἀκόνιον
cotonea malus. κυδωνία
cotonium. γουσίτιον
cotula maior. ἐλίχυσον
cotyla non foetida. βούφθαλμος
coxendix. ἰχίος
Cranij fractura. καμάρωσις
cranium. κράνιον
crapula. κραιπάλη
crea. ἀνελκνήμιον
crepido. ἄμβη
creta. κρηλικὴ γῆ
crisis. κρίσις
crista. ἀλεκτορόλοφο
crista gallinacea. ἱεροβοτάνη. Πιλωστέριον
crocini vnguenti retrimentum. κροκόμαγμα
crocus. κρόκος
croton. κίκε
cruciata. γναφάλιον
cruditas. ἀμότης
crudum. ἀμόν
cruentum medicamentum. ἔναιμον φάρμακον
crurum resolutio. σκελετόρρηξις
crus. κνήμη. μικρὸς. σκέλος
crus galli. ἄγρωσις
crusta. ἐχάρα
crustificum medicamentum. ἐχαραπικόν
crustula. ἐφέλικις
cristallinus humor. κρυσταλλοειδὴς ὑγρὸν
cristallus. κρύσταλλο
Cubebæ. καρπίσιον
cubicum os. κυβοειδὴς ὄσσω.
cubiti os. κύβιτον
cubitus. ἀγκών. ἄγος. ὀλίκρανον. Πήχυς. ὀλόνη
cucumis. ἄγκουεῖα. σίκυς

DEFINIT. MEDIC.

cucurbita. κολοκύνθη. σικυῖα
 curcurbita sylvestris. κολοκυνθίς
 cucurbitula. σικυῖα
 culeus. κουλιός
 cuminum. κύμινον
 cuneiforme os. σφίλωφθίς ὄσσω
 cunila. θύμβρα. οὐρίανον
 cunilago. κόνυζα
 cupressus. κυπαρίσος. σφαιρίπυ
 cura. φρονίς
 curculio. γαρζαράριον. κίωρ
 curmi. κούριον
 curtum. κολύβωμα
 curuamen. ἴβαμα
 cuscuta. καωνίτις
 cuticula. ἐπιδερμὶς
 cutis. δέρμα. χρώς
 cutis à sole vsta. ἔφυλις
 Cyathus. κύαθος
 cyperus. κύπερος
 cyperus babylonicus. γάλαπτα
 cypria auicula. κῦριον
 cytissus. κύτισος

D.

Data. δάκτυλοι
 daucus sylvestris. κώνικος
 Declinatio. παρακμή
 decolores. λέφαμοι
 decrescens pulsus. μιοῦρεθ σφυγμὸς
 decretorius dies. κείσιμος ἡμέρα
 decurtatus pulsus. μιοῦρεθ σφυγμὸς
 defectus animi. ληθασιμία
 defluxio. κατάρρεθ
 defrutum. ἔψωμα. σίρωμα
 deglutitio. κατάποσις
 delacrymatia. ἀποδακρυτική
 delectatio. ἡδονή
 deleterium. δηλητήριο
 delirare. ἀνοήτως. παρανόημα. παρα-
 ληΐσσι
 delirium. ληρεθ. παραφοβία
 densantia medicamenta. πυκνωτικά
 dens canis. ἄγρωσις. κορωνόπους
 densitas. πυκνωσις

densum. πυκνόν
 dentes. ὀδόντις
 dentes genuini. κρατῆρες. ὀπίστοι ὀδόντις
 dentes molares. γόμφιοι
 dentes primores. κέντις
 dentifricium. ὀδοντότριμμα
 dentiscalpia. ὀδοντόγλυφα
 dentitio. ὀδαξιζμός. ὀδονπάσις
 dentium alveoli. φάτνια
 dentium stupor. λιμωδία
 depilatorium. ψιλοθρόν
 deriuatio. παροχέτισις
 desipientia. μελαγχολία. παραφοβία
 destillatio. κόρυζα
 detergens medicamentum. ἔνπιον
 φάρμακον
 detractio. καθαίρασις
 deuoratio. κατάποσις
 Diagredium. Διαγρέδιον
 diaria febris. ἐφύμεθ πυρετός
 dies. ἡμέρα
 dies index. ἐπίδηλος ἡμέρα
 diffatio. διαπνοή
 digestio. λιάνοσις. διαφόρσις
 digiti. δάκτυλοι
 digitorum articuli. κόνδυλοι
 digitorum callus. κονδύλωμα
 digitorum internodia. φάλαγγες
 digitorum ossa. σκνυταλίθες
 digitus medicus. παράμεσος
 digitus medius. μέσος δάκτυλος
 digitus pro mensura. δάκτυλος
 discolor à sole cutis. ἔφυλις
 distetio neruorum. σπασμός. τέταιθ
 distortio cruris. κύλωσις
 distributio alimenti. λιάνοσις
 diuinum. θεῖον
 Dodrans. σπινθηριον
 dolor. ὀδύνη
 dolorem leuans. λιωδωρον
 doronicum. μαμμεῖς
 dorsum. ἀντίστρονον. μετὰστρονον. πῶσις
 Drachma. δραχμή. ὀλίγη
 dracunculus. δρακόντιον.

dropax.

- dropax. Δρόπαξ
 drupus. Δρυαίτις
 dulce. γλυκὺ
 dulcedo. γλυκύτης
 duodenum. δωδεκάδίκτυλον
 durum. σκληρόν
 Dysenteria cruenta. λιματρὴ δυσεντεία.
 E.
 Ebenus. ἔβουϑ
 ebrietatis remedia. ἀμέθυσα
 ebulus. ἄβυλ
 Eclera. κελιδόνιον
 Efflatio. ἐκφύσησις
 Elaterium. ἐλατίειον
 elementum. στοιχείον
 elixatio. ἔλιξις
 Emplastrum. ἔμπλαστρον
 Englanterium. κωσόσβατος
 ensiformis cartilago. ζιφοειδὴς ἐπίφυσις
 enula campana. ἐλόιον
 Epiala febris. ἠπιάλας πυρετὸς
 epilepsia. ἠρακλεία νόσος
 Equisetum. ἴσπωνεις
 Erosio. διάβρωσις
 erratica febris. πλανὴς πυρετὸς
 erugatoria medicamenta. τετανώματα
 eruilia. ἄχρϑ
 eruum. ὄροϑ
 Esula. ριτύουσις
 Etesia. ἔτσια
 Evaporatio. διαφύρσις
 eufrasia. εὐφασία. εὐφρόσυμον
 eunuchus. ελασίας
 Excaldatio. σταθδισις
 excrementum. ρεΐψωμα
 exercitatio. γυμνάσιον
 exolutio. ἄφισις
 expansa. ἐκπεπλημνία
 experientia. ἐμπειρία
 expiratio. ἐκπνοή
 explantatio. ἀπόφυσις
 expultrix facultas. ἀποκρητικὴ δυνάμις
 expurgia. καρακίας
 extensio. πρόστασις
 extenuatio. ἀττηνωσις
 extenuatio corporis. ζυμψωσις
 extrema. ἔσχατα
 exufflatio. ἐκφύσησις
 exupera. ἱεροβοτάνη. ρεΐσερῶν.
 F.
 Faba. κύαμος
 faba Ægyptia. κολοκασία
 faba fresa. ἔρεγμος. ἔτιϑ
 facies. πρόσωπον
 facilis. εὐήθης
 facultas. δυνάμις
 facultas secretrix. διακρητικὴ δυνάμις
 fagus. ὄξυα
 fames. λιμός. πένις
 fames ingens. βούλιμος
 farfugium. καμαελθίκη
 farina. ἄλφιτα
 farina hordeacea. ἀμύλνις
 farina hordei. μάζα
 fastidium ciborum. ἀψοστία
 fatuitas. μώρωσις
 fauces. ἀνπίδες. ἀσφάραγος. φάρυγξ
 fauus. κηέιον
 Febrifugia. κερταύειον
 febris. πῦρ. πυρετὸς
 febris ardens. καῦσις. ρεΐκνὴς πυρετὸς
 febris aspectu grauis. Δένος ἰδεῖν πυ-
 ρετὸς
 febris colliquatiua. σωτήριον
 febris continua. συνεχὴς πυρετὸς
 febris decrescens. παρακμαστικὸς πυρετὸς
 febris erratica. πλανὴς πυρετὸς
 febris homotonos. ὁμότονϑ πυρετὸς
 febris horrida. φεικώδης πυρετὸς
 febris humida. νοπώδης πυρετὸς. ἴγρος
 πυρετὸς
 febris increscēs. ἔπαναδιδῶνϑ ἑπακμα-
 στικὸς πυρετὸς, καὶ ἐπαυξίς
 febris intermittens. διαλείπων πυρετὸς
 febris mitis. ρηνὴς πυρετὸς
 febris mordax. δακνώδης πυρετὸς
 febris pusilla sicca. βλαχρὸς ξηρὸς πυ-
 ρετὸς

Rr

INDEX LATINO GRÆCVS.

- febris quartana. τεταρταῖος πυρετός
 febris quotidiana. ἡμερησίως πυρετός
 febris falsa siue falsuginosa. ἄλμυρῶ-
 δης πυρετός
 febris sicca. ξηρὸς πυρετός
 febris synochus. σωόχης
 fel. χολή
 fel terræ. κρηταίειον
 femur. μηρὸς
 ferinum. θειώδες
 fermentatio. ζύμωσις
 fermentum. ζύμωμα. στέαρ
 ferrum. σίδηρος
 ferrum purgatum. στόμαχος
 ferula. νάρθηξ
 ferulago. θαμία
 ferula sylvestris. θαμία
 feruores. ἐπιφλογίσματα
 festuca. λιγύλα. βρόμος
 festucas colligere. καρφολογεῖν
 fex vini. σφέκη
 Fibra aurium. λοβός
 fibræ. ἴνες
 fibula. γρόνη
 ficatio. σίκωσις
 ficatum iecur. συκωτὸν ἵπαρ
 fici grana. κευχαμίδες
 ficus. σύκον. σύκωσις
 ficus Ægyptia. συνόμορος
 ficus terræ. ἄστράγαλος
 ficus, vide οὔμος
 filicula. δρυόπτερις. πολυπόδιον
 filix. βλήτρον. θαλίπτερις
 filum linguæ. ἄγκυλόγλωσσον
 fimbriæ. παράρματα
 fissuræ. ραγάδες
 fistica. πισάκια
 fistula. σνέιγξ
 Flammea. λυχνίς
 flatulenta febris. βομφυρῶδης πυρετός
 flatuosus morbus. μελαγχολία
 flatus. πνίγμα. φύσα
 flexilia. καμπή
 flos æris. χαλκοῦ ἄνθος
 fluctuatio. κλύδων
 fluxio. κατάρξις. ῥόημα
 fluxus. ῥοίσις
 Fœnum Burgundienſe. μυδική
 fœnum Græcum. λιπώκερος. βούκερος
 folliculus fellis. κύστις χολιδόχης
 fomentum. πνεύμα
 fons capitis. βρέγμα
 formica. μυρμηκία
 formicans pulsus. μυρμηκίζων σφυγμός
 fornix. γαλαθίδης σῶμα
 fossula oculi. βόθειον
 fetus. πνεύμα
 Fractura caluaria. ἀπήχημα. ἐκτάσημα
 fracturæ capitis medicamenta. κα-
 ταγματικὰ φάρμακα
 fractura cranij. ἀποσκελισμοί.
 ολάσημα
 fractura ossis. ἔσθρα
 framboſcia. βάπτις
 fraxinus. μυλία
 friabile. θραυστόν. κραυρόν. γαστρον.
 fricta resina. φρυκτὴ
 frictio. ἀνάτριψις. τρίψις
 frigidissima aqua. ἀπωσικὸν ὕδωρ
 frons. μέτωπον
 frontis rugæ. στολίδες
 fructus. καρπός
 frumentum caudatum. ἄσπικουρος
 frumentum Turcicum. ἔρσιμον
 Fuligo. λιγνὸς
 fuluum. κίρρον
 fumaria. κάππος
 fungi. μύκητες
 fungus. ἦλος
 furfuractæ oliuæ. πιτυεῖδες ἔλαιαι
 furfuracea hypostasis. πιτυρῶδης ἕστῃ-
 σις
 furfuraceus panis. πιτυεῖτης ἄρτος
 furfures. πιτυεῖσις
 furor. ματία
 furunculus. Δοθιῶ
 fuscum. φαιόν

G.

Gagates. γαγάτις
 gaiacum. ἔβαιϑ
 galbanum. μετώπορ. χαλβάριον
 galanga. ἄκορον
 galla. κικίς
 gallitricum. ὄρμενον
 garum. γάρου
 garum aquosum. ἰδύραρον
 garyophyllum. καρυόφυλλον
 Gena. γνάθος. γένυς. μῦλον. παρτά
 genæ. βλέφαρα
 genicularis herba. λυχίς
 genistella. εἰκὴ
 genitura. γονή
 gentiana. γουπιανή
 genu. γόνυ
 genuini dentes. ὀπίσθιοι ὀδόντες. σωφρο-
 νησῆδες
 genus. γένος
 gestatio. λιώρα
 Gibber. ἀλέκτραρον
 gibbositas. κύρτωσις. κύφωσις
 gingidium. γιγγίδιον
 Gingivæ. οὐλα
 gingiviarum caro. ἔϊουλον
 gingiviarum inflammatio. παρουλίς
 gingiviarum pruritus. ὀδαξισμός
 gingiviarum tuberculum. ἔπουλις
 giroflea. ἔσπελις
 gith. μελάριον
 Glabella. μισόφρουρον
 gladiolus. κύπερϑ. ζιζάνιον. ζυεῖς
 glandula. ἄδην
 glandulæ faucium. σπόγγος
 glandula herba. ἄσραγάλος
 glandulosus parastates. ἄσπασιδίς. φα-
 ρασάτις
 glans. βάλαϑ
 glans ilicis. ἄκυλος
 glans vnguentaria. βάλαϑ. μυρσῆκη.
 μυρσάλαϑ
 glastum. ἰσάπις
 glaucedo. γλαυκώμα

gluten. κόλλα
 glutinatorium medicamentum. κολλ-
 λητικὸν φάρμακον
 glutinosum. γλιζόμ
 glutinum auri. ἁθινόφαιον
 glutinum piscis. ἰχθυοκόλλα
 Gracile intestinum. λεπτήν ἔντερρον
 gracilis. ἰχθὺς
 gracilis pulsus. ἰχθὺς σφυγμός
 gracilitas. λεπύσμος
 gramen. ἄγρασις. κορωτόπους
 gramen aculeatum. καλαμάριγρασις
 grando. κάλαζα. καλάζιον
 granum. κόκκος
 granum cnidium. κνίδειϑ. κίκκος. vide
 etiam κίκκος κνίδειϑ.
 granum paradisi. καρδάμων
 granum tinctorium. κόκκος βαφικὴ
 gratia Dei. ἐλαφόσοκον
 grauedo. κόρυξα
 grossi vel grossuli. ὄλωνδοι
 grumus. ἐρόμβϑ
 grunda. γέστωμα
 Gula. οἰσόφαγος
 gummi. κόμμι
 gurgulio. κίωρ
 gustus. γούσις
 guttur. ἁσφαίραϑ. βρόγχος
 gutturis ramex. βρογχικήλη
 gutturosi. ἐξεχέβροχτοι
 Gypsum. γύψον.

H.

Hæmatites. αιμαλίτις
 hæmorrhoids. αιμορροῖδες
 harmel. μῶλυ
 hastula regia. ἁσφόδελος
 habitus. ἔξις
 habitus bonus. εὐεξία
 habitus malus corporis. καχεξία
 Hæctica. ἔκπικη
 hederæ. Διονυσία. ἔλιξ. κισσός
 hederæ terrestris. καμμάκιστος
 helenium. νήπενδες
 helxines lachryma. ἁκανθική
 hemicrania. ἡμικρανία

Rr ij

INDEX LATINOGRÆCVS.

hemina. κοτύλη	ieiunum intestinum. νήστις
herba catorum. καλαμίνη	Ignis. πῦρ
herba diuæ Mariæ. πεποδίπτε	ignis sacer. ζώνη. ζωστήρ
herba diui Ioannis. ἄρτεμισία	Ile. κρεῶν
herba lactis. ἔλειϑ	ilex. κραταίγων
herba Mariæ. μισός	ilia. ἰξύς. λαζόνωσ
herba sancti Ioannis. ἰπποκρόν	illaqueatio. ἀναβροχισμός
herculana vrtica. ἄκαλύφη	illecebra. ἀέζωον
herculeus morbus. Ἡρακλεία νόσος	Imitatio. μίμνησις
hermodactylus. ἐφήμερον	impetigo. λεχίμ. λέπτρα
hernia. κισός	impetum facientia. ἔνορμουῦτα
hernia varicosa. κισσοκήλη	Inæqualitas. ἀνωμαλία
hernia zirbalis. ἐπιπλοκήλη	inæqualis pulsus. ἀνώμαλος σφνγμός
herpes. ἔρπης	inappetens. ἄσιτος
herpes miliaris. κεγχρίας	inappetentia. ἀνορεξία
Hippocraticum. κονδίτον	incarnans medicamentum. σαρκωπι-
Homo. ἄνθρωπος	κὴν φάρμακον
hordeacea farina. ὀμίλυσις	incisio. ἐγκοπή
hordeaceum vinum. γίνον	incisores dentes. τομικοί ὀδόντες
hordeolum. κελθῆ	incoctum. ἄσπῆον
hordeum. κελθῆ	incrementum. ἀύξις
hordeum mundatum. γυμνόνκρινον	incubus. ἐφιάλτης. φνιγαλίωμ
horrida febris. φεικώδης πυρετός	index. λιχαιός
horror. φείκη	indicatio. ἐνδειξις. τεκμήλιον
Humeralis vena. ὀμοαῖα φλέψ	indurantia medicamenta. σκληρωτι-
humeri luxati repositio. καταμυσμός	κὰ φάρμακα
humerus. ἄγκων. ὀμοπλάτα. ὀμός	infans. νήπιον
humida febris. νεπώδης πυρετός	infibulatio per acum. ἀναβροχισμός
Hyacinthus. ἰάκινθος	inflammatio. φλεγμονή. φλόγσις
hydrocephalum. ἰδρωκέφαλον	inflata febris. φεμφικώδης πυρετός
hydromalum. ἰδρόμηλον	inflatio. ἐμφύσημα
hydrops. ἰσροψ.	infundibulum. κοάνη
hyeblum. ἁκταία	infusio. ἔγχυμα
hyems. χειμὼν	inguen. βουβών
hypochondrium. ἰπποχόνδιον	inguinalis. ἀσπὴ ἀπικῆς
hypocistis. ἰπποκιστίς	inguinalis herba. βουβώνιον
hypostasis. ἰπόστασις	inguinis ramex. βουβωνοκήλη
hyssopus humida. ἵσσωπον ὑγρόν.	inquietudo. ἄσασ
I.	inquinatio. μόλωσις
Iarus. ἄρον	insania. φρενίπτε
Ibiscus. ἁλθαία	insania. ματία
Ictus. πληγή	insania ferina. θηριώδης πῆαφοζώνη
Iecur. ἥπαρ	infessus. ἐγκαθισμα
iecur ficatum. συνκροτὸν ἥπαρ	insicium. ἰσικῆς

info-

insolatio. ήλιωσις	iunceæ. όξύγαλα
inspersilia medicamenta. έμπόσιματα. καταπασα φάρμακα	iuncus cabacinus. βούτομος
inspiratio. είσπνοή	iuncus marinus. τράχος
instita. έλμινθες	iuncus quadratus. κύνπεροϑ
instrumentum. όργανον	iuniperus. άρθουδισ
integritas. άπυρεξία. διάλαμμα	ius. ζωμός
intemperies. δυσκρασία	iuuenis. νέπισκοϑ.
interanea. σπλάγχνα	L.
interfœmineum. πείλαιον	Labor. γόνος
intermissio. διάλειμμα	labrum. κήλος
interna vena. μαχαλιαία φλέβες	labrum Veneris. Δίψακος
internodia digitorum. φάλαγγες	labrusca. άγρια άμπελος. άμπελος άγρια
interuallum. διάστημα	lac. γάλα
intestina. άραιά. έντερα	lac acidum. όξύγαλα
intestini prolapsus. έντεροκλήκ	lacca. κάμαμον
intestinum cœcum. τυφλό έντερον	lac coagulatum. μέλις
intestinum tenue. είλεόν	lacertus. άγκών. μής
intestinum rectum. άρχή	lachryma. δάκρυον
intinctus. έμβάμματα	lac in mammis concretum. στραγγα- λίθες
intubus erraticus. κιχέλιον	lac scissile. γάλα χιτόν. σχιστόν γάλα
intubus syluestris. ιεράκιον. κοιδείμα	lac spumosum. άφρόγαλα
inula. έλείον	lactes. μεσεντέλιον
inunctiones. συγχρίσματα	lactis spuma. άφρόγαλα
inuustio. έπίκαυμα. σύγκουσις	lactuca. μικωίς
Iouis barba. χρυσοκόμη	lada, siue ladum. κισός
Iouis glans. Διός βάλανοϑ	ladanum. λάδανον
Ira. όργή	læue. λάον
iracundia. θυμός	læuitas. λαότης
iracundus. όξύθυμος	læuitas intestinorum. λαοπεία
irascibilis facultas. θυμοειδής δύναμις	lagopus. λαγόςπους
irio. έρύσιμον	lana. έλιον
iris agrestis. ζυείς	lana fordida siue succida. οΐσους
iris syluestris. έφύμδρον	lanceola. λογχίτις
irrigatio. καταπόσις	lanugo arundinis. άδάκη καλαμούχοϑ
Ificium. ίσικος	lapathum acutum. βρετανική
Iua moschata. χαμαιπίτυσι	lappa. πάπιον
iudicatorius dies. κείσιμος ήμέρα	lappago. ίπποφαίς
iudicium. κείσις	lappa minor. άρκτηιον
iugamentum. ζύωμα	lappula. ίπποφαίς
iuglans. καρύον βασιλικόν	lapsana. λαμψάνη
iugularis vena. σφαγγίτις φλέβη	laryngis chartilago. άρτυνισαδής
iugulum. σφαγή	laser. σίλφιον
iuiuba. ζήφιϑ	laserpitium. μαγύδαεις

Rr ij

INDEX LATINOGRÆCVS.

- lassitudinem tollēs medicamentum. ἄκοπορ
 lassitudo. κόπος
 lateralis morbus. πλευρίτις
 lauendula. ὑδροδιάρροος
 laureola. δαφνοειδής χαμαιδάφνη
 laurus. δάφνη
 laurus Alexandrina. χαμαιδάφνη
 laxum. χαλαρόν
 Lectiformes processus. κλινοειδής ἀρ-
 φύσις
 legitimum. γινώσιον
 legumina. ὄσπερα
 lenia emplastra. λιπαρά ἐμπλαστρα
 lenia medicamenta. ἁδύκτα φάρμακα
 lens. κόνις
 lenticulatum. φακωτόν
 lepidium sylvestre. καρδαμωτική
 lepra. ἐλεφασίαισις
 lepra alba. λεύκη
 lethargus. λήθαργος
 lex. νόμος
 Libra. λίτρα μνά
 lien. σπλήν
 lienosi. σπληνικοί
 ligamentum. συνδέσμος
 lignum Rhodium. λωπάλαδος
 ligula. ἐπιγλωττίς κοχλιάριον
 ligustrum. κύπερος
 liliaceum unguentum. κειτόμυρον
 lilium. κείνον
 lilium conuallium. ἐφήμερον
 linamentum. μοτήρ
 lingua. λικρωπίς γλωττίς
 lingua bouis. βούβλωστον
 lingua canina. κυνόβλωστον
 linguæ hæsitantia. ἰχθυοφωνία
 lingurium. λυκονόειον
 linum. λίνον
 linum sylvestre. θυμέλαια
 lippitudo. λήμη ὀφθαλμία
 lippitudo dura. σκληροφθαλμία
 lippitudo scabra. ὑεροφθαλμία
 lippitudo sicca. ξεροφθαλμία
 lipyria febris. λεπυρίας πυρετός
 liquabile. τικτόν
 liquefactio. διάχυσις
 liseron. ἰασιόνη
 litri spuma. ἀφρόλιθον
 liuidum. πελιδτόν
 lixiuium. κονία. στακτι
 lixiuium lanarium. φιλτροειδής κονία
 Lohot. ἔκλαγμα
 lolium. λίτρα
 longanon. ἀπυροισμέτορ ἔντερον
 lora. δουπέαια
 Lumbi. ἰξύς ὄσφυς τόαι
 lumbrici. ἔλμινθες
 lupinus. εἰρμός
 lupulus. βρύον
 lupus salictarius. βρύον
 lusciosi. μύωπις. νυκτάλωπις
 luteum. ὄχρον
 luxari. ὀλιθαίνεσθαι
 luxatio. διάστρεμμα. ἔκτρωσις. ἐξάρθρεμα
 luxatio parua. παράρθρεμα
 luxatio spinae. λόρδωσις
 Lycium. λύκιον.
 M.
 Macer. μάκρη
 macies. λεπυσιμός
 magdalo. κολλούειον
 magnitudo morbi. μέγας νόσος
 magnus pulsus. μέγας σφυγμός
 maiorana. σάμμιλον
 maiorana Anglica. δείχανον
 mala. μήλον. παρὰ
 malacia grauidarum. κίψα
 malagma. μάλαγμα
 malicorium. σίδιον
 malignum. κακωδής
 malleoli. σφυρά
 malleoli vena. σφουρίτις φλέψ
 malua. μαλάχη
 malua terrestris. ἀνάγεις
 malum granatū. ροιά. ζιφοειδής ἐπίφυσις
 malum medicum. κίψον
 malum Punicum. ροιά

malum

- malum terræ. ἀειστολογία
 malus canina. μασσοβατόρας
 malus habitus corporis. καχεξία
 malus sylvestris. ὀμομηλὶς
 malus terrestris. μασσοβατόρας
 mamma. μαστός
 mammarū incrementū. γυναικομαστόν
 mammillaris processus. μασσοφθῆς ἀ-
 πόφυσις
 mandibula inferior. ἄνθηρώων
 mandragoras. θειδακίας
 manipulus. Δεσμίδιον
 manna. Δροσόμελι. μάννα
 mansorij musculi. μασοπηῆρες μυῖς
 manus. χεῖρ
 manus summa. ἄκροχειρ
 marchesita. γυνείτις λίθος
 marcor. κώμα. μαρασμὸς
 margarita alba. κρυζαλίθιον
 marinum vinum. θαλασσῆς οἶνον
 marisca. σῦκον, σύκωσις
 maris flos. ἄλῆς ἄνθος
 maris spuma. ἄλκονοιον. ἄλῆς ἄχνη
 marmor. ὄψις λίθος
 marro. Διὸς βάλατον
 marrubiastrum. βαλλώτις
 marrubium nigrum. βαλλώτις
 mastiche. μασίχη
 maturatio. γέπανσις, ωπετισμός
 maxilla. γνάθος
 maxima vena. μεγίστη φλέψ
 mazapanis. κοπήον
 Meatus. πόρον
 mediastinum. διαφάθροντες ὑμνῆες
 medicamentum cruentum. ἔναιμον
 φάρμακον
 medicamentum purgans. καθαρπηθόν
 φάρμακον
 medicina. ἰατρικὴ
 medicum malum. κίτιον
 medicus. ἰατρός
 medicus vnguentarius. ἰατροαλέθης
 medimnus. μέδιμνον
 medium. μέδιον

- medulla. μυελός
 medulla spinalis. μυελὸς ῥαχίτις
 mel. μέλι
 mel aërium. Δροσόμελι. μάννα
 melancholicus succus. μελαγχολικὸς
 χυμὸς
 melanteria. μελαντεία
 melca. μέλικα
 meliceris. μελικηεῖς
 melilotus. μελίλωτος
 melissa. μελισσόφυλλον
 melopepones. μηλοπέπονδος
 mel roridum. μάννα
 mel rosaceum. ῥοδόμελι
 mel roscidum. Δροσόμελι
 membrana. ἱμνὴ
 mēbranæ spinalis medullæ. ἔμυζα
 memitha. γλαύκιον
 mendesium vnguentum. μενδῆσιον
 meninx. μινύγξ
 mens. φρένον
 mensis. μῶν
 menstruus sanguis. καταμῆσιον αἷμα
 mensura. μέτρον
 mentagra. λεχῆρ
 mentha. ἡδύοσμια
 menthastrum. ἡδύοσμον
 mētis abalienatio. ἔκστασις. παραφορῶν
 mentum. γένειον
 meon. μῆον
 mercurialis. λινοζωσις
 mesenterium. μεσογαστρον, μεσεντέριον.
 mespillus. ἄμαμηλὶς. ἔπιμηλὶς
 mespilus sylvestris. κρεταίωρον
 methodici. μεθοδικοί
 metreta. μετρητὴς
 meu. μῆον
 Miliaris herpes. κέγκρις
 milium. κέγκρον. κέρχιος. γάσσας
 milium agreste. ἰχαιμωρον
 millefolium. ἀχιλλῆον. μυελόφυλλον
 millepeda. ὄνοι. πολύποδες
 mina. μινᾶ
 minij vena. ἄνθηξ
 minium. κιννάβαρι

INDEX LATINOGRÆCVS.

- miscere. *συγκείναι*
 misy. *μίσι*
 Modulus. *ῥυθμός*
 modus. *τρόπος*
 mola. *ἔπιγονατῖς. μύλη*
 molares dentes. *μύλαι*
 molarium dolores. *γομφίασις*
 molle. *μαλακίον*
 mollificabilia. *μαλακτὰ*
 moly. *Δωδικιάδεσθ*
 morbi dispersi. *σποράδες νόσοι*
 morbilli. *ἐκθύματα. ἔξανθήματα*
 morbus. *νόσος*
 morbus communis. *πάνδημος νόσος*
 morbus patrius & vernaculus. *ἔνδη-
μος νόσος*
 mordacitas. *δακτιώδες*
 morella. *στρυχός*
 mors. *θάνατος*
 mors vermium. *ἄψινθιον*
 morfus gallinæ. *ἀναγαλλίς*
 mortificatio. *γάγγραινα*
 morus. *σινιάμινθ*
 moschus. *μόσχος*
 motus. *κίνησις*
 Mucor. *μύξα*
 mucronata chartilago. *χιφοδέλις ἐπίφυσις*
 mucus. *βλάνια. μύξα*
 mulsa. *μελίκρατον*
 mulsum. *οἶνόμελι*
 mulsum acetosum. *ὀξύμελι*
 multipedæ. *πολύποδες*
 multitudo. *πλήθος*
 muria. *ἄλμη*
 muris auricula. *ἀλοτήν*
 muschetum. *ἐφήμερον*
 muschetum minus. *γάλιον*
 musculi intercostales. *μειστωλθίκοι μῆες*
 musculi mansorij. *μασσιπῆρες μῆες*
 musculus. *μῆς*
 musculus latus. *μυώδες πλάτυσμα*
 muscus. *βρύον*
 muscus marinus. *βρύον*
 musteum vnguentum. *γλυκίμιον*
 mustum. *γλυκῆς. γρόφοπον*
 mutilum. *κολόβωμα.*
 mutilus pulsus. *μυοῦρεσθ σφυγμός*
 mutus. *ἄφωνεσθ*
 Myrobalanus. *μυροβάλλανθ*
 myrtus sylvestris. *ὄξυμυρσίνη.*
- ## N.
- Naphtha. *νάφθα*
 napus. *βοωιάς*
 napus sylvestris. *λαμφάνη*
 nares. *μυκτῆρες*
 nardus sylvestris. *ἄσαρον*
 nasturtium. *κάρδαμον*
 nasturtium orientale. *Δράβη*
 nasturtium tectorum. *ελασπ*
 nasus. *ῥῆμ*
 nates. *γλοῦπα. γλοντῶς*
 natium gibba. *σφαιράματα*
 natura. *φύσις*
 naturalis facultatis. *φυσική δυνάμις*
 nauiculare os. *σχεφοφθῆς ὄστω*
 nausea. *ναυτία*
 Nectar. *νέκταρ*
 nenuphar. *νυμφαῖα*
 nepeta. *καλαμίνθη*
 nerui recurrentes. *νήρα παλιθρομωῶτα*
 neruorum resolutio. *φαράλυσις*
 neruosum. *νήρωδες*
 neruus. *νήρον. τόνεσθ*
 nigella. *μελίανθιον*
 nigra deiectiones. *μίλαια ὑποχρωρίματα*
 nitrum. *ἀλμύραξ. νιτρον*
 Nome. *νομή*
 Nubecula. *νεφέλη. νεφέλιον*
 nubes. *νεφέλη*
 nubes in vrina. *ἐναιώρημα*
 nuscitiosi. *μύσσοις*
 nutrimentum. *τροφὴ*
 nutritio. *θρέψις*
 nutrix facultas. *θρεπτική δυνάμις*
 nux. *καρῖον*
 nux moschata. *καρῖον μυροβάλανθ*
 nux muschata. *βάλανθ μυροβάλανθ*
 nux pinea. *κόκκηλος*

Nym-

Nympha. νύμφη.
 O.
 Obliuio. λήθη.
 obolus. ὀβολός.
 obferuatio. τήρησις.
 obsidianus lapis. γαζάπις.
 obstipitas. σκολίωσις.
 obstructio. ἔμφραξις.
 obstruens. ἔμφρακτικόν.
 obstruentia medicamēta. σπυγωπικα.
 Occasio. ἀφορμή. καιρός.
 occiput. ἰνόν.
 occludentia medicamēta. σπυγωπικα.
 ochra. ὄχρα.
 ociūm. ἡσυχίη.
 oculi perturbatio. τάρραξις.
 oculi prolapsus. ἐκπιεσμός.
 oculis nictare. καρδαμύσειν.
 oculorum anguli. ῥαυτῆρες. παρωπίαι.
 oculorum aspritudo. γωροφθαλμία.
 oculus. ὀφθαλμός.
 ocymum aquaticum. ἔεινθ.
 Odoratus. ὀσφρησις.
 Oedēma. οἴδημα.
 Offa. μάζα.
 Olea. ἔλαια.
 olea Æthiopica. Ἀγριελαία.
 oleago. καμελαία.
 oleastellum. καμελαία.
 oleaster. Ἀγριελαία.
 oleum. ἔλαιον.
 oleum Ægyptium. λιγύππιον ἔλαιον.
 oleum cedrinum. κεσρέλαιον.
 oleum cicinum. λιγύππιον ἔλαιον.
 oleum crudum. ὠμοτέιβες ἔλαιον.
 oleum fumosum seu suffumigabile.
 καπνιστὸν ἔλαιον.
 oliuæ furfuraceæ. πιτυρίδες ἔλαιαι.
 oliuæ muria conditæ. κολουμβάδες.
 oliuella. θυμέλαια.
 olus. λάχανον.
 olus atrum. ἰωποσέλιον.
 olus rubens. βλίτον.
 Omasum. ἔχινθ.

omentum. γαγγαμφόν. ἐπίπλασθ.
 Orobalsamum. ὀπβάλσαμνον.
 Ordo. κόσμηθ.
 origanum. ορείγανον.
 origanum syluestre. κονύλι.
 oris distortio. κώνικος παρασμός.
 oris medicamenta. στομαπικα.
 oris ventriculi dolor. καρδιαλγία.
 orthopnoea. ὀρθόπνοια.
 Os. στόμα.
 os bicorne. ἰσοειδὲς ὄστω.
 oscitatio. χάσμη.
 osculi venæ apertio. ἀναστέμφσις.
 osiugale. ζύγωμα.
 ossa. ὀσά.
 os sacrum. ὄστω ἰδράμ.
 ossis extuberatio. ἐξόστωσις.
 ossis fractura. κάταγμα.
 ossium dolor. ὀσκόπος.
 ossium membrana. πελίοσιθ ὑμῶ.
 ossium vnio. σύμφυσις.
 ossium vnitio. ἐπίφυσις.
 os ventriculi. καρδία. στόμαχος.
 Othonna. ὀθόννη.
 Ouum. ὄον.
 Oxilla grandis. ὄξυλάπειλον.
 Ozæna. ὄζαινα.

P.

Pæonia. γλυκυσίδη. γαιουία.
 palatum. ἰπιδρά.
 pallacana. γέδνον.
 pallidum. ἀχρόν.
 palma. ἑνάρι. μετακάρπον.
 palma Ægyptia. Ἄδιφος.
 palma Christi. κίκι.
 palmæ pars prima. κάρπος.
 palma syluestris. ὄξυφοίνιξ.
 palmulæ. Δάκτυλοι.
 palmula passa. παπτός.
 palmus. Δάρον.
 palmus rectus. ὀρθόδωρον.
 palpebræ. βλέφαρα.
 palpebræ inuersio. ἐκτρόπιον.
 palpebrarum cohærentia. ἀγκυλωδέλι-

INDEX LATINO GRÆCVS.

φαρμ	palpebrarū ornamenta. καμιβλιέφαρα	pes Alexandri. πύρεθρον
	palpitatio. παλμός	pes columbinus. γράμιον
	paludarium. έλεοσίλιον	pes coruinus. κορωνόπων
	pancreas. πάγκρεας	pes gallinaceus. καυκαλίς
	pandiculatio. σκορδίνημα	peffarium feu peffus. πικρός
	panicula. φύκεθλον	peffi. πράοδατα. πικρόι.
	panicum. έλυμος	pestilentia. λοιμός
	panis. άρτος	pes vituli. άρρον
	panis acidus. όξυλεπής άρτος	petroleum. πετρέλαιον
	panis confusaneus. συγκομιστός άρτος	petroselinum. σέλινον
	panis porcinus. κυκλάμενον	petrosum os. λιδοθήδες όστου
	pannaritium. παρρωνίχια	Phagedæna. φαγέδαινα
	panus. φύκεθλον	pharicum φαεικόρον
	parauer. μίκρον	phafeoli. Δολιχολί
	paraueris caput. κώδεια	philonium. φιλονίον
	paraueris lachryma frue succus. όπιον	phleum. σπιγί
	paraueris succus. μικρόνιον. όπιον	phrenitis. φρενίτις
	papilla. θήλη	Pica. κίττα
	papulae. εκδύματα. εκθύματα. έξαι- δήματα	picatio. κίττα. πίττασις
	pars. μέρος	picatum vinum. κωνία
	partes dissimilares. ανομοιομερή	picea. τήτυς
	passio. πάθος	picinum oleum. πικελάιον
	passum. γλυκόν	picis flos. πίκανθος
	pasta regia. κοπρόν	pila marina. αλκυνόνιον. σφαίρα θαλαττα
	pastilli. κόλλικες	pilaris morbus. τειχίασις. τειχισμός
	pastillus. τρώχισκον	pili. τείχη
	pastinaca. Δαΰκος	pili euulsio. ακαθροχισμός
	patella. έπιγονάπις	pilorum acies. φαλάγγισις
	Pecten. ήβη. ήβης όστου	pilorum defluuium. πέλυσσις
	pectus. θώραξ. στήνον. στήθος	pilula. κατατόπιον
	pedicularis morbus. φθειρίασις	pilus. θείξ
	penis. λιθίον. καυλός. φειτάιον. στήμα	pimpinella. έλαζίνη
	perco. πέπων	pingue. λιπαρόν
	peracutus morbus. κάτοξυ νόσημα	pinguedo. πιμλί
	perfusio. καταμόνησις	pinguitudo. λιπαρότης
	peritonæum. φειτόναιον	pini fructus. πιγνίδες
	pernio. χίμεθλον	piper. πέπρον
	perpensā. άσπερον	piper agreste. άγρον
	per ferram dissectio. ακρωπειασιμός	pistacia. πισάκια
	personata. άρκειον. προσωπίς	pistillus. κερκίς
	perspiratio. διαπνοή	pituita. φλέγμα
	pes. πούς	pix. άπόχυμα. ζώπιασα. πίσσα
		pix arida. παλίμπιασα
		pix cedri. κεδρία

Planci.

- Planci. λεόποδες
 planta. πεδίον
 plantago. ἑπ' ἀπὸ πλάγῳ. κυνὸν ἄλωστον
 plantago aquatica. ἄλισμα
 plenitudo. πληθώρα
 plumbago. μόλυβδοειδὴς
 plumbum. μόλυθος
 Podex. ἄρτος. ἔσθλα
 pollen. σπέρμα
 pollex. ἀνὸς ἄχρη
 polypus. πολύπους
 pomum dulce. μέλιμιλλον
 poples. ἄγκυλη. ἰγυς. καμπή
 popularis morbus. ἐπιδημιασμός
 populneum vnguentum. λιγυλινοπ
 populus. λιγυριό
 populus nigra. ἄχρη
 porcellina. ἀνοράχι
 porrea. τούτορον
 porretta rubens. βλίτορον
 poros expurgatis. ἐκκαθαριστικόν
 porrigo. πιτυρίασις
 porrum agreste. ἄμμιλόπτεστον
 portæ hepatis. πυλὼν ἡπατος
 portulaca. ἀνοράχι
 posca. ὄξυκρατορ. φούσκα
 postbrachiale. μετακείστον
 postes. φλίαι
 potentia. δυνάμις
 potestate esse. δυνάμις εἶναι
 potio. πόσις
 Præcautio. προφυλακτικὴ
 præcordia. διάφραγμα
 prænestina nux. καρύρον ἡρακλειωπικόν
 præputium. ἀκροποδιά. πόδι. ἐπιγυ-
 γιον.
 præputium reductum. περιθίωσις
 principium. ἀρχή
 processus. ἀπόφυσις
 procidentia. πρόπτωσης
 profluuium alui. διάρροια
 prolapsus. πρόπτωσης
 propulsoria facultas. προωστικὴ δυνάμις
 proritatio. ἐρεπτός
 proserpinaca. πολύχνηρον
 prostratio corporis. ἔξριξις
 pruna Damascena. βράβυλα
 prunus. κοκκύνυλλα. μηλέα
 prurigo. κνησμός
 pruritus. κνησμός. κνηστής
 Prisana. πρισάνη
 Pubertas. ἡβή
 pubes. ἡβή. ἱππογαστρον
 pudendum. καυλός
 pulegium. γλίχρον
 pulegium montanum. κληροπόδιον
 pulegium sylvestre. καλαμίνδα
 pulicaria. κόνυζα
 pulicaris herba. κύνλιον
 pulmo. πνύμων
 pulmonis inflammatio. πνευμονία
 pulsus. σφυγμός
 pulsus æqualis. ὁμαλὸς σφυγμός
 pulsus amplus. ἄδρος σφυγμός
 pulsus annuēs siue innuens. ἐπιτεθι-
 κὸς σφυγμός
 pulsus bis feriens. διήροτος σφυγμός
 pulsus calidus. θερμὸς σφυγμός
 pulsus caprizans. δορμιόζων σφυγμός
 pulsus circūnuens. περιεθδικὸς σφυγμός
 pulsus coincidens. παρεπιπίπων σφυγμός
 pulsus creber. πυκνὸς σφυγμός
 pulsus durus. σκληρὸς σφυγμός
 pulsus frequens. πυκνὸς σφυγμός
 pulsus inordinatus. ἄτακτος σφυγμός
 pulsus intercidēs. παρεπιπίπων σφυγμός
 pulsus intermittēs. διαλείπων σφυγμός
 pulsus languidus. ἄμυδρος σφυγμός
 pulsus magnus. μέγας σφυγμός
 pulsus mollis. μαλακὸς σφυγμός
 pulsus ordinatus. τεταγμένον σφυγμός
 pulsus paruus. μικρὸς σφυγμός
 pulsus plenus. πλήρης σφυγμός
 pulsus rarus. ἄραιος σφυγμός
 pulsus serratus. ἐμπειόων σφυγμός
 pulsus tardus. βραδύς σφυγμός
 pulsus vacuus. κενὸς σφυγμός
 pulsus vehemens. σφοδρὸς σφυγμός

INDEX LATINOGRÆCIS.

pulsus velox. ταχύς σφυγμός
 pulsus vermiculās. σκολικίωσ σφυγμός
 pulsus vibratus. κλονώδης σφυγμός
 pulsus undosus. κυματώδης σφυγμός
 puluis inspersilis. σμήγμα
 pumex. Άλκυόνιορ. κισπέις
 punctio. νύγμα. παρακέντησις
 pupilla. γλιών. κόρη
 purgamenta. λόχεια
 purgatio. κάθαρσις
 puris in oculo collectio. ἰπέπυορ
 pus. πυόρ
 pustula. τυσοράκιορ
 pustulæ. φλύκταιναι
 pustula nocturna. ἔπινυκτίς
 putredo. μύδησις
 Pylorus. πυλορός
 pyrafter. ἄχρᾶς
 pyrethrum sylvestre. πταρυσική
 pyrites lapis. πυρίτης λίθος
 pyrus. ἄπυϑ
 pyrus sylvestris. ἄχρᾶς.

Q.

Quadrans. τεταρτημόριορ
 quadrantal. ἄμφοροδὶς
 quadratus homo. εὔσαρκος
 quartana febris. τεταρταῖϑ πυρετόσ
 quartarius. τέταρτορ
 quercula. χαμμίφορσ
 quies. ἡσυχίη
 quinquefolium. πεντάφυλλορ
 quotidiana febris. καθημερινός πυρετόσ.
 μεθημερινός πυρετόσ.

R.

Rabies. λύσσα
 radicula. ῥάφανϑ
 radius. κερκίς
 radix. ῥίζα. ῥάφανϑ
 radix dulcis. φλυκτέριζα
 ramex aquosus. ἰδοκίλη
 ramex callosus. παροκίλη
 ramex carnosus. σαρκεκίλη
 ramex inguinis. βουβωνοκίλη
 ramex varicosus. κισσοκίλη

ramex ventosus. ριθιμάτοκίλη
 rancidum oleum. ταγγήρ ἔλαιορ
 ranunculus. σαροδία
 rapa. ροβυλίς
 rapistrum campestre. ἔλαπνη
 rationales Medici. λογικοί
 raucitas. βράγχοσ
 Reciprocatio aquar. ἰάμπευλις
 restitudo. εὐδυσωρία. ἴξις
 rectum intestinū. ἄπενθισμεινομᾶττορ
 recurrens pulsus. παλινδορομᾶ σφυγμός
 reduplicatio. ἀνάδιπλωσις
 reduuia. παρωνυχία
 refectio corporis. ἀνάληψις
 regius morbus. ἴκπεϑ
 relaxantia. ἄραιωτικᾶ
 relaxantia medicamenta. χαλαστικᾶ
 reluuium. παρωνυχία
 remollientia medicamēta. μαλαωτικᾶ
 renes. νεφροί
 renum medicamenta. νεφελικᾶ φάρ-
 μακα
 renutritio. ἀνάληψις
 repellentia medicamenta. ἀηρουστικᾶ
 φάρμακα
 repercutientia. ἀποκρουστικᾶ
 repletio. πλήρωσις. πλυσιονή
 resina. καπνέλαιορ. πρωτόρρύντοσ. ῥέκηνη.
 φρυκτῆ
 resina cedri. κεδρία
 resina pinea. κολοφωνίχ. ἴχρα. ἴχρα
 ἐκ τῆν κερραμείωρ
 respiratio. ἄναπνοή
 respiratio abolita. ἄπνοια
 retentrix facultas. κατεκτικῆ δύναμις
 retiformis plexus. δικτυοειδὶς πλέγμα
 retiformis tunica. ἄμυχλοπυροειδὶς
 retrimentum. πείσμα
 reuulsio. ἀπίσπασις
 Rhaponticum. ῥᾶ
 rhus. ῥούς
 rhythmus. ῥυθμόσ
 Ricinus. κίκι. κρότωρ
 rigor. ῥίχοσ. τέταϑ

rifus.

rifus. γέλυος
 Robia herba. θάψος
 robur. λουδρεν
 rosa Græca. λυχίς
 rosa transmariνα. μαλαχία
 rosmarini semen. κάγχρος
 rotatores. τροχαιοί
 Rubia. ρουβρέδιον
 rubia minor. ἄλωσον
 rubrica. σινάπις
 rubrificatio. φοίνιξις
 ructus acidus. ὄξυρεμία
 rufum. πυρρόν
 rugæ frontis. σφαιρίδιον
 rugas tollentia medicamenta. τριπύματα
 rumex. λάπαθρον
 ruptio. ῥήγμα
 ruscus. ὄξυμύρτις
 ruta sylvestris. μάλυγος
 Ryzum. ὄρυζα
 S.
 Sabina. βράδυς
 saccharum. σάκχαρον
 sacco excolare. σακκίσηρ
 sacerdotis virile. ἄρρον
 facer morbus. ἰδρά νόσος
 sagapenum. σαγαπένιον
 sal. ἅλς
 salis flos. ἅλς ἀνθος
 salis spuma. ἅλς ἀχνη
 saliuua. σιελον
 saliuatio. σελισμὸς
 salix. ἰτιά
 salix amerina. ἄγχιον
 salpetrum. ἀλίτρον
 falsa, siue falsuginosa febris. ἀλμυρότης πυρετός
 falsamentum. τάρμας
 falsilago. ἀσάριον
 falsum. ἀληθῆρ
 saluia. ἐλελίσφακον
 sambucus. ἀκτιόν
 samia terra. σαμία γῆ

sampuchinum vnguentum. σαμψύχινον
 sampuchum. σαμψύχη
 sandaracha. σανδαράχη
 sandyx. σάνδυξ
 sanguinaria. κροκόπουδος
 sanguinaria herba. πάλισον
 sanguinem è pectore reiciētes. ἀναφροενοι
 sanguinem sistens. ἰχθυόμορφο
 sanguinis effusio. ἐγχέμαμα
 sanguinis profluuium. κίμωξ γάλακτος
 sanguis. αἷμα
 sanguis draconis. κινάδρακον
 sanies. ἰχθὺς
 sanua. λάρναξ
 sapa. ἑλίμωξ
 sapor. ἑλίμωξ
 saponaria. κινωλία γῆ
 sapor. κινωσία
 satureia. θύμβρα
 Scabies. ἀχρία
 scalper excisorius. κύνκισκος
 scammonia. σκαμμωνία
 scamnum Hippocretatis. βάθρον
 scapulæ. ὀμοπλάται
 scarificatio. ἐγχαράξις
 scirrhus. σκίρρος
 scissima. ὄξυα
 scorpula. ὀμοπλάται
 scripulum. γραμμα
 scrotum. ὄρχον
 scrupulus. γραμμα
 scutiformis cartilago. θυροειδὴς χόνδρος
 Sebesten. μύξα
 sebum. σπέρμα
 secretrix facultas. διακριτικὴ δύναμις
 secundæ. ἀπτερον
 securidaca. ἠδύσαρον
 sedes. ἀρσός
 sedimentum vrinæ. ἱπόσασις
 sedum. ἀξωρον

sf

INDEX LATINO GRÆCO

sedum maius. κροκίντα
 semen contra lumbricos. ελάφιου
 fementis. σπαργάνη
 semicupium. εξαδάσμα
 feminalia vasa. σπέρματινα
 feminalis herba. πολύγονον
 feminis profluvium. γόνιόρροια
 semitertiana febris. ήμισυ τριήμερη
 febris
 semperuiuum. αέριον
 fena. δελουίνιον
 fene. κολοντία
 senectus. γήρας
 senex decrepitus. πέμπλεστιος
 seniores. γράϊτοι
 sentis canis. κυνόςβατος
 septum transversum. Διαζώμα
 φραγμα
 sericum crudum. κατάφα
 serpentaria. Δρακέντιον
 serpentaria minor. άραμ
 serpillum sylvestre. σισύμβειον
 ferratula. κέσσορ
 ferta campania. μελλισσός
 fertula campana. μελλισσός
 ferum. ίχθυόσπις
 fessio in aqua. εξαδάσμα
 feuum. σπάρ
 sextarius. ζίσση
 sextula. εξαγίον
 Siccum medicamentum. ψείριον
 sigillum diuæ Mariæ. μαλακόκιστος
 sigillum Mariæ. κυκλάμιον
 sigillum Salomonis. πολυγόνα
 signa affidentia. συνεσοβήοντα σημάδια
 significatio febris. έπισημασία
 siligo. σιλίγνις
 siliqua. κρόαπιον
 siliquæ. κρόαπα
 siliquastrum. πεπιδίτις
 similago. σεμιδαλις
 simplex. ευήθης
 sinapi. σίνηπι
 sinapi rusticum. ολάσι

sinapismus. σινηπισμός
 sinciput. βρέγμα
 singultuosa febris. λυγυρόσπις
 febris
 singultus. κρύσταλλος
 sinus. κόλπος
 sinus brachij. βραχιόλιος
 siphac. μεσεντέριον
 sifara. έείκη
 sitim extinguentia. άδιφα
 sitis. δίψα
 siuetta. ζίβητον
 Smegma. σμήγμα
 Solanum. Αλικάνθη
 solatrum. σολάριον
 soldana. κράμβη
 folis inustio. έφίλις
 somnolentia grauis. καταφρασία
 somnolentia sine somno. άκατος
 sopor. κάρπος
 sorba. οα
 fordes. γλοιός
 fordes oculorum. λιμνίτις
 fori. σδει
 fouchetum. κύπελλον
 Spatula fetida. σπαργάνιον
 species. είδος
 specillum. μάστιγας
 sphincter. σφιγκτήρ
 spina. ραχίς
 spina acuta. όξυάκανθα
 spina alba. Άκανθα λευκή
 spina cerualis. ράμιον
 spinachia. άτραφαξίς
 spina dorsi. Άκνιστις
 spiniuinetum. όξυάκανθα
 spirandi difficultas. άνάσπια
 spiritus. πνίδμα
 spiritus asper. άσπύριον
 splenium. σπληνίον
 spongiæ admotio. άπασσισμός
 sprutum. πτύσμα
 Stipantia medicamenta. σπυγωπία
 stæchas. στοιχάς

Squa-

Squalatum. κόκκος βαφικῆ	sura. λίβανήμιον. γαστροκνημία. ἑδρῆν
squalor. λύχμος	surditas. κώφωσις
squama æris. καλοῦ λεπῆς	sutura. ῥαφή. οἰήσις
Staphylinus sylvestris. δαυῖος	sutura recta. ὀβελικῆ ῥαφή
stella. ἀστὴρ ἀστῆρ	Syderatio. σφακίλος
stercus. κόπρος	symptoma. σύμπτωμα
sternutatio. ἑταρμός	syncerus humor. ἄκρατος. κατακρῆσις
sternutoriū medicamentum. παρ- μικόν φάρμακον	syncope. συγκοπή
stertor. ῥέγξις	synochus febris. ζωόχος.
stibium. στίβι. στίμμ	T.
stillicidium urinæ. σφαινοεῖα	Tabes. ἀσθῆνεια. μαρασμός. οἰήσις
stoliditas. μώρωσις	tæniæ. ταινίαι
strigmenta. πύσμακτα	talus. ἀστράγαλος. τέτραρον
strobilus. κίναρα	tamarice. μυρίκη
struma. χοιράσις	taxus. σμίλαξ
stultitia. μώρωσις	Telephium vlcus. τελεφιόμοιλος
stupefacientia medicamenta. ναρκω- τικὰ φάρμακα	temperies bona. εὐκρασία
stupor. νάρκη	tempestium. αἰραῖον
Sublime. μετέωρον	tempora. κρόταφοι
subsidentia urinæ. ὑπόστασις	tempus. καιρὸς
succingēs membrana. ὑπεζωκῆς ὑμῶν	tempus anni. ἄρα
succinū. ἀνταχάπις. ἥλικιον. λυγκέλιον	tendo. ἀπονήρωσις. τένον
succus. ὄπρος. χυλός. χυμός	tenesmus. τενεσμός
sudamina. ἰδρώα	tensio recta. εὐθύπυρον τάσις
sudor. ἰδρῶς	tentigo. πειρατισμός
suffocatio vteri. ἰστικὴ πνίξις	tenuē intestinum. εἰλεόν. λεπτόν ἄσπερον
suffusio. ὑπόχυμα	tepidum. γαλακτώδες
suffusio sanguinis in oculo. ὑπόσφαγμα	terebrā immerfabilis. ἀβάπησις τρυπάνου
sugillatio. ἐκχύμωσις	terra aurea. χρυσίτις γῆ
sugillatio oculi. ὑπόπιον	terra merita. κύπερον
sugillatio oculorum. λιμαλφῆ	terra Samia. ἀστὴρ
sulfur. θῆον	tetradix. εἰκή
sumach. ῥοῦς	tetrapharmacum. τετραφάρμακον
sumen. ἥσον	testes. ὄρχεις
supercilium. ἐπισκώσιον. ὄφρυς	testiculi. ὄρχεις
supercilium terræ. ἀχίλλῃ	Theriace. θηριακὴ
supercilium Veneris. μυελόφυλλον	thuris grana. μάννα
superfætatio. ἐμπύημα	thuris micæ. μάννα
superpurgatio. ὑπερκαθαρσις	thus. λίβανον
suppuratio. ἐμπύημα	thus terræ. χαμαιπίτις
suppuratorium medicamentū. δια- πυλινόν φάρμακον	thymelæa. κνίωρον
	thymum. θύμος
	Tibia. κνήμη
	timor subitus. ἔκπληξις

INDEXI D A T I N O G R A E C V S

tithymalus. τριθύμαλος
 Tonfillæ. ληνιάδες. παρ' ὀσμῆς
 torcular. λιωὸς
 tormentilla. φούφα φυτόν
 tormina. δυσεντερία
 torpor. νάρκη
 toxicum. τοξικόν
 Tragacantha. τραγάκανθα
 transpiratio. διαπνοή
 tremor. τρέμος
 tridui inedia. διάτριτος
 trifolium. λσφάλπορ. μισθάν
 trifolium maius. κύπρος
 trifolium minus. λωτός
 triffago. καμαίθρον
 triticum. πυρός
 triticum tostum. προκρήνον
 triticum trimestre. σιτάκιον
 trixalis. περσειρεώρ
 troæna. κύπερος
 trogetes. οὔια
 tryphera. τρυφῆρα
 Tuberculum. φῦμα
 tumor. κήλη
 tumores neruorum. φέρεα
 tunica adnata. ἐπιπεφυκὸς μεμβράνη
 turbet. πιτύουσα
 turbith candidum. λυπίας. ἄλυπορ
 tussilago. βήχον
 tussis. βήξ
 tussis medicamentū. βηχικὸν φάρμακον.

V.

Vacuatio. κένωσις. εὐμπώσις
 valgus. βλαιωδὸς
 varices. ἰξίαι
 varicosus ramex. κερσοκήλη
 variolæ. ἐκθύματα. ἔξαιθήματα
 varix. κερσὸς
 varum. κυλλόν
 varus. ἴσιδος. ἄκνη. βλαιωδὸς
 vas duplex. δίπλωμα
 vasorum inanitio. κεκαψία
 vasorum in temporibus dissectio.

Ἰστολογία

vehemens pulsus. σφοδρὸς σφυγμός
 velox pulsus. ταχύς σφυγμός
 vena. φλέψ
 vena axillaris. μαχαλιαία φλέψ
 vena humeralis. ὀμωαία φλέψ
 vena interna. μαχαλιαία φλέψ
 vena poplitis. ἰγυῖτις φλέψ
 vena portæ. ἡπατοχολιαία φλέψ
 vena sine pari. ἄζυγος φλέψ
 veneria. λογχίτις
 venter. γαστήρ. κοιλία
 venter imus. ἱπεράσπιον
 ventosa. σικῆα
 ventriculi os. καρδία
 ventriculus. γαστήρ
 ver. ἔαρ
 veratrum. ἐμέβορον
 veratrum nigrum. μελαμπόδιον
 verbena. περσειρεώρ
 verbenaca. ἰδροβοτάνη
 vernicularis processus. σφυλκωφίτις
 vernix. νιψὸν βρογχίτιον. σαυδαράχη
 verpus digitus. μέσος δάκτυλος
 vertuca. ἀκροχόρδαρ
 verrucosi tumores. ὄχθοι
 vertebra. σπόνδυλος
 vertebra luxatio. ζέσις
 vertebra prima. ἐπιστροφίτις
 vertex capitis. κορυφή
 vermilo. κέκος βαθλκή
 vertigo. σκιστόδιον. σκίσταμα
 vesicaria. ἀλικίακιστόν. σπυγγώδης
 vesica. κύστις
 veternus. κῶμα
 Viburnum. ῥοῦς
 vicia agrestis. ἀφάκη
 victus ratio. διαίτα
 vigor morbi. ἀκμή
 villi. ἴναι
 vinca peruinca. κλιμακίτις
 vindicta. ἐπιμέδιον
 vinosa herba. ἄμβροστία
 vinum. οἶνον
 vinum aminæum. οἶνον ἀμιναιόν

vinum

- vinum aqua dilutum. κρεῖμα
 vinum catorchites. καταρχίτης οἶνός
 vinum decoctum. κάροισι
 vinum dulce. γλυκὺ
 vinum fœcatum. δειτρία
 vinum hordeaceum. εἶνον
 vinum inualidum. ἀδωάμορ
 vinum marinum. θαλασσίτης οἶνός
 vinum nō defœcatum. ἀδυνήσιος οἶνός
 vinum rosatum. ῥοδίτης οἶνός
 vinum secundarium. δευτεῖα
 vinum sycites. καταρχίτης οἶνός
 viola. ἴορ. ἀθικίον
 virga pastoris. ἀλωπάκουρος. Δίφακος
 virile membrum. λιθίον. στήμα
 visus hebetudo. ἀμαύρωσις. ἀμβλυωπία
 viscum. ἰξίς
 vita. ζωὴ
 vitalis facultas. ζωικὴ δύναμις
 vitex. ἄγιός. λυθός
 vitiligo. ἀλφός
 vitiligo alba. λευκὴ
 vitis. ἄμπελος
 vitis alba. ἄμπελολευκὴ. ἀρχαῖσις. μή-
 λωθρον. ὄφιον σαφυλὴ
 vitis sylvestris. ἀγρία μώλιος
 vitreus humor. ἰαλοφθὲς ὑγρὸν
 Umbilici egressio, prominentia vel
 ruptura. ἐξόμφαλον πάθος
 umbilicus. ὀμφαλός
 umbilicus Veneris. κεντυλιδῶν
 Ulcera capitis manantia. ἀχρόθ
 ulcera oris serpentia. ἄφθα
 ulcus. ἔλκος
 ulcus cruentum. ἔλαιον ἔλκος
 ulcus depascens. νομὴ
 ulcus lacrymosum. δακρυόδες ἔλκος
 ulcus sinuosum. ἰπὸ κοιλον ἔλκος
 Uncia. οὐγγία
 vnedo. ἐπιμιλις. κόμαρ. μαμμήκυλον
 vnguenti fixa. μάγμα
 vnguentum. ἄλειμα. μύρον
 vnguētum Ægyptium. λιγύπριον μύρον
 vnguentum siccum. κηρόμυρον
 vnguis. ὄνυξ
 Vociferatio. ἀναφώνησις
 vocis priuatio. ἀφωνία
 vola. κοτυλή
 vola manus. ἄγχις. ἰόνια
 volubilis maior. κλιματὶς
 voluptas. ἡδονή
 voluulus. εἰλεός. κόρδαφος
 vomitus. ἔμετος
 Vrachus. οὐραχός
 vreteres. οὐρητήρες
 urinæ difficultas. δυσουρία
 urinæ stillicidium. σταγονεΐα
 urinæ suppressio. ἰσχυρία
 urina foliosa. πεταλοφθὲς οὐρον
 urinam mouentia. διουρητικά
 urinarius meatus. οὐρήθρα. οὐρητήρ
 urtica. ἀκαλύφη. ἄκνησις
 Vstio. ἐπίκαιμα
 Vteri cornua. πλεκτίαι
 uterus. μήτρα
 Vuā. σταφυλή
 vua passa. ἐκλωπεθὸν θύσον σαφυλὴ. φαπ-
 θύσον σαφυλὴ
 vvea tunica. ῥαγοειδὲς χιτῶν
 vulsiones. τίγματα
 vultus. πρόσωπον
 vuluæ strangulatus. ἰστικὴ πίξις
 vuula. σταφυλή
 vuularia. δάφνη ἀλεξάνθηρα
 Z.
 Zirbus. ἐπίπλοον
 Zona. ἔρπηξ
 Zythum. βρώμη.


INDICIS FINIS.

IO. GORRAEVS LECTORI.



*c*io plaraque hoc in opere errata admissa esse, quorum alia Typographis iure adscribentur, alia verò mihi imputari poterunt. Verùtamen qui viderit schedas meas non tantum opisthographas, sed per transuersum etiam scriptas, & frequentibus obeliscis atq; asteriscis cõfusas, Typographũ facile excusabit, ea quia leuia visa sunt nec lectorem posse remorari, notare ut nõ animus ita neque otium fuit. Ego verò si quid erravi veniam nõ deprecor, rogo tantum omnes viros bonos & φιλικούς, ut corrigant, oblitterent, meque amicè moneant. Intelligent nec me mihi blandiri cupere, nec αἰετικὸς τόπος velle mea defendere, sed benignè monētem benignè auditurum atque emendaturum, & si quid à me his in libris prætermisissum fuisse annotauerint, libenter id postea additurum. Deceui enim, si Deus voluntati fauerit, opus hoc retexere, & intra annos aliquot multò auctius & emendatius emitte-
re, si quale nunc est placere & probari cognouero. Vale.

EXTRAIT DV PRIVILEGE.

 E ROY par lettres patentes octroyees à André Wechel, marchand, Imprimeur & Libraire iuré en l'vniuersité de Paris, luy a permis & permet imprimer ou faire imprimer & mettre en vente, ce present liure intitulé *I O. G O R R Æ I Parisiensis, Definitionum Medicarum libri xxiiij.* & fait inhibitions & defenses à tous Libraires, Imprimeurs & autres personnes de quelque estat, qualité ou condition qu'ilz soyent, de non imprimer ou faire imprimer, vendre & distribuer ledit liure sans le consentement dudit Wechel, pendant le temps & terme de six ans, à compter du iour de l'acheuemēt de la premiere impression, sur peine de confiscation des liures qui se trouueront par autres imprimez, ou mis en vente, & de tous despens dommages & interestz enuers ledit Wechel, & d'amende arbitraire enuers nous. Comme est plus amplement déclaré esdictes lettres, donnees à Lyon le 18. iour de Iuin 1564. & de nostre regne le quatriesme.

Par le Roy à vostre relation

Signees D E V A B R E S,
Et sellees du grand seel en simple queüe.

Acheué d'imprimer le 16. iour d' Aoust 1564.



